Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

LUCIANI
SAMOSATENSIS
OPERA.

GRAECE ET LATINE.

In Tres Tomos distributa.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

P. Langi fecit.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΑΠΑΝΤΑ.

LUCIANI SAMOSATENSIS OPERA.

CUM NOVA VERSIONE

TIBER. HEMSTERHUSII, & IO. MATTHIAE GESNERI,

GRAECIS SCHOLIIS, AC NOTIS

omnium proximae editionis Commentatorum, additis

Io. BRODAEI, Io. IENSII, LUD. KUSTERI, LAMB. BOSII,

HOR. VITRINGAE, IOAN. DE LA FAYE, ED. LEEDES,

aliisque ineditis, ac praecipue

MOSIS SOLANI & I. M. GESNERI.

TOMUS I.

Cujus priorem partem ſummo ſtudio curavit & illuſtravit

TIBERIUS HEMSTERHUSIUS.

Ceteras inde partes ordinavit, notasque ſuas adjecit

IOANNES FREDERICUS REITZIUS.

AMSTELODAMI,

Sumptibus JACOBI WETSTENII.

CIↃ IↃ CC XLIII.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Bayerische
Staatsbibliothek
München



MARIAE THERESIAE,

DEI GRATIA

HUNGARIAE, BOHEMIAE, DALMATIAE,

CROATIAE, SLAVONIAEQUE &c. REGINAE,

ARCHIDUCI AUSTRIAE, DUCI BURGUNDIAE, BRABANTIAE,

MEDIOLANI, STYRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLIAE,

MANTUAE, PARMAE ET PLACENTIAE, LIMBURGIAE,

LUCEMBURGIAE, GELDRIAE, WURTEMBERGAE,

SUPERIORIS ET INFERIORIS SILESIAE,

PRINCIPI SUEVIAE ET TRANSYLVANIAE, MARCHIONI SACRI

ROMANI IMPERII, BURGOVIAE, MORAVIAE,

SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIAE,

CO-

DEDICATIO.

COMITI HABSPURGI, FLANDRIAE, TYROLIS, FERRETIS, KYBURGI, GORITIAE, GRADISCAE ET ARTHESIAE, COMITI NAMURCI, DOMINAE MARCHIAE SLAVONICAE, PORTUS NAONIS, SALINARUM ET MECHLINIAE &c. NUPTAE LOTHARINGIAE ET BARRI DUCI, MAGNAE DUCI HETRURIAE &c.

SERENISSIMA AC POTENTISSIMA REGINA.

NON *indignabere*, *AUGUSTISSIMA PRINCEPS*, *ſi maximas Tuas expeditiones & illuſtriſſima facta, quibus univerſae Europae oculos men-*

mentesque in Te convertis, aliquantum interpellare audeam, MAJESTATI TUAE hoc opus dedicando atque obferendo tam insigni tutela ac praesidio tanto dignius, quanto magis idem a pluribus retro saeculis communi harum elegantiarum peritorum suffragio est comprobatum.

Cui enim id meliore jure consecrare fas esset, quam Principi, cujus ingenii ac scientiae magnitudo praecelso respondet Potentissimae gentis stemmati, quo ut nemini es secunda, ita animi magnitudine, virtute & constantia adeo anteis, ut nihil reperiatur eorum, quae vel a celebratissimis praeteritorum saeculorum Heroinis memorabilia gesta sunt, quod TECUM, Reginarum Praestantissima, Tuisque rebus gestis componi queat: Principi inquam, quae ad imperandum nata solis suis dotibus ac regnandi facultate & benignitate regnum per se administrat, cujus fortitudo invictaque constantia Heroibus, quotquot sera posteritas progignet, imitandum praebebit exemplar.

TUUM hoc, AUGUSTA, Regnum maxime

no-

notabilem hujus aevi aeram conſtituet, Auguſtaeque Tuae Domui immortalem gloriam conciliabit: venerantur TE foederati, amant ſubditi, admiratur omnis, qua patet, terrarum orbis, laudesque ac proſpera vota undique in TE derivas; hanc igitur da ſupplicanti veniam, ut in tanta TIBI certatim ſua ſtudia ſignificantium turba non poſtremus numerer, qui devotionem meam teſtantia prodam indicia.

Editio haec, quam obferre auſus ſum, fructus eſt laboris viginti annorum, magnaeque curae & ſumptuum: Complurium eruditorum meditationibus ditata prodit, nihilque eſt neglectum, quo caſtigatiſſima exiret & ſplendidiſſima. Unum tamen ei deerat decus, TUUM, POTENTISSIMA REGINA, praeſidium, quo munita lucem felicius adſpiceret omni jam ſplendore cumulata; eo quidem Auctor iſte non videtur indignus, tanta pollens foecundi ingenii facultate, ac dicendi facilitate, ut plerorumque priſcorum philoſophorum tectam ſub ſordido palliolo ſuperbiam, malosque mores & pugnantes inter ſe ſententias, abſurdasque vulgi de Diis opiniones ſalſe riden-

dendo acrius traducat ac refutet, quam ventoſi illi, quos odit, Sophiſtae, & clamoſi Rhetores, ſubtilibus & anxie quaeſitis argumentis valerent.

Sed mitto operis praeſtantiam pluribus enarrare; Tua, SERENISSIMA REGINA, perſpicacia, ut primum oculos in id conjicere vacabit, id ipſum dijudicabit ſolidius.

Utinam vere Regium Tuum, POTENTISSIMA REGINA, exemplum omnibus Principibus parem ad ſcientias & literarum ſtudia amorem inſpiret, parem ad promovendas artes, & ad nobilem illam aemulationem provocandos cives, induſtriam, quae ad regni ipſius proſperitatem haud leve habet momentum!

Quantam vero ſubditis pariter ac vicinis ſibi licet praeſagire felicitatem, quando glorioſis REGINAE fortiſſimae armis ſolio firmato, ac, divino honorificae pacis beneficio, tranquillitate in cunctis Ejusdem ditionibus revocata, MAJESTATIS ipſius poteſtas ad populi tantum felicitatem dirigetur, ad Leges tuendas, tranquillitatem publicam conſervandam,

dam, virtutis & eruditionis amorem in dies magis inflammandum, ad ſalutem denique omnium & ſingulorum, quotquot ſub tutelae ſuae clipeum recipere dignabitur!

Adventus temporis tam beati ſumma ardentiſſimorum ac maxime ſincerorum meorum eſt votorum, quae pro TUA, AUGUSTISSIMA REGINA, incolumitate, quam in perlongam annorum ſeriem producat ſummum Numen, nuncupare nullum diem praetermitto, quaeque ut devotiſſimae meae reverentiae ac ſubmiſſionis pignus clementiſſime recipias, ſupplico,

REGIAE MAIESTATIS TUAE

cliens devotiſſimus
atque humillimus,

IACOBUS WETSTEIN.

IOANNIS FREDERICI REITZII
PRAEFATIO.

NIMIS diu exſpectationem tuam, amice Lector, remorata eſt eſt haec Luciani editio; nimis inquam diu in editorum operarumque manibus haeſit opus ab tot annis deſideratum, ab tot annis jam inchoatum, & forſan numquam ad exitum perducendum, niſi quis tandem inventus fuiſſet, qui rupta mora miſſisque ambagibus vi quadam atque impetu Lucianum capite in partu difficili haerentem in lucem protrahere adgrederetur. Quum enim anno 1720. ejus edendi curam in ſe recepiſſet clariſſ. TIBERIUS HEMSTERHUSIUS, & ab anno 1730. quo praelum exerceri coepit, ad annum 1736. ad ſextam circiter totius operis partem perveniſſet, id eſt ad initium Dialogi *de Sacrificiis*, Tom. I. pag. 525. veriti bibliopolae Wetſtenii ne inſignes jam factae ad comparanda undique ſubſidia impenſae ſibi perirent, & ut ſtadium vitae ſuae editorisque ſufficeret, ſi reliquae quinque partes eadem temporis ratione procederent, alium disquirere coeperunt, qui tarditatem hanc feſtinando compenſaret. Verum quum poſt varios conatus, intermiſſo interim per complures menſes commentandi labore, & quieſcente praelo, nondum inveniretur quisquam, cui per alias occupationes liceret, aut qui telam ab tanto artifice, (quantus re vera eſt HEMSTERHUSIUS) exorſam detexendam, idque ne conceſſo quidem ad praeparandum ſpatio, recipere auderet, famam reveritus, ne Atlanti illi priori impar, tantum onus minus firmis humeris ſuſtuliſſe diceretur; adeo enim adcurate atque erudite HEMSTERH. pertractavit omnia, ut nihil deſideraretur, ſi ei opus ad finem perducere licuiſſet, aut libuiſſet, quem ego Zeuxidi pictori comparo, qui teſte *Plutarcho* in Πολυφιλ. T. 2. p. m. 94. culpatus, quod tarde pingeret, reſpondit, quia in multum tempus ea vellet durare: tandem itur ad me, cui vel juſtiores erant detrectandi cauſſae, quam aliis; ſi enim occupationes ſpectes, nemo iis me magis eſt obrutus; ſi vires, id eſt ingenii facultates, doctrinaeque adparatum, ad priorem editorem compoſita conſideres, nemo illorum quos ad ſubeundas has vices ſollicitatos ſcio, me erat infirmior; quare & ego tergiverſabar initio, utramque iſtam excuſationis cauſſam ſerio praetexens, nec praeterea lubenti ani-

animo ad opus edendum acceſſurus, ad quod nihil fere praeparati haberem, quodque meo conſilio in lucem emittere numquam deſtiraſſem. Sed mea me vicit aliis obſequendi nimia facilitas, & gloriae contemtio minus de ſucceſſu ſollicita, ſatisque jam a bibliopolis comparatum adeſſe ſubſidiorum videbam, ex quibus in ordinem redactis haud levis fieret novarum commentationum & emendationum acceſſio, quae hanc editionem prioribus omnibus rodderet meliorem, etſi ego verbum de meo addidiſſem nullum. Cumque novae verſionis adornandae curam in ſe recepiſſet Clar. IOAN. MATTH. GESNERUS, cujus diligentia & ſumma in omni literarum genere eruditio notior eſt quam ut me praecone indigeat, isque ſuas etiam adnotationes additurus eſſet, dimidia me laboris parte ſublevatum ſentiebam; & cum ſpectatae diligentiae doctrinaeque Vir, MOSES DU SOUL. (ſive SOLANUS, ut ipſe ſe ſcribere amat) ſatis diu in emaculando Luciano occupatus notas ſuas ad eum plane deſcriptas ac praelo paratas reliquiſſet, vel hoc nomine egregie commendabilem futuram cernebam editionem, ſi ſolis horum duorum, GESNERI ac SOLANI acceſſionibus ditatam emitterem.

His conſideratis, cetera coepi perveſtigare adminicula; quae mihi a *Jacobo Wetſtenio*, ejusque ſocio ac fratre per adfinitatem juncto, *Gulielmo Smith* tradebantur, medio fere anno 1737, comperique ſatis ſupereſſe moleſtiae in iis in ordinem redigendis ac deſcribendis, nec fieri poſſe, ut ſine ulla addita animadverſione aut commentatione iis uterer. Non tamen me deterruit labor ille, quo me eo celerius defungi poſſe confidebam, quod in legendis Luciani ſcriptis non plane hoſpes eram, ut ex crebris ejusdem locis, quos in notis a me adductos & inter ſe comparatos videbis, patebit. Satius igitur duxi editionem ea quam tempus permittebat diligentia promovere, quam nimia ſollicitudine ſingula perveſtigandi diutius premere.

Et quamvis Lector non ſoleat rogare, *quam cito*, ſed *quam bene?* neceſſarium tamen hic eſt commemorare quam parum temporis ad haec deproperanda mihi fuerit conceſſum; adeo ut interdum ne ſpatium quidem ſupereſſet ad excutienda excerpta mea literaria, ex quibus aliorum auctorum teſtimonia ad confirmandas nonnullas emendationes facientia producere potuiſſem; dato enim ſex tantum hebdomadarum ad aliquot plagulas praelo praeparandas ſpatio, operam deinde bibliopolis addixi ea lege, ut haud interrupto ſcribendi labore tantum quotidie penſi abſolverem, quantum haud impiger typotheta continuata opera typis deſcribere valeret, id quod fideliter, quantum in me fuit, praeſtiti, atque ita quinque annorum ſpatio opus ad finem perduxi. Omnia enim ad Luciani corpus pertinentia typis jam deſcripta fuere menſe Octobri 1742. ſed Indices complures, quibus priores Edd. carebant, adjiciendi, novam injecere properanti moram, atque effecere ut non prius publicari potuerint.

Jam quibus copiis inſtructus & quomodo iis uſus fuerim, B. L. accipe. Editiones Luciani adhibui principes haſce. *Florentinam* primam omnium, anni 1496. Graecam, in forma majore. Haec etſi ab typographicis vitiis non eſt immunis, in veſtigiis tamen priſcae lectionis ſervandis tantum alias praecel-

cellit, ut Codicis Manuſcripti vicem praeſtare queat. Hanc licet *Solanus* totam contulerit, ego tamen aeque ac reliquas ſaepiſſime inſpexi, ac de novo conſului.

Sequebatur *Aldina* prima, & ea Graeca, plura habens vitia typogr. in forma majore, Venetiis excuſa, an. 1503. quam utendam liberaliſſime conceſſit Clar. WESSELINGIUS in edendo *Diod. Siculo* ſtrenue occupatus; ejus margini adſcriptae erant manu antiqua varietates potiſſimum Ed. Florentinae, ſed & aliae, quas ex Codd. excerptas eſſe nullus dubito, tum quia varietatibus aliorum codicum interdum conveniunt, tum quia depravatas etiam lectiones exhibet, nusquam alibi a me detectas, quod non factum fuiſſe credo, ſi conjecturae tantum illae forent lectionis emendandae.

Hagenoanam primam anni 1526. ita contuli, ut in corrigendis operarum noſtrarum ſpeciminibus modo hanc, modo alteram, qua Cl. *Geſnerus* in conficienda verſione uſus erat, ejusque ſphalmata plurimum correxerat, fratre optimo & collega *J. H. Reitzio* praelegente, ducem ſequerer, exceptis iis locis, quae vel ex Codd. vel manifeſta ex neceſſitate mutare inſtitui, de quibus mox pluribus agam.

Dein plurimum omnium uſus ſum *Juntina* Graeca, Venetiis anno 1535. excuſa, 2. tomis in forma quam octavam vocamus, quaeque Florentinae parum inferior, licet interdum interpolata, ut videre eſt in nott. T. I. p. 356. In hujus margine *Solanus* omnes a ſe collectas varietates tam Codicum Mſſ. quam decem & nonnumquam plurium editionum, diligenter & nitide conſignaverat; ſed charactere adeo minuto, ut aciem oculorum diutius inhaerentis lectoris obtunderent. Quibus autem Codicibus ille uſus fuerit, & quo ſcribendi compendio iidem aeque ac editiones in notis & variantibus Lectionibus adlegatae deſignentur, ad finem hujus praefationis indicabimus.

Porro ad manus habui *Baſilienſem* utramque, ſimiliter mere Graecam, duobus quamque tomis in forma octava conſtantem, quarum prior anno 1545, altera 1555. prodiit. De poſteriore illa verum quidem eſt quod *Solanus* prodit, eam ita coeco ductu veſtigia primae ſecutam, ut vitia etiam typographica prioris expreſſerit. Non tamen id adeo ſemper verum, quin aliquot locis meliorem etiam lectionem altera *Baſil.* prae priore exhibeat. Ex. c. In *Bis Acc.* c. 1. ἐκκεκόφασι recte dedit altera illa, quum prior male cum aliis ἐκκεκόφηλαι. In *Philopſ.* c. 36. f. p. 378. Edit. noſtrae ἐπαντλῶν bene *Baſ.* 2. ubi ἐπαιτλῶν male *Baſ.* 1. In *Dem. Enc.* c. 44. λαμβάνουσι recte altera, λαμβάνοι prave prior. Item in *Soloec.* init. *Baſ.* 2. bene ἐπιστάμενον, quum prior male ἐπιστάμενος. Alibi vero etiam a priore receſſit, ut in *Icarom.* c. 28. ubi in verſ. Hom. εἶχε prior habuerat, altera ἔχε dedit, utraque male. Generaliter autem adfirmari poteſt, ſecundam iſtam prioris vitia auxiſſe; veluti quum in *Bis Acc.* c. 12. ἀκούοντι recte *B*1. haberet, altera ἀκούων τι prave expreſſit, ne pluribus Lectori moleſtus ſim. Quare miratus ego, cur *Solanus* tamen alteram longe ſaepius adleget quam priorem, potius habui plurimis in locis conſulere primam; non enim id agimus, ut vitioſas potiſſimum lectiones conqui-

quirendo, earum notandarum copia editionem exornari credamus, ſed ut ex optimae notae libris & Edd. probas lectiones erutamus (quamquam vitioſas etiam non omittendas duximus).

Baſil. quartam anni 1619. nanciſci non contigit. Tertiam vero *ibid.* anno 1563. ap. Henricum Petri editam Graeco-Latinam, cum nott. Cognati & Sambuci ſerius nactus ſum, quam ut ea adjuvari potuerim; nec multum opus erat. Cognati enim ex Pariſina inſeruimus, & in Sambuci puerilibus notis perpauca tantum lectu digna invenias.

Praeterea adhibuimus *Francofurtanam* anni 1546. mere quoque Graecam, duobus in forma minore tomis, comprehenſam, nec vitiis typographicis deſtitutam, nec multum ſingularium lectionum exhibentem, non tamen ad inſtitutum noſtrum plane inutilem, ut ex indicatis varr. lectt. adparet.

Tum non negleximus *Salmurienſem* Benedicti Graeco Latinam omnibus notam, duobus in octavo tomis eodem anno 1619. quo Baſilienſis quarta, excuſam. De hac Salmurienſi Benedictus in praefatione adfirmat, „ſe Graecum contextum vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex „proprio judicio emendaſſe". Et quamvis mallem indicaſſet ubi Codd. ducibus, ubi ſolo judicio uſus fuerit, verum tamen eſſe deprehendi, nonnulla probe ab ipſo emendata, quae & mihi fuere imitanda, ut ſuis locis in notis indicabitur. A Vitiis certe typotheticis ita ſuam purgavit editionem Benedictus, ut plurima antiquiorum errata ſuſtulerit; licet ad veram lectionem ex Mſſ. reſtituendam minus operae mihi videatur impendiſſe.

Pariſinam denique Bourdelotii Graeco-Latinam, anni 1615. forma, quam in Folio dicimus, & in qua Solanus nonnulla emendarat, ſuasque paragraphorum ſive capitum diviſiones addiderat, ita adhibuimus, ut, exemplo Cl. Hemſterhuſii, ad ejus contextum, emendatis, quantum potuimus, emendandis, typothetas noſtram editionem deſcribere curaverimus. Notas vero Marcilii, Cognati & Bourdelotii textui ibid. non ſubjectas, ſed calci adnexas, exſcribere inde coactus fui.

Noviſſimam tandem Amſtelodamenſem omnium vitioſiſſimam Cl. *Graevii* editionem eo potius conſilio adhibui, ut ejus & Cl. *Gronovii* notas inde excerperem, quam ut ex Graeco ejus contextu aliquid utilitatis ſperarem, qui ita negligenter eſt habitus, ut non modo ex Codd. qui ibid. indicantur, nihil in eo ſit reſtitutum, ſed mendis typographicis Latina Graecaque ſcateant, maxime in notis & Scholiaſte. Id tamen boni habuit, quod Cl. Hemſterh. in ejus marg. quaedam adpinxerat quae de conſulendo *Dukero* ad Thucyd. *Daviſ.* ad Cic. & *L. Bos* in Obſ. Crit. monerent, unde & ea notis noſtris inſerui, monitoris nomine addito, niſi ubi forte idem per me jam notaſſem.

Nunc de ceteris adminiculis, & quid laboris exhauriendum habuerim, quidve eo praeſtiterim, mihi docendus es. Ex *Brodaei miſcell.* quas in Lampadem criticam retulit Gruterus, plurima quoque inſerui, etſi levia ſaepe ſunt, & ita vitioſe in illa crebris ubique naevis obfuſcata face expreſſa, ut ad auctoris mentem potius quam ad id quod literis expreſſum legitur, ſaepe reſpi-

ſpiciendum fuerit : dandum tamen hoc omnium quos novi primo Luciani commentatori fuit, ut ejus adnotata plerumque perbrevia, & contextum interdum bene emendantia repeterentur ; quare ea tantum omiſi, quae nimis puerilia videbantur, ut quando ad verbum πέποσθα monet, id eſſe a πάσχω, vel ἀγαπαρὶς, a ἀγαπείρω, & ſimilis farinae ; interdum & ea, quae aliud agens in Luciano emendat ; ſed quae nimis diſperſa conquirere non potui.

Tum etiam communicatae mecum fuere notae manu ſcriptae *Fr. Gujeti*, ex quibus *Aeg. Menagium* ſua omnia hauſiſſe mihi perſuadeo, ita ad verbum eadem ubique habet quae *Gujetus*, quo defuncto forſan nactus eſt exemplar Luciani in cujus marginem *Guj.* breves ſuas commentationes & conjecturas conjecerat, quas deinde deſcribens auxit. Sunt enim *Gujeti* illae notulae aliquanto plures quam quas *Menagius* dedit ; & veterem fuiſſe popularium hujus querelam, quod ex aliis ſua deſumere amaret, vid. in *Miſcell. novis Lipſ.* quae in forma minore prodiere anno 1742. vol. 1. pag. 122. Item *Lamberti Bos*, *Horat. Vitringae*, & paucae *Maturini Veyſſierii La Croze*, quae omnes rurſus a me deſcribendae non modo erant, aeque ac *Solani* illae ſupra jam commemoratae, ſed & quaerendum quo pertinerent ; cum quisque fere alia Luciani editione uſus aliam paginam adlegaret, & *Solan.* notas etiam ſuas ad *Juntinae* paginas adcommodaſſet. *La Crozii* autem commentationes ſerius nactus, a Tom. 2. demum inſerere coepi, ceteras Addendis adjecturus, niſi easdem obſervatt. ab aliis jam occupatas deprehendero. Notas *J. H. Maji* ad Macrobios, & *Er. Schmidii* ad Tragopodagram unde hauſerim, ad initium eorum Dialogorum indicavi. In hoc vero negotio plurimum temporis abſumendum fuit, ut in omnium notis prolata Luciani teſtimonia, tam diverſis paginis indicata jam ad paragraphorum ſive capitum noſtrorum numeros aptarem, id quod aliquot millies contigiſſe facile credes, ubi Cl. *Jenſii* notam, quae eſt T. 2. p. 481. ſive ad *Imag.* c. 22. conſideraveris, in qua ſola Lucianus advocatur plus centies & quadragies ; *Solanus* quidem Lucianum adlegans ſaepius capitum numeros a ſe inſtitutos quam paginarum expreſſit ; ſed quum Cl. *Hemſt.* ad medium usque Tomi I. capita aliter diſpeſcuit, in notis tamen *Solani* numeros eorum non mutavit, accidet interdum, ut id jam aliquot paragraphis ulterius quaerendum ſit, quod *Solanus* in anterioribus inveniri ſcripſit. E. c. quando ex T. I. adfert *Nigrin. c.* 10. id jam ex diviſione Hemſterhuſiana eſt c. vel §. 17. Totum enim *Nigrinum Solanus* diſtribuerat in capita 23. *Hemſt.* in 38. Nos vero dialogos omnes ſequentes a Dial. *de Sacrif.* ad fin. tomi ult. ex mente *Solani* diſpeſcuimus, ne opus eſſet ſingulas adlegationes mutare, quod in iis facere coacti ſumus quae partem illam priorem ſpectabant, exceptis forſan aliquot locis per feſtinationem mutare neglectis, quae Lector tamen hac ratione indicata facilius inveniet.

In hiſce tamen interdum ſublevatus ſum juvenum praeſtantiſſimorum opera, primum *Theodori Woertmanni*, qui olim gymnaſii noſtri coryphaeus, jam in cauſſarum patronis eximium tenet locum, procedente tempore principem etiam obtenturus. Hoc vero gravioribus negotiis occupato idem auxi-

lium mihi partitis vicibus praestitere *Regnerus Henricus Siblink*, & is Juris Doctor ex meritis nuper renuntiatus, nec non *Jacobus Gobius*, eodem honore brevi forsan mactandus. His itaque discipulis olim primariis ac dulcissimis, nunc amicis optimis, hoc nomine quantas possum gratias ago.

Ex Clar. Ioan. Iensii Lectionibus Lucianeis inserui omnia, resectis tantum paucis excursionibus ad Lucianum non plane spectantibus, atque in compendium redactis Luciani verbis ab eo longiore serie productis, quae repeti nihil opus erat, quum textui Lucianeo jam subjectae sint illae observationes, ex quo nexus verborum peti potest. Ut autem egregiam illius de me optime meriti viri in Luciano emaculando operam magni facio, literarumque peritiam in ea juventute qua illas Lectt. conscripsit, admiror, ita ipse non aegre feret, ubi bis terve tamen ab ipso dissensero, sed pari humanitate mihi & alibi per festinationem lapso ignoscet.

Variantium autem Lectionum sat amplum catalogum ab *Solano* in Ed. Juntinam, ut supra monui, collatum, totum describere lectorique exhibere, interdum & alias ab eo omissas addere, non sum veritus, ut adpareret quanta diligentia editionum codicumque collatio sit instituta. Interdum tamen nimis manifesto vitiosa qui meri tantum errores typothetarum esse adparebant, quaeque nec *Sol.* notarat, omittere satius duxi, ut quando *Junt.* in *Jov. Trag.* c. 30. habet πρίποδα pro τρίποδα, vel cum in *Abdic.* c. 23. f. eadem ridicule exhibet ἰατρῖς pro ἰατροῖς. Alibi ον⊖ pro μόν⊖, ubi manifestum est μ tantum inter imprimendum excidisse, vel ubi *Hag.* 2. in *Bis Acc.* c. 2. δεσπότης pro δεσπότης, & ib. c. 31. τολμόντων pro τολμώντων, & similibus. Etsi enim non sum in eorum sententia qui nihil utilitatis ex collectione variantium lectionum exspectant, eosque ad praefationem Lucani a summo literatore *P. Burmanno*, & ad praefat. *Montefalconii*, quam bibliothecae Coslejanae praemisit, ablegare, quam hic multa super his disputare malo, satis enim uterque earum necessitatem commendavit; modum tamen aliquem servari posse in iis notandis, probe intelligo; plus enim ex uno antiquo & adcurate scripto codice ad emendationem auctoris denuo edendi profici, quam ex decem aliis vitiosis sive codd. sive edd. nemo negaverit. Quumque *Solanus* plus millies adscripserit † *Fl.* vel † *Edd.* id est nihil mutare Florentinam vel Editiones ceteras, sed cum vulgata lectione convenire, nihil opus credidi id ubique addere, quia ex varietatum silentio satis patebit Edd. consentire. Qui autem etiam sine codicum ope se omnia sanare posse contendunt, sua fruantur felicitate. Mihi certe mira videntur dicta Cl. *Heumanni*, qui in Poecile *nimis servilem operam* vocat, *ex Codicibus corrigere*; quod iis nihil opus sit, ubi rem ingenio perficere possis. Et ut facile largiar, ingeniosiorem esse illum, qui sua sponte invenit emendationem, quam qui ex libris tantum eandem describit; ita tamen mihi largietur vicissim, ingenii quidem acumine posse excogitari quid auctor dicere potuerit, non semper quid re vera dixerit; qui tamen veterum scripta recudendi primarius est finis. quin & in Codd. tales saepe numero emen-

mendationes invenias, de quibus vel acutiſſimus Criticus ne quidem cogitaſſet umquam.

Ceterum omnino cum eodem & Cl. *Gronovio* ſentio, inutiles fere eſſe tot repetitas auctorum edd. & Codd. collationes, ſi ſemper emendanda & ſananda haec vel illa verba clames, corruptas interim lectiones ubique ſerves, nihilque in contextu usquam mutare audeas. Quare & ego mediam quandam viam inter audaciam ac timiditatem nimiam ſectari ſtudui, in contextum ſaepe recipiens quae vel in Codd. inveni vulgatae multo praeſtantiora, vel quae neceſſitas etiam ſine librorum auctoritate mutare juſſit, id quod Cl. noſter *Weſſeling.* etiam in D. Siculo facere inſtituit, E. gr. L. XI. c. 46. vſ. 8. ἔργῳ πεῖραν εἰληφὼς in textum recipiens ſine auctoritate, pro vulgato ἐγὼ &c. idque & alibi recte faciens. Sed ut de noſtris emendationibus Lector eo melius judicet, nonnulla hic adponam ex iis quae audaciora videbuntur, at parva literarum imo unius literae, ſyllabae, accentusque mutatione verum ſenſum auctori reddunt.

Ita T. I. *pro Lapſu* c. 8. Καρδιανὸς praeeunte *Sol.* dedi, contra Codd. & Edd. quae Σαρδιανός. De *Merced. Cond.* c. 30. med. conſentientibus commentatoribus hoc dedi, ut θέλω pro θέλῃ reciperem, quia res ipſa clamabat, verbum primae perſonae requiri.

Εἴκοσι ἔτη ſimili confidentia cum eodem edidi in *Hermot.* c. 59. f. pro abſurdo vulgato εἰκὸς ἔτι.

Ἄφευκλον in ἄφυκλον mutavi paullo poſt, ſine Codd. & Edd. auctoritate, ſed exemplis Luciani.

Αὐτῆ bis dedi pro αὐτῇ, in T. 2. *Quom. Hiſt.* c. 62. ac ſaepiſſime alibi, quoties opus erat, nihil in his fidem librorum exſpectans. Ὀνομάζων excudi curavi pro ὀνομάσων, ex emendatione neceſſaria *Jenſii*, in *Quom. Hiſt.* c. 41.

Ἐπιπολῶν juſſu *Geſneri* ib. c. 57. pro ἔτι πόλεων.

Ἁπάντων ὧν ἐγὼ εἶδον dedi ſine auctoritate librorum, pro vulgata Edd. lectione, ἅπαντα· ὧν ἐγὼ εἶδον. T. II. 1. *Ver. Hiſt.* c. 40. etſi verſionem ad vulgatam compoſitam intactam reliqui.

Αὐτὸς μὴ ἀγνοεῖν edidi in 2. *Ver. Hiſt.* c. 20. ex uno *Pell.* invitis ceteris, quia ſenſus id poſtulabat.

Ζῶν ἔτι non extimui edere ſine auctoritate, pro abſurdo ζῶντι, praeeunte *Sol.* in *Tyran.* c. 1.

Αἰτιᾷ item pro αἴτια, *Abdicat.* c. 21. ejusdem Tomi II.

Γὰρ omiſſum inſerui jubente *Solano*, ſine alia auctoritate, ib. *Salt.* c. 75. f.

Ἡ τῆ τῦ Βριαρέως excudi juſſi in *Imag.* c. 8. f. pro vulgato ἢ τῇ - - ut Latina verſio congrueret, quam Cl. *Geſn.* ſic optime dederat.

Καλλίω δὲ τὴν ἐρασμιωτέραν ψυχὴν σκέψασα neceſſario repoſui *ibid.* c. 22. pro καλλίων τὴ ἐρασμιωτέρα ψυχὴν σκέψασα.

Αὖθις inſerui ex uno Cod. O. *Jov. Conf.* c. 3. ubi Lector judicet, anne ſic longe melius procedat oratio?

Πεπαρῴδηται admiſi ſine auctoritate, pro πεπαρώνηται, *ib.* c. 14.

Ἐπὶ τῷ συμφέροντι ex uno L. recepi, quia res ipsa clamat, quum Edd. male ὅτι τὸ συμφέροντι. *ibid.* c. 19.

Conjunctionem τε ejeci in ἄλλως τ' ἠδὲ φιλόπονος ὤν, & in sensum oppositum versionem necessario mutavi ib. *Gall.* c. 29. med.

Δεδιότας pro δεδιότες expressi sine alia auctoritate, quam quia προϊόντας & ἀποκλείοντας proxime connectitur, in *Parasit.* c. 55.

Distinctionem mutavi in *Bis Accus.* c. 16. quae erat: καλαδόμενος, ἔωθεν εἰς ἑσπέραν μεθύων ἀεὶ, ᾗ κραιπαλῶν, comma prius tollens & ante μεθύων collocans, quia μεθύων jam habebat suum adverbium temporis. Sed & alias distinctionem non raro immutavi, praecipue editionis *Juntinae* innumera illa commata, quorum magnam partem *Sol.* jam deleverat, saepe rejiciens, interdum etiam trajiciens, quando necessitas id flagitabat, quod nemo culpabit, qui norit in hisce plenam fere editorum esse libertatem.

Μελλήσας exarari curavi, pro μελήσας praeeunte *Gesnero*, distinctioneque mutata etiam δὲ pro ᾗ dedi Tom. III. in *Rhet. Praec.* c. 18. p. 20. init.

Συνηλίθησαν dedi pro συνηυλ-- eod. T. III. *Philops.* c. 12.

Ἐπικλυσθῆναι revocasse pro vulgato ἐπικλεισθῆναι religioni non duxi, consensui doctorum virorum magis quam libris obsecutus eod. *Philops.* c. 36. f.

Βορρᾶν *ventum boream* feci ex βορὰν *escam*, quod licet in omnibus legeretur, audacter mutavi in *Hipp.* c. 7.

Ὑπὸ τ̃ δρομέων γίγνεσθαι exhibui sine ulla auctor. pro vulgato ὅτι τ̃ — idque tamen necessario, quia ὅτι jam praecesserat, vid. *Calumn.* c. 12.

Δράματος ἀφοσιοῦ restitui pro πράγματος ἀφοσιοῦ, in *Mort. Per.* c. 3.

Τοῦτο quod vulgabatur, diremi in τοῦ τὸ sine Codd. sed belle monente Fabro, *ibid.* c. 20.

Συνεξελέξαντο scribere non dubitavi, quum omnes male haberent συνελλέξαντο, in *Epist. Sat.* c. 28. med. *Ibid.* συγκεκαθυμῶσθαι jubente *Solano* reposui pro vulgato συγκεκομμῶσθαι.

Ἐπ' ἴσης ἀξίας jussu *Gesneri*, sine auctoritate librorum, pro vulgato ὅσης ἀξίως in *Demosth. Enc.* c. 10.

Καλὸν γ' ὑπερφύγελον θάνατος rescripsi contra libros, qui θάνατον absurde; nam ὅστ intelligitur, *ibid.* c. 46.

Εὐοχήμως etiam restitui pro εὐσχημόνως, ut metro Euripideo consulerem *ibid.* c. 47.

Notabilem recepi correctionem, ἠδὲν χεῖρον reponens ex Cod. L. in *Cyn.* c. 4. pro ἠδὲ εἰ χεῖρον ἔχουσιν, quod ridicule etiam olim vertebatur in Parisinae p. 1103. *At non possent, seu sese melius seu deterius haberent, officium suum praestare?*

Ἐκλαυσε δακρυρροῶν reposui, pro ἔκλυσε δακρ. in *Philopatr.* c. 6. suasu *Solani*, etsi invitis libris. *Ibid.* c. 9. τε inserto versui consultum, & c. 10. λόχμια receptum pro δόχμια.

Tandem in *Tragopod.* versu 41. ἄτλω cum *Gesnero* scripsi sine alia auctoritate, pro αὐτὴν, quia metrum Anacreonticum ac sensus ita postulant.

Ubi

Ubi vero major erat mutatio facienda, non usus sum pari audacia, ut quando in *Hermot.* c. 77. elegantissima conjectura *Solanus* ἔξω τῆ ὁδῆ ἐστι rescripserat, pro vulgato ἔξω τῆ ὁδῆ ἐσμεν, idque deleta vulgata lectione jam contextui inseruerat, ego id tamen non admisi, ne modestiae fines egrederer. Quare etiam abstinui manum, ubi vulgata tolerabilem praestabat sensum, etsi melior poterat excogitari, aut a viris doctis probabilior erat proposita.

Haec igitur speciminis loco sufficiant; cetera enim ex Codd. vel antiquioribus Edd. emendata satis, spero, se probabunt, suntque ea haud pauca, ita ut adfirmare non dubitem, mille fere locis jam aliter legi, quam ante.

Versionem Cl. *Gesneri* rarissime mutavi, nisi in levioribus ac manifestis, quae vel ipsum sic reddi velle facile credebam, non quod supra illum sapere mihi persuadebam, sed quod is eadem non habens subsidia, aut ad vulgatam lect. tantum adcommodavit interpretationem, aut eam mancam vertendo adjuvit: alias intactam servavi, etiam ubi a Graeco contextu, qualis is nunc est, differret, ubi videlicet ratio ex variantibus lectt. vel notis adparet, uti T. III. in *Rhet. Praec.* c. 2. p. 3. f. *anhelantes* ab ἔκπνους relictum est in versione, licet ἐκείνους jam legamus, quia in notis id defendit.

Accentuum curam quantam potui, habui, ut ad Grammaticorum placita revocarentur, ubi in Edd. ab iis erat recessum; quod non raro contingit. Ita & enclitieorum tonum ad Grammaticos canones restituere laboravi, quorum ii mihi videntur rectius sentire, qui duos accentus acutos in syllabis contiguis non admittunt, nolentes scribi λόγός τις, sed λόγός τις, nec ἄλλῳ τινι, sed ἄλλῳ τινὶ, nec patientes praepositionis accentum sequente enclitica mutari, sed jubentes σοὶ σῆ scribere, non σοί σῆ. Verum postea animadvertens Edd. antiquissimas, interdum & Codd. persaepe tamen ita duos acutos jungere, encliticarum autem accentum semper in praepositionem trajicere, quoties opus est, idque Cl. *Hemsterhusium* etiam secutum, qui e. c. in *Necyom.* §. 4. edidit ὅτέ μοι, ibid. §. 6. σοὶ τινος. Rursus §. 10. ἄλλό τι & ἔκ τινος, ac saepissime alibi; ideo deinde etiam in praepositionibus a simili scriptura non adeo sollicite abstinui, quamvis prius institutum servarim, ne umquam ἄλλό τι scriberem, nisi forte per incuriam ita remanserit. Sed quid his minutiis lectorem detineo?

Placet super hisce sententia *Joan. Wallis*, qui in praef. ad Claud. Ptolem. Harmon. bene monet, alia minutiora esse quam ut semper notentur. „ Idem„que dicendum de vocum encliticarum accentu vel retento, vel inclinato, „ vel penitus amisso; puta δέ τις, vel δὲ τις, vel δ᾽ τις, & quae sunt hujus„ modi: qua in re tum plurimum variant Codd. tum magnam sibi solent scri„ ptores (scribas dicere ego malim) licentiam indulgere, seu pingendi, seu „ non pingendi; & sic, aut secus. Ego itaque in tantillo negotio (praeser„ tim nisi emphaseos ratio hoc aut illud suadeat) codices ubi consentiunt, se„ quor; ubi differunt, arbitrio utor meo; neque admodum sollicite, ne ni„ mis curiosus videar in re nihili: permisso interim aliis judicio suo, si quan„ do secus factum malint.

Cum itaque & ego viderem Scholiaſten Luciani accentum in ὃς & φησὶ fere perpetuo retinere, hunc ei morem plerumque relinquere ſatius habui.

„ Idem intellige, pergit *Wallis* de vocibus, quae nunc conjunctim, nunc „ ſeparatim ſcribi ſolent, & quidem pro cujusque arbitrio: ut ὥς τε ὥστε, οὐκ „ ἔτι οὐκέτι, οὐδ' ὅλως οὐδόλως, μὴ δὲ μηδὲ, μόνον οὐ μονονοὺ, ταὶ γὰν ἦν τοιγαροῦν, ἐφ' ὅσον „ ἐφόσον, ἐξ ἀρχῆς ἐξαρχῆς, ἐφ' ἑξῆς ἐφεξῆς, ὅν τινα ἕν ὁντινοῦν, τοῦτ' ἔστι τουτέστι, „ δι' ὃ διὸ, γ' ἂν γοῦν, & multis aliis.

Addo ἤμενον, quod *Fl.* in Luciano οἰμενοῦν, & ſimilia, quae in variantibus ſemper notaſſe inane fuiſſet. Inter μὴ δὲ autem & μηδὲ volui initio obſervare differentiam; ſed comperi deinde id eſſe ἀδύνατον, cum aliae Edd. id perpetuo connectant, aliae perpetuo disjungant, aliae promiſcue utantur; quare Pariſinae ſcripturam in eo plerumque retineri ſum paſſus, quae fere ſemper μηδὲ, ubi *J.* & *H.* μὴ δὲ, licet & *Fl.* id perſaepe ſejungat. Addere poſſem ἐπιμήκιστον, quod jungunt Edd. ſed *Fl.* ſeparat, vid. quae *Hemſterh.* ad *D. Mort.* VI. 5. notat. Item ἀμφοῖτο quod *J.* amat, ac ταινῦν & ἐπιπλέον. Sed quo major in his diligentia, eo minus forſan utilitatis. Sic τ' ἄλλα *Junt.* fere ſemper, *Fl.* vero & pleraeque τ' ἄλλα. Eadem κωλύει τὲ, & κύειν τὲ, cum tamen in οἷός τε, in ἡδονήν τε accentum particulae adimat. Ita & *Rhodomanni* editio D. Siculi τὲ ubique accentu inſignit. Nos vero τε etiam in κωλύει τε & ſimilibus accentu privavimus ex accuratiorum Grammaticorum praeceptis.

Commentatoribus autem ſuam ſervavi orthographiam, interdum & vitia, maxime *Bourdelotio*, quod & *Hemſterh.* feciſſe video, ut ejus incuria adpareret. Quare ne putes me omnia illorum probare, quae non refutavi, quaeve poſt deſcripta demum typis folia detexi, E. gr. quando T. 2. in *Demon.* c. 30. *Solanus* in contextu οὐδὲ μέγα nihil immutans, in notis tamen ſcribit οὐδὲν μέγα, ut alia mittam.

Scholiaſten vero totum manu deſcribere ſumus coacti, quia plurima erant emendanda, quae Cl. *Clericus* non correxerat, plurima longe alio ordine collocanda, & integra ſcholia perſaepe ad alios dialogos referenda, ad quod tamen Doct. *Solani* diligentia viam jam munierat, ſingula numeris diſtinguendo, & varias lectt. ex Codd. Anglicis adjiciendo, atque utrumque *Voſſianum* codicem conferendo, quem & ipſe oculis ſubjicere volui; ſed bis fruſtra aditu ad Mſſ. bibliothecae Leidanae expetito, non tanti duxi, ut tertium iter eodem ſuſciperem. Cetera typothetica vitia, quibus immanem in modum ſcatebant illa ab *Clerico* edita Scholia, quantum licuit, ſuſtuli, interdum & pauca quaedam corrupta ex conjectura emendavi; ſed reſtant & alia nondum ſana, quae feſtinatio non ſivit attingere, neque tanti eſt iſte Scholiaſtes, ut cura adeo exquiſita dignus ſit. Mirere tamen qui *Clericus* in epiſtola ad *Graevium*, quam huic praefationi ſubjungam, de ſua cura majora praedicet quam praeſtitit.

Sed nec noſtra Scholiorum nec Luciani editio ab mendis eſt libera; etſi enim ab Viro perito ſedulo eſt correcta, ante quam ad me ſpecimina transmitterentur, tamen arte nulla caveri poteſt, quin aliqua reſideant, vel quae noſtram

ſtram legentium aciem effugere, vel quae operae negligunt, quantumvis corrigas, id quod eo facilius contingit, quando praelum alia in urbe exercetur, quo factum eſt, ut ſemel tantum perluſtrare mihi quamque plagulam licuerit; hoc tamen adfirmare audeo, vel minus typographicarum mendarum jam in contextu Luciani inventum iri, quam in Edd. aliarum ulla. Quare Lector non tam reſpiciet quot forſan remanſerint, quam quot ſublata ſint, pro tribus enim rurſus admiſſis, contra vel triginta eſſe emendata deprehendet.

In commentationibus autem meis interdum a me erratum, aut, ſi mavis, peccatum eſſe mea culpa, ſed per properationem, jam deprehendi; quare in Addendis potiſſima corrigam, ſi modo & ad ea ſubjungenda tempus concedatur, quod ſi non ſuperfuerit, Lector veniam dabit in aliam occaſionem & ea rejicienti quae ſubinde in notis promiſi adcuratius in Addendis excutere.

Luciani vitam promiſerat *Solanus*; nec dubitabam quin eam jam confecerit, quum ab anno 1720. quo ſe ſuas ad Lucianum notas typographo tradidiſſe, ſcriptum reliquit, vel ſaltem ab anno 1723. quo additamenta etiam quibus eas auxit, ad finem ſe perduxiſſe teſtatur, ſatis ſpatii ad id praeſtandum habuiſſe videtur; decennio enim & amplius ſupervixit: ſpem deinde quoque fecit peritiſſimus omnis elegantioris literaturae *Hemſterhuſius*, ſe illam vitam conſcripturum; quod cum per alias occupationes facere prohiberetur, & Clar. noſter *Geſnerus* eamdem ſpem feciſſet; hinc ego minus de ea concinnanda ſollicitus excerpere atque colligere ex ipſo Luciano neglexi, quae illuc ſpectant; tamen quae ex eodem aliisque corradere per tempus licebit, Lectori exhibere, quam neceſſariam hanc provinciam plane deſerere malo.

Indices Graecos tres incredibili labore ac patientia, (continent enim ſupra quinquaginta locorum indicatorum millia) confecit frater dulciſſimus *Carolus Conradus Reitzius* Gorinchemiani gymnaſ. rector, quorum duos adjecimus, primum Scholiorum & Variantium quarumdam Lectionum; Notarum alterum. Tertium omnium verborum ac phraſium, tam locupletem, ut adnecti tertio Luciani tomo non potuerit, retinere coactus ſum. Et quia praecipua tamen in notarum indice ſatis quoque amplo, occurrunt, confidimus Lectorem hiſce duobus contentum fore, eoque magis, quum priores Edd. nullo Graeco Indice, praeterquam ſolo Dialogorum, ſint donatae. Quum vero copioſiſſimus ille tertius Index jam plane confectus ſit, promiſit bibliopola ſe eum quoque ſtatim praelo ſubjecturum, ut primum ſenſerit eum eruditorum votis expeti. Ego vero, qui nullus dubito, quin deſiderio plurimorum reſpondeat iſtud opus, vel meo periculo illum ſeorſum edi curabo, ubi Wetſtenius noſter hanc aleam ſubire gravabitur, & quidem eadem forma, qua haec volumina, faciamque ut Lexici Lucianei vicem praeſtare queat, indicata via, qua, etſi ad noſtram potiſſimum editionem eſt aptatus ac deſtinatus, non adeo magno negotio etiam ad alias editiones uſui eſſe queat; hunc enim majore cura quam reliquos compoſitum eſſe novi.

In indicandis autem Luciani locis, non ſolum paginarum numerum, ut vulgo fit, Indices hi commonſtrabunt; ſed & Dialogorum paragraphos ſive ca-

capita ſimul addita reperies, ut numquam fruſtra ſis quaeſiturus; nam ſi forte in exprimendo altero numero erratum ſit ab operis, alter tamen tibi locum commonſtrabit.

Ut igitur ego fratri immortales gratias ago habeoque, quod mea gratia moleſtum hunc laborem ſubierit, nihil reveritus ignobilis, ut nonnullis audit, hujus operae exprobrationem, ita & benevolus Lector ſua ſtudia hac ope adjuta gratus adgnoſcet, & utriusque conatibus benigno judicio favebit. Vale. Dabam Trajecti ad Rhen. ipſis Kalend. Martiis, anni CIↃ IↃ CC XLIII.

Etſi mox ſubjungam notata *Solani*, de Scripturae compendiis quibus Editiones & Codices in Variantt. Lectt. deſignantur, tamen & hic monendus es, Literis quadratis Codices Manuſcriptos, currentibus vero, typis vulgatas editiones notari; exempli cauſſa P. ſignificat Poli Cardinalis vel Perizonii collationes ex Cod. ſed *P.* obliquius exaratum, editionem Pariſinam; W. Codicem Wittianum, *W.* edit. Wechelianam; quam deinde potius per *Wech.* indicavi; ſed tam raro occurrit ejus mentio, contra tam frequenter W. Codex, commemoratur, ut confuſio non ſit metuenda. B. Barocciannum Codicem, *B*1. edit. Baſil. primam, & ſic deinceps, ut in catalogo ſequente fuſius exponitur. At ſi penes me ſtetiſſet, potius integris ſyllabis haec expreſſiſſem, *Par. Baſ.* &c. ſcribendo, quam unica tantum litera, quod brevitas iſta negotium faceſſit & corrigenti & lectori; ſed quia ſic coeptum erat, non licuit mihi ab iſto more recedere; cum tamen viderem Solanum in Ed. Hagenoana varietates Florentinae ſola litera *F.* deſignaſſe, idque & Hemſterhuſium ſic expreſſiſſe, usque ad medium Tomi primi: at in Juntina eumdem Solanum, in qua longe plures varietates adleverat, *Fl.* pinxiſſe pro Florentina, & *Fr.* pro Francofurtana, id ſedulo deinde ſic diſtinxi. Cumque idem dubium poſſit oriri ex ſola litera *A.* ſitne Aldina an Amſtelodama intelligenda; licet per *A. Amſtelodamam* denotat Hemſt. & Solanus plerumque *Ald.* ad priorem illam denotandam, ſcripſerit, tamen interdum in eo ab ipſo erratum deprehendi; quare & hoc poſtea diſtinxi integras ſyllabas exprimens, niſi ubi numerus 1. 2. additur, ut *A*1. *A*2. ſatis patet *Aldinam* intelligendam, quia *Amſt.* non bis eſt excuſa. Ita varietates *Aldinae primae Weſſelinganae* ſemper ſic notantur, marg. *A*1*W.*

MO-

MOSIS SOLANI
SYLLABUS NOTARUM.

m. 1. mendose.
2. (post numerum) *mediam paginam* significat.
i. *initio paginae.*
f. *finem, sub finem.*
— Deest (At cum litterae subjicitur, nihil in reliqua voce mutatum esse, notat.
E. vel EE. Editiones tunc ad manum.
Edd. *(Fl. Ald. Fr. P. J.)* vel *reliquae editiones.*
Bi. Basil. 1. in *erratis* seu potius variis lectionibus.
Coll. *Collectanea Galaei.*
W. *Wittianus Codex Mſ. a Jensio collatus.*
M. *Marcianus Codex Mſ.* (qui olim Wittianus) *a me in his consultus.*
P. *Poli* (Card.) cujus collatio penes Perizonium.
Ex. *Excerpta* penes Perizonium ex Ed. Flor. *cum Codice Poli collata.* i. e. Edit. Fl.
L. *Longolii excerpta* ex Codd. Mſſ. penes eumdem Perizonium; sunt autem hi collati cum edit. Ald.
W. *Wecheli editio* quorumdam opusculorum Luciani.
r. Recte.
V. Mſ. *Codex Vaticanus* in his locis a Cl. Joh. Masson collatus. In Scholiis Codex Vossianus.
O. Mſ. *Oxonienſis* vel Ox.
marg. *Ai W.* margo Aldinae primae Wesselingii, de qua in praef. plura I. F. Reitz.

CATALOGUS
Commentatorum Luciani, secundum ordinem aetatis.

Joannes Brodaeus. designatur	*J. Br.*	Jacobus Gronovius. . . .	*J. G.*
Gilbertus Cognatus. . . .	*G. C.*	Joannes Clericus. . . .	*J. Cler.*
Joannes Bourdelotius. . . .	*J. B.*	Joannes Jensius.	*J. J.*
Theodorus Marcilius. . .	*Th. M.*	Ludovicus Kusterus. . . .	*L. K.*
Lambertus Barlaeus. . . .	*L. B.*	Lambertus Bosius.	*L. B.*
Jacobus Palmerius a Grentemeshil.		Horatius Vitringa.	*H. V.*
. . . . .	*J. P. a G.*	Jo. de la Faye. . . .	*J. de la F.*
Tanaquillus Faber.	*T. F.*	Eduardus Leedes.	*E. L.*
Franciscus Gujetus. . . .	*F. G.*	Moses du Soul, (sive Solanus)	*M. du S.*
Aegidius Menagius. . . .	*AE. M.*	Maturin. Veyssi. la Croze.	*M. V. la Cr.*
Adolphus Vorstius. . . .	*A. V.*	Tiberius Hemsterhusius. . .	*T. H.*
Jacobus Tollius.	*J. T.*	Joannes Matthias Gesnerus.	*J. M. G.*
Joannes Georgius Graevius.	*J. G. G.*	Joannes Fredericus Reitzius.	*J. F. R.*

***

M. DU SOUL, *sive* SOLANI *monita.*

EDITIONES LUCIANI, quibus usi sumus:

Anno 1496. Florentina Graeca, quam totam cum hac contuli. designatur in Var. Lect. nota *Fl.* vel *F.*
1503. Aldina 1. Graeca. notatur *Ald.* vel *A1.*
1522. Ald. 2. Gr. designatur *A2.*
1526. Hagenoana 1. Gr. insignitur *H.*
1535. Juntina Gr. scribitur *J.*
—— Hag. 2. Gr. *H2.*
1545. Basileensis 1. Gr. *B1.*
1546. Francofurtana Gr. *Fr.*
1550. Veneta 2. Gr. *V2.*
1555. Bas. 2. Gr. (Bas. 1. ne correctis quidem mendis in indice notatis exprimit.) *B2.*
1563. Basil. tertia, *B3.*
1615. Parisina Graeco Latina. *P.*
1619. Salmurienſis Graeco Lat. *S.*
—— Basil. 4. Gr. Lat.
1687. Amstelod. Gr. Lat. *Amst.* & *A.*

CODICES COLLATI.

O. vel B. Baroccianus vel Oxonienſis Codex Mſ.
I. Codex Mſ. Bar. (N°. LVI.) continet hoſce Luciani libros.

Διαϐ.	fol. 132.
Κάλαπλ.	136.
Συμπ.	142.
Ἰχαρ. (deeſt folium unum aut alterum)	147.
Ῥητ. (capite truncatus NB. in Catal. omiſſus)	152.
Προμ. ἐν Λόγ.	154.
Εὐχ.	155.
Ἔρωτες (de induſtria omiſſa hic plurima)	162.
Ζ. τρ. (deeſt folium unum)	164.
Ζ. ἐλ. (non integer)	171.
Δικ. (pars tantum)	173.
Ἀναϐ.	174.

II. —— (N°. 136.) continet tantum dialogos aliquot *Mort.* cum *Jud. Dearum* & uno *Marino.*
III. Bodlejanus N°. E. 2. 16. *Dialogos Mortuorum* non plures *quinque.*

I. IEN-

I. IENSIUS.

I. [Nobiliſſ. Joh. de Witt dedit mihi anno 1698. Codicem quorundam Luciani opuſculorum Manuſcriptum, quem contuli, & reperi eum eſſe ſatis antiquum. 1°. numquam litera ι ſubſcribitur, ſed pone apponitur. Tum vocabula γῶν, ὅταν, ἐπειδὰν &c. ubique diſtinctim erant ſcripta, ut γ' ὧν ὅτ' ἂν ἐπεὶ δ' ἀν &c. Tum ζῷα non ζῶα. πρώην non πρόην. Littera B. ſcripta eſt υ. nullae usquam diſtinctae erant dialogorum perſonae ipſis perſonarum nominibus; ſed duo tantum puncta (:) exeunte qualibet perſona, erant picta. Denique ſcholia ad marginem, ſed ita minutis & abolitis litteris, ut minima pars eaque vix legi potuerit.]

Opuſcula Mſſ. erant haeç

Πρ. λ.	Ἀρμ.	Εὐν.	Ἐρω.	Ἡσιοδ.	De hoc ipſo Codice vide plura a me initio vol. 2. annotata
Μισθ.	Σκυ.	Ἀγρ.	Υ. εἰκ.	Συρ.	
Ἀ. μισθ.	Συγγρ.		Γυμν.		
Πτα.	Ὀρχ.		Ἀποφρ.		
Ἑρμ.	Λεξ.		Διψ.		

Omnia quae ex illo Mſ. Cod. in Jenſiano codice erant annotata, in hunc meum a me ſub nota W, transſumpta ſunt. *M. du Soul.* 1707.

II. [Excerpta codicis Reginaldi Poli Cardinalis tit. Iſ. Nirei & Achillei Archiepiſcopi Cantuarienſis, anno MDLVII.] (ad παρασ. usque; caetera manca.)

III. [Excerpta ex Chriſtophori Longolii Luciano (ap. Ald. MDIII.) cum Mſſ. collato. MDL.]

De Codice MARCIANO.

Codex eſt membranaceus in folio, ut vocant, qui ex libris Cardinalis Seripandi olim fuiſſe teſtem habet ejus manum. Alibi etiam Chalcopyli Conſtantinopolitani fuiſſe, ſcriptum eſt.

Ex Italia advexiſſe credo virum Nob. Joh. de Wit; quo defuncto, emtus eſt a viro nob. D°. van der Mark, qui eum nunc Ultrajecti poſſidet. Codicem hunc Mſ. nunc vir egregius, Lucianique ſtudioſſimus Bridges J. C. Anglus 1722.

Scriptus eſt elegantiſſime, nullis literarum, niſi una aut altera voce, compendiis; ut θ--ς, πν. & αν--ς, pro θεὸς, πνεύμα, ἄνθρωπος. Littera β. in textu hac fere forma pingitur *u.* in ſcholiis vero figura β conſtanter adhibetur; unde patet recentioris eſſe aevi.

Continet autem opuscula Luciani sequentia; hoc ordine.

1. Πτα. ἀκέφαλον est		8. Μισθ.	ξϛ'.	15. Ἐρωτ.	οϛ'.
2. ἀ. μισθ.	ξ'.	9. Γυμν.	ξζ'.	16. Ὑ. εἰκ.	οζ'.
3. Ἀρμ.	ξα'.	10. Συρ.	ξη'.	17. Ἀποφρ.	οη'.
4. Ἡσ.	ξϐ'.	11. Ὀρχ.	ξθ'.	18. Ἐρμ.	οθ'.
5. Σκυ.	ξγ'.	12. Λεξ.	ο'.	19. Πρ. λ.	οι'.
6. Συγγρ.	ξδ'.	13. Εὐν.	οα'.		
7. Δι. ψ.	ξε'.	14. Ἀστρ.	οϐ'.		

Quibus opusculis adscripti sunt quos hic vides numeri. Unde liquet LVIII. titulos ab initio periisse; summamque, si a fine integer censeatur, fuisse libellorum LXXVII. qui numerus, rejectis spuriis, cum nostris Codicibus satis constat, in quibus LXXXI. cum nothis inveniuntur.

Quaterna folia erant, nisi quod, lacerato folio uno, primo tria tantum inveniuntur. Quaternario autem cuique inscriptus numerus Graecus, indicat amissos a capite quaterniones XLVI. & XLVII. in folium unum; incipit autem Codex, non ab initio libelli *de Lapsu* &c. sed ab his in eo verbis, τὸ ἄδοξον ἢ προσαγορεύσεως, quae in Junt. editione p. 312. occurrunt. Desinit, serie continua quaternionum, cum LXIII.

Ex 63. quaternionibus.
deme 46. qui periere.
habebis 17. quaterniones superstites.
qui ducti in 16. paginas cujusque quaternionis,
efficiunt. 102.
17.
272. pag.
aufer 4. pag. laceratas,
habebis 268. paginas, quibus codex nunc constat.

Constiterat autem, cum integer esset a capite, mille & 8. paginis; qui numerus ex 63. quaternionibus in 16. paginas ductus conficitur.

Ego ratione inita comperio 268. illas quibus nunc constat Codex, efficere 312. Junt. editionis paginas 1008. quibus integer constabat, efficiebant 1173. qui numerus vera summa (1274.) 101. paginis distat; quibus aut a fine mutatum codicem censeas oportet, aut in eo non exstitisse spuria quaedam, numero IV. quibus & titulorum numeri distant, ut supra monitum est.

Contuli ego post Cl. Jensium { Συγγρ. μισθ. γυμν. } integros

in quibus paucula a viro doctissimo omissa observavi, in reliquis, quia festinabam, ea tantum loca consului, quae mihi negotium facessebant.

Scho-

Scholia quamvis sint aliquando evanida; alicubi etiam vitiato codice, nulla ope legi possint; & abscissis multis marginibus, non habeantur omnia, plerumque tamen cum Vossianis conveniunt, aut cum ineditis Galaeanis.

Paucula tamen etiam in eis nova a me quam potui diligentissime, sunt descripta, praeloque cum reliquis parata 1707. *M. du S.*

INDEX ALPHABETICUS VARIORUM LUCIANI TRACTATUUM,

Quem verbis dimidiatis exhibeo, quia sic adlegari solet in notis SOLANI.

(Αἰρ.) vel Ἑρμ. p. 315.
Ἀλεκτρ. Tom. II. 702.
Ἀλεξ. II. 207.
Ἀλκ. I. 176.
Ἀναχ. v. Γυμν. II. 883.
Ἀναβ. I. 570.
Ἀπαιδ. III. 99.
Ἀποκ. II. 159.
Ἀποφρ. III. 161.
Ἀρμ. I. 850.
Ἀστρολ. II. 360.
Β. τρ. I. 540.
Γυμν. 263.
Δημ. III. 490.
Δημων. II. 374.
Διαβ. III. 125.
Θ. Ἀγγλ. I. 204.
Ἐν. δ. I. 291.
Νεκ. δ. I. 328.
Ἑτ. Δ. III. 280. & 469.
Δικ. II. 791.
Δ. Φων. I. 83.
Διον. III. 74.
Διψ. III. 234.
Δραπ. III. 365.
Εἰκ. II. 458.
ὑ. εἰκ. II. 484.
Ἐκκλ. III. 527.
Ἐνυπν. I. 1.
Ἐπισκ. I. 487.
Ἐπιστ. κρον. III. 401.
Ἑρμ. I. 739.
Ἑρωτ. II. 397.
Ἑτ. Δ. (vid. Δ.)
Εὐν. II. 350.
Εὐχ. III. 247.
Ζ. ἐλ. II. 626.
Ζ. Τρ. II. 642.
Ζευξ. I. 838.
Ἡλεκτρ. III. 87.
Ἡρακ. III. 82.
Ἡροδ. I. 831.
Ἡσ. III. 240.
Θ. Δ. I. 204.
Θυσ. I. 525.
Ἰκαρ. II. 751.
Ἱππ. III. 66.
Ἰχ. a. II. 70.
Ἰχ. b. II. 104.
Καλαπλ. I. 620.
Κρον. III. 385.
Κρονοσ. III. 393.
Κυν. III. 539.
Λεξ. II. 317.
Μακρ. III. 208.
Μισθ. I. 651.
ἀ. Μισθ. I. 704.
Μυια. III. 91.
Νεκ. I. 455.
Νερ. III. 636.
Νιγρ. I. 37.
Οἰκ. III. 190.
Ὀν. II. 567.
Ὀρχ. II. 265.
Παρασ. II. 836.
Πατρ. III. 229.
Πεντ. II. 922.
Περ. III. 325.
Πρ. λ. I. 23.
Προμ. I. 185.
Πται. I. 724.
Ῥητ. III. 1.
Σκυ. I. 859.
Σολ. III. 552.
Συγγρ. II. 1.
Συμπ. III. 418.
Συρ. III. 451.
Τιμ. I. 98.
Τοξ. II. 507.
Τραγ. III. 643.
Τυρ. II. 141.
Φαλ. a. II. 187.
Φαλ. b. II. 201.
Φιλοπ. III. 584.
Φιλοψ. III. 29.
Χαριδ. III. 618.
Ψευδ. III. 552.
Ὠκυπ. III. 664.

ALPHAB.

Ἑταιρ. Διαλ.
Α. 299.
Γλ. III. 280.
Δ. ib. 301.
— 319.
Ι. 310.
Κ. 289.
— 292.
— 322.
Λ. 315.
Μ. 281.
— 284.
— 286.
— 295.
Τ. 308.
Χ. 303.

Codices Vaticani Mſſ. quos inſpexit Vir Cl. JOH. MASSON.

V. 1. perg. fol. n°. 90. videtur XI. ſeculi. Incipit a Φαλ. α. fol. 5. (quatuor primis foliis chartaceis manu recentiſſima) ordo opuſculorum in eo Codice hic eſt.

Φαλ. α. β.
γ. Ἱππ.
δ. Διον.
ε. Ἡρ.
ϛ. Ἡλ.
ζ. μυια.
η. Νιγρ.
ϑ. Δημων.
ι. οἰκ.
V. 2. πατρ.
κ. Μακροβ.
ἱϛ. α. β. paucis Schol.
Ψαφ.
δ. Φων.
Συμπ.
ψευδος.
καλαπλ.
Ζ. ἐλ.
Ζ. τρ.
Ἀλεκλρ.
Προμ.
Ἰκαρ.
Τιμ.
ἐπισκ.
β. πρ.
ἀναβ.
δ. κατ.
ϑυς.
ἀπαιδ.
ἐνυπν.
πϑαισ.

φιλοψ.
V. 2. νεκ. δ. 7.
{ εν. δ. 19.
{ ετ. δ. 7.
{ γυμν. &c.
Deinde in quibusdam aliis ab hoc diſcrepat.
ϑ. κρ.
μιαϑ.
γυμν.
νεκ.
ὀν.
Ἀλεξ.
εἰκ.
Συρ.
Ὀρχ.
λεξ.
εὐν.
ἀστρ.
ἐρ.
Ἀποφρ.
ϑ. ἐκκ.
τυρ.
Ἀποκ.
Περ.
Τοξ.
Δημ.
συγκρ.
P. 390. v. 18. Ὅμοια Praestantissimus *Gesnerus accipit* similia, *id est*, *consentientia & convenientia oraculo Hammonis.* Mallem, si retineri debeat ὅμοια, παρὰ τῆς Ὀλυμπιάδος· nam paulo post, οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον. Sed pristina conjectura displicere mihi nondum potest. Usum vtrborum *volutari* & κυλίεσθαι eximie declaravit *Pricaeus* Not. ad *Apul.* Milesi. IX. p. 488. Commode vero Alexander & Diogenes apud inferos novitii colloquuntur: utrique enim eodem die, hic Corinthi, ille Babylone, in Orcum se penetrarunt, ut testantur *Diogen. L.* VI, 63. & *Plutarchus.*

P. 393. v. 69. Si color aliquis vulgatae lectioni possit induci, nihil equidem speciosius invenio, quam quod suggessit *Jo. Matth. Gesnerus*: *Non puto*, inquit, *hanc vocem esse silentio tegi volentis dedecus Aristotelis: contrarium enim apparet. Sed hoc vult*, sine me scire, *id est*, *concede*, *ut ego melius quam quisquam sciam*, *& dicam adeo*, *quis fuerit Aristoteles*, *ut nostri*, Das muss ich am besten wissen. *Μόνον non excludit alios a cognitione futura*, *quam omnibus jam impertit*, *sed a praeterita.*

P. 415. v. 53. Vide pereruditam & ingeniosissimam de Pythagorae κυάμῳ disputationem in Miscell. Observ. A. 1735. p. 417. quam qui legerit, nihil est, cur quicquam amplius a nobis desideret.

P. 446. a. Graevius *quin felici conjectura . . . non dubito.*] Nunc ut dubitem faciunt, quae perquam ingeniose pro vulgata lectione scripsit ad me politissimus *Gesnerus*: eummet ipsum audi causam hanc agentem. *Certatim viris doctis placuit ἀπετάχησαν*, *quod ipse ejus restituendi auctor* Graevius *vertit*, emarcuerunt, pannosae factae sunt. *Sed hic nondum viri character erit*, *verum vetulae aut aegrotae. Quin retinendam puto scriptionem constantem omnium*, *qui usquam sunt*, *librorum*, *ἀπετάθησαν*, extensae sunt *non in longitudinem dependentem*, *sed cruti pectoris intentae*, *ut nihil ibi laxum*, *nihil pendens relinqueretur. Ita collis ἀποτείνεται*, *sive* extenditur, *cum solo aequatur: unaquaeque enim linea curva*, *sive arcus circumscribens collem illum extenditur*, *& fit recta; certe ad rectam magis accedit.* Haec ille, quibus si vetusti scriptoris ad usum eum verbi ἀποτείνεσθαι firmandum auctoritas accederet, jam sublata foret omnis dubitandi causa.

P. 469. b. infima. Extat versus a *Diacono* prolatus in *Orphei* Εὐχῇ v. 45. ibique legitur, ἐφαινήν. Praeferendum arbitror, quod restitui.

P. 486. v. 13. Περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς.] Plane noster Tiresias cum Simonide sensit, cujus erat praeceptum παίζειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ περὶ μηδὲν ἁπλῶς σπουδάζειν. Vid. *Theon.* Progymn. p. 84. Mox autem κλειθρία si fenestra sit, *clathratam* intelligere oportet. Κλειθρίδια dabit *Evagrius* H. E. I, 14. Πρὸς τῇ ὀροφῇ τοίνυν τῶν λεγομένων ᾠῶν κλειθρίδια καθεσᾶσι· θυρίδας ἔνιοι καλοῦσι· pauloque post iterum κλειθρίδιον· ibi *Langi* & *Christophorsoni cancellos* repudiat *Valesius*, & *clathros* mavult vertere. In Onomastico, Κλειθριὰ, *rima*: alii signatius *januae rimam* interpretantur, ut monuit *H. Stephanus* in Th. L. Gr. nullo alio, quam hoc ipso Luciani loco adhibito. Posses foramen januae vel cistae pervium, in quod clavis inmittitur, exponere: κλεῖθρον vocat *Numenius* in illa facetissime narrata Lacydae historia, quae delusum philosophum ad ἀκαταληψίαν adegit, apud *Euseb.* Εὐαγγ. Προπ. lib. XIV. τὸν δακτύλιον κατεκύλισε διὰ τοῦ κλείθρου· & saepius in proximis: ὀπὴν vocavit *Diogen. L.* IV, 59. Κλειθρίον paulo diversa potestate reperies in *Heron.* Autom. p. 251. 262.

P. 491. b. Not. ad Schol. ἐπιθαμῆς. L. σπιθαμῆς.

P. 493. b. La Pogogia.] *Achilles Statius* ad *Catulli* Phaselum adnotavit, Lusitanos la Poia vocare pedem veli. Hoc ex altero contractum.

P. 496. a. Not. ad Schol. raecum. L. Graecum.

IOHAN-

IOHANNIS BENEDICTI,

De ſua Graeci Contextus, & Latinae verſionis Luciani recognitione, ad candidum & φιλέλληνα Lectorem

PRAEFATIO.

MIRUM tibi videri poſſit, Amice Lector, me poſt viginti celebria Doctorum virorum nomina, recognoſcendis Luciani ſcriptis, & retexendæ maxima ex parte illorum in Latinam phraſim tranſlationi manum admoviſſe: cum veriſimile ſit eos viros, ſui temporis lumina, Graecam linguam ita calluiſſe, ut probe intellectum authorem e Graecia in Latium pede nunquam caeſpitante, animo nunquam dormitante tranſtulerint: me vero, jam primum hoc eruditionis ſpecimine innoteſcentem, nihil melius praeſtare potuiſſe, quam excellentes illi interpretes praeſtiterint: adeo ut huic coepto plus audaciæ ſit tribuendum, quam veræ laudis rependendum. Ego ſane ingenue agnoſco cum eruditionis meæ mediocritatem, tum egregiam virorum illorum praeſtantiam, quam neque ſuſpicere, neque laudare ſatis poſſum: imo cui plurimum deberi ſyncere confiteor. Sed, veluti non raro accidit, ut etiam indoctiores doctiorum inventis non contemnenda ſuperſtruant & addant: ita & mihi contigiſſe, ni fallor, judicabis, ut via, editæ antehac metaphraſeos beneficio, reſerata, plerisque in locis ſcopum authoris clarius & melius attingam. Occaſionem exhauriendi laboris iſtius obtulere mihi ſelectiores & graviores quidam authoris hujus Dialogi, quos dum utile dulci permixturus, publice legebam, & ſingulas ſententias ac voces diligenter expendebam, plerumque non placebat vetus interpretatio, quandoque etiam mendoſa videbatur lectio, unde fiebat ut non plene, planeque ſatis locorum nonnullorum ſenſus caperetur. Idcirco Graecum contextum, vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex proprio judicio emendabam: & ſicubi mentem authoris melius reddere poteram, id ſobrie quidem, & moderate faciebam. Poſt ea mihi ſuccurrit, ſiquidem diverſi diverſorum Dialogorum & Tractatuum erant interpretes, ſingulorum partem ſaltem aliquam attente examinare: quo perſpicerem an Graeca Latinis apprime reſponderent. Hinc variorum interpretum varia ingenia, & quam alius alio foelicior eſſet metaphraſtes, intellexi. Utque, quod ſentio, ingenue pro innato mihi animi candore dicam: comperi Thomam Morum tam fœliciter officio metaphraſtæ functum, ſententias ſingulas ad verbum ſervata latinitate pura reddendo, ut vix aliquid nactus ſim, quod melius redderem: imo potius ipſum hac in mea recognitione imitari voluerim. Ad hanc laudem proxime accedit Eraſmus Roterodamus: in quo quanquam plura quam in illo immutanda judicavi, pauca quidem illa ſunt, ſi cum reliquis compares. Tertius eſt Iacobus Micyllus, Eraſmo fere acquiparandus hoc in negotio. Reliqui interpretes inter ſe ferme pares, tribus illis, me judice, multum cedunt. At omnium infœliciſſimus mihi viſus eſt Vincentius Obſopœus: qui non ſolum ſuperflua verborum luxurie mentem authoris paſſim obſcurat, ſed etiam plerumque vel non capit, vel corrumpit. Atque is eſt qui tertiam ad minimum illius partem Latine exaravit. Cujus interpretationis, quamquam retineo quicquid poſſum, tam obſcura reliqui veſtigia, ut haec prorſus mea non immerito dici poſſit: non ſecus atque [Aſini] ſive [Lucii] verſio, quæ usque adeo miſera prius erat, ut ſuo nomini bene conſuluerit vetus interpres, quum illud reticuit. Caeterum hoc in cœpto ſum verſatus, non ut laudem magnis illis viris ullo pacto praeripiam, praereptam in me transferam, ab iſtiusmodi veſana φιλοτιμίᾳ tantum ſum alienus, quantum virtus a vitio,

tio, jus ab injuria distat. Hic animus, hoc consilium solummodo fuit, ut dum otio in aliquo negotio uti licebat, quod esset opis meæ (quæ quam sit tenuis, agnosco) id in rem literariam conferrem. Velim igitur, Amice Lector, conatum hunc meum boni consulas, eoque sic fruaris, ut quod in eo desiderabis, humaniter toleres: &, si saltus asperrimos superasse non videbor, clementer condones. Nolim enim tam bene de me sentire, ut contendam me tibi versionem istiusmodi exhibere, quæ omnis censuræ expers esse possit: quandoquidem ardua res est eadem elegantia, eademque festivitate authorem hunc de Graeca phrasi in Latinam transferre: ita proprius est unicuique linguæ genius, & inexplicabilis venustas. Forte autem objiciat aliquis me debuisse eos locos notare, quibus in primis emendandis operam impendi. Id utique facere nolui duabus praecipue de causis. Una, quoniam commoda forma, in gratiam eorum qui libros hosce secum circumferre volent, editionem faciendam, & voluminum majorem vel molem vel numerum vitandum putavi. Altera, quoniam confido eum qui veterem versionem cum hac recognitione, & prius excusos Graece codices cum nostro conferet, nullo negotio vel ex ipsa sermonis serie, & locorum sensu, nostræ mutationis rationem deprehensurum. Quamobrem duxi me satis in praesentia praestiturum, si, quoad fieri posset, purum authorem, & versionem ante vulgata commodiorem & fideliorem, cum Indice rerum opere illo contentarum exhiberem. Nunc superesset ut aliqua commendatione Lucianum cohonestarem, nisi sic, actum ab aliis multis, agerem. Et certe quid opus est ut post illos repetam eum esse Atticæ eloquentiæ exemplar syncerum, summa dicendi festivitate, magna rerum varietate, magna scientia, multaque doctrina clarere? Hic si res serias tractat, sit gravis: si jocosas, festivus: si praecipit, si monet, si mordet, est prudens, est lenis, est asper: si orator causam agit, est facundus, acutus, solidus. Denique adeo fœcundo, flexilique valet ingenio, ut veluti Proteus omnes formas, veluti Chamaeleon omnes orationis colores suscipiat: varioque ~~styli~~ penicillo varia argumenta explanet, dum in gravibus exurgit sublimis, in tenuibus incedit humilis, in mediis inter utrumque dicendi genus fertur medius: semper sacrificat perspicuitati: sicubi lubet obscuritatem affectare, dextre id facit. Ex quibus constat nullum esse authorem, quo commodius uti possit, quicumque Graece discere studebit. Hic, si locos recte deligas, tyronibus est facilis, provectioribus accommodus, Graeca lingua jam plene imbutis utilis. Hinc florentissimis Europæ gymnasiis commendatissimus, ut ex eo studiosa juventus, tanquam ex fonte, purum Graecismum hauriret: illique aliorum, qui in scholis praelegi solent, authorum fabulis scatentium, amplus & planus esset commentarius: & ex varietate scriptorum πολυτρόπου hominis hujus, apud quem nulla fere res est, quæ non veniat in sermonem, Graece loquendi formularum flores decerperet. Quæ cum citra controversiam ita sint, omne punctum tulit Lucianus, qui utile dulci miscuit: dignus profecto quem omnis φιλόμουσος amet, quem alioqui impium vel pius non dedignetur, siquidem puris omnia pura, qui ceu Ponticæ apes, mel dulcissimum ex amarissimo absinthio conficiunt. Age ergo quicumque seria, quicumque jocosa quaeris, hic invenies quod animum tuum quocumque tandem modo affectum refocillet, sive te domi haerentem, sive ruri versantem, sive peregre euntem, politissimi authoris lectione recreare cupies. Hinc inter agrorum sata laeta, rerum omnis generis segetem tibi suppeditabit: in horto florido, rhetoricorum florum varias coronas nectet: in viridi & irriguo prato, perenni eloquentiæ scaturigine, & limpidis facundiæ rivis te recreabit. Denique magno parvove sub lare degentem, moribus tuæ sorti convenientibus, nunc falsa dicacitate vitia mordendo, nunc merita laude virtutem extollendo, nunc recta praecipiendo, te informabit.

******

IOAN-

IOANN. GEORGIUS GRAEVIUS
LECTORI
S. P. D.

Vides hic recentem editionem Luciani, quam adornarunt Amſterodamenſes bibliopolae, hoc nomine ſane ceteris meliorem, quod in illam contulerint Bourdelotii, Palmerii, Tanaquilli Fabri, aliorumque politiorum hominum notas: quibus etiam acceſſerunt novae curae nunquam antehac publicatae virorum Clariſſimorum, Menagii, Gujeti, Boivinii, quas mihi miſit Menagius, Iacobi I. F. F. Gronovii, nec nullae meae. Excerpturus plures eram, ſi per temporis anguſtias, & occupationes alias potuiſſem huic negotio maturius & diutius vacare. Uſus ſum editione Florentina anni milleſimi quadringenteſimi nonageſimi ſexti, quam Vir doctus cum optimo codice manu exarato contulerat. Eam primam omnium eſſe perſuaſum habeo. Uſus etiam ſum Aldina anni milleſimi quingenteſimi tertii, nec non duabus Baſileenſibus, altera Graeca anni milleſimi quingenteſimi quinquageſimi quinti, alteri adjecta eſt verſio Latina, quae notiſſima eſt, ut & Salmurienſis Benedicti. Bourdelotianam mihi conſulere nunc non licuit, quamvis olim adoleſcens eam evolverim. Secuti ſunt typographi tam in Graecis, quam Latinis exprimendis, editionem Benedicti, qui vetuſtiorum interpretum verſiones interpolavit. Si quis poſt haec novam Luciani editionem moliri velit, ei ſim auctor, ut novam interpretationem Latinam concinnet, dignam tam culto ſcriptore. Nam ſatis magnus campus patet Graeca docto induſtriam ſuam exercendi. Cum jam omnia typis eſſent deſcripta, miſſus fuit typographis ex Anglia Scholiaſtes Graecus ineditus, quem cum illis communicavit, cum id ab eo petiiſſent, Vir Illuſtris Iſaacus Voſſius. Is enim ex ſuo codice juſſit eum deſcribi, & Amſterodamum perferri. Typographi calci Luciani haec Scholia ſubnecti juſſerunt. Si quid in illis deſiderabis, curis poſterioribus ſperant id emendatum iri. Nunc feſtinantibus multas ob cauſſas ignoſce, & vale.

TESTI-

TESTIMONIA DE LUCIANO.

LACTANTIUS de falſa relig. c. 9. §. 8. Non enim iſta Lucilius narrat, aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit.

Suidas Atheum & blaſphemum vocat, ut vid. deinde, in ejus vita. Ex eo omnes fere deinde certatim Lucianum hoc cognomine ornarunt, quo jure, vid. in Diſſert. ſeq. de ejus aetate ac vita.

Thom. Pope Blount in Cenſura celebriorum auctorum, p. 121. 122. ſequentia etiam congeſſit, quibus nos & nonnulla alia intexuimus.

Joan. Andr. Quenſtedt. Lucian. Samoſat. homo *Atheus*, quippe qui promiſcue riſit omnem religionem; Gentilium *Deos* magna libertate exſibilavit & laceravit, ipſique Chriſto mundi Servatori maledixit & conviciatus eſt, nominans eum *Sophiſtam* de palo ſuſpenſum (ſit venia blaſphemiam repetenti!) unde & *blaſphemi* ſive *dyſphemi*, i. e. maledici & inauſpicati, vel potius impii cognomen ſibi diabolicis ſuis calumniis acquiſivit. Simplicitatem doctrinae coeleſtis riſit hac voce, quam ſaepe contra pios uſurpavit, *omnis doctrina, omnis ſapientia veſtra eſt, Crede.*

Lud. Vives de veritate Fid. Chriſtian. l. 2. p. 126. *Lucianus* hominum & Deorum ſubſannator. — Peſſime *Lucianus Samoſatenus* ſophiſta, qui adimens hominibus veterem ac receptam religionem, non ſaltem reponebat novam aliquam. Quod irrideret antiquas dementias ac inſanias, recte id quidem: ſed alia debebat ſubſtituere potiora. Sublatis enim prorſus religionibus, quid aliud quam hominem ſine humanitate relinquebat?

Idem de Trad. Diſcip. *Luciani* verba ſunt terſa, & *phraſis* dilucida.

Bourdelot. vero in praefat. Luciani: unicum exemplum continentiae LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philoſophiae completae ſectator, cui *Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum.*

Barth. Adv. L. 2. c. 8. *Lucianus* ingenioſus & dicacitati adeo devotus ſcriptor, ut contra omnium *Deorum hominumque* fidem ſuis ſtrophis ſe ſtare poſſe exiſtimet.

Ger. Voſſius de philoſophorum Sectis p. 57. Lucianus Samoſatenſis metuo ne haud ſatis juſta de cauſſa ἄθεος apud *Chriſtianos* audiat. Scio *Suidam* tradere eum ita appellatum, quod in *Chriſtum* debacchetur; verum nusquam in eum maledicus invenitur, praeterquam in perſona *Peregrini*, ubi *Chriſtum* appellat *Sophiſtam*, quae vox non ſolum *Impoſtorem* ſignificat, ſed etiam in bonam partem ſumitur. *Chriſtiani* vero vocem illam aeſtimarunt, quaſi ex *Luciani*, non ex *Philoſophi*, in quo τὸ πρέπον ſervandum erat, perſona dictum fuerit. Non tamen recte ſcenae ſervitur, cum de *Deo* agitur; eoque culpa *Lucianus* haud plane vacat.

Eraſm. Epiſt. L. 29. Ep. 5. in *Luciani* Somn. *Omne tulit punctum* (ut ſcripſit Flaccus) *qui miſcuit utile dulci.* Quod quidem aut nemo, mea ſententia, aut noſter hic *Lucianus* eſt aſſecutus; qui priſcae comoediae dicacitatem, ſed citra petulantiam referens, *Deum* immortalem! qua vafricie, quo lepore perſtingit omnia, quo naſo cuncta ſuſpendit, quam omnia miro ſale perfricat, nihil vel obiter attingens, quod non aliquo feriat ſcommate, praecipue philoſophis infeſtus, atque inter hos *Pythagoricis* potiſſimum, ac *Platonicis* ob praeſtigias:

Stoicis item propter intolerandum ſupercilium, hos punctim ac caeſim, hos omni telorum genere petit; idque jure optimo: quid enim odioſius, quid minus ferendum, quam improbitas virtutis nomine perſonata? Hinc illi *Blaſphemi*, hoc eſt, maledici vocabulum addidere; ſed hi nimirum, quorum ulcera tetigerat.

Idem ibid. Tantum obtinet in dicendo gratiae, tantum in inveniendo felicitatis, tantum in jocando lepôris, in mordendo aceti, ſic titillat alluſionibus, ſic ſeria nugis, nugas ſeriis miſcet: ſic ridens vera dicit, vera dicendo ridet; ſic hominum mores, affectus, ſtudia, quaſi penicillo depingit: neque legenda, ſed plane ſpectanda oculis exponit, ut nulla comoedia, nulla ſatyra cum hujus *Dialogis* conferri debeat, ſeu voluptatem ſpectes, ſeu ſpectes utilitatem.

Boecler. de ſcriptor. p. 62. Multa eloquentia & varia eruditio ei ineſt.

Turneb. adverſ. p. 542. *Lucianus* feſtiviſſimus & politiſſimus ſcriptor.

Phot. cod. 128. Ad ſtylum quod attinet, longe optimus: dictione uſus ſignificante ac propria, quae efficax dicendi genus decet. Diſtinctionis adhaec, atque puritatis, aeque ut perſpicuitatis, & aptae magnitudinis, ſi quis alius, perſtudioſus eſt. Compoſitionem quoque adeo commode concinnat, ut lector credat, non ſe orationes legere, ſed jucundum aliquod carmen, ſine manifeſto cantu, audientium auribus inſtillari.

Cael. Rhodig. L. 9. Lect. Antiq. c. 19. p. 478. *Lucianus* homo foediſſimus, loquentiae multae, at ſapientiae minimae. Idem tamen L. VI. c. 17. p. 301. conceſſerat eſſe doctiſſimum atque ingenioſiſſimum.

Tan. Fab. in nott. ad L. IV. Phaedri, fab. 7. Quid venuſtius dici aut fingi poteſt? ſed ſolens more ſuo facit *Lucianus*. Neque enim temere quemquam reperias terſiorem, elegantioremque.

Iſ. Caſaub. de Rom. Satyr. L. 2. p. 268. *Lucianum* a *Menippo* non pauca eſſe mutuatum, & in multis aemulatum fuiſſe, non dubito: ſed facies orationis tota diverſa. Quin ipſe gloriatur novum ſcribendi genus ſe inveniſſe: ac ſub comica jocoſitate gravitatem philoſophicam occuluiſſe.

M. V. La Croze in Miſcel. Berol. T. I. p. 27. Inter eos Scriptores qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii Lectori commendet, atque *Lucianus*. Cetera vide in Diſſert. ſeq. de Ejus vita &c.

Tib. Hemſterhuſius in prolegom. notarum ad Luciani Dial. Mortuor. Edit. minor. Ad noſtram certe aetatem nullum ingenioſi hominis monumentum, quod cum Luciani Dialogis poſſit comparari, pervenit.

Alia de eodem judicia vid. in Diſſert. ſeq. de ejus vita.

Luciani Samoſatenſis Dialogi, viz. mors *Peregrini*, & *Philopatris*, prohibentur in *Indice Romae* impreſſo anno 1664. juſſu *Alexand.* VII. Pontif. Max.

I. F. REIT-

I. F. REITZII SYLLOGE
DE AETATE, VITA SCRIPTISQUE
LUCIANI.

PRo exiguo quod mihi conceditur temporis ſpatio, (cauſſam in fine praefationis indicavi) vitam Luciani concinnaturus ab nemine adhuc plene conſcriptam, ſatisque inveſtigatu difficilem, ſi ſingula perſequi velis, ea incedam via, ut prius omnia quae inveſtigare potui ſparſim ab aliis tractata colligam, atque in una tabella, immixtis obſervatiunculis quibusdam, proponam; poſtremo vero meam de Noſtro ſententiam ſubjungam, aetatemque ejus ex ipſius ſcriptis, quantum licebit, eliciam, ibi deſiturus, ubi typographorum efflagitatio manum de tabula tollere juſſerit: quumque plerique, maxime *Zvingerus* & *Bourdelotius*, in ſuis praefationibus nimis amplificatis, quam ut totae repeti mereantur, ſuum de Luciani ſcriptis atque aetate judicium ita conjunxerint, ut aegrius disjungi queant, eundem ſequar morem, de aetate, vita ſcriptisque Noſtri ſimul agendo, & ex amborum praefatt. ea tantum, quae huc pertinent, ante excerpendo, quam ad alios transeam. Praemittimus autem ecce vitam LUCIANI ex SUIDA, qualem *Zvingerus* editioni ſuae Baſileenſi tertiae praefixit.

Lucianus Samoſatenſis, cognomento blaſphemus, ſive maledicus, aut atheus potius appellatus, eo quod in Dialogis ſuis ridicula etiam illa eſſe proponit, quae de rebus divinis & ſacris prodita ſunt. Dicitur autem vixiſſe temporibus Trajani Caeſaris, & deinceps. Caeterum fuit ab initio cauſſidicus, Antiochiae, quae in Syria eſt; ſed cum ea res illi non ſatis ex ſententia ſuccederet, ad ſcribendum ſeſe convertit, ſcripſitque adeo infinita. Obiiſſe autem ipſum, fama eſt, a canibus laceratum, quoniam & contra veritatem velut rabiem exercuiſſet. Nam in vita Peregrini Chriſtianiſmum quoque inſectatur, ipſum Chriſtum contumelioſe inceſſit, ſceleſtus ille. Quare & rabiei iſtius poenas ſufficientes in praeſenti vita dedit, & in futurum haeres aeterni ignis una cum ſatana erit. Haec ille. Addit autem Volateranus, neſcio quo auctore: cum ab initio Chriſtianus fuiſſet, poſtea ejusdem religionis deſertorem factum eſſe, dictitantem ſe nihil ex ea conſecutum, quam quod nomen ipſius corruptum eſſet, ex *Lucio*, *Lucianus* factum. Fuit autem Samoſata, ut hoc quoque addamus, urbs non longe ab Euphrate ſita, Commagenes metropolis. Plinius & Stephanus.

Haec partim vera, partim ficta aliquanto melius exſequitur *Bourdelotius*, Luciani vitam hisce verbis conſcribens:

Luciani Samoſatenſis Philoſophi vitam ſcripturum, ope ſumma niti decet, ne temere voluntati & opinioni eorum videatur aſſentiri, qui aggreſſi hactenus falſa veris miſcuerunt, & ex tribus vel pluribus hujus nominis vel rhetoribus vel ſophiſtis, longo inter ſe intervallo viventibus, Luciani noſtri vitam texuerunt. Suidas qui ex antiquis βιογράφοις ſolus Lucianum nobis tradidit, proh Jupiter! quae mendacia blateravit? Satis ad eum refutandum quae nos in contrarium ſcribimus. Volateranus non Suidae contentus nugis alias inſuper de ſuo liberalis adjunxit. Caeteri aut non viderunt viam qua iretur ad illam, aut viſam ſimilibus aliisque mendaciis refarſerunt. Igitur ne ſimili coinquiner audacia, Lucianum de ſe

narrantem exſcribo, ut verus ad oculos legentis accedat. LUCIANUS natione Syrus fuit, urbe Samoſata (*a*), quae juxta Euphratis confluenta ſita eſt: circa Trajani (*b*) tempora videtur natus, cum Epictetus, illud virtutis exemplar, velle eſſe deſineret. Patris ignoratur conditio, ſed tamen ut appareat eum ex hoc genere hominum fuiſſe, qui in extrema paupertate morientes non multum heredem adjuvant. Nam cum deliberandum eſſet de futura Luciani filii conditione, videretque patrem ſuum & uxoris fratrem eximios audiri ſtatuarios, ne deliberavit quidem ut videretur contatus, ſed ſtatim fortunae ſtatuariae filium addixit: qui neſcio an ingenii bona indole, an fato (*c*) quodam, artis ſtatuariae deſertor efficitur, & ad meliorem frugem ſe recipit, atque ſtatim ut ſibi reliquam aetatem a ſtatuaria procul habendam decrevit, meliora pollicitus, rei familiaris inopia, relicta Samoſata, ubi levioribus ſtudiis inſtructus fuerat, Antiochiam petiit, ut cauſis dicendis (*d*) operam daret: ſed cum non illi ad mentem ſuccederet cauſidicinae conditio, videreturque nominis illuſtrior gloria futura, ſi Rhetoricam, qua plurimum pollebat, profiteretur: ut illa noteſceret, varias animo concepit peregrinationes, & ſuſcepit: juvenis in Galliam (*e*) profectus, auditorum frequenti corona, & laudem meruit & retulit: ex Gallia Macedoniam (*f*) petiit, ubi variis diſſertationibus perfectiſſimum dicendi robur exponebat: quales ſunt, Herodotus, Scytha, Harmonides. Sed cum videret, Rhetores inductionibus & fallaciis, divitias & caetera quae prima mortales putant, potius ſibi quaerere, quam verae virtutis mercedem, ea relicta philoſophiam (*g*) aggreſſus eſt: in qua quid profecerit, eſt incredibile memoratu. Sed tamen ipſi etiam philoſophi plus divitiis quam philoſophiae parentabant, auditores invicem ſibi aut vellebant aut vellicabant: & civitates, quibus fucatam illam oſtentabant philoſophiam, factionibus infeſtabant. At Lucianus non fuco cum fucatis, non factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat (*h*), ſemper ingenio ut conditione liber, tandem ſub Divo Marco Aegypti procurationi (*i*) praepoſitus, &

(*a*) Urbe Samoſata] *Lucian.* T. 2. *Q. Hiſt.* §. 24. τὰ Σαμοσάτα dicit plur. num. ut etiam *Strabo:* itaque *Samoſatis* natus dicendum fuiſſet. Cl. *J. Alb. Fabricius* in Bibl. Graec. L. IV. p. 485. eandem hanc vitam ex Bourdelotio exhibet, additis notulis; ad haec autem verba ait: Lucianum patriam indicantem vid. in *Quom. Hiſt.* l. d. Item in *Scytha* T. I. ad fin. §. 9. τοὺς Σύρους ἡμᾶς. In *Reviviſc.* T. I. §. 19. πατρὶς δὲ τίς; Σύρ— τῶν Εὐφρατίδων. Porro Luciani nomen jam Λυκῖνος efferri, jam Λυκιανός.

(*b*) Trajani] *Fabric.* hic *Suidam* indicat, qui ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ καὶ ἐπέκεινα. Sed conferendum Voſſium II. 25. de *Hiſt. Gr.* Immo c. 15. ubi eum ſerius collocat, quod pluribus referemus deinde, in hac Diſſert.

(*c*) An fato] Quid dubitemus? ipſe cauſſam refert, in T. I. *Somn.* §. 3. ſeq. quod ſcutica percuſſus ab avunculo, ac nimis duriter habitus fit.

(*d*) Cauſis dicendis] *Fabric.* monet vidend. *Reviv.* T. I. §. 29. ubi *propter fraudes, mendacia ac temeritates, quibus cauſſidicis utendum*, ſe illam artem deſeruiſſe & ad philoſ. transiiſſe refert.

(*e*) In Galliam] Vid. Apolog. *pro Merced. Cond.* T. I. §. 15. ubi Sabinum adloquitur. Obſervatque *Fabr.* Eloquentiam & Atticam dicendi ſuavitatem in Luciano praedicat *Photius* Cod. 128.

(*f*) Macedoniam] *Lucian.* T. I. *Herod.* verſ. fin. ſed & in *Ionia* & *Achaja* audiſſe ſe ſcriptores Hiſtoriam belli Parthici (A. C. 165. geſti) recitantes teſtatur lib. *Quom. Hiſt.* T. 2. §. 14. Confer ejus *Bis Acc.* T. 2. §. 27. *J. A. Fabric.*

(*g*) Philoſophiam] Moralem potiſſimum, cujus argumenti ſunt pleraque ejus ſcripta. Ita cum Socrate exiſtimabat, reliquam philoſophiam univerſam parum ad nos pertinere, certe parum eſſe utilem, niſi ad uſum vitae referatur. In *Convivio* philoſophor. T. III. §. 34. ὡς ἁδὴν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίσασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα ἐς τὸν βίον ῥυθμίζει πρὸς τὸ βέλτιον. Neque philoſophiam ex ſolis libris, ſed & conſuetudine cum honeſtis hominibus hauriendam ratus, prope verum eſſe duxit quod multi dicerent, ὅτι τὸ παιδεύεσθαι ἀπάγει τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία ἐς τὰς ἐν ἐκείνοις φροντίδας συνιχεῖς ἀφορῶντας. *eruditionem a recto ſenſu bonisque inſtitutis abducere iſtos, qui ſolos libros eorumque ſenſa aſſidue ſpectarent.* Ceterum Epicureum ſe fuiſſe indicat in Pſeudomante, & a Graeco Scholiaſte dicitur fuiſſe τῶν Ἐπικούρου αἱρέσεως traditur, licet ex ſcriptis ejus tantum non omnibus rectius collegeris eum perinde, ut, cujus vitam ſcripſit, Demonactem, Philoſophiae non unam ſectam peculiariter coluiſſe. T. II. *Demon.* §. 5. *Idem.*

(*h*) Abſtinentia certabat] T. I. *Reviviſc.* §. 20. μισαλαζών εἰμι, καὶ μισοψευδής, καὶ μισότυφος — φιλαλήθης δὲ καὶ φιλαπλοϊκὸς, καὶ ὅσα τῷ φιλεῖν συγγενῆ. *Arrogantiae, impoſturae, mendacii & faſtus ſum oſor — amator veritatis, honeſtatis, ſinceritatis & eorum quaecumque amore digna ſunt omnium.* Idem.

(*i*) Aegypti procur.] *Apol. pro Merced.* T. I. §. 6. Immo potiſſimum §. 11. & ſeqq. ſed hoc *Tillemont.* jam egit.

& ſuo & amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis ſuis invicem credunt Chriſtianum fuiſſe (*k*) arbitrantur, ſuppoſitiorum pravitate decepti. Ipſa de Morte Peregrini narratio ſatis evincit errorem. Nec ſanior eorum opinio qui a canibus laceratum (*l*) aſſeverarunt. Nam ſenio, vel, quod verius eſt, podagra (*m*) nonagenarius obiit: ſuperſtite unico filio (*n*), qui ſummus ſophiſta Juliani tempore, & ad quem hujus Imperatoris extat epiſtola.

De Luciani autem moribus, vita, ſcriptisque haec fere IA. ZVINGERUS loco ſub init. indicato: Primo autem plures Lucianos refert, *Politicum* unum, cujus Suidas mentionem facit, *Philoſophum* alterum, qui hic noſter Samoſatenſis, cui, an quae leguntur in Anthol. tribuenda ſint epigrammata, adhuc ſub judice litem vigere haud umquam decidendam: pergitque *ibid.* Sunt ea quidem σκωπτικὰ nonnulla: at plura, quod notat H. Stephanus, tam elegantis pietatis, ut ne Chriſtiano quidem auctori pudori eſſent.

Theologos quoque Lucianos complures fuiſſe mox commemorat; & apud Cyprianum eſſe, cui IV. & XVII.^ma epiſtolarum adſcribatur. Fuiſſe & hoc nomine Antiochenae eccleſ. presbyterum, item Hieroſolymitanae, qui & monumentis literarum poſteris innotuerit, ib. commemorat. Sed quum de his Biographi poſſint conſuli, nihilque ad noſtrum inſtitutum faciant, ſufficiat eos tantum nominaſſe, & potiſſima Zvingeri ad Noſtrum ſpectantia excerpere; de quo ille p. 2. & ſeqq. ait:

Parentes noſtri Luciani tenuis fortunae homines puerum Lucianum praeclara indole ad literarum ſtudia natum, arti ſtatuariae addixere, majus inde certiusque lucrum, quo ſublevarentur, captantes, & ſumptus diſciplinae minores. [Sed vide haec ipſum plenius narrantem in Dial. omnium primo.] Nominare quidem eos videtur in Piſcatore, vocans ſe Parrhiſiaſten Alethionis Elenxiclei. At ficta ſunt nomina, quibus ſtudium, quo ducatur, veritatis, & perſonatae ſapientiae odium deſignat.

Patria Samoſata, Syriae civitas, non longe ab Euphrate, ut ſe ipſum Syrum & Aſſyrium non ſemel cognominet: alibi etiam Patrenſem, quae civitas eſt Achajae: tamquam natus hinc, oriundus illinc, ait Beroaldus in octavum Apulcji [locus quem Zvingerus ob oculos habuit,] eſt T. 2. in *Aſin.* c. 55. ubi ait: *Patria nobis Patrae, urbs Achajae;* ſed er-

(*k*) Chriſtianum fuiſſe] Confer *Baronium* ad A. C. 121. num. 7. & *Tillemont.* Hiſt. Imperat. T. 2. p. 709. (ſed eum nos totum addidimus) Scholiaſtes Graecus ad T. III. *Mort. Peregr.* §. 13. Οἷα λαμῖᾶς, ὦ καταφαὴς, κατὰ τῶ Σοφιςῶ Χριςοῦ &c. Eidem Scholiaſtae ad Sacras hiſtorias Lucianus alludere videtur, notat *Fabric.* aliaque Scholiaſtae adfert, ubi is Luciano male dicit, quod in S. Prophetas, in virgam Aaronis, in Moſen, & Joſephum ſcommata jacere videatur, ſed Scholiaſten fugiſſe rationem, ut Editor bene obſervarit. Additque: ab Atheiſmi crimine Lucianum abſolvit D. *Jo. Phil. Treunerus* in Diſſ. de Theologia Luciani. Jen. 1697. 4.

(*l*) A canibus lacer.] *Suidas* in Λουκ. nimirum ſolenne fuit multis, horrenda mortis genera comminiſci de iis quorum dogmata improbaſſent. Confer quae de Epicuro idem *Suid.* in Ἐπικ. & quae de Zoilo notavi Lib. 2. c. 7. p. 365. *J. A. Fabr.*

(*m*) Podagra] Podagra laboraſſe Lucianum colligitur ex iis quae in laudem podagrae ſcripſit T. III. fin. Ita Agrippinum Paſonium refert Stobaeus ſolitum rerum quae ipſi adverſae accidiſſent encomia componere, ſi quidem febriret, febris, ſi notaretur infamia, infamiae, ſi exſularet, exſilii. *J. A. Fabr.*

(*n*) Superſtite — filio] Haec verba *Fabricius* a vita Luciani Bourdelotiana reſcidit, ut aliena; ſed p. 488. ea referens merito reſcilit, dicens: parachroniſmus eſt, cum a M. Aurelii obitu ad primum annum Juliani Imp. intercedat ſpatium annorum amplius CLXXX. Equidem in Juliani epiſtolis trigeſima ſecunda inſcribitur Λουκιανῷ σοφιςῇ — Sed utrum iſte Luciani Samoſatenſis vel nepos fuerit (quos avorum nomine frequentius quam parentum appellabant, licet nec hoc inauditum fuiſſe, Antiſthenis exemplo pateat) vel pronepos, vel utrum ulla eum cognatione attigerit, neutiquam conſtat; nam filium quidem non fuiſſe certos nos facit temporum ratio. Meminit Luciani noſtri etiam *Lactantius* L. I. c. 9. *Non enim iſta Lucilius narrat aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit, ſed hi potiſſimum, qui Deorum laudes canebant.* Latinae ſe linguae utcumque peritum fuiſſe teſtatur Lib. de errore in ſalutatione T. I. §. 13. Haec ille, optime. Sed Bourdelotii error forſan inde natus, quod Chronologos conſulens, Didium Julianum, pro altero longe poſteriore acceperit feſtinans.

errare virum doctum, & alium esse istum Lucium Patrensem, & Biographi, & nostri commentatores satis indicarunt.]

De tempore nativitatis nihil certi. *Suidas* eum sub Trajano, ante quem etiam fuerit, floruisse dicit: alii de Adriano quoque meminerunt. [aliquanto certiora tamen de Nostri aetate dabuntur deinde]

Quanta vero fuerit ingenii praestantia Luciani, pergit *Zvingerus* p. 3. f. non est in dubium vocandum. A prima pueritia emicuerant indicia artificis ingenii, ut eum pater ad praeclaram fingendi artem dexterrimum arbitraretur.

Sed ad majora natus puer, cui non lapidum sed humanorum animorum scabrities erat emendanda; innutritus ergo liberalibus disciplinis, Rhetor fuit, Poëta; Logicus. Testantur id ipsius scripta: inprimis quanta dexteritate adversarios disputando convicerit: quanta facundia causas in foro peregerit, quanta facilitate Comicorum personam non tam ligato quam soluto dicendi genere repraesentarit.

Ad Dei cognitionem & verum cultum si spectemus; hac parte vel maxime impium fuisse eum & παμμιαρὸν, ut ait *Suidas*, libenter fatemur, qui non solum Dei providentiam risui habere, sed & Christum ipsum humani generis vindicem cavillis & maledictis insectari fuerit ausus: tam ferali rabie, ut per ludibrium ἀνεσκολοπισμένου σοφιστὴν scelerate calumniaretur, & quod *Ponticus Virunius* in quadam epistola observat, Joannis quoque Euangelium incesseret: quod de Philopatre dictum existimari potest [At neque *Philopatrin* ab Nostro scriptum, nec *Peregrini* nomine Christum, sed aliquem *Cynicum* Pario Hellesponti oppido oriundum, de quo *Gellius* aliique diserte meminerunt, vel martyrum quendam sub Antonino Vero designari, satis apertum est. Vide *Gesneri* Differt. de Philopatr. notasque ejusdem & *Solani Fabrique* T. III. p. 324–5. & quid de Christiana religione sciverit, senseritque Lucianus, ipsi dicemus ad finem hujus Vitae.]

Deos certe Ethnicos coelo deducit graphice, tantam impietatem, tam profana scelera nullo divino honore dignanda arguens. Id quidem hactenus nec indigne nec impie: at quod inde ingratus homuncio, nec ex sui ipsius quidem, ut alia taceam, vel corporis vel animi mira structura, ad aliquam veri Dei, & vel saltem ignoti, Athenienſium exemplo, reverentiam erigere sese vel voluerit, vel potuerit: sed Epicureorum fatalem necessitatem, omni metu Deorum sublato exosculatus admiserit, id vero extremae impietatis esse, ipsius gentilis arbitrio, non ignoratur: a qua infame nomen ἀθέου optimo jure promeritus est. [Immo nemo magis fatalem illam necessitatem risit; inspice nostri *Jov. Confut.* T. II. p. 626. maxime c. 4. f. & c. 7. ubi servos Parcarum vocat Deos, si fato obnoxii forent. Sed ante omnia c. 18. ubi fatum directe & valide impugnat. De Atheismo autem videbimus in fine.]

Quod si ad Physicam & Mathematicam nos convertamus, pergit *Zvinger.* plus quod laudemus, quam reprehendamus sese objiciet. [Immo in mathematicis parum versatum fuisse, bene aliquoties demonstravit *Solan.* in notis errores ejus indicans]

In practicis autem, ait *Zvingerus*, habitibus, major est ipsius praestantia. Ethicus fuit, minimeque deses veritatis & virtutis sectator; sed & alios secus agentes re & calamo acerrime est persequutus, ut ab antiquis δύσφημος καὶ βλάσφημος: a *Vive* subsannator Deorum & hominum: ab *Erasmo* mitius, nugator festivus: quod ludendo acerbitatem animi ceu velo obducto occultare sciret, cognominaretur. Hujus philosophiae (Ethicae) se admiratorem fuisse & sectatorem, ipse fatetur in Dial. *Piscatoris*, ubi apertis verbis interroganti Philosophiae profitetur, *duarum artium se scientem esse*, *Amandi virtutem*, *& Odio prosequendi vitia.* Saevissimus autem adversus philophos fuit virtutum nomine abutentes, qui summi boni vice honorem, lucrum, voluptatem luxurioſe ambirent, effeminati mimi instar Achillem vel Theseum exprimerent, leonina pelle induti, ad Cumani asini exemplum; bar-

barba nimirum, inceſſu, induvio, philoſophiam mentiri infami ſtudio contenderent.

Vives equidem ad proſcindendam philoſophiam invidia Plutarchi Chaeronenſis impulſum fuiſſe ſcribit, quem in magno honore eſſe apud Trajanum Caeſarem invitus & dolens vidiſſet. [ſed errat *Vives*, ut *Voſſius* poſt paucas paginas adlegandus, oſtendit]

Politiae etiam & Oeconomiae ſtudioſus fuit, quod idem ſcripta ejus teſtantur: ut cum jam ſenior, quod ſcribit *Gilb. Cognatus*, in aulam & familiam Caeſaris ſe contuliſſet, Procuratoris Principis conditionem acceperit.

Quod ad exercitationem, docuit viva voce, & ſcriptis ſimiliter inclaruit. Adhuc juvenem in Gallia, & aliis in locis Rhetoricam profeſſum ſe eſſe, ipſemet teſtatur: quo non ſuccedente, ut *Suidas* vult, ad ſcribendum ſe contulit.

Sunt autem ejus ſcripta quam plurima, quorum cauſſas omnes quanta licebit brevitate enumerabimus. Finis illorum fuit veritas & virtus aſſerenda, & ut vel ſuis ſaltem monitis exorbitans humanum genus in viam rediret, & ſapere diſceret.

Verbis ad hoc uſus eſt, cum Aſianus fuerit, terſis, ingenio ac moribus ſuis congruentibus: tam apta facilitate, ut communem loquendi elegantiam miro ſucceſſu expreſſerit, rebusque dicendis adcommodarit, ut & his ſimul & iis lector magna animi voluptate perfundatur. In forma ſcribendi Platonis exemplum ſecutus, Dialogos ſcripſit, quibus res ipſa ceu geri videatur, magisque audientium & legentium animis imprimi. Comica tamen facilitate & argutia illorum diluit gravitatem tam dextre, ut, ſi quis ullus miſcuit utile dulci, is *Thomae Moro* & *Eraſmo* Lucianus ſit.

Materia ſcriptorum ejus varia eſt, & Hiſtorica, & Philoſophica. Hiſtoriam partim in genere perpendit, quomodo tractanda ſit, praeceptis propoſitis in Dialogo QUOMODO HISTORIA SCRIBENDA SIT: & exemplis, fictis licet, ad praecepta tamen accommodatis, duobus libris DE VERA HISTORIA: partim in ſpecie: varia nimirum, quae vel aliis contigerunt, vel ſibi. De ſua ipſius adoleſcentia in SOMNIO agit: de ſenectute vero, in qua ne tum quidem eloquentiae exercitia deſeruerit, in HERCULE GALLICO. Quae ad alios ſpectant, diverſa ſunt: Theologica, in dialogo DE DEA SYRIA. Naturalia, de grandaevis, in MACROBIIS.

Politicam attinentia, tum ad plures, de amicitia Scytharum & Graecorum, in TOXARI. De philoſophis diverſarum ſectarum apud Ariſtaenetum convivantibus, in CONVIVIO: tum ad unum aliquem: ſic Demonactis vitam in DEMONACTE perſequitur. Lucii transmutationem in ASINO: Alexandri cujusdam res geſtas & vitam, qui ſe Podalyrii filium mentiebatur, in ALEXANDRO. Neronis conatus perfodiendi Iſthmi, in NERONE. Peregrini cujusdam mortem voluntariam, in oratione de MORTE PEREGRINI.

Ipſi praeterea Dialogi meras continent narrationes antiquae & gentilitiae religionis, fideique ſuperſtitioſae, quam ſcoptice traducere, & narrando dumtaxat, in contemtum audientium, quibus, modo vellent, facile liceret inter lupinos & aera facere diſcrimen, abripere voluit.

Organica ejus ſunt multiplicia, & quidem Grammatica nonnulla: de literis, in JUDICIO VOCALIUM: de Soloeciſmo, in PSEUDOSOPHISTA: de dictionis apophradis proprietate, in PSEUDOLOGISTA: de Oratione adfectata, in LEXIPHANE.

Poëtica tangit in cavillatione poëtarum, quae inſcribitur, DISSERTATIO CUM HESIODO. In TRAGOPODAGRA & OCYPO dramatum duorum ſpecimen dat.

Ad Rhetoricam pertinent ejusdem BACCHUS, de ELECTRO, eamque contra reprehenſores defendit in ZEUXI & Apologia contra eum a quo PROMETHEUS IN VERBIS fuerat adpellatus; tum exemplo orationis in Macedonia habitae illuſtrat in HERODOTO. Confirmat in RHETORUM PRAECEPTIS, in quo de corrupta ſuorum temporum eloquentia &

adfectato genere dicendi conqueritur. Orationes sunt aliquot illustres omnium generum. Demonstrativi, Encomium balnei in HIPPIA: DEMOSTHENIS: PATRIAE: DOMUS: Macedonum quorumdam in SCYTHA: podagrae, in TRAGOPODAGRA: Pulcritudinis in CHARIDEMO: studii sui erga auditores, in DIPSADIBUS. Deliberativi sunt: dum suadet taurum, supplicii genus, dono oblatum nequaquam parvi pendendum esse, in PHALARIDE SECUNDO: commendatitia in HARMONIDE. Judicialis generis, ut cum quaeritur, dignus ne sit praemio Tyrannicidae, qui filium tyranni occidit, in TYRANNICIDA: an receptus in familiam possit abdicari, in ABDICATO: an Phalaris taurum aeneum missurus Delphos jure ac necessitate tyrannidem adripuerit, in PHALARIDE PRIMO.

Ad Philosophiam in genere pertinent ea, quae tum contra sectas philosophorum sui temporis declamat in BIS ACCUSATO, & HERMOTIMO: tum de auditore philosophiae, qualis is sit, esseve debeat, lectioni potius quam multitudini deditus, in Dialogo ADVERSUS INDOCTUM: & an eunuchus possit esse philosophus, in EUNUCHO.

Contemplatio de Deo & spiritibus metaphysica est hic apud nostrum Auctorem, & positiva (verba sunt Zvingeri) in ALCYONE, ubi de Dei potestate, quod illi omnia sunt possibilia, differit, licet secundum *Athen.* & *Laërt.* is dialogus sit Leonis philosophi Academici. [hujus, non Luciani esse, Commentatores etiam nostri persuadent ad §. 1. *Halcyonis*, Tom. I. p. 176.] Et negativa, dum festive & acriter contra Deos ethnicos eorumque ridiculos cultus invehitur, in CONCILIO DEORUM, JOVE TRAGOEDO, ac ceteris DEORUM DIALOGIS.

Religionem omnem, tum Christianam in PHILOPATRE, tum Ethnicam in CYNISCO, ludibrio habet [sed Philopatrin ab ipso non scriptum, jam diximus] In Saturnalia invehitur in SATURNALIBUS: in Sacrificia, in Dial. de SACRIFICIIS. Contra incantamenta & spectra in PHILOPSEUDE.

Mathematica attigit in ASTROLOGIA.

Physica inseruit subinde, ut in Dial. MUSCAE, ALCYONIS, DIPSADUM.

Inter Ethica sunt, quae de fine, summo bono agunt contra philosophos, in TIMONE MISANTHROPO, NAVIGIO, CYNICO. De virtute ac moribus in ICAROMENIPPO, NIGRINO, VITARUM AUCTIONE, PISCATORE, FUGITIVIS.

Contra libidinem in AMORIBUS & DIALOGIS MERETRICIIS. Contra calumniantes in oratione de NON TEMERE CREDENDO CALUMNIAE. Contra assentatores, in Dial. PRO IMAGINIBUS. Pro arte assentandi, in PARASITO. De humanitate in salutando, in Dial. PRO EO QUI INTER SALUTANDUM VERBO LAPSUS FUERAT: de avaritia, de incommodis divitiarum, & commodis paupertatis in SOMNIO s. GALLO.

De amicitia colenda in TOXARI. De Luctus vanitate in Dial. DE LUCTU.

Politica sunt mere particularia, ut DE GYMNASIIS in quibus adolescentes boni cives evadant. De aulicae vitae molestiis quas ingenuus subire non debeat, in MERCEDE CONDUCTIS: de *Saltatione*, in Dialogo ejusdem inscriptionis.

Oeconomicum etiam aliquid tetigisse videtur in IMAGINIBUS, describens mulierum virtutes praecipuas, & bona corporis & animi: quae inprimis in domestica administratione se proferre solent.

BOURDELOTIUS eadem singulis de Luciani scriptis praedicat in praefatione, sed ordine aliquantum immutato & argumento multum dilatato, Auctorem summis ubique laudibus cumulat. Missis autem illis ambagibus, ac rescissis quae perlonga & ad pompam composita oratione de fatis priscae philosophiae praemittit *Bourdelotius*, quomodo ab antiqua simplicitate ac virtute defciverit, quam revocare Epictetus, Favorinus, Musonius, Demonax, Nigrinus, & alii quidam boni, frustra tentabant, ac potius exemplo virtutis austerae invidiam

diam sui provocabant; ideoque elephantorum exemplo taciti servitutem deplorabant, donec unicum continentiae exemplum LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philosophiae perfectae sectator, cui (ut ille ait) *Nec viget quidquam simile aut secundum*, aliam viam ingressus, ubi rectum iter vitae coepit inspicere, cum ipsis ingeniis, ipso fato, & ipsis, quod ajunt, Diis conflictari, liberrimaque indignatione corruptos totius orbis mores mordaci Vero radere voluit.

Delibemus igitur breviter ea tantum quae de scriptis ejus adcuratius quam *Zvingerus*, exposuit, ne bis eadem propinemus.

Si quis, ait, desiderio flagret divinam virtutis imaginem ab Luciano depictam intueri, videat Dialogos, quorum tituli IMAGINES, in quibus dum Pantheam Abradatae conjugem effingit, virtutem praebet absolutam. Sed non solum virtutem efformandam decreverat, verum omnia insuper quibus conjungi Dea, & a quibus disjungi solet. Ne igitur incomitata procederet, eximios viros, unicum ornamentum decusque seculi, addidit comites & adsessores NIGRINUM & DEMONACTEM.

Qui autem veros philosophos a fictis & simulatis discernere decreverit, exemplum utriusque rei perfectissimum habet in Dialogis VITARUM AUCTIO, PISCATORES, NIGRINUS; quantum enim virtutis comites laudibus extulit, & aemulatione persequutus est, tantum pessimas illas & execrandas aves in his dialogis insectatus est, vanos & fucatos eos clamitans, qui falso se nomine jactarent, cum veram philosophiam ignorarent, ac plane diversa docerent, ob quaedam verbula virtutis nomine intexta non continuo in Heliconem veniisse; nec solum circa res humanas incerta ac stulta docere, sed & de mundo, de Deo, de sideribus, de providentia divina, falsa, ementita & impia jactare, quae neque viderint ipsi, nec aliunde cognoverint. Quae omnia diligenter exsequitur sublimis ille ICAROMENIPPUS. Veros philosophos, qualem *Nigrinum*, *Demonactem* & CYNICUM exhibet, nusquam scientia tumuisse, Socratis exemplo se nihil scire professos, cum imperitiae professio summa prudentia sit. Simias vero & mimos suos ob quaedam ventosa & obscura argumenta, & falsas rerum definitiones ita ferre supercilium & elatos incedere, ut vix salutatione quemquam dignarentur.

Veros philosophos amicitiae symbolum summa conservasse diligentia, ut probat eximiis decem exemplis TOXARIS sive *Amicitia*.

Nullum esse pretium operae, si verbis virtutem laudemus, disciplinas omnes perdiscamus, omnes artes fuerimus adepti, nisi simul vitae societatem, qua nihil melius Divi humano generi quidquam largiti sunt, profiteamur. Quae omnia diligenter in LAPITHIS, in EUNUCHO & DE SECTIS amplexus est. Virtutis adsessores modestia & frugalitate censeri, nihil in vitam, nihil in mores peccare. Elatos illos & tumidos torrenti ambitione vanaeque gloriae adpetitu torqueri, in summam interim temeritatem & infamiam praecipitari, nihil intentatum relinquere, nec sibi nec alteri parcere, ut vel post mortem superstitem nominis gloriam relinquant. Empedoclis duri sensuum damnatoris, sed simulati, & inani gloriolae petitoris exemplo, ut patet tractatu DE MORTE PEREGRINI.

Alios dum poëtarum carmina & vaniloquam Theologiam praedicant, non solum homines in densissimas tenebras injicere, verum Deos Deorumque principem Jovem: ut patet in DEORUM CONCILIO, PROMETHEO, in JOVE TRAGOEDO, JOVE CONFUTATO, DISSERTATIONE CUM HESIODO. Ineptam etiam & nugacem esse de fato persuasionem, quale scilicet plebecula poëtarum fabulis decepta effingit sibi, Deos etiam huic fato subjici; ut testatur JUPITER CONFUTATUS.

Si quis regnandi desiderio teneatur, videat miseros tyrannorum casus, domesticos luctus, insidias omnium, servilem metum, cum antithesi vitae paupertinae amplificata exhibent CATAPLUS, TYRANNICIDA, privatorum vitam praestantissimam ac tutissimam esse.

Nam divitias, imperia, regna, magiſtratus & cetera prima mortalium, ad quae mundus avidiſſime ſuſpirat, quae ficti philoſophi totis viribus quaerunt, vana, fluxa, caduca.

Eorum animos in pecudes, & praecipue aſinos transire, quorum anteacta vita inerti pigritia langueſcebat, in LUCIO ſ. *Aſino*.

Omnium vitam eorumdem judicum ſententiis ſubjici, nullam aeſtimationem cujuscumque fortunae futuram, nullam perſonarum rationem, nullam, potentiae, divitiarum, famae, dignitatum; pro virtute, pro vitiis, praemia & ſupplicia parari: DE MORTUIS.

Vana eſſe perditorum ſacrificia, niſi vitam virtuti ſacrificent: Jovem non placari donis hoſtiis eorum, qui perjuris linguis minus audientem fatigant: litabilem eſſe hoſtiam, animum purum, rectam mentem, & ſinceram conſcientiam, quae omnia propoſuerunt VOTA & tractatus DE SACRIFICIIS.

Denique Lucianum fuiſſe Grammaticum, Rhetorem, Advocatum, Medicum, Hiſtoricum, Philoſophum, Poëtam, Politicum, ex ceteris ejus Dialogis eodem fere more *Bourdelotius* demonſtrat, quo *Zvingerus*. Quare illa non repetentes, haec notabiliora, quibus praefationem concludit, tantum addimus:

„ Scripta haec (Luciani) poſtquam ingenioſorum hominum manibus teri coeperunt, crevit ſcientiarum & virtutis amor, qui usque in hodiernum diem quorumdam pectoribus „ inſidet. Et ex hac pingui ſegete philoſophicum illud ſemen concretum eſt, cujus progenies & ſurculi Philoſtratum, Eunapium & alios occuparunt. Tantumque potuit aemulatio, ut Syri antea praedae intenti & latrociniis accincti, quibus cum odium virtutis & literarum innatum erat, relicta ferarum & praedonum natura, philoſophiam ſummo deſiderio ſint proſequuti. Nam ab antiquiſſimis Pherecyde & Iſaeo, pauciſſimisque „ aliis Syris, quibus philoſophia cordi fuerat, usque ad Luciani tempora vix ullum Syrum inter tot philoſophantium ſectas poteris numerare, licet Laërtium, Philoſtratum & „ alios evolveris. Atqui poſt Lucianum, mirandaque Luciani ſcripta, caetera ſunt philoſophorum Syrorum maria. Haec poſterior aetas uno ſaeculo Lucianum attingens, avis „ longe melior tulit Jamblichum, Epiphanium, Libanium, Magnum, innumerosque alios „ Syros, qui ſi cum coaetaneis, qui Juliani Caeſaris tempora illuſtrabant, conferantur, „ longe a primis erant ſecundi.

Tandem Lucianum ſuum ab obtrectatoribus defendit, in quos acerbiſſime invehitur, eos peſtes hominum vocans, qui nihil poſſunt quam meliores carpere; quumque primum objiciant, caeteros philoſophos, aliam oſtendiſſe viam, qua iretur ad virtutem; tum quod Chriſtum rerum omnium Dominum inſectatus ſit; denique quod amatoriis dialogis adoleſcentulos flagitiis nobilitet. Ad ea reſpondet, Lucianum ipſum ſatis haec refutare ſcriptis ſuis, & accuſationem falſi convincere, ipſumque a principio ad riſum provocaſſe. Fateor (ait) aliud propoſuiſſe philoſophos, nec quidquam ſimile propoſuiſſe. Nam ſi a philoſophiae reſtauratione talem viam fuiſſent ingreſſi, qualem Lucianus; non tam diu, Andabatarum more, de vero virtutis tramite digladiaſſent.

„ Longe acrius pungit (pergit Idem) quod ſequitur, Chriſtum contumelioſis verbis laeſiſſe. Impium, ſceleratum, damnandum fateor, niſi ſuperſtitionum erroribus etiamtum „ irretito parcatur: poenam in ſe repoſcere, quam Tacitus, Suetonius & alii Chriſtianorum hoſtes acriores paſſi ſunt. Nam eum nunquam Chriſtianum fuiſſe, alibi do„ cuimus.

Reſtant amores meretricii (Dialogum amorum non eſſe Luciani probabimus) in quibus quid aliud deſcribitur, niſi peſſima & ſceleratiſſima meretricum vita, nefanda vitia, corruptelae juvenum, avaritia, gula, ſcelera in unum collecta? Ut enim in ceteris Dialogis

ſo-

ſolus Lucianus interiora virorum examinat, ita quarumdam feminarum vaſerrimum & praviſſimum ingenium explorat. In haec facinora quaere ſupplicium

Tu qui, naſute, ſcripta diſtringis ſieu.

Haec autem *Bourdelotii* promiſſa probatio, *Amores* non eſſe Luciani, huc rediit, ut in notis ad hujus Dial. initium diceret: *Non eſſe Luciani, — ſed alicujus qui Lucianum ſupervixerit, jam monui praefatione ad Lectorem, videtur eſſe Ariſtaeneti.* Interim & mihi aeque ac Kuſtero, non videtur Luciani eſſe, tam ex adfectato & inflato ſtylo, quam ex longioribus digreſſionibus ante quam ad ipſam diſputationem veniatur, aut redeatur; nam ſi Luciano tribuendus ſit, conjicere licet, ſcriptum eſſe, ut Philoſophis παιδιρασία exprobretur, ut vid. §. 35. ejus *Dial.* T. 2. ubi manifeſto pungit eosdem, dicens cum divina philoſophia hunc etiam amorem adoleviſſe. At non mihi ſatisfacit illa conjectura, & peſſimus hic exprobrandi eſt mos, qui nec ſatis ab auctore ridetur, nec ridendo ſanatur, ſed abominatione dignus.

G. I. Vossius de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. Lucianum Samoſatenſem aequalem facit Athenaeo Naucratitae, qui ſub M. Aurelio vixerit, ſed poſt Commodum etiam, imo usque ad Pertinacem & Severum vitam protraxerit. [quod non adeo mirum; ſi enim poſt Commod. vixit, facile Severum attingere poteſt, propter perbreve Pertinacis & Did. Juliani, duorum triumve menſium imperium] paullo majorem natu facit *Suidas;* nam vixiſſe ait ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραιανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. Suntque in hac ſententia *Gilb Cognatus* & *Jac. Zvingerus;* quin *Ludovicus Vives*, vir acris judicii ſuſpicatur eum ad infectandos philoſophos impulſum fuiſſe invidia Plutarchi Chaeronenſis, quem ſummo apud Trajanum loco eſſe cerneret ac doleret. Mihi ſecus videtur, nec levi de cauſſa; quippe meminit Lucianus Marci Caeſaris, ac belli Marcomannici ab eo geſti, [in *Alex. ſ. Pſeudom.* T. 2. §. 48.] Διατρίψαντα ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἐκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μαρκομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. Vides ut non tantum belli meminerit cum Marcom. & Quadis; ſed Marcum θεὸν *Divum* vocet, quod arguit eum naturae ceſſiſſe. Quare extra controverſiam poni debet, Lucianum tum Marci Antonini Philoſophi aetate vixiſſe, cum referat ſermones quos habuit ipſe cum Alexandro Pſeudomante, tum ſub Commodi Antonini philoſophi filio. — Moretur locum inter Hiſtoriae ſcriptores, non ob *Ver. Hiſt.* libros, ſed propter tractatum *Quom. Hiſt. ſit ſcrib.* de *Dea Syria*, ac *Macrobios.* Eunapio vero refertur inter vitarum ſcriptores propter unam *Demonactis* vitam. — *Gul. Philander* ad Vitruv. Apollonii vitam Luciano huic adſcribit, & *G. Cognatum* in nott. ad *Pſeudom.* eodem propendere arbitror; ſed Lucianum minime eſſe hujus vitae ſcriptorem, facile probabo; nam Epicurei rident omnes praeſtigias ac vaticinia. Lucianus autem tam Epicureae ſectae addictus erat, quam qui maxime. Quorum neutrum negabit, qui vel ejus Alexandrum oculis percurrerit non conturbatis. [at non ita totus Epicureus fuit, ut ex aliis ejus ſcriptis patebit; & qui etiam Epictetum probarit] Illud quoque valide hanc rem confirmat, pergit *Voſſ.* quod Lucianus oſtenſurus a cujusmodi praeceptoribus hauſerit hoc vitae genus, refert, quomodo eum primo in contubernium receperit ἑρασὴς γόης, — huic ſe eum proſtituiſſe, ac mercedis loco κακίαν, ſeu maleficii artem, reportaſſe: fuiſſe autem doctorem hunc genere Tyaneum, e comitibus Apollonii Tyanei; cujus omnes impoſturas probe calluerit. Sic enim inquit: Ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος, καὶ ἐρασὴς, τὸ γένος Τυανεὺς τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ πάνυ συγγινομένων, καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων. Quae manifeſte indicant, quo loco Apollonium habuerit Lucianus. Quemadmodum & illud, quod mox ſubjicit; Ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι διατριβῆς ἄνθρωπον λέγω; Haec pluribus commemorare viſum fuit, quo pareat cuivis, quam inanis ſit ſuſpicio eorum, qui libros de Apollonii vita, contra Codicum omnium fidem, contra auctoritatem Eunapii, B. Hieronymi, Photii, Suidae, & tot aliorum, abjudicant Philoſtrato.

Voſſio maximam partem adſtipulatur Cl. HEMSTERHUSIUS, in praef. ad Polluc. p. 29. b. ſcribens : „ variis e Luciani locis patet, eum floruiſſe ſub Antoninorum imperio & „ Commodi: hac ſane de re nemo Luciano paululum familiarior addubitet: legendus enim „ ſolus ejus *Pſeudomantis* ſeu *Alex.* qui omnem, ſi quis eſt, ſcrupulum demat: in eo θεὸν „ vocat Marcum Philoſophum, ex quo recte collegit *Voſſius*, l. d. eum de hoc Imperatore „ jam defuncto & in Deos relato loqui : huc accedit, quod oraculum illud Alexandri „ mendax Antonini Pii & Marci aetate ſit exortum, —— ea vero de re Lucianus tanquam „ ſibi comperta & explorata, quaeque ſe contigerit vivente & vidente ſcribit, quod recte „ *Marcil.* cum alibi, tum ad Philopatrin obſervavit : de hoc autem oraculo legendum „ ſuadeo prodigiali doctrina virum *Ezech. Spanh.* de Uſ. & Praeſt. numiſm. p. 176. De„ monax, cujus buccinatorem egit Lucianus, iisdem vixit temporibus : inter alia vero „ meminit Herodis Sophiſtae, quem Marci Philoſophi praeceptorem fuiſſe Capitolinus tra„ dit" : cetera de Soſtrato, quae ibi ſequuntur, etiam adlegavit *Solan.* ad T. 2. *Demonactis* §. 1.

IOAN. IONSIUS de Scriptoribus Hiſtoriae philoſophicae, L. III. c. 10. §. 6. p. 60. de Noſtro haec praedicat: Lucianus, patria erat Samoſatenſis, teſte ipſo de ſe libro, *quomodo Hiſtoria ſit ſcribenda*, quo libro Avidii Caſſii poſt Lucium Verum defunctum Anticaeſaris ſub Marco occiſi aequalem ſe eſſe indicat : & Vologeſi, Frontonis, Titani & Severiani meminit, ut coaetaneorum, ad Celſum quoque dialogum ſcripſit. Hic vero laudari debet, quod *Demonactis* philoſophi vitam literis prodidit etiamnum ſuperſtitem. Vixit Demonax ille ſub Antonino Pio & M. Antonino, aequalis Epicteti, Luciani, Timocratis Heracleotae, Peregrini, qui & Proteus dicebatur, & ſub Marco flammis ſe devovebat, Herodis, Onocrati Cynici, Favorini, Pollucis, qui nobis Onomaſticum Commodo Imperatori nuncupatum reliquit, Agathoclis Peripatetici, Cethegi viri conſularis, Rufini peripatetici, ut ex Demonactis vita apud Lucianum intelligimus. Laudat illam vitam *Eunapius* prooem. Λουκιανὸς ὁ ἐκ Σαμοσάτων, ἀνὴρ σπουδαῖος εἰς τὰ γελαστὰ, Δημώνακτος φιλοσόφου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀνέγραψεν, ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ἐλαχίστοις δι' ὅλου σπουδάσας. *Lucianus Samoſatenſis, vir ad concitandum riſum factus, Demonactis ſua aetate philoſophi vitam in literas retulit, atque eo in libro, ut perpaucis aliis, ſeriam operam conſumſit.* Edidit quoque Demoſthenis encomium, Dialogum de Sectis, de moribus Philoſophorum, & Vitarum auctionem, quo dialogo cujuscumque ſectae philoſophos mire exagitat. Fuerunt qui Apollonii Tyanei Pythagorici vitam a Philoſtrato ſcriptam Luciano adſcribere malint, quorum ſententiam jure improbat *Voſſius* Hiſt. Gr. II. 15. Diverſus a noſtro eſt *Lucianus* ille, cujus meminit Laërtius L. VI. *Diog.* [i. e. L. VI. Sect. 73. p. 349. ubi ait: ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ. εἴ γε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὧν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. quod nihil mirum, aliquot enim ille ſaeculis antiquior noſtro, qui ante Diogenem etiam, ut ex *Laërt.* patet, vixit, & cujus alia quoque patria ibi commemoratur]

De Theologia autem Luciani, diſſertationem Jenae habitam ſub praeſidio *J. Phil. Trauneri*, idem *Jonſius* prodit, p. 208. L. III. cujus & *Fabricius* meminit in Bibl. Gr. eamque indicat Jenae prodiiſſe 1697. ut ſupra vidimus. Si illius compos fieri potuiſſem, nonnihil inde delibaſſem; ſed quum eam inveſtigare ἀδύνατον ſit, videamus num quid Cl. J. A. FABRIC. amplius de noſtro habeat, praeter jam indicata ad vitam Lucian. a *Bourd.* ſcriptam; Concinnavit *Fabric.* catalogum ſingulorum Luciani ſcriptorum, cum breviſſimo eorum argumento; ſed ſatis de his jam actum; ideo pauca, ad aetatem Noſtri facientia, & alia quaedam ſingularia tantum inde exhibeamus: P. igitur 496. de Diſſert. *Quom. Hiſt.* agens, ait: liber ad Philonem, quo Mileſium quendam tum Creperium Calpurnianum Pompejopolitam, Callimorphum Medicum haſtatorum legionis ſextae, Philoſophum Corinthium Antio-

tiochianum Hieronicem Apollinis, Demetrium Sagalaſſenſem, Piſidium aliosque ineptos illa aetate belli Romanor. cum Parthis A. C. 165. commiſſi ſcriptores perſtringit, tum docet hiſtoricum alienum eſſe debere a rationibus encomii & invectivae, nec voluptati conſulere alii lectorum, niſi quae ex veritate conſequatur — res narrare libere, perſpicue, graviter, non paucis illis ad quos ſcribentis amor, odium, metus & ſpes forte ſpectet, ſed omnibus, & poſteris praecipue. T. 2. p. 1-79. Lucianus promittit *ib.* §. 24. ſe in alio opere oſtenſurum prooemia quaedam Hiſtoriarum eſſe, vulgus lectorum latentia. Niſi reſpicit alterum locum §. 52. ſeq. quod mihi non videtur. Sic *Fabric.* Non video tamen commodiorem alium locum, ubi hoc egerit Lucian. quam in eod. tractatu *Quom. Hiſt.* a §. 52. ad 56. ubi prooemiorum virtutes, abſentiam, exempla prodit; niſi dicas promiſſum ejus §. 24. verbis ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν comprehenſum, ſpectare prooemia ſua aliis dialogis praefixa.

De Macrobiis Luciani ad Quintillum ſcriptis notat Idem, alterum librum de Longaevis Romanis [quem promiſit §. ult. *Macrob.*] ad eumdem Quintillum vel intercidiſſe, vel a Luciano non eſſe ſcriptum. Sed unde hi ſuppleri queant, vide ad T. III. in nott. *Majii* ad p. 229.

De Mercede Conductis diſſertationem ad philoſophum *Timoclem* eſſe conſcriptam, qui id vitae genus amplexurus erat, obſervat Idem, nihil vero de tempore quo ſcripta ſit, hinc eliciendo, [forſan quia difficile dijudicatu, Stoicus ne is Timocles, an alius, vid. not. ad T. I. Dial. *Mort. Comt.* c. 2. id ergo disquiremus deinde.]

Apologiam vero pro Merced. Cond. ad *Sabinum* philoſophum & ipſum, atque amicum ſuum eſſe conſcriptam, qua probet ad ſe non ſpectare quae ſuperiore libro diſſeruit, licet aetate provectus (ἐν γήρᾳ ἤδη, §. 4.) ſub Imperatore Remp. ſuſceperit tractandam (procurator, ut videtur, in Aegypto conſtitutus a M. Antonino Imp.) notat *Idem.*

Tum de Morte Peregrini diſſerit: eum philoſophum Cynicum Parianum ex Chriſtianum fuiſſe, qui ſenex ſe ipſum poſt Olympia celebrata A. C. 169. die 16. Julii in Arpina quae viginti ſtadiis Olympia diſtabat, conſcenſo rogo, ſpectantibus omnibus combuſſit, Epiſtola ad Cronium T. III. 325-364. Non integrum ad nos perveniſſe hunc libellum contendit idem *Fabr.* in nott. ad ejusd. *Peregr.* §. 11. [ſed refutatur a *Solano* & *Geſnero*] Peregrinum a Chriſtianis rejectum fuiſſe innuit Lucianus. §. 16. quod de idolothytis comediſſet — ἐσθίων τῶν ἱερωσύνων. Varias hinc inde in Christum & Chriſtianos effutit blaſphemias §. 11. & 13. & per νομοθέτην πρῶτον Chriſtianorum, *ibid.* videtur intelligere Joannem Euangeliſtam, qui in Euangelio & Epiſtolis unus maxime omnium commendat illam de qua Lucianus, ἀδελφότητα. Quae §. 39. de vulture ex rogo Peregrini evolante leguntur, iis cum doctiſſimo *Lemonio* vix crediderim perſtringi acta Martyris Polycarpi: viderint etiam alii, num ad imitationem S. Ignatii fecerit Peregrinus, quod §. 41. traditur ante mortem omnibus fere celebrioribus civitatibus Epiſtolas miſiſſe, διαθήκας ſive praecepta, admonitiones & leges. Fuit haec ſententia magni *Pearſonii* in Vindiciis Ignatii, parte 1. p. 6.

Dein de Rhet. Praec. T. III. pag. 1. ait: hoc libello Jul. Pollucem perſtringi, cujus Onomaſticon habemus, auctor eſt Graecus Luciani Scholiaſt. Sed vide quae adverſus hanc ſententiam diſſerit Cl. Pollucis editor *Hemſterh.* in prolegomenis p. 31. ſeq. qui Dioscoridem quendam Rhetorem illius aetatis a Luciano exagitari exiſtimat. Idem ex eod. notat *Solan.* noſter l. d.

De Dea Syria, T. III. p. 451-490. haec obſervat: ſcriptus eſt hic liber dialecto Ionica & Luciano hinc abjudicatur a Petro Jurieo in Hiſt. Critica rituum Judaicorum, Gallice non ita pridem edita. Sed Arrianus quoque cum reliqua Attice ſcripſiſſet, nonnulla (ut Indica) ſcripſit Ionice. De Dea Syria conſulendus praeter laudatum Jurieum Seldenus ſyntagm. 2. de Diis Syris cap. 2. Quae de arca Deucalionis §. 12. & columba §. 33. a Lu-

cia-

ciano traduntur, illuſtrat *Octav. Falconerius* in diſſ. ad numum Apameenſem T. X. Antiq. Graec. p. 678.

TIMON. nobis T. I. pag. 98-176. de quo ultimo loco agit *Fabric.* qui ad ſeriem alphab. Gr. dialogos diſpoſuerat, fuſius eidem enarratur, quae omittimus, ex nota ejusdem hiſtorica hoc addentes, (quia *Solan.* ait aetatem ejus aſſignari non poſſe) „ Timon Athenien„ ſis Echecratides e tribu Colytto, clarus fuit circa tempora belli Peloponneſiaci, quod „ geſtum ab Olymp. LXXXVII. 1. ante Chriſt. 432. Timonem ſe ipſum deferentem ob „ Alcibiadis amores finxit *Liban.* Decl. IX. T. 1. p. 343. Callim. in eum Epigr. III. 7. „ Anthol. Ab hoc Antonius ab Auguſto victus regiam ſuam vocavit Timonium, in ea „ deinceps Timonis inſtar procul ab hominum conſortio victurus, teſte *Strab.* L. 17. p. „ 745. Conf. *Plutarch.* in Ant. p. 948. ſeq. qui praeter dicta ejus quaedam & Callimachi „ Epigramma affert Timonis Epitaphium, & ab Ariſtophane & Platone Comicis ob miſan„ thropiam reprehenſum refert. At Pſeudo Plato philoſophus Ep. 24. inter eas quas Al„ latius edidit: *συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους οὐκ ἠδύνα„ το ἤρια φιλεῖν.* De hoc Timone & morte ejus Suidas in *ἀποφράγας.* Hunc inferorum ja„ nitorem fingit Lucianus, T. II. 2. *Ver. Hiſt.* c. 31. Fuit & alius Timon junior Sillogra„ phus poëta, patria Phliaſius *ἰδιοπράγμων* & ipſe, teſte Laërtio IX. 112. diſcipulus Pyr„ rhonis Sceptici, de quo ſupra L. III. c. ult. Praetereo Timonem Aegyptium, memo„ ratum Ptolemaeo Hephaeſtioni L. 4. & Timonem quem in Sympoſiacis ſuis colloquen„ tem inducit Plutarch." *Faber* in nott. quas ſeorſum calci T. I. adjecimus eum ad an. ante Chriſtum 429. refert; ſed *Fabricius* Chronologor. recentiorum calculum videtur ſequutus. Multa de Timone etiam Cl. *Hemſth.* in Ed. Luciani minore, ubi ſummis laudibus hoc ingenii Lucianei monumentum effert, at nihil de ejus aetate, quam curioſius hic inveſtigare nihil opus credo. Addo tantum *Photium*, qui Epiſt. CIV. p. 149. *Timon ille, apud antiquos improbitate hominum fortaſſis intolerabili motus prudenter egiſſe quidem viſus eſt, cum pro Philanthropo miſanthropus haberi volebat.*

Philopatrin demum quod *Fabricius* contra aliorum ſententiam Luciano tribuat, nihil eſſe, jam occupavimus ſupra, ad Diſſ. *Geſneri* de illo, provocantes.

Celebratiſſimus PETR. BAYLIUS in Lex. Hiſtorico Critico, quod miror, de Luciano ſeparatim non agit; in tranſitu tamen ſuum de eo judicium profert in notis ad Tit. PERRIERS, T. III. p. 678. b. ubi ait: Patres Eccleſiae, qui omnia ridicula falſorum Deorum expoſuere, omnino ſunt laudandi; id enim egere, ut Ethnicis oculos aperirent, fidelesque confirmarent. Non ignorabant, ſe contemtum cultus Ethnici inſpirando efficere ut credentes fortius verae fidei adhaererent, ſimulque bona arma Chriſtianis contra perſecutionis impetum ſubminiſtrare. Sed Lucianus, qui adeo ſubſannavit falſos Ethnicorum Deos, omnique jucunditate perfudit deſcriptionem ineptiarum & fraudum quibus Graecorum religio abundabat, non ideo minus deteſtatione dignus eſt; quandoquidem id non agens utili conſilio, nil aliud quaeſivit, quam ut ad deridendum nato ſuo ſatisfaceret ingenio, & ut liberum evagandi campum aperiret Satyrico ſuo ſtilo, & quia ſe aeque indifferentem, vel aeque averſum a veritate praebet, quam a mendacio.

Idem BAYL. T. I. Tit. APELLIS, not. p. 258. b. Anachroniſmum Luciani multis exagitat, quod in *Calumn.* T. III. §. 2. Apellem proditionis accuſatum cum Theodoto Phoenices praefecto, referat, cujus tamen conſpiratio ſpectet regnum Ptolemaei Philopatoris, quae coeperit centum annis poſt Alexandri mortem, adeoque Apelles in vivis eſſe non potuerit. Confudiſſe igitur exiſtimat quamdam conſpirationem ſub Ptolem. Philadelpho, cum proditione Theodoti, quod & mihi haud improbabile videtur.

Idem ibid. p. 653. Tit. BRACHMANES, obſervat Lucianum horum ſeſe cremandi intrepidum

dum morem opponere morti Peregrini, medias in flammas subito insilientis; ac velle methodum Brachmanum qui sese tenebant immobiles, dum igne assarentur, multo esse gloriosiorem, superque his *Baylius* ita judicat: „ Ecce quomodo homo derisor omnia carpere „ novit. Si Peregrinus istos philosophos Indos esset imitatus, Lucianus eum accusasset „ inertiae, ac dixisset: *paciſci cum morte quaerit, ac ſenſim ſenſimque ſe confirmare ſtudet:* „ *plus enim animi oſtenderet, ubi ſe uno ſaltu in rogum conjiceret.*

At justius, ingeniose Bayli, forsan objiceres, quod eumdem subito in ignem insiliendi actum laudet, ac generosi animi esse praedicet T. I. *pro Merced. Cond.* §. 4. ἐκὼν δὲ μάλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος. Sed & haec ironice, & alterius nomine cum dicat, mihi non videntur contraria. Cumque & Brachmanum dementiam, & Peregrini aeque rideat, omnino licuit ei dicere Brachmanes esse fortiores; si tamen ea mens est Baylii, oportuisse Lucianum in Peregrini facto improbando subsistere intra vanae gloriae exprobrationem, non vero extenuare ejusdem audaciam aut fortitudinem, contra veritatem, recte judicavit.

D. TILLEMONTIUS in Hist. Imperatorum. Tom. II. part. 2. art. 29. p. 707—10. cujus verba sic verto: „ Celsus philosophus Epicureus, (qui Ecclesiam scriptis oppugnare adgressus est) tempore Commodi adhuc vivebat, aeque ac LUCIANUS, qui ad eum post Aurelii excessum misit historiam Alexandri impostoris, quam ejus rogatu conscripserat. (vid. T. 2. Alex. s. Pseudomant. §. 1. & 48.) Ille LUCIANUS & hodie perceleber est scriptis suis, quae ob Linguae Graecae puritatem stilumque politum, jucundum, vividum & acuminis plenum, magna cum voluptate leguntur. Sed palam profitetur impietatem, aeque subsannans veram religionem, de qua diversis in locis loquitur, ac superstitiones Ethnicorum, quas vere ridiculas esse demonstrat. Inde cognomen blasphemi & Athei traxit, teste Suida. Namque & philosophiam Epicuri sectabatur, ut vid. in ipsius *Lucian.* Pseud. c. 61. sive ult. *Phot.* c. 128. p. 309. (quae ab atheismo parum distat) vel potius neque ulli religioni addictus fuit, neque dogma certum & constans fovit, omnia vero ut incerta ac problematica considerans, & omnia ridere volens. Quod ipsum adparet ex quatuor versibus qui tempore Photii ejus operibus praefixi legebantur [jam Epigrammatum primum est] Sed quod praeterea scripta ejus reddit lectu periculosa, illud est, quod saepe non majorem pudori quam religioni reverentiam exhibet.

Oriundus erat Samosatis in Syria, (vid. T. 2. *Quom. Hiſt.* c, 24.) fortuna tenui, per aliquot tempus caussas dixit, (adi T. I. *pro Merced. Cond.* §. ult.) & extrema senectute munus Graphiarii praefecti Aegypti accepit, (conf. *pro Merc.* c. 5. 9. & 12.) non aliam forte occasionem nactus qua paupertatem effugeret (ipse nos & alia plura singularia de sua vita docet, quae non necessaria duximus referre. Vidimus eum scripsisse canones suos historicos haud serius anno Christi 166. vitamque Alexandri post mortem Marci Aurelii) Itaque non possumus sequi illos, qui ex narratione *Suidae* cum collocarunt in tempus Trajani (Baron. 171. §. 7.) *Suidas* addit referri, eum a canibus discerptum interiisse, in poenam, quod ausus esset cavillari JESUM CHRISTUM (quod forsan ne ipsi quidem daemones umquam sunt ausi. Nos vero optaremus id testimoniis melius comprobatum) Creditur etiam nonnullorum dictum quod Christianus fuerit, haud aliunde natum, quam ex verbo Suidae male intellecto, & ex eo, quod majorem Christianismi notitiam habuerit quam multi alii Ethnici. (*Bar.* 171. §. 7.)

Non habemus historiam quam conscripserat de Sostrato Boeotio philosopho illis temporibus celebratissimo, (vid. *Lucian.* T. 2. Demonact. §. 1.) cujus vita maxime dura, fuit atque austera, & cujus vice alii contra omnem rationem atque auctoritatem eidem tribuunt vitam Apollonii Tyanensis, quam Philostratus reliquit. (*Voſſ.* Hist. Gr. L. 2. c. 15. p. 233. 234.)

****

En-

Eunapius pr. p. 12. 13. adſeverat hunc, qui tam pauca compoſuit ſeria opera, auctorem eſſe vitae philoſophi Demonactis, cujus per longum temporis ſpatium diſcipulus fuerit. Eum omnium quos noverit maximum nobis philoſophum facit. Interim adparet, eumdem tamen modo fuiſſe Cynicum aliquantum humaniorem ac magis politum quam ceteros. (*Luc.* Vit. Demon. c. 3. 4. &c.) Nullam religionem amplectebatur, aut certe nulli ſatis favebat. [Verba Tillemontii erant : *Il avoit peu ou point de religion*, & ut id demonſtret, adlegat *Demon.* p. 547. Ed. Par. i. e. §. 5. T. 2. p. 377. Edit. noſtrae, ſed locum inſpicienti patebit non id dicere Lucianum, ut ad finem hujus vitae oſtendam] quod tamen in eo melioris notae eſt, in eo conſiſtit, quod claro loco natus, (Dem. c. 3.) opibusque eloquentia ac ſcientia inſtructus (ib. c. 6.) interea duram ac pauperem egit vitam, neminem ſibi adſciſcere volens qui ei miniſtraret aut ſerviret. (ib. c. 5.) Sed finis hujus ſplendidae virtutis fuit, quod videns ſe centeſimum fere annum agentem auxilio alterius indigere, nec ipſum ſibi amplius miniſtrare poſſe, fame interire maluerit (c. 65. & 66.) Natus erat Cypri, (c. 3.) ſed vitam transegit Athenis, (c. 11.) ibique obiit magna cum exiſtimatione Athenienſium, tam in vita quam poſt mortem. (ib. c. 66.)

Narratur de eo, quum Athenienſes pugnam gladiatoriam vellent inſtituere, ne Corinthiis hac in re quidquam cederent, ipſum eos monuiſſe, *ut ante quam hoc agerent, aram, quam miſericordiae conſecraſſent, deſtruerent.* (c. 57.) Quumque Imperator ex eo quaeri juſſiſſet, quaenam optime gubernandi ratio eſſet, reſpondit, *pauca loqui, audire multa, & numquam iraſci.* Nullo caſu commovebatur, praeterquam morbis ac morte amicorum, non majus bonum in vita adgnoſcens quam amicitiam. (c. 10.)

Optaremus, pergit Idem, hic enarrare poſſe complura jucunda quae acciderunt, & ad bene inſtituendam vitam utilia, quae Lucianus ſuis operibus immiſcet, & in primis hiſtorias quae ipſius tempore contigere, quasque in dialogo de Amicitia commemorat ; ſed hoc ab inſtituto noſtro longius nos abduceret. In quadam harum hiſtoriarum (T. 2. *Tox.* c. 39.) loquitur de variis bellis Scytharum ad Tanaim habitantium, adverſus ceteros Septentrionis barbaros, maxime contra Boſpori adcolas, quorum Leucanor ac deinde Eubiotus frater nothus eo tempore reges erant. (*Tox.* c. 44. 51. & 54.) Leucanor forſan ſucceſſerat Rhoemetalci, qui erat Rex Boſpori, tempore Antonini. (*T. Ant.* v. p. 20. *Lucian.* Pſeud. c. 57.) Naves quae Lucianum ſervaverant, ut mox videbimus, vehebant Legatos Eupatoris ejusdem terrae Regis, quae in Bithyniam proficiſcebantur ad ſolvendam pecuniam quotannis a ſe debitam, aut ad accipiendam eam quam Romani ipſi ſolvebant : verba enim Auctoris ἐπὶ κομιδῇ, dicto c. 57. *Pſeudom.* [ſed locum diligentius examinanti patebit, non in utramque partem accipi poſſe haec verba] utrumque ſenſum admittunt. Eubiotus in bello contra Scythas dux praeerat omnibus Graecis, ſecundum verba Luciani, (Tox. c. 54.) id eſt, ut exiſtimo, incolis urbium Graecarum Cherſoneſi : idque eorum confirmat ſententiam, qui credunt iſtam regionem paruiſſe imperio Regis Boſpori.

Idem *Tillemontius* eod. T. 2. p. 711. hiſtoriam Alexandri impoſtoris ex Lucian. enarrat, quam ex Noſtro petendam non repetemus, haec tamen ex p. 713. ſeq. ad aetatem Luciani facientia non omittemus : Fama Alexandri mox in Italiam usque delata eſt, & venerabantur eum etiam in aula *M. Aurelii*, ubi patronum habuit Rutilianum, virum primae dignitatis, ſed admodum ſuperſtitioſum, quique eo dementiae proceſſit, ut aetate valde profecta filiam hujus impoſtoris duceret, credens Lunam ejus eſſe matrem. Falſa quae ediderat oracula *Severiano & Vindici* ducibus exercituum Romanorum, (*Pſeudom.* c. 27.) auctoritatem ejus non minuebant, in mentibus illorum quos daemon captivos tenuit, quique merebant ut ſpiritui erroris relinquerentur, ut crederent mendacio, quod non receperant ac dilexerant veritatem quae eos ad ſalutem perduxiſſet.

Eo porro inſolentiae progreſſus eſt, ut ab Imperatore veniam rogaret monetae percutiendae

dae quae imaginem ſuam ab altera parte, & Glyconis ab altera referret. Non additur num id obtinuerit. [ſed ex parte obtinuiſſe exiſtimat *Solanus* in nota ad c. 58. *Pſeudom.*]

Fraus tandem deſiit morte impoſtoris — Periit enim ante *M. Aurelium*, (ſi ille idem eſt Alexander) de quo *Athenagoras* p. 29. 30. ait, circa annum 180. conſpici ſepulcrum in area, *grande place* (foro majore) Pariae urbis Helleſponti, in eodemque foro ſtatua etiam erat Alexandri, cui ſacrificabatur ut Deo, feſtaque publica inſtituebantur, ſpe obtinendae ſanationis a variis morbis.

Lucianus tandem accuſare Alexandrum tentavit coram praefecto Bithyniae & Ponti; ſed cum nihil obtineret a praefecto metuente, ne Rutilianum offenderet, non aliam Lucianus de Alexandro vindictam ſumere potuit, quam ejus vitam, poſtquam obiiſſet, ſcribendo. Ibi ſe inimicum ejus profitetur, adeoque accidentia quaedam addidiſſe potuit, quibus hunc impoſtorem magis diffamaret. Ipſius tamen hiſtoriae textus adeo certus atque in vulgus notus erat, ut ſuſpicari non liceat, veritatem ab eo eſſe adulteratam.

Ejusdem Tomi p. 724. *Tillemont.* quaedam de *Lucio Patrenſi* refert, qui auctor fertur Dialogi de mutatione in aſinum, ex quo *Lucianus* aeque atque *Apulejus* ſuam hauſerint narratiunculam. [Sed quum ex *Voſſii* Hiſt. Gr. haec tantum adferat, *Solanusque* & *Geſnerus* in notis ad iſtum Dial. T. 2. p. 566. & 67. hoc aliquanto pluribus dixerint, iſthoc mitto, *Geſneri* ſententiae interim omnino adſentiens, Lucianum iſta ſcripſiſſe; ſtilus enim & ingenium plane reſpondent; ſed fictionem forſan ex altero hauſiſſe, inſertis ſuis jocis, quibus abſurditatem fabulae, & hominum turpes mores ac ſuperſtitionem derideret; licet idcirco laſcivum hoc ſcribendi genus minime probem.]

BIOGRAPHI ceteri vix quidquam de Luciano ſingulare adferunt; ſed Suidam fere ſolum ſequuntur, vel Bourdelotium a quo circa iter Luciani tamen aliquantum diſcrepat *J. C. Iſelinus* in Lexico univerſali Hiſtorico-Geographico haec referens; quae addere viſum fuit, quia corpus illud Germanice conſcriptum paucorum in manibus eſt: Initio, ait, cauſſidicus evadere ſtuduit; ſed cum lites forenſes ei diſplicerent, philoſophiae ac praecipue oratoriae operam dedit; tumque primo Antiochiam habitatum conceſſit, ac deinde Ioniam totamque Graeciam peragravit, unde in Galliam atque Italiam ſe contulit, ac tandem per Macedoniam in patriam rediit. Ex nonnullorum relatione vitam ad 90. annos produxit, ſcilicet a tempore Imperatoris Trajani, ultra finem imperii M. Aurelii, ſub quo magna in dignitate vixit, praefectusque Imperatorius Aegypti eſt conſtitutus. Fuit quidem ſummi vir ingenii atque eruditionis, ſed nulli religioni addictus, ac ſcurra Chriſtianae Ethnicaeque doctrinae. Fertur quondam Chriſtianiſmum profeſſus, & propter diſſolutam vitam a fide rurſus deſciviſſe. *Suidas* a canibus diſcerptum prodit. Auctores vero unde haec hauſerit *Iſelinus*, adlegat hoſce: *S. Hieron.* in catal. *Phot.* cod. 128. *Suidam*, *Voſſ.* de rhetor. antiq. c. 12. de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. *Ablancourt.* & *Jonſ.* de Script. hiſtor. philoſ. l. 3. c. 10. ac *Fabr.* Bibl. Gr. p. 485.

HOOGSTRATANUS vero in Lexico ejusdem tituli, nulla quidem addita auctoritate, eadem habet; hoc tamen de eodem haud ineptum, ſi ea, quae de Philopatri ab antiquiore Chriſtiano ſcripto praedicat, excipias, judicium addens: non ſolum ex maximis ſui aevi ingeniis fuit, ſed & omnis antiquitatis. In operibus ſuis utile dulci miſcere ſcivit, erudire ſimul ac deridere, doctrinamque cum eloquentia conjungere. Perpetuum in ejus ſcriptis videas jocum contra Theologiam Ethnicorum Deorum, vitamque ac mores philoſophorum. In iisdem ſubinde ingentia praebet virtutis exempla imaginesque philoſophiae repurgatae, ubique contemptum vitiorum inſpirans, quae ita deridicula propoſuit, ut odio digna adpareant. Nonnulli credidere eum Chriſtianum fuiſſe; &, ſi Dialogus de Peregrino revera

ab ipso profectus esset, verosimile foret, eum in mysteriis Christianorum fuisse exercitatum: sed hoc opus est antiquioris Christiani, qui Paulum viderat atque audierat, quod Luciano, qui sub Trajano natus fuit, contingere non potuit. Illi qui Lucianum impium ac sine religione nobis descripsere, recte judicarunt, si religionis nomine intellexere Theologiam poëtarum Ethnicorum, aut opinionum philosophicarum portenta. Sed nullo jure impietatis vel Atheismi accusatur, respectu existentiae & cultus veri Dei, quia numquam alterutrum impugnavit.

Henr. Dodwel in Dissert. de *Isidoro Characeno*, quae reperitur in Geograph. veteris Scriptt. Graecis minoribus, Vol. 2. pag. 62. & seqq. adcuratius quam quisquam priorum de aetate Luciani egit; quare haec ex eodem ad verbum descripta inserere non pigebit, quando ait:

Athenaeo paulo antiquior erat, ut puto, *Lucianus*, qui nostrum, ut existimo, advocat *Isidorum* [*in Macrobiis* T. III. p. 218.] Nam a Parthiae finibus aliena non sunt, quaecumque ille ab *Isidoro* mutuatus est, de Persarum novo rege *Artaxerxe*, de *Gosethra* illius fratre, & *Goaese Omanorum*, aliisque *Characis Spasinis* Principibus. Non alium *librum* intellexit *Lucianus*, quam hunc ipsum quem habemus, quamvis illum ipsum legerit multo, quam habemus, *auctiorem*. Nec alium proinde *Auctorem* quam illum, de quo agimus, *Isidorum Characenum*. Hinc rursus intelligimus, *Persarum* regem, de quo *Isidorum* testem advocat, *Artaxerxem* illum intelligi non posse, qui Persarum regum jura in Parthorum ditionem quasi e postliminio revocavit. Hunc certe si intellexisset, *Persiae mansiones*, non *Parthiae* appellavisset, & *Persiae*, non *Parthiae*, Periegesin. Sic enim loqui solent de illo ipso Romanorum aemulo Imperio, Scriptores *juniores*, jure Imperii ad *Persas* translato. Imo, ne is intelligi possit, obstat certe hoc ipsum testimonium *Luciani*. Se quidem ad *senectutem* perveniisse non uno in loco ipse testatur: T. I. *Apol. pr. Merc. Cond.* sub init. πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ Αἰακῷ γενόμενον, καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ (*Charontis* πορθμεῖον intelligit) ἔχοντα. Rursus ib. c. 4. f. ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν. Iterum γῆρας causatur c. 10. Sic etiam in *Baccho*, de *senibus*, οἱ κατ' ἐμὲ, c. 6. f. Ibid. suos de *Sileni* senectute jocos in se quadrare fatetur c. 8. In *Hercule Gallico*, *Herculem* illum *Gallorum Ogmium*, quem γέροντα εἰς τὸ ἔσχατον. T. III. c. 1. sibi confert τηλικῷδε ὄντι c. 7. Vereturque ne ad leviora stylum convertens videretur κομιδῇ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι. ib. Tum χαλεπὸν γῆρας c. *eod.* a *junioribus* sibi exprobratum esse fingit, & se ἡλικιώτην τῆς εἰκόνος, illius nempe, quem dixi, *Herculis* agnoscit, & ὑποπόλιον γένειον. Addit-que denique: ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ.

Hac demum aetate studiorum suorum mercedem reportavit *Lucianus* ἀρχὴν quandam sub *Caesare*, de qua hac egit *Apologia*. Eam *Aegyptiacam* fuisse testatur T. I. *pro Merc.* c. 12. Et T. III. *Soloecist.* c. 5. *Procuratoriam* fuisse innuunt verba *Apolog.* οἱ τοιαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες T. I. c. 11. Jus etiam dixit, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προτήκουσαν imposuit. *ib.* De *fisco*, ut opinor, quod a *procuratoris* officio alienum non erat. Sed *majorem* praeterea habuit dignitatem quam fuerit illa *Procuratoris*, quaeque a *principis* persona illum *abesse* non pateretur: τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, καὶ τάς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέςατον ἅμα καὶ ἀκριβέςατον σὺν πίστει τῇ μεγίςῃ διαφυλάττειν καὶ παραδιδόναι δημοτίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκειτομένας. ib. c. 12. Itaque stipendium accepit, non ἰδιωτικὸν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως. ib. Et quidem illud πολυτάλαντον. Nempe τῆς μεγίςης ἀρχῆς quodammodo κοινωνὸς, ib. c. 12. p. 721. Quia scilicet principis ipsius negotia aulica tractabat. Erat ergo tum etiam in *Aegypto Princeps* ipse, sub quo *Commentarios* publicos confecit *Lucianus*. Annus erat, ni fallor, Aerae nostrae 202. quo *persecutionem* in *Christianos* decrevit *Septimius Severus*, & quo scripsit, hac occasione in Christianos *Philopatridem* ipse *Lucianus*. [non scripsisse, quoties dicendum est?]

Edi-

Edidit enim edictum illud *Severus Alexandriae*, teste *Spartiano*, in Sever. c. 47. quem nos potius credimus fuisse *Lampridium*. Nam praevias huic *persecutionis Christianorum* κωμῳδίας memorat testis horum temporum exceptione major *Theophilus Antiochenus* ad *Autolyc.* quod nescio quorsum commodius retulerimus, quam ad scurrae celeberrimi *Philopatridem*, si minus *solam*, at saltem cum aliis *minoris* notae *Comoedis Antiochenis*. Comicae enim lasciviae infamia Urbs utraque inclaruit, tam *Antiochiae*, quam *Alexandriae*: *Antiochiae* in *Julianum* Apostatam, *Alexandriae* in *Caracallam*. [sed non tam sero, collocandum Lucianum mox videbimus]

Erat certe *Alexandriae*, ut videtur, *Lucianus*, cum scriberet *Philopatridem*. (T. III. *Philopatr.* c. 22.) Hoc e nomine mensis colligimus *Mesori Alexandrini*, non *Syri*, non *Graeci*, non *Romani*. Hostes quidem *Persas*, & Regiam *Susa* nominat *Lucianus* pro *Parthis* & Regia illorum Urbe *Ctesiphonte*. Nempe quia stylum affectat *Comicum* e veterum Poëtarum *Atticorum* aliorumque laciniis, quibus ignoti *Parthi* atque *Ctesiphon*. Habet ipse *Lucianus* exempla similia in Libro, *quomodo scribenda sit Historia*, coaevorum scil. Scriptorum, qui pro *Parthorum* nomine *Persarum* nomen reposuerint. Hinc ergo belli *sedes* vel *tempus* intelligi non potuit. Facitque illa affectatio ut difficillimus fuerit *Lucianus* in *coaevis Historiis*, quod raro admodum *res* vel *homines* iisdem *nominibus* appellarit, quibus tum *vulgo* appellari solebant. Idem autem cum *Arabas* hostibus accenset, facit, opinor, ne quis alius *Princeps* praeter *Severum* intelligi possit. Bellum enim designavit in *Atrenos Arabes*, quos nemo Principum *Romanorum*, quod meminerim, aggressus est, a temporibus *Trajani* usque ad *Severum*, uterque autem satis infeliciter. Sed melius *Severus*. Et quidem *mala* illa *Christianorum* mundi *finem* in dies exspectantium de Republ. Romana *auguria*, quae perstrinxit in *Philopatride Lucianus*, causam *Persecutioni* dedisse verisimillimum est, quae *Christiani* nominis *hostes* pro argumento animi in *patriam* infensi alienique habuerint. Tanti erant certe hoc ipso tempore Christianorum metus, ut *Judas* decimum *Severi* annum pro *Danielis* συντελείᾳ habuerit, ap. *Euseb.* H. E. VI. 7. S. *Hieronymi* de Script. Eccl. in *Jud.* & *Chron.* Non est certe cur hoc miremur in Principe *saevissimo*, eodemque *Astrologiae ominumque* studiosissimo. Satis autem erat *Luciano* ad illam, de qua loquitur, *senectutem*, si fuerit *sexagenario* major. Ea certe aetate suum fuisse dicit *Hermotimum* T. I. c. 13. & seqq. item *ib.* c. 77. Sic autem de eo postea: γέρων ἤδη, καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὢν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. c. 78. f. Verba fere ipsa sunt quibus *suam* ipse tum *senectutem* descripserat. Erat certa aetas illa ὡμογέροντος, illius nimirum qui *primam* senectutis metam fuisset ingressus. Hoc anno *veteranis* honesta *missio* erat. Hoc anno a *muneribus* Reip. gerendis excusabantur. Ut proinde *sera* esset *honorum* merces, cum alii a *capessendis* honoribus *excusarentur*. Ego tamen illo anno paulo *seniorem* existimo *Lucianum*. Illius *aetatem* ita colligo. Erat, ut fatetur ipse, cum scriberet *Hermotimum*, quadragenarius, c. 13. Scripsit autem, ut suspicor, in gratiam *Avidii Cassii*, ut studium *philosophiae*, quo flagrabat *Marcus*, viro *principe* indignum ostenderet. Sic *Marcum Cassius anum philosopham* appellaverat, & *Dialogistam*, Vit. *Avid. Cass.* c. 2. 3. cum aliud praeterea nihil haberet quod objiceret. *Marcus Antoninus*, inquit, *philosophatur*, *& quaerit de clementia*, *& de animis*, *& de honesto & justo*, *nec sentit pro Republica*. Hunc ergo traducit *Lucianus* in persona *Hermotimi Clazomenii*, cujus *animam* pro arbitratu suo e corpore egredi solitam fabulantur *Musçae Encom.* p. 376. Ed. Graev. Fingit nimirum in *Marco* jam agere illam ipsam *Hermotimi* animam. Et certe personam non *suam* agit in hoc *Luciani* dramate *Hermotimus*, sed *Marci*. *Stoicum Hermotimum* facit *Lucianus*, ut fuit *Marcus*. *Sexagenarium* illum facit, *majoremque* natu quam fuerit *Marcus*. Hoc, ut videtur, consilio, ut personam senis *elementarii* sustineret, quod *Marco* objectum *scholas philosophorum* frequentanti plus quam quinquagenario. Egit tum annum *aetatis* LIV. Paulo tamen ab exemplo *Marci* in *aetate*

discessit, ne illum videretur *dedita opera* designare, & quod *aetas* illa, quam dixi, magis ad *senectutem* videretur accedere. Sed quod conversus tandem *Hermotimus pallium philosophicum* exuit, induitque *purpuram*; hoc certe eo spectabat, ut similiter *philosophi* personam *Marcus* exueret, indueretque illam, quam *Respubl.* contulerat personam *Principis*. Sic enim personatus *Hermotimus*, (*Hermot.* plane ad fin.) τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεσιν. Spectat eodem, quod in *Hermotimo Philosophiam* omnem damnat, cum tamen in *Demonacte*, & alibi *abusum* tantummodo *Philosophiae* perstringat, non veram *Philosophiam*. Nempe quia *causa* ipsa quam agebat in *Marcum*, hoc ab eo exigebat, in quo nihil habebat quod reprehenderet *alienum* a praeceptis castigatissimae *Philosophiae*. Eodem denique spectare censeo Dialogum, *de fide calumniis non facile adhibenda*. Nempe ut se muniret in illos qui, *Cassii* causa profligata, *Luciani* illam, quam dixi, sententiam ex illius *Hermotimo* collegissent. Animum certe sibi *conscium* ipsa illa arguit *Apologia*, quae versatur in *universalibus*, nec ad *causae* meritum penitus examinandum descendit. Sic ergo illo ipso *anno*, quo defecit *Cassius*, Hermotimum scripserit *Lucianus*, annumque adeo egerit vitae, ipso teste, *quadragesimum*. Itaque post *mortem Veri*, *media hyeme* 169. aerae nostrae *Christianae*, cum *Tribunitiam Potestatem* IX^m. haberet ipse *Verus*. Et tamen *ante* annum 173. si *Marci* gener fuerit *Pompejanus*, quem in *sequentem* annum Cos. designabat *Marcus*, cum de Cassii causa ageretur. Sed alius fuerit oportet. Nam Coss. anni 175. defecit Cassius, cum, metu *Cassii*, *Roma* accerseretur *Commodus* ad *virilem togam* in *limite* recipiendam. Cum *Tribunitiam Potestatem* daret pater impetratam a *Senatu*. Hinc enim certe numerantur *Tribunitiae Commodi Potestates*. Sic *natus* fuerit *Lucianus* anno aer. Chr. 135. Desiit ludum *literarium* frequentare ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος. Somn. p. 1. ἀντίπαις p. 11. κομιδῇ μειράκιον, *Bis Accus.* p. 231. Est autem *Luciano* μειράκιον, qui *annos* natus esset XIV. praeter propter, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν. *Philopseud.* p. 333. Ἐξ ἐφήβων autem qui ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη. ib. p. 344. Πρόσηβος ergo qui illa *aetate* paulo *inferior* erat. Sic tamen ut eam *proxime* attigerit: Ἀντίπαις propterea seu βούπαις appellandus, quod pueri aetatem nondum *egressus* esset, quae Romanorum erat *adolescentia*. Notae hae in *annum* conveniunt aetatis $\frac{14}{17}$ aerae *nostrae* 149. quo *patriam* reliquerit *Lucianus*, & *peregrinationes* versus *occidentem* susceperit, *rhetorices* studiis deinceps initiandus. Tum *barbare* loquebatur, lingua *Assyriaca*, *Candyn indutus*, *nescius quo se verteret*, *Bis Accus.* p. 231. Conveniunt satis accurate cum hac *Luciani* aetate reliqua ejusdem *tempora*. Proximis aderat *Olympiis*. Olympiadis nimirum 233. quae anno aerae *Chr.* 153. celebrata est. Prima enim erant *Olympia* eorum quae *quater* tum viderat *Lucianus* cum scriberet de morte *Peregrini*. Et quarta proinde *Olympia* ante illa quibus se combussit *Peregrinus*. de morte Peregrin. p. 583. Tum *comitem* navigationis ipsum habuit *Peregrinum*. Tum venit e *Syria Lucianus* p. 589. Postquam evagatus fuisset per *Ioniam*. Bis Accusat. p. 231. Egerit ergo tum *Lucianus* annum vitae $\frac{14}{17}$. Sic *tria*, quibus postea aderat, *Olympia* in annos vitae convenient $\frac{11}{17}$ $\frac{16}{17}$ $\frac{19}{17}$ *Christi* autem 157. 161. 165. Ante annos, quam scriberet Hermotimum, XV. πρὸ πεντεκαίδεκα σχεδὸν ἐτῶν, ad *Philosophiam* illum hortatus fuerat πρεσβύτης quidam, quem ille ὑπ' ἀνοίας καὶ νεότητος contempsit. *Hermotim.* p. 521. *Aetatis* suae anno $\frac{14}{17}$. *Christi* 160. Anno autem *aetatis* suae $\frac{14}{17}$ *Christi* 163. in *Ionia* audit *Historicos* de rebus primis *Veri* auspicio gestis in *Armenia* adversus *Vologesum* recitantes: *Quom. scrib. sit Hist.* de *peste Nisibi* orta, ab *Aethiopia* & *Aegypto* ἐς τὴν βασιλέως γῆν πολλὴν progressa. Locum autem Ioniae quo praecipue versatus est, Ephesum fuisse, colligimus e *Pseudologista*. p. 437. 444. Anno aetatis $\frac{14}{17}$ Christi 166. scripsit librum *Quomodo scribenda esset Historia*. Post συνεχεῖς νίκας p. 601. *Lucii* nempe *Veri* Imperatoris, unde *Armeniacus*, *Parthicus* & *Medicus* appellatus est, & *Imp.* II. III. IV. ἀπάντων ἤδη κεχειρωμένων. p. 604. Cum tamen nondum triumphasset p. 624. Quae *hujus anni* notae sunt. Jam erat in *Ionia*. p. 611. Πρώην in *Acha-*

ja

ja ib. *Corinthi* p. 614. Quod ſcilicèt *Olympiis* ſuperiori anno interfuiſſet. *Peſtis* adhuc τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις. p. 612. Quae tamen *Verum* redeuntem *Romam usque ſecuta eſt*. Capitolin. *Ver.* c. 9. *Vologeſum* praeterea memorat p. 612. 615. 624. Osroëm. p. 615. *Priſcum* ducem, p. 616. *Hujus* nimirum *Belli* nomina. Hoc *primum Opus* ſcripſit, ni fallor, *Lucianus*. Simili enim argumento eſt uſus, cur etiam *ipſe* manum calamo admoveret, quo & *Juvenalis*, a *multitudine* eorum ducto, qui *Veri* cum *Parthis* bellum deſcribendum ſuſceperant. Nec vero ullum *alterius* generis ſcriptum a ſe editum fuiſſe innuit, aut *novum* ſibi fuiſſe ſcribendi duntaxat *Argumentum*, aut *Hiſtoriam* a ſe illorum exemplo ſcribendam. Imo alienum ſe ab illo Argumento ſatis aperte profitetur. Nam quod *veram*, quam appellat, *Hiſtoriam* pro ſtyli *Hiſtorici* exemplo ſcripſerit, in eo *luſit* tantummodo, & pro more ſuo *cavillatus* eſt. *Satyra* enim illa verius in *Hiſtoricos*, quam *Hiſtoria*, appellanda erat. Cum ſcriberet in *Indoctum divitem*, P. 386. ait quidem fuiſſe quendam, qui χθὲς καὶ πρώην *Peregrini* baculum emiſſet, cum quo in *ignem* inſiluiſſet ipſe *Peregrinus*, quod fieri potuit *multis* a *morte* Peregrini *annis*. Et certe *Regem* tum memorat *unicum* p. 390. duntaxat παιδίον τιμῶντα, cui *luxus* diſpliciturus erat, qualis certe nullus erat poſt *Marcum* usque ad *Severum*. Tum *pauper* erat ipſe *Lucianus*, p. 380. nondum *ſtipendium* πολυτάλαντον adeptus. Tum adhuc *Syrus* p. 388. necdum, ut poſtea, in illuſtrem aliquam *Graecam* civitatem adſcitus. Certe poſt annum *Aer. Chr.* 169. quo diſceſſit *Lucius*. Forte poſt *caedem Caſſii* A. D. 175. cum in *Orientem* veniret *Marcus*. Hinc ergo ſequitur annum fere 90.^m attigiſſe *Lucianum*, ſiquidem *eousque* ſuperſtes fuiſſet, cum iniret *Alexander Severus*. Ea autem certe *aetate* eſſe non potuit, cum ſcriberet de *Macrobiis*, quo opere noſtri meminit *Iſidori*. Alioqui certe *ſuam aetatem* non tacuiſſet, qui *Juniores* ſeſe multos *Macrobiis* accenſuit. Vidit ille ſenem *Demonactem* & cum eo verſatus eſt, qui *Epicteto* familiaris erat liberto *Epaphroditi* ſub *Nerone*, & quem nos alibi ſub *Hadriano* periiſſe probavimus. Diſſ. de Aet. Peripli Mar. Euxin. n. 10. 11. A fine enim *Neronis* A. D. 68. Ad primum *Alexandri* annum A. D. 222. ſpatium eſt annorum plus quam 150. *Pii* certe Imperio non admodum provecto (qui A. D. 138. coepit) *Lucianum inclaruiſſe* multa docent, antea proinde *natum*. Illum ergo *Artaxerxem* non potuit videre *Lucianus*, nedum ſcripta *Iſidori*, quibus mentio fuerat *Artaxerxis*, ſiquidem *Artaxerxi* par aetate fuiſſet non *Iſidorus* ipſe, ſed parentes duntaxat *Iſidori*. Itaque quam certum eſt *noſtrum* eſſe *Iſidorum* quem teſtem advocat *Lucianus*, tam certum etiam eſſe neceſſe eſt alium eſſe ab eo, quem vicit *Alexander Severus*, *Artaxerxem Perſarum* regem, quem in *Iſidoro* reperit *Lucianus*. Huc usque *Dodwellus*, cui ſubjungimus, quae ad illius dicta commentatus eſt M. V. LA CROZE in Miſcell. Berolin. Societatis Regiae, part. 1. pag. 27.

Inter eos ſcriptores Graecos qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii lectori commendet, atque Lucianus, etenim ſive ad rerum varietatem & copiam animum attenderis, ſive ad feſtiviſſimos ſcriptoris elegantiſſimi jocos, & incredibilem in exagitandis vulgi & Philoſophorum opinionibus ingenii & orationis amoenitatem, nihil, opinor, erit, in quo eum ullo veterum inferiorem affirmare poſſis. Itaque non nunquam ſubiit admirari, cur in tanta Criticorum copia, quos ab inſtauratis litterarum ſtudiis floruiſſe novimus, nemo inventus ſit praeter Tanaquillum Fabrum, aliosque oppido paucos, qui in eo ſcriptore adornando ſupra Grammaticas obſervationes aſſurgere conati ſint. Latent haud pauca in Luciani ſcriptis, idonea rebus hiſtoricis illuſtrandis; quod hic brevi & properato ſpecimine demonſtrare conſtitui.

Edidit nuper vir inſignibus eruditionis & humanioris litteraturae monumentis merito celeberrimus, Henricus Dodwellus, diſſertationes in minores Geographos a viro Clariſſimo Johanne Hudſon Oxoniae editos, in quibus de eorum aetate, qui veterem Geographiam ſcriptis ſuis illuſtrarunt, accuratiſſime diſputat. In ea autem quae eſt de Iſidoro Characeno

To-

Tomo ſecundo Geographorum, Luciani aetatem & res geſtas, occaſione data, ex ipſis elegantiſſimi ſcriptoris lucubrationibus, ita illuſtrare aggreditur, ut ea in re ante eum nihil adhuc actum eſſe videatur. Sane licet vir Eruditiſſimus ſemel & iterum fortaſſis (*a*) a vero aberraſſe cenſeri poſſit, multa tamen ſunt quae in medium profert, quibus res & aetas Luciani extra omnem controverſiam temporibus ſuis aſſignantur.

Vereor tamen ut facile eruditis approbet ingenioſiſſimam conjecturam, qua Luciano Hermotimum Dialogum ſcriptum eſſe contendit, ut Avidio Caſſio blandiretur, & philoſophicos Marci Aurelii mores ſale ſatyrico defricaret. Quaecumque ab eo eam in rem afferuntur, ingenio quidem & eruditione Clariſſimi auctoris lectorem alliciunt; at in re ſatis obſcura, vim & evidentiam demonſtrationis non habent. Avidium tamen Caſſium, (*Gallican. pag.* 453.) Luciani popularem, teſte Dione, & a Marco Aurelio Syriacis legionibus praefectum Samoſatenſi noſtro innotuiſſe, per ſe omnino veroſimile videtur: mihi etiam permulta animadverſa ſunt, quae Lucianum inter Avidii Caſſii familiares cooptatum aliquando fuiſſe propemodum perſuadeant. Etſi enim celeberrimi iis temporibus Caſſii nomen raro in Luciani (*legitur in tractatu quomodo conſcribenda ſit hiſtoria, pag.* 624.) lucubrationibus appareat, non nunquam tamen tacito nomine non obſcure Caſſius apud eum ſignificari videtur. Crediderim ſane Lucianum tota illa *προπλαλιᾷ* quae eſt de lapſu inter ſalutandum (*b*), ipſum Avidium Caſſium adulari, & modeſte excuſare vocem *ὑγιαίνειν*, apud eum in matutina ſalutatione alieno tempore uſurpatam. Hominem certe in praecipua dignitate conſtitutum arguunt haec Luciani verba: (*pag.* 500. *&* 501.) *Νῦν δὲ καὶ ἔωθεν καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον καὶ μάλιςα* ΤΟΙΣ ΑΡΧΟΤΣΙΝ, *καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν ὅτῳ καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθαι τοῦ σώματος. Nunc vero & mane meridie noctuque bene valere ſemper neceſſe eſt: imprimis vero principibus vobis, qui multa negotia geritis, eoque ad multa ſano corpore opus habetis.* Sunt & alia quaedam, quae in eadem oratione Avidium Caſſium innuere videantur, cui, antequam a Marco defeciſſet, jam Lucianus, ut puto, adhaeſerat. Ejusdem praeterea *σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλόνοιαν* a Luciano (*pag.* 489.) commendari opinor in Apologia pro mercede conductis, quae circa ea tempora ſcripta eſt, quibus jam Avidius cum exercitu ſuo defecerat. Haec enim non abs re mihi colligere videor ex his Luciani verbis, in quibus jactat ſpes ſuas, & mercedem fidei in Avidium, in cujus partes Syros omnes conjuraſſe Dio apud Xiphilinum (*pag.* 491.) teſtatur. *Καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλαι ἐλπίδες,* ΕΙ ΤΑ ΕΙΚΟΤΑ ΓΙΓΝΟΙΤΟ, *ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι, ἢ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. Deinde non a privato, ſed ab Imperatore mercedem accipio, eamque non exiguam, ſed multorum talentorum. Poſtea, ſi quod par eſt contigerit, ſpes non inanis eſt, fore ut alicui provinciae praeficiar, aut imperatorium aliquod mihi negotium demandetur.* Hinc manifeſto ſatis apparet ſtuduiſſe novis rebus una cum Avidio (*Capitol. in Marc. & Volc. Gallic. in Avidio Caſſio.*) ſuo Lu-

(*a*) Clariſſimus Dodwellus Hermotimi nomine Marcum Aurelium vult intelligi, qui tamen in Luciani Dialogo pag. 514. ſe anno aetatis XL. philoſophari coepiſſe profitetur, quod ſane de Marco Aurelio (*Capitolin in Marco Antonino Philoſ. c.* 1.) *in omni vita philoſophante viro*, dici non potuit. Tribuit praeterea idem Dodwellus Philopatrim Dialogum Luciano, qui tamen Dialogus ab ejus ſcribendi ratione immane quantum abit, & propterea *ἀθετεῖσθαι* veteribus Criticis merito annotatur. Credidit poſt alios non paucos Vir incomparabilis Hugo Grotius, (*in Pſalm. CIV.*) ſcriptum fuiſſe Philopatrim imperante Trajano: verum id de eo ſcriptore dici non poteſt qui Artemidori Daldiani Ὀνειροκριτικὰ laudat. (p. 775.) Ego ad Aureliani Imperatoris tempora, adeoque diu poſt Luciani aetatem referendam eſſe ejus Dialogi ſcriptionem aliquando demonſtraturus ſum.

(*b*) Πρὸς Ἀσκληπιὸν, id eſt ad quendam Aeſculapium ſcriptam fuiſſe credidit Bourdelotius. At male intellexit ultimam τῆ προπλαλιᾶς periodum, quae non Aſclepium, quem hic ſibi fixit Bourdelotius, ſed ipſum Aeſculapium Medicinae inventorem alloquitur. Neque id obſervarem, niſi nuper Bourdelotii lapſum viro cuidam celebri & erudito fraudi fuiſſe animadvertiſſem.

Lucianum; nec post ejus fata futurum fuisse superstitem, nisi Marcus Aurelius clementissimus principum, in quemquam Cassianorum saeviri vetuisset.

Laudavit uno & altero eleganti Dialogo Lucianus principem feminam, uxoris Abradatae Xenophontei cognominem, Pantheam videlicet nomine, quam Bourdelotius (*in notis ad imagines Luciani.*) eandem esse cum Abradataea, lapsu plane joculari affirmat. Eam ego Avidii Cassii uxorem fuisse conjicio, antiquis quibusdam historiarum scriptoribus memoratam, qui tamen ad unum omnes nomen ejus reticuerunt. Quae mea opinio, hisce potissimum nititur argumentis. Pantheae illius in Dialogo Luciani nomen certe fictitium non est, & eam mulierem innuit, quae uxor esset Romani Imperatoris. Ita eam τὴν βασιλεῖ συνοῦσαν Lucianus (*Tom. 2. pag. 7.*) appellat, eamque quam decuit Imperatorem virum bonum & mansuetum inter cetera felicitatis instrumenta numerare (*pag. 15.*) Ἔπρεπε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν εὐδαιμονῆσαι, ὡς ἐπ' αὐτοῦ καὶ Φῦναι γυναῖκα τοιαύτην, καὶ συνοῦσαν αὐτῷ ποθεῖν αὐτόν. *Conveniebat enim ut Imperator qui vir bonus est & mansuetus, hujus etiam boni possessione una cum aliis quae jam habet, bearetur, ut nasceretur ejus aetate mulier hujusce modi, quae cum eo matrimonio conjuncta, ejus amore flagraret.* Unde manifestum est, in utroque horum Dialogorum contubernalem Imperatoris laudari, quae & Panthea dicta sit, & a pulchritudine & ab animi moderatione merito commendata. Quam Pantheam cum neque historiarum scriptores, neque inscriptiones ullae, neque numismata commemorent, Avidii Cassii, cujus nulla hujusmodi monumenta supersunt, uxorem fuisse prope adducor ut credam. Neque enim ulla fuit Luciani (*pro imag. pag. 29.*) temporibus eo nomine mulier quae Graeca esset, Romani Imperatoris conjux, & Abradatae Xenophontei uxoris cognominis. Haud enim facile animum induxerim ut credam Pantheam nostram eam concubinam fuisse Marci Aurelii, (*Capitolin. in Marco Antonin. Philos. sub finem.*) quam ille sibi post Faustinae mortem adscivit, procuratoris uxoris suae filiam, ne tot liberis novercam superduceret. Ei tamen sententiae forte favere videbuntur supra memorata verba Luciani, in quibus Imperatorem Pantheae maritum a bonitate & mansuetudine morum commendat; quae dotes ut Marci Aurelii propriae sunt, ita ab iis quae de Cassio scriptores antiqui retulerunt, abhorrere videntur. Verum quis nescit immanes etiam tyrannos enumeratione earum virtutem interdum commendari, a quibus communi hominum sensu alieniissimi judicantur? At alia sunt quae impediant quo minus Pantheae nomine, Marci concubinam intelligi putem. Haud puto, vixit in tanta rerum affluentia concubina modestissimi Imperatoris; neque in eam convenire dixerim & Eunuchos & milites, quos se in Pantheae comitatu Lucianus (*pag. 7. & 24.*) vidisse commemorat; ut taceam laudatam in ea morum in summa rerum amplitudine moderationem; quae sane omnia in eam mulierem cadere videntur, quae legitimo connubiorum jure deducta esset in torum illius, qui aut Imperator foret, aut imperatoriam sibi dignitatem vindicare aggrederetur.

Longior fui quam putaram in exigui momenti rebus. Multo plura & forte meliora supersunt commodiori occasione dicenda. Lucianum tamen dimittere animus non est, antequam rem, ni fallor, aliis indictam de Alexandro Pseudo-Propheta Abonotichitarum attigero. Prolata sunt jam olim in medium a viris doctissimis ea numismata quae aetatem tulerunt, in quibus redivivus ille Paphlagonum Aesculapius Glycon, ad eam plane formam exactus est, quam Lucianus in Pseudomanti descripsit. At nemo animadvertit eam fraudem quae, Luciano narrante, Marco Aurelio facta est in Germania contra Marcomanos & Quados bellum gerenti, in columna Antoniniana accurate depictam exhiberi. Eam hic ego cum ipsa narratione historiae ex ipso Luciano desumta, a Collega meo conjunctissimo harum rerum intelligentissimo depictam exhibeo; [*quam & nos hic excudi, & addi curavimus*] ut inde manifestum sit, tum quanta in rebus historicis Luciano fides haberi possit,

****

tum

tum quantum utilitatis rei litterariae sit accessurum, si quis in criticam historicam lucubrationum Luciani sedulus investigator incubuerit. (*Lucian. Pseudom.* p. 775, 776.)

Cum jam sibi non mediocrem in Regiam, aulamque Caesaream aditum patefecisset ingressumve; ad celebrem virum Rutilianum, vigente Germanico bello mittit oraculum, quo tempore DIVUS MARCUS (θεὸς Μάρκος) *cum Marcomanis & Quadis confligebat. Jubebat autem oraculum ut duo leones cum multis aromatibus magnificisque victimis in Danubium immitterentur.* Sed praestat ipsum oraculum referre.

Istri gurgitibus celsi Jovis imbribus aucti,
Injiciant binos Cybeles edico ministros,
Ortas monte feras, tum quas alit Indicus aër
Flores atque herbas bene olentes; moxque futura est
Et victoria, pax & amabilis & decus ingens.

His factis ut praescripserat, leones cum regiones hostium enatassent, barbari tanquam canes peregrinosve lupos fustibus confecerunt. Tum protinus nostrorum magna strages est edita, viginti ferme millibus simul extinctis. Deinde secuta sunt ea quae Aquileiae contigerunt, quum parum abfuit quin illa urbs caperetur. [Sic la Croze verterat, Graeca etiam praemittens, quae omisi, quia ex Luciano peti possunt]

Voluptati puto erit hic rem uni Luciano memoratam Graphice depictam agnoscere, tranantes videlicet e superiori narratione leones, & ipsum Marcum Imperatorem summi Pontificis officio fungentem, & praecepta in oraculo aromata in ipsa Danubii ripa adolentem. De eo tamen vulnere, τραῦμα vocat Lucianus, Romanorum exercitibus a Germanorum copiis illato, frustra aliquid apud eorum temporum scriptores quaesiveris, deperdita jam dudum Dionis ejus aevi historia, unde procul dubio Luciano maxima lux affunderetur. Verum de his forte alias uberius agam, ut de Christianismo & apostasia Luciani, cujus vestigia quaedam mihi aliquando visus sum in ejus scriptis observare, quae modo investigare non licet, ut & multa alia quae in eo scriptore ad veterem historiam pertinent, nemini adhuc Criticorum memorata.

Huc usque *Crozius*. Tempus est nostram sententiam paucis addere.

LUCIANI *patria* satis constat, eamque jam satis audivimus. Educationis initia quoque satis ipse refert T. I. *Somn.* Transitum ab opificio ad studia liberalia *ibid.* Iter quod eorum caussa suscepit, ex vita a *Bourdelotio*, subjectaque nota Fabricii; satis quoque notum Athenas se profectum ad Graeca discenda. *Tox.* c. 57. In Macedoniam T. I. *Aët.* c. 7. Qui caussidicorum gregem deseruerit, ob fraudes & mendacia, I. *Piscat.* c. 29. p. 598. & ad philosophiam transierit, & hoc alios bene observantes audivimus. vid. T. I. *pro Merc.* c. ult. De *aetate* nondum confectum negotium; quare hoc experiamur quantum licet ex ipso elicere; dein de Christianismo deserto & Atheismo, quem objiciunt, ingenioque & moribus ejus disquiramus.

AETAS facilius & adcuratius ex scriptis ejus erueretur, si Dialogos haberemus hodie eodem ordine ac serie dispositos, qua ipse eos conscripsit; cum vero ad extremam se jam fere senectam perveniisse testetur in T. I. Dissert. *pro merced. conduct.* c. 1. & 4. ut satis jam adlegatum supra; in sequente vero Dial. *Hermotimi* c. 13. se quadraginta annos natum diserte dicat, perversio ordinis facile patet, aeque atque ex aliis locis, haud aliunde nata, quam quod diversis temporibus singuli libelli prodierint, prout scribendi materies subnascebatur. Juvant tamen ejusmodi aetatis suae commemorationes. Potissimum autem aetas Nostri cognoscitur ex *personis* quas ut aequales adloquitur, aut paullo ante se defunctas indicat; ex *auctoribus* quos adlegat, quorum catalogum diligenter conscriptum subjunximus, & ex *factis historicis* quae se vivente contigisse memorat.

Praecipui autem aequalium aut proxime antecedentium quos memorat virorum, sunt:

Ale-

Ex Columna Antonina Bellorii, Tab. XIII.



Tom. I. pag. 282.

Alexander impoſtor, *Apollonius Thyaneuſ.* T. 2. *Alex.* c. 5. & not. 27. *Arrianus*, (T. 2. *Alex.* c. 2. p. 209.) *Celſus*, (ibid. c. 1. p. 207. & not. *Sol.* item c. 17. & 21.) *Cronius* (de quo *Geſn.* ad *Peregr.* c. 1.) *Demonax*, *Epictetus*, *Herodes Sophiſta*, T. II. p. 384. *Paetus Medicus*, (qui vivus memoratur, *Alex.* c. 60.) *Peregrinus*, (ejus mort. T. III. p. 325. ſeqq.) *Quintillus*, (ad quem Macrobios ſcripſit. T. III. p. 208. ubi conf. not. *Sol.* annum Chriſti CLXXI. indicantem.) *Rutilianus*, (*Alex.* c. 30.) *Sabinus*, (T. I. *Merc. Cond.* 1. & *pro merc.* c. 15.) *Soſtratus*, ut ceteros mittam ab *Jonſio* ſupra jam indicatos. Ex his omnibus liquido adfirmari poteſt, veriſimum eſſe, quod Cl. *Hemſth.* in praef. Pollucis ſtatuit, floruiſſe Lucianum ſub Antoninorum & Commodi imperio, ob rationes ex vita Alexandri Pſeudomantis jam adlegatas. Ipſum autem annum nativitatis ac mortis Luciani definire eſt ἀδύνατον, illud tamen, quantum colligere ex ipſo potui, propius jam ſtatuere poſſum, vixiſſe Noſtrum ab anno Chriſti CXX. ad CC.

Sed incipiamus ab Epicteto cum noſtri tempore comparando. Hic ſi ad Marci usque tempora vixerit, ut *Menag.* ad Laërt. T. 2. pag. notar. 1. ex *Suida* & *Themiſtio* adſerit, (vid. *Themiſt.* or. XII. ut in Menag. nott. adlegatur, vel or. V. p. 63. Edit. Pariſ. ubi invenio, multa commiſiſſe Epicteto utrumque Antoninum) etiam ſerius collocandus eſt Lucianus, quam adhuc factum; loquitur enim de Epicteto ut jam aliquamdiu defuncto. T. III. *Adv. Indoct.* c. 13. narrans „ ſua aetate fuiſſe, & forte adhuc ſupereſſe, qui lucernam fictilem „ Epicteti Stoici 3000. drachmis emerit". Illa autem verba, *& forte adhuc ſupereſt*, indicium praebent jam aliquod tempus ab Epicteti morte elapſum. Eundem vero libellum *adverſ. indoct.* ſcriptum eſſe paullo poſt Peregrini in rogum inſilientis mortem, docet c. 14. ubi heri & nudius tertius aliquem emiſſe ejus baculum, refert. Cumque *A. Gell.* XII. 11. Peregrini vivi, quicum ipſe collocutus ſit, meminerit, nihil de ejus morte; patet Lucianum & Gellio aequalem, ſed & aliquanto poſteriorem. Peregrini autem hanc mortem contigiſſe *Solanus* exiſtimat T. III. p. 356. anno Chr. CLXV. quod non repugnat ſententiae, nempe Epictetum tum jam aliquandiu ante eſſe defunctum; cum Lucian. *Adv. Indoct.* ſcriberet, adeoque Lucianum eum potuiſſe videre. Falli tamen Bourdelotium putem, qui Lucianum Epicteto mortuo demum natum ſtatuit; ſi hic ſenex ſub Nerone jam vivens Adriano familiaris, (vid. Ael. Spart. adr. c. 16. p. 159.) ad Marc. usque vit. protraxiſſe potuit, ut etiam Caſaub. obiter monet ad l. d. Vixiſſe autem Lucianum aliquamdiu poſt Epictetum, etiam patet ex Lucian. T. 2. *Alex.* c. 2. ubi Arriani Epicteti diſcipuli meminit, & quidem tamquam defuncti, ubi confer not. *Solani*, ac vid. eumdem ad ejusd. *Alex.* c. 48. not. 44. & c. 56. ſ. p. 260. ubi Alexandri inſidias Luciano ſtructas contigiſſe anno Chriſti circiter CLXX. probabiliter adſerit, quo Lucianus in flore aetatis adhuc eſſet, qui patrem ſuum vivum ibid. commemoret. Unde ego porro colligo, quum Lucianus Alexandro ſupervixerit, eoque demum mortuo librum ſuum contra ipſum ediderit, ut refert T. 2. p. 263. eum miſerrime periiſſe, nondum 70. annos natum, aeque ac Rutiliano, qui ad ſeptuaginta annos vitam produxit, ſuperſtitem ſe vixiſſe teſtatur eod. *Alex.* c. 34. f. quem cum ſexagenarium duxiſſe Alexandri filiam refert, quod Luciano vidente contigit, facile patet, Lucianum non ſolum reliquos X. annos Rutiliani, ſed & plures vixiſſe. Plura alia *Solan.* ad c. 35. p. 242. quem & confer ad ejusd. c. 4. p. 211. N°. 83. & c. 5. N°. 27. & c. 30. & ad ejusd. T. 2. *Demon.* c. 1. ubi Demonactem Luciano partim aequalem, partim anteriorem fuiſſe quadragenarium conjicit, anno Chriſti CXXV. vel CXXX. Adde jam quae T. 2. *Imag.* c. 3. p. 461. habemus, de Panthea Avidii Caſſii uxore, ut Cl. *La Croze* adſerit, & quod *Jonſius* adtulit, de bello Parthico, cujus meminit Lucian. quod *Jonſ.* anno Chriſti 165. contigiſſe retulit, ut ſupra vidimus. Cumque in *Quom. Hiſt.* T. 2. init. Lucianus perſtringat ejus belli ſcriptores, patet, eumdem Noſtrum aliquamdiu poſt id bellum vixiſſe, adeoque, quod & pag. una ſuperius indicavi, aliquanto ſerius vixiſſe,

quam nonnulli putarunt. Ad ſummam autem ſe ſenectam perveniſſe; ſatis ipſe teſtatur T. I. *pro Merced.* c. 1. qui prope Acacum eſſet, & alterum pedem in cymba Charontis haberet. ib. c. 5. ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν. Quin ad Commodum ſe perveniſſe, ex nomine unius Imperatoris bene judicat *Sol.* ad T. I. *pro merc.* c. 12. p. 721. aeque ac *Hemſt.* in praef. Poll. ſupra indicata, quod Marcum θεὸν vocet Lucianus, adeoque de defuncto loquatur. Conf. quae *Tillemont.* ſupra excerptus, ex pag. 713. T. 2. de Severiano, qui etiam in *Q. Hiſt.* c. 24. commemoratur, ait, eum Priſco jungi, ducemque cum Vindice fuiſſe, & nott. ad Noſtri T. 2. *Alex.* c. 27. & 48. cujus rei & plura habeo indicia; ſed plura nunc addere nequeo; reſtaret enim adcuratius definienda Epicteti vita, de qua diſſident Salmaſius & Menag. ex qua lite diremta adcuratius etiam vita Luciani definiretur, ſed & hoc jam dimittendum (licet ad Menagii ad Laërt. ſententiam paullo ſupra adducti propendeam, ut forſan in praef. Indicis majoris dicam) & nonnihil de Noſtri dotibus addendum.

Eruditionis certe ſumma documenta in ſcriptis ejus elucent, ingenii autem tanti, quantum ejus ſeduli lectores viri docti recte depraedicarunt. Stilus ejus eſt admodum floridus at ſimul ſimplicior, quod non exigui eſt ingenii. Imitatur ſaepe Alciphronem, ut plus decies in notis, praecipue ad *Dial. Meretric.* monuimus, nec ab Longi, qui Paſtoralia reliquit, ſtilo multum ejus dictio abit. In Timone vero & in traducendo Socrate T. I. *Vit. Auct.* 15-18. & alibi imitatur Ariſtophanem, licet & alibi prodat ſe magni facere virum. Ceterum vel millies dictione utitur Homerica, quod nec opus erit monuiſſe. Itaque quamquam non fuit natione Graecus, ingenio ſuo, tempore, atque Athenis verſando Attiticiſmi lepores ſibi ita reddidit familiares, ut vel commodius eo idiomate verba faceret, quam hi qui in Attica erant nati. Ter, quater tantum frigidos ejus jocos improbat ſummus ceteroquin ejus admirator Hemſterhuſius, cujus judicio plus tribuo, quam decem aliis; nec ego Lucianum nunquam dormitare, dixero; tamen, quia facile ſe pati in ſua praefat. dixit, Luciani defenſionem ſuſcipi, videndum cenſeo, anne, quando T. I. in *Timon.* c. 52. p. 169. nimis adfectatam illam blanditiam praetermitti potuiſſe ab Luciano ait, ſtudio frigidos adulatoris ſales propoſuerit Lucianus, quo paraſitorum mores eo abſurdiores proponeret, & quia adſentatores plerique re vera tales eſſe ſolent; qui etſi acutiores jocos etiam proferunt, tamen prae dicacitate non poſſunt quin & frigidos, etiamſi vel ingenioſiſſimi eſſent. Conf. Dial. *Paraſiti* fin. T. 2. p. 882. ubi ſimilia abſurda tribuuntur paraſitis, ut ibi paucis indicavi.

Nullam eum religionem profeſſum fuiſſe, ex *Demon.* c. 5. ait *Tillem.* Unde & alii Atheiſmum ejus deducunt. Sed ex iſto Luciani loco nihil aliud conficias, quam eum philoſophum fuiſſe eclecticum, ut hodie dicimus; quare Atheiſmus ejus ex aliis potius locis, vel ex toto ejus libellorum habitu deducendus foret, quem tamen ei non impingendum idem Tillem. & Hoogſtratanus monent, quia atheiſmum nusquam diſerte profiteatur. Mihi tamen diu ſuſpectus fuit Atheiſmi, tum ex charactere laſciviae, quem his miſeris fere proprium eſſe, recte Bentlejus in *Friponnerie Laïque* obſervat, aliique ſaepe monuerunt: tum ex nimio omnia ridendi ſtudio; tum quod & animae immortalitatem rideat. Verum eſt, non ſemper ſufficere, vitiorum tantum turpitudinem proponere; niſi & virtutum laudem ſubinde addas; nam ut avaritiae ſordes, ebrietatis deformitas, rixarum de rebus nauci vel incertis, ſtultitia, ſimiliaque ſatis impugnantur, ſola earum deformitate propoſita; ita tamen impurorum amorum turpitudo non eodem modo ſe erui ex juvenum animis patitur, nuda illorum imagine propoſita, eaque revelando, quae natura ipſa tegi flagitat; quin ii ſic incenduntur potius. Sed & poſtea detegens, non eſſe ab noſtro profectos dialogum illum impuriorem *Amorum*, ſcriptaque cetera diligentius pertractans, benignius de auctore exiſtimare didici; cui tamen & peſſimum illum dialogum *Meretricium* V. abjudicare poſſe vel-

vellem, in cujus fine aliquam quidem pudoris sui conscientiam prodit, nimius tamen fuit ipse jam turpiculus in ejus pictura, quam longe magis odiosam, omissis obscoenitatibus, potuisset proponere, si vere ab turpitudine abhorruisset; sed cum naturalia non esse turpia male cum perditis Epicureis sentire videtur, licentius in his sibi indulsit, qui licet nulli sectae addictus fuerit, Epicuro tamen prae aliis favebat, cujus continentiam virtutesque amavit, (loca ex Indice peti possunt)

Amor autem ejus in veros philosophos patet ex pluribus locis, seque impostores tantum traducere, diserte ait T. I. *Pisc.* c. 15. p. 586. & seqq. ac virtutis amatorem se profitetur. Vide T. 2. Vit. *Demon.* c. 2. f. & 3. ubi ad virtutem & bonorum exemplorum imitationem hortatur. Adde & *Nigrinum* T. I. aliaque hic non repetenda. Sed & sinceritas ejus patet ex testimonio pessimo ab Alexandro Pseudomante in Lucianum pronuntiato, c. ejus Dial. 54. *Noctivago gaudet coitu, incestoque cubili.* quod omittere potuisset; at proferre non veretur, quia eo non tangebatur; nec verbis refutat, quia ipsa vita id refutabat. Tum & honestas Luciani patet ex eo ipso, quod causidicorum gregem reliquerit ob fraudes & mendacia, T. I. *Revis.* c. 29. p. 598.

Christianum quondam fuisse minime exputo; melius enim eorum dogmata sciviſſet, nec Judaeorum ritus cum horum confudisset, ut qui illis sacerdotes & scribas Judaeorum tribuat, Tom. III. in *Peregr.* c. 11. p. 333. scribens: Χριστιανῶν —— τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν συγγενόμενος, quod bene etiam *Solan.* ad l. d. observavit. Nec adeo infensus fuit Christianis atque alii existimant; charitatem enim eorum mutuam in eod. Peregr. vere praedicat, morumque simplicitatem eorumdem ita describit, ut quae se falli potius sinat, quam ut fallat; sed eosdem praestigiis ac superstitionibus tamen non falli se sivisse, sive studio, sive casu, sincere tamen agit, qui commemoret, in *Alex.* c. 38. ubi impostor Christianos etiam arcebat suis sacris, veritus ne hi facilius ipsius fraudes detegerent ac riderent; sed & idem Atheos arcebat & Epicureos, unde quidem nihil probatur, quod Christianos ibi laudarit Lucianus; sed ejus integritas tamen adparet; at Christum Sophistam vocat idem in *Peregr.* l. d. nec ego confugio ad excusationem Vossii, quasi id alterius nomine dicat, & quod etiam in bonam partem valeat illa vox; nam se nihili facere religionem Christianam, satis patet aliunde, & licet hoc doleam, non tamen magis miror in Luciano, quam in aliis auctoribus priorum seculorum, qui multo pejora in hanc scripsere, & quos tamen ferimus, ac propter alia utilia laudamus: quin sic verum videmus quod Apostolus dixit, se adnuntiare Christum, qui Judaeis offensio, Graecis stultitia esset; quumque Judaeos feramus, Christo, pro dolor! maledicentes, quidni hunc feramus neque Christo, neque Christianis male dicentem? Risit autem Epicureorum more animae immortalitatem vitaeque sempiternae exspectationem, in *Peregr.* c. 13. quodque hac spe freti sponte se occidendos praebeant. Ut autem priorem illius sententiam merito improbamus, ita & Christianorum istorum voluntario impetu ad martyrium ruentium gloriam probare non possumus. Num vero & in eo plane cum Epicuro senserit, otiosum Deum faciens, non satis indicat; nam T. II. in *Jov. Conf.* c. 10. p. 634. Jovi dicenti: *Tu vis ostendere nullam nos rerum humanarum curam agere?* respondet: *Non meum hoc est.* Nisi credas, eo ipso id tacite exprobrari Jovi, quasi velit Lucianus: non opus est, ut hoc a me probetur; te enim ipsum hoc melius deceret probare tuis actionibus, si id a nobis credi velis. Nam Scepticum fuisse Nostrum, satis prodit, utcumque Scepticos belle traducat in T. I. *Vit. Auct.* c. 27.

Praefecturam Aegypti quod spectat, quam ei mandatam alii jam narrarunt ex T. I. *Merc. Cond.* c. 11. p. 719. sed quam graphiarii munus fuisse *Tillemont.* statuit; videmus ejusmodi fuisse, ut non omnino Praefectus Provinciae totius fuerit; nam προσαγίαις munus suum generaliter adnumerans distinguit tamen a majore praefectura, *ib.* & in fin. c. 12. ubi fore praesumit, ut deinde etiam integra gens ei committatur. Et quamvis *non servilem se conditio-*

nem accepisse, sed publici imperii se participem esse, *eoque nomine mercedem* ab *Imperatore accipere* c. 11. & 12. declaret, tamen se actuarii vel graphiarii partes egisse, qui sub se habet scribas, ibid. indicat, dicens: *se eorum quae aguntur in judiciis commentarios scribendos curare, & decreta — tradere reponenda.* Itaque actuarius sive graphiarius fuerit ac Procurator partis Aegypti: num vero voti campos factus sit, ut integrae provinciae gubernandae praeficeretur, non proditur. Dignitas autem ac gravitas personae quam sustinuit, haud levi est indicio, vitae fuisse nostrum compositae, laboriosae, & ad magna aptae.

Pauperem se tacite fatetur eadem Apologia T. I. *pro mercede conductis* c. 11. Non tamen famelicum; neque enim ita pauperem olim fuisse oportet, cui tanta itinera eruditionis adquirendae caussa instituere licuit; sed quum senectuti ingruenti melius prospiciendum existimarit, nihil mirandum, si mercedem complurium talentorum, ut indicat *ib.* p. 722. praetulit vitae privatae, in qua peculium pusillum consumendum, & ad graviorem paupertatem potius recidendum fuisset, quam ut pristinis laboribus victum parare potuisset.

Matrimonium iniit media aetate; filiique meminit T. II. *Eunuch.* c. 13. f. p. 359.

Periisse podagra non adfirmare ausim cum Bourdelotio; licet id non absimile vero sit; si ipse auctor est tragopodagrae, quod Lucianeo ingenio non indignum drama; sed versibus saepe adeo claudicantibus, ut potius statuendum sit, eum tragica licentia & aetatis venia, studio hic usum, quam ut emendationem centum locis tentemus. A canibus vero laceratum, fabulam esse nullis testimoniis probandam; sed ad aetatem provectam supra octoginta annorum pervenisse, satis est certum.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΤΟΥ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

LUCIANI OPERUM INDEX.

Numerus paginam notat.

TOM. I.

Περὶ τῦ Ἐνυπνίυ, ἤτοι, βίᾳ Λυκιανῦ.	De ſomnio, ſeu, vita Luciani. p. 1.
Πρὸς τ εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις.	Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis. 23
Νιγρῖνᾳ, ἢ περὶ φιλοσόφυ ἤθυς.	Nigrinus, ſive de morib. philoſophorum. 37
Δίκη φωνηέντων.	Judicium Vocalium. 82
Τίμων ἢ μισάνθρωπος.	Timon, ſive Miſanthropos. 98
Ἀλκυών, ἢ περὶ μεταμορφώσεως.	Halcyon, ſive de Transformatione. 176
Προμηθεὺς ἢ Καύκασος.	Prometheus, ſive Caucaſus. 185

ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. DEORUM DIALOGI.

Προμηθέως καὶ Διὸς.	Promethei & Jovis. 204
Ἔρωτος καὶ Διὸς.	Cupidinis & Jovis. 205
Διὸς καὶ Ἑρμῦ.	Jovis & Mercurii. 207
Διὸς καὶ Γανυμήδυς.	Jovis & Ganymedis. 208
Ἥρας καὶ Διὸς.	Junonis & Jovis. 213
Ἥρας καὶ Διὸς.	Junonis & Jovis. 216
Ἀπόλλωνος καὶ Ἡφαίστυ.	Apollinis & Vulcani. 220
Ἡφαίστυ καὶ Διὸς.	Vulcani & Jovis. 224
Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμῦ.	Neptuni & Mercurii. 227
Ἑρμῦ καὶ Ἡλίυ.	Mercurii & Solis. 229
Ἀφροδίτης καὶ Σελήνης.	Veneris & Lunae. 231
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος.	Veneris & Cupidinis. 233
Διὸς, Ἀσκληπιῦ καὶ Ἡρακλέυς.	Jovis, Aeſculapii & Herculis. 235
Ἑρμῦ καὶ Ἀπόλλωνος.	Mercurii & Apollinis. 238
Ἑρμῦ καὶ Ἀπόλλωνος.	Mercurii & Apollinis. 241
Ἥρας καὶ Λητῦς.	Junonis & Latonae. 243
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμῦ.	Apollinis & Mercurii. 245
Ἥρας καὶ Διὸς.	Junonis & Jovis. 247
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος.	Veneris & Cupidinis. 249
Θεῶν κρίσις.	Dearum Judicium. 252

Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ.	Martis & Mercurii.	267
Πανὸς καὶ Ἑρμοῦ.	Panis & Mercurii.	269
Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου.	Apollinis & Bacchi.	273
Ἑρμοῦ καὶ Μαίας.	Mercurii & Majae.	275
Διὸς καὶ Ἡλίου.	Jovis & Solis.	277
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Apollinis & Mercurii.	280

ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. MARINI DIALOGI.

Δωρίδος καὶ Γαλατείας.	Doridis & Galateae.	288
Κύκλωπος καὶ Ποσειδῶνος.	Cyclopis & Neptuni.	291
Ἀλφειοῦ καὶ Ποσειδῶνος.	Alphei & Neptuni.	295
Μενελάου καὶ Πρωτέως.	Menelai & Protei.	298
Πανόπης καὶ Γαλήνης.	Panopes & Galenes.	300
Τρίτωνος, Ἀμυμώνης καὶ Ποσειδῶνος.	Tritonis, Amymones & Neptuni.	302
Νότου καὶ Ζεφύρου.	Noti & Zephyri.	305
Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνου.	Neptuni & Delphinum.	307
Ποσειδῶνος καὶ Νηρηίδων.	Neptuni & Nereidum.	310
Ἶριδος καὶ Ποσειδῶνος.	Iridis & Neptuni.	314
Ξάνθου καὶ Θαλάσσης.	Xanthi & Maris	316
Δωρίδος καὶ Θέτιδος.	Doridis & Thetidis.	318
Ποσειδῶνος καὶ Ἐνιπέως.	Neptuni & Enipei.	320
Τρίτωνος καὶ Νηρηίδων.	Tritonis & Nereidum.	321
Ζεφύρου καὶ Νότου.	Zephyri & Noti.	325

ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. MORTUORUM DIALOGI.

Διογένους καὶ Πολυδεύκους.	Diogenis & Pollucis.	328
Πλούτων ἢ κατὰ Μενίππου.	Pluto seu contra Menippum.	356
Μενίππου, Ἀμφιλόχου καὶ Τροφωνίου.	Menippi, Amphilochi & Trophonii.	338
Ἑρμοῦ καὶ Χάρωνος.	Mercurii & Charontis.	341
Πλούτωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Plutonis & Mercurii.	343
Τερψίωνος καὶ Πλούτωνος.	Terpsionis & Plutonis.	346
Ξενοφάντου καὶ Καλλιδημίδου.	Zenophantae & Callidemidae.	355
Κνήμωνος καὶ Δαμνίππου.	Cnemonis & Damnippi.	358
Σιμύλου καὶ Πολυστράτου.	Simyli & Polystrati.	359
Χάρωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis & Mercurii.	363
Κράτητος καὶ Διογένους.	Cratetis & Diogenis.	367
Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκιπίωνος.	Alexandri, Annibalis, Minois, Scipionis.	380
Διογένους καὶ Ἀλεξάνδρου.	Diogenis & Alexandri.	389

Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου.	Alexandri & Philippi.	394
Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου.	Achillis & Antilochi.	399
Διογένους καὶ Ἡρακλέους.	Diogenis & Herculis.	402
Μενίππου καὶ Ταντάλου.	Menippi & Tantali.	406
Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Menippi & Mercurii.	408
Αἰάκου, Πρωτεσιλάου, Μενελάου καὶ Πάριδος.	Aeaci, Proteſilai, Menelai, & Paridis.	410
Μενίππου καὶ Αἰάκου.	Menippi & Aeaci.	412
Μενίππου καὶ Κερβέρου.	Menippi & Cerberi.	420
Χάρωνος, Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis, Menippi & Mercurii.	423
Πλούτωνος καὶ Πρωτεσιλάου.	Plutonis & Proteſilai.	426
Διογένους καὶ Μαυσώλου.	Diogenis & Mauſoli.	429
Νιρέως, Θερσίτου καὶ Μενίππου.	Nirei, Therſitae & Menippi.	431
Μενίππου καὶ Χείρωνος.	Menippi & Chironis.	434
Διογένους, Ἀντισθένους καὶ Κράτητος.	Diogenis, Antiſthenis & Cratetis.	437
Μενίππου καὶ Τειρεσίου.	Menippi & Tireſiae.	445
Αἴαντος καὶ Ἀγαμέμνονος.	Ajacis & Agamemnonis.	448
Μίνωος καὶ Σωστράτου.	Minois & Soſtrati.	450
Μενίππου, ἢ Νεκυομαντία.	Menippus, ſive Necyomantia.	455
Χάρων, ἢ Ἐπισκοποῦντες.	Charon, ſive Contemplantes.	487
Περὶ θυσιῶν.	De Sacrificiis.	525
Βίων πρᾶσις.	Vitarum auctio.	540
Ἁλιεὺς, ἢ Ἀναβιοῦντες.	Piſcator, ſeu Reviviſcentes.	570
Κατάπλους, ἢ Τύραννος.	Cataplus, ſive Tyrannus.	620
Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	De iis qui mercede conducti in divitum familiis vivunt.	651
Ἀπολογία περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	Apologia pro iis qui merc. cond. ſerviunt.	704
Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.	Pro eo quod inter ſalutandum verbo lapſus fuerat.	724
Ἑρμότιμος, ἢ περὶ αἱρέσεων.	Hermotimus, ſive de Sectis.	739
Ἡρόδοτος, ἢ Ἀετίων.	Herodotus, vel Aëtio.	831
Ζεῦξις, ἢ Ἀντίοχος.	Zeuxis, vel Antiochus.	838
Ἁρμονίδης.	Harmonides.	850
Σκύθης, ἢ Πρόξενος.	Scytha, ſeu Hoſpes.	859

TOM. II.

Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν.	Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit.	1
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος.	Hiſtoriae verae liber primus.	70
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος δεύτερος.	Hiſtoriae verae liber ſecundus.	104

****

Τυραννοκτόνος.	Tyrannicida.	141
Ἀποκηρυττόμενος.	Abdicatus.	159
Φάλαρις πρῶτος.	Phalaris prior.	187
Φάλαρις δεύτερος.	Phalaris alter.	201
Ἀλέξανδρος, ἢ Ψευδόμαντις.	Alexander, ſeu Pſeudomantis.	207
Περὶ ὀρχήσεως.	De Saltatione.	265
Λεξιφάνης.	Lexiphanes.	317
Εὐνοῦχος.	Eunuchus, ſeu Pamphilus.	350
Περὶ ἀστρολογίας.	De Aſtrologia (non videtur Luciani)	360
Δημώνακτος βίος.	Demonactis vita.	374
Ἔρωτες.	Amores (non videntur Luciani)	397
Εἰκόνες.	Imagines.	458
Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων.	Pro imaginibus.	484
Τόξαρις, ἢ Φιλία.	Toxaris, ſive Amicitia.	507
Λούκιος, ἢ Ὄνος.	Lucius, ſive Aſinus.	567
Ζεὺς ἐλεγχόμενος.	Jupiter Confutatus.	626
Ζεὺς Τραγῳδός.	Jupiter Tragoedus.	642
Ὄνειρος, ἢ Ἀλεκτρυών.	Somnium, ſeu Gallus.	702
Ἰκαρομένιππος, ἢ Ὑπερνέφελος.	Icaromenippus, ſive Hypernephelus.	751
Δὶς κατηγορούμενος, ἢ Δικαστήρια.	Bis accuſatus, ſeu Fora.	791
Περὶ τοῦ παρασίτου, ἤτοι ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική.	De paraſito, ſive quod ars ſit paraſitica.	836
Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ γυμνασίων.	Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis.	883
Περὶ πένθους.	De Luctu.	922

TOM. III.

Ῥητόρων διδάσκαλος.	Rhetorum Praeceptor.	1
Φιλοψευδής, ἢ ἀπιστῶν.	Philopſeudes, ſeu Incredulus.	29
Ἱππίας, ἢ βαλανεῖον.	Hippias, ſiue Balneum.	66
Προσλαλιὰ, ἢ Διόνυσος.	Allocutio, ſive Bacchus.	74
Προσλαλιὰ, ἢ Ἡρακλῆς.	Allocutio, ſive Hercules Gallicus.	82
Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου, ἢ Κύκνων.	De Electro, ſeu Cycnis.	87
Μυίας ἐγκώμιον.	Muſcae encomium.	91
Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.	Adverſus Indoctum, & libros multos ementem.	99
Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.	De non temere credendo calumn.	125
Ψευδολογιστής, ἢ περὶ τῆς Ἀποφράδος.	Pſeudologiſta, ſivè de Apophrade.	161
Περὶ τοῦ οἴκου.	De Domo.	191
Μακρόβιοι.	Macrobii.	208

Πα-

Πατρίδος ἐγκώμιον.	Patriae encomium.	229
Περὶ τῆς διψάδων.	De Dipsadibus.	234
Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον.	Dissertatio cum Hesiodo.	240
Πλοῖον, ἢ εὐχαί.	Navigium, seu vota.	247

ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. DIALOGI MERETRICII.

Γλυκέρα καὶ Θαΐς.	Glycera & Thais.	280
Μυρτίον, Πάμφιλος καὶ Δωρίς.	Myrtium, Pamphilis & Doris.	281
Μήτηρ καὶ Φίλιννα.	Mater & Philinna.	284
Μέλιττα καὶ Βακχίς.	Melissa & Bacchis.	286
Κλωνάριον καὶ Λέαινα.	Clonarium & Leaena.	289
Κροβύλη καὶ Κόριννα.	Crobyle & Corinna.	292
Μήτηρ καὶ Μυσάριον.	Mater & Musarium.	295
Ἄμπελις καὶ Χρυσίς.	Ampelis & Chrysis.	299
Δορκὰς, Παννυχὶς, Φιλόστρατος, Πολέμων.	Dorcas, Pannychis, Philostratus, Polemon.	301
Χελιδόνιον καὶ Δρόση.	Chelidonium & Drose.	305
Τρύφαινα καὶ Χαρμίδης.	Tryphaena & Charmides.	308
Ἰόεσσα, Πυθιὰς καὶ Λυσίας.	Ioessa, Pythias & Lysias.	310
Λεόντιχος, Χηνίδας καὶ Ὕμνις.	Leontichus, Chenidas & Hymnis.	315
Δωρίων καὶ Μυρτάλη.	Dorio & Myrtale.	319
Κοχλὶς καὶ Παρθενὶς.	Cochlis & Parthenis.	322
Περὶ τοῦ Περεγρίνου τελευτῆς.	De morte Peregrini.	325
Δραπέται.	Fugitivi.	365

ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ. SATURNALIA.

Ἱερεὺς καὶ Κρόνος.	Sacerdos & Saturnus.	385
Κρονοσόλων.	Cronosolon, id est, Saturnalium legumlator.	393

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ. EPISTOLAE SATURN.

Ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν.	Ego Saturno salutem.	401
Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν.	Saturnus mihi charissimo salutem.	407
Κρόνος τοῖς πλουσίοις χαίρειν.	Saturnus divitibus salutem.	411
Οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν.	Divites Saturno salutem.	416
Συμπόσιον, ἢ Λαπίθαι.	Symposium vel Lapithae.	418
Περὶ τῆς Συρίης θεοῦ.	De Syria Dea. (abjudicat Gesn. Luciano. Ego nondum audeo)	451
Δημοσθένους ἐγκώμιον.	Demosthenis Encomium.	491

Θεῶν ἐκκλησία.	Deorum Concilium.	527
Ψήφισμα.	Decretum.	536
Κυνικός.	Cynicus.	540
Ψευδοσοφιστὴς, ἢ Σολοικιστὴς.	Pseudosophista, seu Soloecista (qui tamen per incuriam Pseudologistes inscriptus, dubiumque an Luciani)	552
Φιλόπατρις, ἢ Διδασκόμενος.	Philopatris, seu, qui docetur (non est Luciani)	584
Χαρίδημος.	Charidemus.	618
Νέρων, ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ.	Nero, sive de fossione Isthmi.	636
Τραγοποδάγρα.	Tragopodagra.	643
Ὠκύπους.	Ocypus.	664
Ἐπιγράμματα.	Epigrammata.	674

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

Δ Ι Α Λ Ο Γ Ο Ι.

LUCIANI SAMOSATENSIS

D I A L O G I.

De Somnio, ſeu, Vita Luciani.

Περὶ τῦ Ἐνυπνίυ, ἤτοι, Βίυ Λυκιανῦ.

I. NUPER admodum cum deſiiſſem in ſcholas ventitare, jam pubertati proxi-

ΑΡΤΙ μὲ ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τ' ἡλικίαν πρόσηβ@ ὤν·

Σχόλια.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ.] Οὕτως ἐν τῷ Πῶς δεῖ ἱστορίαν, (c. 24.) καὶ ἐν τῷ * Λούκι@, ἢ Ὄν@, περὶ πατρὸς αὐτῦ καὶ πατρίδ@ καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς Ἀπολογίας (A. μισθ. c. 15.) καὶ Ψευδομάντι· (c. 55.) Περὶ ἡθῶν αὐτῦ ἐν τῷ Διακατιαρτικῷ δὲ λέξεως καὶ λόγων αὐτῦ ἐν τῇ Ζεύξις, καὶ ἐν τῷ Πρὸς † τὸν τὰ Προμηθέως. Ὅρα καὶ περὶ Ἀστυρίας θεῦ (c. 60.) καὶ ἐν τῷ Ἁλιεῖ ἢ Ἀναβιῶντες. Collectanea Galei.

2. Φοιτῶν.] Ἀτθικῶς ἀντὶ τῦ φοιτᾶν· ὕτω καὶ τὸ † γλύφων, ἀντὶ τῦ γλύφειν. C. G.

* Λούκι@.] In *Aſino* fruſtra Lucianum quærtas: quæ enim illic de patria parentibusque Scriptoris traduntur, non Lucianо, ſed Lucio Patrenſi conveniunt. *M. du S.*

† Γλύφων] Reſpicit iſta c. 3. εἰ φαιτοίμην γλύφων. *T. H.*

ADNOTATIONES.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ. Δ.] Sic titulum authori meritiſſimo fecimus, meliores Editiones ſecuti. *MSS.* duo e Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clariſſimi *Nicolai Rigaltii* videre contigit, nec titulum nec ordinem agnoſcunt. A poſtrema etiam *Editione Baſilienſi* duæ poſtremæ voces aberant. *J. B.*

Mixta cum ſint opera *Luciani*, in ſuas quæque claſſes olim diſtributa fuiſſe omnia, credibile eſt; quæ nullo nunc ordine, neque temporum, neque rerum habita ratione, uti a majoribus edita ſunt, a me quoque traduntur. Iſtarum claſſium præcipua, *Dialogi*; qui titulus ab iis, qui, poſt inventam artem Typographicam, *Lucianum* primi ediderunt, omnibus præfixus manſit. De ordine opuſculorum in præfatione à me dicetur. *M. du S.*

ΛΟΥΚ. Σ. Δ.] Hunc titulum reperio in *Editis*. *M. du S.*

Περὶ τῦ Ἐνυπνίυ.] Non dubium eſt, quin προσλαλιὰν iſtam voluerit *Lucianus* operibus ſuis præfigi. Nec tamen perſuaſum habeo ſcribendi exordium eam illi fuiſſe. De ordine, quem in his Dialogis ſervandum putavimus, dictum eſt in Præfatione noſtra ad Lectorem. *J. B.*

Eſt λαλιὰ, vel προσλαλιὰ, ut patet in fine, ubi ait, εἰ@ δὲ πρὸς ὑμᾶς ἱκανὰ λέλυθα. *Th. M.*

Scriptum eſt hoc Somnium a *Luciano* poſt primas in Græciam, Italiam & Galliam peregrinationes, cum, in patriam redux, eloquentiæ ſpecimen edidit; ſe ſuasque fortunas oſtentare ſuis voluit; ne ſibi, foris tam claro, domi noceret generis nota humilitas; eademque opera tenuioris fortunæ adoleſcentulos ad res magnas ſuo exemplo exſtimularet. *M. du S.*

P. 1. l. 1. Εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτ.] Habet a *Platone*, in quo totus eſt, & a *Xenophonte*, cujus eſt aſſiduus imitator, apud quos εἰς τὰς διδασκάλους φοιτῶν. Sic in *Hermotimo*, ſive de Sectis: ἐλθὲ τὰς διδασκάλους φοιτῶντα. Sic de Merc. Cond. & paſſim alibi. Inde φοίηται, ἀντὶ τῶν μαθητῶν. *Heſych. Suid. Poll.*

Diligens Lector monendus eſt, *Lucianum* ſæpiſſime loquendi modos eosdem, easdem parœmias, & citationes uſurpare: qui enim aliter fieri potuit in tam florida & variegata ſcriptura? Quod igitur ſemel monuerimus, illud ſequentibus ſufficiat. Ea ſatis conſtans ratio videbitur, cur paululum in his principiis immorandum. *J. B.*

Εἰς διδασκάλυ ſolent illi Scriptores uſurpare, non εἰς διδασκάλους· & ſic *Noſt.* Ἐρμ. §. 82. & Ἐρ. §. 44. *M. du S.*

2. Τὴν ἡλ. πρόσηβ@.] Idem eſt prope finem hujus ſcripti ἀντίπαις, ut *Jungerm.* adnotavit ad Polluc. II. 9. n. 51: Vocem, quia rarius occurrat, nudam nullaque auctoritate fultam deſtituunt Lexicographi: habet *Xenoph.* K. Π. I. p. 8. v. 29. *Clearchus* apud *Athen.* XII. p. 548. B. γυμνὴ παιδίσκη πρόσηβ@. *Dionyſ. Hal.* A. R. II. p. 125. v. 41. πρόσηβ@ κῦρ@, & παῖδες πρόσηβόι τε ἐν τῇ πομπείυ ἔχοντες ἡλικίαν, VII. p. 457.

ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μὲν τοῖς φίλοις, ὅ, τι χὴ διδάξαιτό με. Τοῖς πλείστοις δὲν ἔδοξε παιδεία μὴν χὴ πόνε πολλῦ, χὴ χρόνε μακρῦ, χὴ δαπάνης ἐ σμικρᾶς, χὴ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς· τὰ δὲ ἡμέτερα μικρά τε εἶναι, χὴ ταχείαν [a] τινα τ' ὄπισθεν ἀπαιτᾶν. Εἰ δέ τινα τέχνην τ' βαναύσων τύτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὴν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκῦντα πρὸς τ' τέχνης χὴ μηκέτι οἰκό-

mus, tum pater conſilium inire cum amicis, quid me doceret: plerisque igitur eruditio viſa fuit & labore multo, & longo tempore, & ſumtu non exiguo, & fortuna indigere ſplendida; reculas autem noſtras tum tenues eſſe, tum promtum quoddam ſubſidium poſtulare: ſi aliquam vilium iſtarum artium, quae manu conſtant, edidiciſſem, primum me quidem ipſum ſtatim inde habiturum, quo vitam tuear, neque amplius domi

a Τινα] Deeſt in F. in cujus margine notatur ex P.

4. Διδάξαιτό με.] Διδάσκομαί τινα, * εἰς διδάσκαλον πέμπω μαθησόμενον. V.

* Εἰς διδάσκαλον] Leg. διδασκάλου. M. du S.

Hoc quidem ad Atticam normam elegantius: ſed & alterum εἰς διδάσκαλον vel εἰς διδασκάλους φοιτᾶν, praeſertim recentiores, uſurparunt, *Julian.* Miſop. p. 351. A. *Diogen.* L. VI. 69. *Baſil.* Hom. πρὸς τὸς Νέους (quamquam *H. Stephano* Ep. ad Redinger. Commentario de L. A. Idiom. praemiſſa per ignorationem Atticae dialecti genitivus διδασκάλε in accuſativum depravatus fuiſſe videatur apud Baſilium) *Thom. M.* in Φοιτᾶν quamobrem vulgatae lectioni ſua conſtat auctoritas: vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 20. 21. *Hoeſchel.* ad Chryſoſt. περὶ Ιερ. p. 500. nec tamen *H. Valeſium* culpo, qui, cum apud *Eunapr.* H. E. IV. c. 29. legeretur εἰς χαμαιδιδασκάλους φοιτῶντα, reſtituit e MS. εἰς χαμαιδιδασκάλε. T. H.

v. 47. quos *impuberes* in pompis ſolennibus Latini dicunt. *Aelian.* V. H. III, 32. παῖς ὢν ἔτι πρόσηθεν. *Liban.* T. II. p. 156. D. 263. C. de Juliano: ἤδη δὲ πρόσηθεν ἦν. *Gloſſae:* Πρόσηθεν, *proximus pubertati:* formula loquendi ex Romano Jure ſumta, quales ibi multae: L. 111. *D. de Reg. Jur.* & §. 18. *Inſtit. de Obl. quae ex del.* retinuit ergo Latinas voces *Theophilus:* hinc integrandae, quod & Eruditiſſ. *Schultingium* feciſſe video, Gloſſae verb. Jur. Πρόξιμον πυθιστάτε, ἀἰγγὺς ἐφηβότητος ſic enim illi vocabulo veteribus ignoto τὴν τῦ ἐφήβε ἡλικίαν, vel τὴν ἐφηβείαν vocant: *vicinum pubertati, Servius* etiam dixit ad Virgil. Ecl. VIII, 39. quae ex antiquo Juriſconſulto videntur deſcripta. Πρὸς τὴν ἡβῶν προσάγειν apud *Hippocratem* eſt Aph. S. III. Sequentibus iſta *Libanii* ſimillima ſunt T. I. p. 804. A. ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τ' ἡλικίας καιρὸν λαμβάνει τὰ παιδεύματα, συναθλιώμενα τοῖς ἐπιδεεστέροις, ἢν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον. T. H.

6. Τύχης δεῖσθαι λ.] *Jac. Micyllus*, vir Doctiſſimus, Interpres hujus λαμπρᾶς, autoris mentem ſaepiſſime fruſtratur: *& egere quodam fortuna ſplendore.* Sic de Merc. Cond. J. Br.

Τύχης δ. λ.] *Ariſtot. Pol.* IV. c. 11. πρὸς παιδείαν, ἃ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς· neque inelegante *Artemid.* IV, 69. ἐφόδιον παιδείας ὁ πλῦτος. Λαμπρὸν τύχλε non aliter hic intellige, quam λαμπρὸν ὐσίαν apud *Alciphronem* I, 38. p. 182. *opes ſplendidas & lautas.* Idem I, 8. p. 30. τὸν ἡμίτροπα, ὡς οἶσθα, παντελῶς ὄντα ἄπορα, καὶ βίῳ κομιδῇ σπάνει. ubi *Bergleruſ* Lucianeum illud, quod ſequitur, adnotare non neglexit. T. H.

7. Τὰ δὲ ἡμ.] *Facultates autem noſtras.* J. Br.

8. Ταχείαν τινα τὴν ἐπ.] Secundam vocalem omiſit *Ed. Fl.* ſola: ceterae cum *Codd. Mſſ.* tenent, quibus haud invitus accedo. Solennis Atticorum in τὶς pleonaſmi *H. Stephanus* exempla dedit plena manu App. de D. A. p. 80. *Noſſ.* in Nigr. §. 33. T. H.

9. Τέχνην τ' βαναύσων] Generaliter pro qualibet mechanica: ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα τέχνη, ut vult *Heſych. Suid.* vox eſt Peloponneſiaca: in Peloponneſo βαῦν κάμινον ἢ ἰσίαν δηλοῖ *Interpr.* Ariſtoph. Poll. J. B.

Βαναύσων] Βάναυσον πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενον· εἰρῆσθαι δὲ παρὰ τὸ τὰς βαίνας αὔειν, τυτέστι τὰς καμίνους κάειν· παλαιόσημα δὲ ἡ λέξις εἰς πᾶσαν χειροτέχνην. A. V.

Ex Etymologo ſumta in V. Βάναυσον. T. H.

11. Μηκέτι οἰκόσι] In *MSS.* & *aliis Editionibus* quoties occurrunt duae vocales in duabus dictionibus, prior ſemper eliditur, quod ſemel monitum volui. J. B.

12. Οὐκ εἰς μακρ.] Brevi, non multum poſt tempus. J. Br.

13. Τὸ γιγν.] τ' γιγνόμενον μισθόν. J. Br.

Τὸ γιγνόμενον] Artis proventum. *Budaeus* vertit *juſtam mercedem.* J. B.

i. e. μισθόν. *A. V.* Vid. *Mισθ.* c. 23. & *Τοξ.* c. 18. M. du S.

Τὸ γιγνόμενον] *Quod mercedis ex opera locata naſcitur*: quam Latinam locutionem Graecae formulae comparatione *J. Fr. Gronovius* illuſtrat de P. V. p. 492. *Budaeus* C. L. G. p. 84. interpretatur, *juſtam mercedem*: illa vis aliis in locis apta, hic neutiquam: res eſt manifeſta e *Luciani* Tox. ubi Agathocles, ut amicum Diniam tueretur, in inſula Gyaro purpurariis operam addicebat, καὶ τὸ γιγνόμενον ὰπ' τύτε ἀπεφέρετο τ' Δεινίαν. T. H.

18. Καὶ πρόχ. ἔχ. τ. χορ.] *Qua paratam opem ferret quae promtus praberet ſuppetias.* Ea repetit paſſim. J. B.

22. Ἑρμογ. &c. καὶ λιθ.] Ἑρμογλύφον, ἑρμογλυφικὸς, qui ſtatuas ſive hermas fabricat ex quavis, ut ego putem, materia· λιθοξόον, λιθογλύστης, λιθογλύφον, qui e lapidibus id praeſtat. *Th. Magiſter* in Dict. Att. Ecl. improbat vocem λιθοξόον, ut minus Atticam. Ait, ἑρμογλύφον & ἑρμογλυφικὸς, ἢ λιθοξόον &c. Pari ratione, qua hic agit *Th. Magiſter*, poſſet quis impro-

mi coenaturum (paternae mensae gravem) id sentis: dein non diu fore, quin patrem sim hilaraturus, allato usque, quod mihi natum erit mercedis.

2. Ergo secundae deliberationis initium est propositum, quae optima sit artium, & ad edifcendum facillima, & homini libero conveniens, & expedito sumtu parabilis, & quaestu commodo: alio aliam commendante, ut cujusque sensus aut experientia ferebat, pater ad avunculum conversus (aderat enim maternus avunculus, qui optimus esse statuarius videretur, & poliendis lapidibus in

σιῶ εἶναι, τηλικοῦτο ὄν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἡμῖν τὸν πατέρα ὑφράνειν, ἀποφέρον ἀεὶ τὸ γιγνόμενον.

Δευτέρας δὲ σκέψεως ἀρχὴ πρώτη ἦν τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥᾴστη ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, καὶ πρόχειρον ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. Ἄλλα τοίνυν ἄλλῃ ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴς εἰς τὸν θεῖον ἀπιδὼν, (πάρην γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἐμοιγλύφος εἶναι δοκῶν, [b] καὶ λιθοξόος ὢν τοῖς μάλιστα

[b] Καὶ] Abest ab F. habuit P. ceteraeque Edd.

probare ἐμοιγλύφος & ἐμοιγλυφεῖς, ut voces minus Atticas, ac probare τὸ λιθοξόος. Quid enim? an non continuo post priora Luciani ab Thoma nostro producta verba sequitur λιθοξόος; cur hoc magis quam illa improbari meretur? quin aliquoties τὸ λιθοξόος in hoc brevi dialogo habet *Noster*: iterum §. 7. ὅ, τι γὰρ πάππος σὺ λιθοξόος ἦν, & §. 9. ἀγαθὸς πάππος λιθοξόος γενόμενος. *J. F.*

23. Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Non dubito, quin legendum sit εὐδοκιμοῦσι. Sic enim loqui amant Graeci; voces ἐν τοῖς μάλιστα, quae nihil aliud designant, quam *cum primis*, *maxime*, ponunt inter duos similes casus, quorum alter est nominis substantivi, alter adjectivi. AElian. V. H. I, 31. Νόμος ἐν τοῖς μάλιστα φυλαττόμενος *Lex quae maxime servatur*. Idem XIV, 40. Ἀλέξανδρος ὁ Φερραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ὠμὸς ἐδόκει εἶναι. *Alexander Pheraeorum tyrannus quam maxime truculentus fuit*. Lucian. noster in *Gallo*: Ἐν τοῖς μάλιστα θαυμαζόμενος ἔσῃ. Plutarch. in *Coriolano* p. 223. Ἀπτίος δὲ ἐν Κλουσίνῳ αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισούμενος ἦν. Idem in *eodem* p. 232. Ἦν γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα δεινὸς εἰπεῖν. Et in *Iside* & *Osir.* p. 364. Ἔστι τὸν Διόνυσον ἐν τοῖς μάλιστα μειλίγγιον οὖσαν. *Dionys. Halic.* lib. I. p. 49. τὸ δ' Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν. Idem pro eo dicit ἐν τοῖς πάνυ. lib. I. p. 15. Τοῦτο τὸ ἔθνος ἦν ἐν τοῖς πάνυ μέγα τι τῶν ἀρχαίων. *Herodot.* dixit eodem sensu, ὅμοια τὰ μάλιστα, ut alibi ostendimus. *L. Bos* Obs. Crit. c. V. p. 18.

Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Contra Codices scriptos & Edd. omnes veriſſimam emendationem probo *L. Bos*, ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμους. Origo vitii a librariorum inscitia, qui post ἐν τοῖς illud εὐδοκιμοῦσι alio casu positum pati non potuerunt, praesertim quod crederent cum hoc ipso vocabulo conjungi debere μάλιστα. Graeci solent, inprimis Attici, ἐν ταῖς μάλα, μάλιστα, πάνυ, σφόδρα εὐδοκιμοῦσι, ἄριστος, ἀρχαῖος. ubi perspicuum est intelligi, ἐν τοῖς μάλα vel μάλιστα εὐδοκίμοις ὄσιν εὐδοκιμοῦσι, ut bene docuit *H. Stephanus* App. de D. A. p. 181. 182. *Thucyd.* VIII, 90. ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα ὢν ἐκ πολίτου ἀνάντους τῷ δήμῳ. ubi nulla est causa, cur *H. Stephanus* miretur, quid venerit in mentem Enarratori Thucydidis, ut ἐν τοῖς μάλιστα exponeret, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις· hoc enim voluit, qui revera loci Thucydidei sensus est, *vir inter vehementissimos*, & *a longo jam tempore infestus plebi*: quemadmodum in *Plutarchi* Coriol. Appius Claudius αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισούμενος εἶναι, id est, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις, *praecipuus inter eos, qui vehementissime plebem oderant*. Egregius *Platonis* locus sub initium Sympolii, quique optime, quomodo locutio suppleri debeat, ostendit: Aristodemus Σωκράτους ἔφασκεν οὐκ ἐν τοῖς μάλιστα τότε in Crit. p. 38. E. καὶ οὐκ ἦσαν Ἀθηναίων τινες, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα· intellige, τούτοις ταῖς αἰτίαις ἐνεχομένοις· mox: ὅτι ἐν τοῖς μάλιστα Ἀθηναίων ἐγὼ αὐτοῖς ὁμολογήσω τυγχάνω· similia, si quis desideret, reperiuntur apud *Dionys. Hal.* A. R. I. p. 53. v. 3. *Muson.* apud *Stob.* p. 166. v. 16. *Aelian.* V. H. II, 38. XIV, 44. *Dion. Cassium*, imitatorem veterum diligentissimum, XLIV. p. 244. C. 249. A. Neque adjectivis tantum, sed & verbis apponitur: *Dionys. Hal.* de Comp. Verb. p. 51. v. 36. ὃν (Demosthenem) ἐν τοῖς μάλιστα εἶναι τὴν ποιητικὴν ἐκμεμαθηκέναι. *Plutarch. Pyrrh.* p. 391. B. καὶ διετέλει τὸν ἄνδρα τιμῶν ἐν τοῖς μάλιστα & χρώμενος. *Noster* in Pseudol. §. 14. τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα τίνομαι διτίλιστν. Haec qui perpenderit, facile mihi largietur, corruptum *Eunapii* locum in *Chrys.* p. 194. sic esse corrigendum, δυσκίνητος δὲ ἦν περὶ τὰς διαλέξεις, τοῖς φιλοσοφίαις ἐν τοῖς μάλιστα τὰς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνουσιν ἐκπαχύνειν· a quorum mente *Hadr. Junius* prorsus aberravit. Nec dispar est ratio in similibus aliis, quae istorum adverbiorum indolem imitantur: *Plato* Crit. p. 32. C. ἦν (ἀγγελίαι) ἐγὼ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύτατα ἂν ἐνέγκαιμι· *quem nuncium equidem, ut mihi videor, inprimis*, vel, *ut qui maxime feram aegerrime*; credat aliquis explendum esse, ἐν τοῖς βαρύτατα φερομένοις· sed idem, si contulerit priora, minime dubitabit, quin rectius intelligatur, ἐν τοῖς β. φέρουσι vel ἐνεγκοῦσι· *Thucydid.* VII, 71. ἐν τοῖς χαλεπώτατα δήγον in quo H. Stephanus itidem obhaesit. Ionibus autem forma non multum diversa placuit, εὐδόκιμος ὅμοια τοῖς μάλιστα, vel, τῷ μ. *Herodot.* VII, 116. ἀνὴρ δόκιμος ὅμοια τῷ μάλιστα· parique modo c. 141. quibus in locis equidem, quae ratio *L. Bos* impulerit Obs. Miso. p. 57. ut contra fidem *Edd.* legeret

σα [a] εὐδόκιμος,) εἰ θέμις, εἰπεῖν, ἄλλῳ τέχνῃ ὑπερατεῖν, σοῦ παρόντος· ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμὲ, καὶ δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοστήν, καὶ ἐρμογλυφέα· δύνασαι γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε, ὡς οἶσθα, ἔχων δεξιῶς· ἐτεκμαίρετο δὲ ταῖς ἐκ τῆς κηρᾶς παιδιαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφεθείην [b] ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, ἀποξέων ἂν τοῦ κηροῦ, ἢ βόας, ἢ ἵππους, ἢ καὶ μὰ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδόκουν τῷ παιδί· ἐφ' οἷς ἔνδοθεν μὲν τοῦ διδασκάλου πληγὰς ἐλάμβανον· τότε δὲ ἔπαινος εἰς εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν· καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ὀψὲ βραχεῖ μαθησόμενος τοῦ τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τοῦ πλαστικῆς.

primis laudatissimus) fas non est, inquit, aliam artem primas tenere, Te praesente: quin Tu illum ducito, me demonstrans, tuamque in curam receptum effice lapidum artificem bonum, & coagmentatorem, ac statuarium: potest enim, idque ingenio praeditus, ut nosti, dextro. Scilicet argumentum capiebat ab istis e cera ludicris: nam dimissus a magistris, derasa cera, boves aut equos, aut, ita me Jupiter amet, homines effingebam, scitule, ut videbar patri: ob quae quidem a magistris vapulabam; at tunc ad ingenii felicis laudem & ista quoque pertinebant: quare bona tenebantur de me spe fore, ut brevi artem discerem, idque ex ista fingendi dexteritate.

3. Si-

a Εὐδόκιμος] Edd. priores εὐδοκίμους. b ὑπὸ] ἀπὸ P. L. V. 1.

ret ὅμοια τὰ μάλιστα, nequaquam intelligo; repugnat enim ista scriptura non minus Graecae linguae ingenio, quam ipsi *Herodoto* III. c. 8. σίδηρος δὲ Ἀράβιοι πίσσι ἀνθρώπων ὅμοια τοῖσι μάλιστα. c. 57. Θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακείσεται ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι. ubi intelligendum est, πλούσιος ὅμ. &c. Ad hoc exemplum *Thucydides* quam proxime, veteris Ατθίδος, quae cum Ionica dialecto fere tota congruebat, unica norma I, 25. Corcyraei χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἕλλησι μάλιστα. *H. Stephanus* hic parum extricat, nullaque parte lectorem adjutum dimittit: atqui in talibus ὅμοια ponatur, an ὁμοίως, nihil interest; *Herodot.* III, 68. Ὀτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένει δὲ καὶ χρήμασι ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων qui locus ad Thucydideam structuram aptissime quadrat: neque aliter *Pausanias*, qui studiose obsoletam quandam orationis compositionem sectatur, II. p. 199. Arriphon Λυκίων τοὺς μάλιστα ὁμοίως δοκίμους X. p. 825. de Herophila Sibylla: ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως ἔσαν ἀρχαίαν εὑρίσκον· atque ita scribendum judico, deleto εὖ VII. p. 591. ξόανον δὲ τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἐστὶν ἀρχαῖον pro ἐν τοῖς μ. & X. p. 836. forte ὅμοια pro ὁμοία, quemadmodum IV. p. 364. Ὅμοιον similiter apud *Thucydidem* extat VII, 29. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρακῶν ὅμοιον τοῖς μάλιστα ἔθνεσι βαρβαρικῷ &c. φοινικότατόν ἐστι· at Scholiastes cum vetustis Codd. ὅμοια, quam lectionem praeferendam esse nullus dubito: vid. *Dion. Cass.* XLIX. p. 404. D. Porro, ut operam hanc absolvamus, pari virtute dicitur, εὐδόκιμος ἐν ὀλίγοις, quemadmodum πόλεμος ἐν ὀλίγοισι μέγας apud *Herodot.* IV. c. 52. πομπὴν ὁμοίαν ἐν ὀλίγοις γενομένην, *Heliodor.* II. p. 127. πλούσιος ἐν ὀλίγοις apud *Long.* IV. p. 123. & τὰ πολιτικὰ συνιτὸς ἐν ὀλίγοις, quam Vaticani Codicis lectionem secutus est jure merito *Hudsonus* in *Dionys. Hal.* A. R. IV. p. 237. v. 19. eaedem membranae *H. Stephani* acumen approbant hunc loquendi florem *Dionysio* restituentis Sched. V. c. 27. *Interpretem Aeliani* de Anim. X. c. 50. haec formula fefellit, male a

praecedentibus, ad quae pertinebat, divulsa: πατρὶς εὐδαιμονιζομένη & ζηλωτὴ δοκοῦσα ἐν ὀλίγοις· illud ἐν ὀλίγοις sequentibus adjunctum reddidit, *paucos post dies*, cum debuisset, *invidendis opibus inter paucas beata*: sic enim & Latini loquuntur: *Liv.* XXIII. c. 44. *pugna memorabilis inter paucas*: apud quem saepius occurrit. *T. H.*

26. Δίδυσις] Διδύσκει *Thom. Mag.* in Διδύσκομαι atque ita margo Ed. A. 1. Wesselingii. Probavit hanc lectionem *Pricaeus* sic proferens ad *Pauli* Ep. II. ad Timoth. II, 15. Utrumvis rectum. *T. H.*

28. Δύναμαι γὰρ καὶ τοῦτο.] Meo judicio melius erit mutari distinctionem: δύναμαι γὰρ, καὶ τοῦτο φύσεώς γε &c. Felices filii profectus sibi amicisque pater spondet, neque dubitat, quin in formando ad statuariam Luciano opera minime sit peritura. Formula quaedam legitima, δύνασαι γάρ, δύναμαι γάρ. *Callimach.* H. in Apoll. v. 29. Τὸν χορὸν οὐ πόλλων &c. Τιμήσω· δύναμαι γάρ, ἐπεὶ Διὸς δεξιὸς ἦσθα. in Del. v. 226. Latinis haud minus usitatum: *Valer. Flacc.* I, 13.

— *versam proles tua pandet Idumen,*
(Namque potest) Solymo & nigrantem pulvere fratrem.

ibi plura notat *N. Heinsius*, & *Adv. Behot.* Apoph. III. c. 20. *T. H.*

29. Δεξιῶς] *Anglic.* & *Mss.* δεξιᾶς, minus Attice. *J. B.*

Ὅπερ σοι κυριώτατόν] Aberrant quidem Interpretes ab hac lectione, ut animadvertit *Hor. Vitringa*, cujus explicationi videtur auctor accedere *Budaeus* C. L. G. p. 43. non tamen a *Luciani* mente: pollicetur enim Eruditio, se animum, quae pars ejus sit longe praestantissima, omnibus virtutis ornamentis condecora-

acri denique praestantissimarum rerum studio; ista enim vere sunt sincera mentis decora. Praeteribit autem te nec vetustum quicquam, nec quod nunc fieri expediat: quin & futura prospicies mecum; & in universum quicquid est rerum divinarum humanarumque non diu erit, quod te docebo.

11. Tum qui nunc pauper audis, & istius, cujus nomen vix constat, filius, qui deliberas adhucdum de tam ignobili arte, paulo post omnibus eris aemulationi & invidendus: honores laudemque consequeris, ob rerum optimarum cultum insignis, quique genere ac divitiis excellunt te suspicient: porro tali veste, (sua, quam splendidissimam gerebat, ostentata,) amictus, magistratu primaeque sedis honore dignus habeberis: si quo

πρὸς τὰ σεμνόταλα ὁρμῇ· ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ δ' ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος. λήσει δέ σε οὔτε παλαιὸν ὂν, οὔτε νῦν γε νέον δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα προόψει μετ' ἐμοῦ· καὶ ὅλως, ἅπαντα, ὁπόσα ἐστὶ τότε θεῖα, τότε ἀνθρώπινα, σὺν εἰς μακρόν σε διδάξομαι.

Καὶ ὁ νῦν πένης ὁ τοῦ δεῖνος, ὁ βουλευσάμενός τι περὶ ἀγενοῦς οὕτω τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς καὶ ἐπίφθονος ἔσῃ, τιμώμενος καὶ ἐπαινούμενος, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμῶν, καὶ ὑπὸ τῆς γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων ἐπιβλεπόμενος, ἐσθῆτα μὲ τοιαύτην ἀμπεχόμενος, (δείξασα τὴν ἑαυτῆς· πάνυ δὲ λαμπρὰν ἐφόρει) ἀρχῆς δὲ καὶ πρωεδρίας ἀξιούμενος. κἄν που ἀποδημῇς,

---

coraturam; quod utique multo conducibilius foret, quam si solum corpus ad vilis artificii labores instrueretur. Scribendum igitur ὑπὲρ οὗ κυριώταλον Platonica loquendi formula: hujus enim scholae philosophi Pythagoram secuti docebant, τὸ κυριώταλον ἐν ἡγεμονικωτάτῳ ἀνθρώπου μέρει εἶναι τὴν ψυχὴν, quae propterea excoli debeat inprimis & ornari: *Noster* in πρὶ ἑρ. ἐνυ. M. Σ. §. 19. τὸ κυριώταλον τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτοῦ. Mox σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ ita junxit *Paulus* ad Tit. II, 12. σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς, ut notatum *L. Bos* ad eum locum. *T. H.*

57. Ἀκήρατος νόμος] Sic passim alibi: sic *Julian.* in Epist. dixit ἀκήρατον χρυσὸν *defaecatum*, ἀκήρατον, ἀκίβδηλον, ἄφθορον, ἄφθαρτον, καθαρὸν, θεῖον, ἀγηρὸν. *J. B.*

58. Γνῶθι δεῦρο] Suspectus mihi locus. Utitur tamen etiam in Τίμ. c. 28. τοῦ N. τὸ δεῦρο ὠφελιμώτερον ἔσται. In plurali frequenter, τὰ δεῦρο λέγειν. *Demosthenes* familiaris dictio, ut 179. A. τὰ δεῦρα πρᾶξαι *Thucyd.* I, 70. C. *M. du S.*

59. Τὰ δέοντα πρ.] Nihil est in sensu, quod magno opere reprehendas: *& quae fieri expediant mecum prospicies*: scilicet illam facultatem, qua quis exercitato in exemplis memoriae prioris ingenio futura solerter praevideat, per eruditionem colligere licet. Inter alia naturam Alexandri hoc signo describit *Arrian.* VII. c. 28. ξυνιδεῖν ὃ τὸ δεῦρο ἔτι ἐν ἀφανεῖ ὂν δυνάτος apud *Liban.* T. I. p. 804. B. πλεῖστον ἀφιστάτου τοῦ τὰ δέοντα εἰδέναι. Nec tamen nonnihil offendunt tam propinqua νῦν γνῶθι δεῦρο & τὰ δέοντα· quare malim equidem τὰ μέλλοντα, unde facile fieri potuit, ut decepta librarii manus isto proximo δεῦρο iterum deflexerit in δέοντα. Opportune vero sibi succedunt, οὔτε παλαιὸν εἰδὼς, οὔτε νῦν &c. ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα, quomodo simul non parum juvatur τὸ προόψει. Pro omnium autem rerum complexu ponuntur τὰ παρελθόντα, τά τε ὄντα & τὰ ἰσόμενα *Liban.* Or. XXXI. p. 644. D. & *Empedocles* apud *Apul.* de Mundo: Πάνθ' ὅσα ἦν, ὅσα τ' ἐστὶ, καὶ ὅσσα τε ἔσσεται ὀπίσσω. quorum scientia primum divinae naturae tribuitur pervidenti πάντα τὰ τε ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἴσασθαι, ut *Hippocrates* ait de Carn. in initio, *Orac.* apud *Diogen. L.* I, 33. *Xenoph.* Symp. p. 517. v. 42. deinde Apollini, — *per me quod eritque fuitque Estque patet: Ovid.* Met. I. & Musis ab *Hesiod.* Theog. v. 38. iisdemque verbis vatibus ab *Homer.* Il. A, 70. sed saepius viris etiam prudentibus atque eruditis: de Themistocle *Thucyd.* I. c. 138. τὰ μελλόντων ἐπιπλεῖστον τῇ γιγνομένῃ ἄρις· εἰκαστής· mox: τό, τε ἄριστον ἢ χεῖρον ἐν τοῖς ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα· quod *Arrianus*, quum Alexandrum describeret, aemulatus est: de eodem propius ad *Lucianum Aristides* T. III. p. 321. A. καὶ μὴν τοῦ μὲ ἐμπείρως ἔχειν τὰ δέοντα, καὶ προορᾶν, καὶ μηδαμοῦ τῶν πραγμάτων ψεύδεσθαι, ἀλλ' ἄμεινον τοῦ μαντίου τὰ μέλλοντ' προλέγειν, σοφίας εἰκότως δόξαν ἐπήγαγετο ex quibus verbis erit forte, qui vulgatae *Luciani* scripturae patrocinium petat. *T. H.*

63. Ὁ τοῦ δεῖνος] *Hic hujus filius hominis infimae ac tenuis sortis.* *J. Br.*

Ibid. Ὁ βουλεύσ. τι] Litera detrita est: lege ὁ βουλευσάμενος ἔτι, quod sententiam multum ornat: *Tu qui adhuc deliberas, neque utram sectari velis decrevisti:* hactenus enim auditor tantum *Lucianus*. Ὁ τοῦ δεῖνος, filius hominis ignoti, nullaque re praeclara commendabilis. Dictum vero ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμεῖν, ut ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις γνωρίζεσθαι· ὑπὲρ τοῦ Πτ. §. 16. quod si scriptum foret ἐν τοῖς ἀρ. εὐδ. hoc quidem loco mutatum nollem: *inter optimos celebratus*: paulo post: προσομιλῶν τοῖς ἀρίστοις. *Toxaris* τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων in *Scyth.* §. 4. *T. H.*

70. Λαμπρὰν] Vid. *Oct. Ferrar.* P. II. de R. V. lib. IV. c. 13. *T. H.*

μῆς, εἰδ' ὅτι τ' ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς εἰδ' ἀφανὴς ἔσῃ· τοιαῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥστε τ' ὁρώντων ἕκαστον τ' πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ, λέγων.

peregre proficiscaris; ne in extera quidem regione ignotus eris obscurusve: ejusmodi tibi circumdabo insignia, ut videntium unusquisque proximum impellat, teque digito designans, *Hic ille est*, ajat.

Ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ, ἢ τοὺς φίλους ἢ ἢ τὴν πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψονται· κἄν που τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται, θαυμάζοντες, ἢ εὐδαιμονίζοντές σε τῶν λόγων τὴν δυνάμεως,

12. Si quid autem majoris momenti aut amicos, aut civitatem etiam universam occuparit, ad te cuncti respicient: dixeris aliquando publice, a tuo dicentis ore plerique pendebunt auditores admirabundi, & gratulabunta tum tibi disertae orationis poten-

73. Τὰ γνωρίσματα] Dixerunt Viri Clariss. hac de re, dico ad *Heliod.* *J.B.*

74. Τὸν πλησίον] *Prope adstantem.* *J.Br.*

75. Δείξει σε τῷ δακτύλῳ] *Arrian.* Epict. c. 1. lib. 3. Viri Clariss. *Th. Marcil.* *Def. Herald.* δακτυλοδεικτεῖσθαι. *J.B.*

Δείξει σε τῷ δακτύλῳ] Nihil antiquius potiusve priscis fuisse videtur atque eo pervenire, ut digito non infami sed indice tamquam exemplum imitationis dignum demonstrarentur. Fuit autem illa demonstratio duplex in honorem & infamiam; in honorem legas apud *Horatium* Carm. l. 4. Od. 3.

Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito praetereuntium.

Plinius junior lib. VI. Epist. VI. *solebat tamen vixdum adolescentulo mihi pater ejus cum magna laude monstrari.* Et lib. IX. epist. XIII. *Cui Rufinus, demonstrans me, vides hunc?* in ignominiam vero apud *Ovidium.* lib. III. Amor. Eleg. VI.

Quid moror? en digitis designor adultera vulgi.
Tib. J. ab Almeloveen.

Δ. σε τῷ δακτύλῳ] *Pers.* Sat. I. *Pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. Horat.* IV, 5. *M. du S.*

Ibid. Οὗτος ἰκεῖνος] Hic ille est Lucianus, insignis orator. *Persius: At pulchrum digito monstrari & dicier, hic est.* *J.Br.*

Οὗτος ἰκεῖνος] Digito monstrari, & dicier, hic est, aliquando pulchrum; ut illud, *Ecce agnus Dei:* &, ὁ αὐτός ἐστι Δημοσθένης· & quod de Telamone memoratur, ob cujus os, ait *Cicero*, Graji ora obvertebant sua: & *Persius* Sat. I. *At pulchrum est digito monstrari & dicier, Hic est:* aliquando contumeliosum est, ut illud, *Ecce somniator venit. Lucian.* in Harmon. In turba insignem esse, digitoque demonstrari. *G.C.*

Οὗτος ἰκεῖνος] Sic in Harmonid. & alibi. *J.B.*

77. Ἂν δέ τι &c.] Sophistae ea aetate legationibus saepe fungebantur. Vid. *Spanhem.* de U. & P. N. p. 708. *M. du S.*

78. Καταλαμβάνῃ] In malam partem usurpant Graeci de periculis & casibus, qui inopinati repentino impetu superveniunt: in *Thucydide* satis frequens; apud quem ideo legendum est IV, 31. αἱ καταλαμβάνουσαι ἀναχώρησις βιαιοτέρα, non βιαιοτέρα, quod vocabulum cum ista verbi potestate consistere nequit. *Demosth.* in *Aristog.* p. 846. B. ὅταν τις κύδωνα τηλικοῦτον καταλαμβάνῃ τὴν πόλιν· *Pisistr.* vel qui nomen ejus mentitur, apud *Diogen. L.* I, 53. ἢν ὁ πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ· *Dion Chrys.* p. 47. B. 530. D. ἂν μή τις μείζων ἀνάγκη καταλάβῃ· *Galen.* περὶ τῆς Προγ. αὕτη μὲν ἦν καινὴ τῶν τυχόντων ἀπασῶν δυστυχία καταλήψει τὸν νῦν βίον, *oppressit aetatem nostram & corripuit.* Vid. *AElian.* V. H. II, 4. *Julian.* Or. I. p. 34. Nisi fugisset haec potestas priores Interp. non monuissem. *T.H.*

80. Κεχηνότες] Ut in Nigr. Timo. Charont. & passim. *J.B.*

Ibid. Θαυμάζοντες ἢ εὐδαιμονίζοντές σε] Mss. Θαυμάζονταί σε τὴν δυνάμεως. Impressa lectione alibi saepe utitur. *J.B.*

83. Ἀθάνατοι] In transitu fabulas hominum in Deos relatorum traducit: vera, quae in hominem cadat, immortalitas, virtute & eruditione comparatur, quam sibi *Lucianus*, non vanus augur, promittit. Eleganter *Diodor. Sic.* sub initium libri primi scribit principes viros inflammari τῇ ἀφ' ἑαυτῶν δόξῃ ἀθανατισμῷ, quem fructum capiunt τὰς ἀρίστας αὐτῶν τῶν ἱστοριῶν ἀπαθανατιζούσης· istius loci paraphrasin pene dedit *Agath.* in Prooem. Vid. eundem *Diodorum* XV. p. 458. B. *T.H.*

85. Τοῖς παιδοψυχίοις] Πεπαιδωμένοις, ἀμφιλογίας vitandae causa. *Th. M.*

87. Τὸν Δημοσθ.] *Aphthonius* in Chria: Τὸν Δημοσθένους ὁρᾶ μοι βίον, πάντος μᾶλλον ὄντα φιλοπονώτερον ῥήτορος γεγονότα ἢ πάντως εὐκλεέστερον. *G.C.*

Ibid. Τινὸς υἱὸν ὄντα] μαχαιροποιοῦ δηλονότι, quod tamen falsum esse docui. *J. Br.*

Τινὸς υἱόν] Demosthenis patrem, si de patre haec intelligas, nimis deprimit: *Plutarchus* enim ex *Theopompo* (qui, ut ex *Suida* constat, Demosthenis aequalis) longe aliter de eo in Ejus Vita: Δημοσθένης, inquit, ὁ πατὴρ Δημοσθένους ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος· ἐπικαλεῖτο δὲ μαχαιροποιός, ἐργαστήριον ἔχων μέγα, καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας. Sed ad matrem respicit *Lucianus*, de qua statim addit *Plutarchus*: ἃ δὲ Αἰσχίνης ὁ Ῥήτωρ λέγει περὶ τῆς μητρὸς,

tentiam, tum patri prolis felicitatem. Quod autem ferunt immortales fieri quosdam ex mortalibus, id tibi conciliabo: etenim quum e vita discesseris, non tu desines unquam adesse doctis, & consuetudinem habere cum optimis. Viden Demosthenem illum, quo patre natum, ego quantum reddiderim? viden AEschinem, qui piatricis tympanum pulsantis erat filius? & tamen ipsum propter me Philippus coluit. Socra-

ὴ τ πατέρα τ εὐποτμίας. ὁ δὲ λέγουσιν, ὡς ἄρα ἀθάνατοι γίγνονταί τινες ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι ποιήσω. καὶ γὰρ ἦν αὐτὸς ἐπ. βίου ἀπέλθῃς, οὔποτε παύσῃ σοῦ τοῖς πεπαιδευμένοις, προσομιλῶν τοῖς ἀρίστοις. ὁρᾷς τ Δημοσθένην ἐκεῖνον, τίνα υἱὸν ὄντα ἐγὼ ἡλίκον ἐποίησα; ὁρᾷς τ Αἰσχίνην, [a] ὃς τυμπανιστρίας υἱὸς ἦν; ἀλλ' [b] ὅμως αὐτὸν δι' ἐμὲ Φίλιππος ἐθεράπευσεν· ὁ δὲ Σωκράτης

a [A]Ὃς τυμπανιστρίας] Ὡς τυμπανιστρίας F. V. margo A. 1. W. P. ὃς J. V. 2. b [V]Ὅμως] Ὅπως P. J.

τρὸς, ὡς ἐκ Γύλωνός τινος ἐπ' αἰτίᾳ προδοσίας φυγόντος ἐξ Ἄργους ἐγγυόνου, καὶ βαρβάρου γυναικὸς, σὺν ἔχομεν εἰπεῖν ὅτ' ἀληθῶς εἴρηκεν, εἴτε βλασφημῶν ἐκ καταψευδόμενος. Certe *Valerius Maximus* ignotum fuisse ipsius Demosthenis seculo, qualis fuerit, tradidit III, 4. *M. du S.*

Τίνος υἱὸν ὄντα] *J. Brodaeus* significat *Miscell.* IV. c. 26. ubi de Demosthene pluribus exponit: vide porro, *Andr. Schottum* in Vit. Demosth. ad A, I. *T. H.*

88. Τὸν Αἰσχίνην] *Plin. Diog. Laert.* Autor vitæ *Æschinis.* *J. B.*

Ibid. Ὡς τυμπανιστρίας] Τοὺς διάσους μὲν τυμπάνου τελούσης. Hoc Demosthen. περὶ Στεφ. AEschini improperat. *J. Br.*

Τυμπανιστρίας] Τύμπανον intelligendum, quod Galli nunc vocant, *un tambour de Basque*; hoc est, exiguum, & quod saltantes manibus pulsabant. Figuram ejus cernere licet in elegantissima gemma, quae exprimitur in Opusculis *J. Scaligeri* p 575. & quam *Is. Casaubonus* de Sat. Poës. I. p. 67. repraesentavit. Ejusmodi autem mulieres, ut & tibicinae ac fidicinae servae erant aut libertae, & pleraeque omnes meretrices. Quae optime omnium tympanum pulsabant, Syrae erant: tympanum enim Orientalium fuit inventum: vide quae notavimus ad Genes. XXXI, 27. Nomen matri AEschinis erat *Glaucothea*, ut testatur *Plutarchus* in Ejus Vita. Cavendum, ne hunc AEschinem, Demosthenis parem, Atrometi filium, misceamus cum Socratico AEschine, Charini filio, cujus vitam scripsit *Diogenes Laërtius*: quod moneo, quia eum errorem erravit *J. Bourdelotius* in Notis ad hunc *Luciani* libellum. Quin & amicus noster *H. Wetstenius*, in pulcherrima editione *Diogenis Laërtii*, vitae Socratici AEschinis praefixit imaginem Oratoris AEschinis e marmore Ducis Etruriae. *J. C.*

Τυμπανιστρίας] *Suidas* Leucotheam pro Glaucothea vocat (vid. *Plutarch.* 1543.) sed pro τυμπανιστρία is τελίστριαν dicit. Vid. *Demosthen.* pro Cor. 170. B. C. & 194. unde *Noster* habet, ubi Glaucotheam a filio dictam ait, quam omnes Empusae nomine norant. De Philippi in eum favore videndus *AElian.* V. H. VIII, 11. Adde, si lubet, *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 64. & *Philostr.* p. 506. cum Notis. *M. du S.*

89. Ἀλλ' ὅπως] Legendum ὅμως. *J. Br.*

Ὅπως] Ex P. & Ed. *J.* restituimus pro aliarum ὅμως, quod frigidius visum. *Philostr.* p. 507. τὸν δι' ὃν Φίλιππον ὁρῶντων ὁ K. Αἰσχίνης. *M. du S.*

Ἀλλ' ὅμως] Retinui: sensus est: Vides AEschinem illum, qui tympanistriae filius erat: nec tamen obfuit illi generis humilitas, quin Philippus eum observaret & coleret. Ὅπως locum tueri poterat, siquidem abfuisset ἀλλὰ, hoc ordine structurae: ὁρᾷς τ Α. ὅπως αὐτὸν ὁ Φ. ἐθ. *vides quanto opere AEschinem illum observaverit Philippus.* Ad marginem Ed. *A. W.* notatum erat ὡς pro ὅπως· frustra. De AEschinis matre, quae piatrix moto tympano lustrationes obibat, opportunior erit dicendi locus. Τυμπανίστριαν vocat *Lucianus* post *Demosthenem*, quod *A. Schottum* non praeteriit in *Vit. Demosth.* neque aliter *Tzetz.* ad *Hesiod.* p. 2. ὁ τ τυμπανιστρίας Αἰσχίνης· quae satis refellunt errorem *Olearii* ad *Philostr.* de V. S. I, 18. vice τυμπανιστρίας in Oratorum Principe τελέστριαν potius legendum esse conjectantis: eo nimirum prolapsus est, quoniam, quae τυμπανίστρια diceretur, ignorabat. *T. H.*

Ibid. Δι' ἐμὲ] Διὰ τὴν Ῥητορικὴν ἐκ παιδίαν. *J. Br.*

90. Σωκράτης] Fuit Socrates Sophronisci lapidarii filius, qui etiam servivisse & sculpsisse lapides dicitur. Adferunt quidam Gratias vestitas, quae sunt in arce, illius opus esse: unde & *Timon* illum in Sillis, *Laërtio* teste, sculptorem lapidum dixerit. *G. C.*

Σωκράτης] Serius quam *Noster* statuariae valedixisse *Socrates* videtur, cujus opus fuisse ajunt Gratias, quae Athenis in arce amictae conspiciebantur. *Diog. Laërt.* 37. *F. Aristoph.* Schol. Νεφ. V. *Paus.* Att. IX. p. m. 87. *Plin.* XXXVI, 5. & *Aul. Gellius* IV, 919. *M. du S.*

Σωκράτης] Phaenareta (perperam Phanerete apud *Cassiodor.* ad Psalm. LXXII.) obstetrix, primum, ut quidem videtur, Sophronisco marmorario nupta Socratem; deinde Chaeredemo Patroclem peperit. *Plato Euthyd.* p. 207. uterque statuariam artem didicerunt · de Socrate res certa est; vide *Fr. Junii Catal. Artif.* & *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 19. *Dion. Chrysost.* p. 558. D. Socrates ἐμάθαινε λιθοξόος τὴν τῦ πατρὸς τέχνην. De Patrocle suspicor tantum: *Plin.* H. N. XXXVII, 8. scribit Ol. XCV. inter alios floruisse Patroclem; quem equidem ab isto Socratis fratre ὁμομητρίῳ, quia temporis ratio satis congruit, non esse diversum opinor: alius est sine controversia Patrocles, cujus *Pausan.* meminit VI. p. 457. Ceterum qua re λιθοξόοι dis-

καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφεὶς, ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε γ' χρείττονος, καὶ δραπέλευσας παρ' αὐτῆς ἠυτομόλησεν ὡς ἐμὲ, ἀκούεις ὡς πᾶσι πάντων ᾄδεται;

tes autem & ipse sub ista Statuaria nutritus, simul atque meliora percepit, illaque deserta transfugit ad me, audis, ut ab omnibus celebretur?

Ἀφεὶς δὲ αὐτὸς τηλικούτους καὶ τοιούτους ἄνδρας, καὶ πράξεις λαμπρὰς, καὶ λόγους σεμνοὺς, καὶ σχῆμα εὐπρεπὲς, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ προεδρίας, καὶ δύναμιν, καὶ δεξιὰς, καὶ τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν, καὶ τὸ ἐπὶ συνέσει εὐδαιμονίζεσθαι, χιτώνιόν τε πίναρὸν ἐνδύσῃ, καὶ σχῆμα δουλοπρεπὲς ἀναλήψῃ, καὶ μοχλία, καὶ γλυφεῖα, καὶ κοπέας, καὶ κολαπτῆρας ἐν ταῖν χερσὶν ἕξεις, κάτω νενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς, καὶ χαμαίζηλος, καὶ πάντα τρόπον ταπεινός· [a] ἀνακύπτων δὲ οὐδέποτε, οὐδὲ ἀνδρώδες, οὐδὲ [b] ἐλευθέριον οὐδὲν ὀφνοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως εὔρυθμα καὶ εὐσχήμονα ἔσται σοι προνοῶν, ὅπως δὲ αὐτὸς

13. His tu missis tantis talibusque viris, rebus splendidis, sermonibus sapientissimis, habitu decoro, honore, gloria, laude, principe considendi loco, opibus, dignitate, facundae orationis fama, publica prudentiae gratulatione, tuniculam indues sordidam, & habitum suscipies servilem, vecticulos, coela, malleolos, scalpra in manibus habebis, vultu ad opus prono, humilis & humilia confectans, omnemque in modum abjectus: nunquam tu rectum caput efferes, virile nihil, nihil liberale cogitabis; sed opera quomodo tibi concinna & elegantia procedant, providebis; ut ipse sis con-

a Ἀνακύπτων] Ἀνανίφων A. P. F. *f.* V. 2. Margo *A. 1. W.* b Ἐλευθέριον] Ἐλεύθερον *C. F.* & hinc margo

differant & ἑρμογλύφοι, quoniam Viri Docti non satis enucleate definiunt, paucis exponendum videtur. Ἑρμογλύφος proprie, qui statuas Mercuriales sive Ἑρμᾶς sculpit, cujusmodi rudiore opificio confectae ab Athenienſibus, ut notissimum est, ad fores apponi solebant. Pythagorei eos, qui mercede philosophiam discipulis impertiebantur, χείρους τῶν ἑρμογλύφων ἐπιδιφρίων τεχνιτῶν ἀποφαίνουσι. τοὺς μὲν γὰρ ἐκδομένου τινὸς Ἑρμῆν, ζητεῖν εἰς τὴν διάθεσιν τῆς μορφῆς ξύλον ἐπιτήδειον &c. *Jamblich.* de V. P. S. 245. ubi adagium illud nobile respici, οὐκ παντὸς ξύλου Ἑρμῆν ἂ γίνεσθαι, manifestum est. Ab hoc principio deinceps in latiorem significandi ditionem, quae statuariam artem universam complectebatur, ea vox pervenit: hinc ἑρμογλυφεῖα, *statuariorum officinae* in *Plat. Conv.* p. 1202. A. quem locum *Julianus* expressit Or. VI. p. 187. Verum λιθοξόος, qui lapides ac marmora radendo polit, ut apte coagmentari possint: id enim ξέειν λίθους c. 5. & ξεσθέντες λίθοι *Liban.* Decl. XIV. p. 418. D. nec dubitandi locum relinquit *Noster*, quando pro λιθοξόον ponit λίθων ἐργάτῃ & ξυναρμοσεῖν. ideoque *Proclus Diad.* III. p. 250. eodem ordine numerat, quo ναυπηγὸς, τέκτων, ξυλοχισὴς &c. Horum itaque munus praecipuum non erat statuas perficere, sed marmora lapidesque expolire: nec tamen non saepissime contigit, ut, quia utraque ars in eadem versabatur materia, unus homo utramque exerceret; quod in avunculo *Luciani* clarum est: idcirco minime mirandum, si ad statuarios vocabulum hoc saepissime pertineat: οἱ λιθοξόοι τοὺς Ἑρμᾶς Ἀθήνησι πρὸς Ἀλκιβιάδου ἀπείκαζον, teste *Clem. Protr.* p. 35. D. Socratis pater *Diogeni L.* λιθοξόος, *Dioni Chrys.* & *Maximo Tyrio* λιθοξόος, ἑρμογλύφος *Theoni Progymn.* c. 8. p. 105. Socrates ipse λαοξόος *Timoni Phliasio*: sed egregius inprimis *Cyrilli* locus contra *Julian.* VI. p. 207. 208. &, quem testem producit, *Porphyrii*; ubi nunc λιθουργὸς, mox ἑρμογλύφος, tum δημιουργὸς uterque appellatur, dicturque Socrates ἐργάσεσθαι σὺν τῷ πατρὶ τὴν λιθολομικὴν, &, πατρώαν τέχνην χρῆσθαι τῇ λαξευτικῇ. Jam vero qui proprie λιθουργοὶ, quae λιθουργικὴ, optime docet *Suidas*, vel is potius, quem descripsit in V. *Manetho* vocat Λαοτόμους τε πέτρης σκληρώδους IV, 335. sic enim ibi legendum: & tamen Phidias apud *Aristot. Hθ. N.* VI. c. 7. tantus artifex λιθουργὸς σοφὸς, ubi *Paraphrastes Andronicus* addere non dubitavit, ὅτι ἄρισθ' ἦν τὴν λιθουργικήν. *Moeris* adnotat Λιθουργὸς *Thucydidem* dixisse, (locus est IV. c. 69.) *Antiphontem* λιθοκόπους recte igitur *Hesych.* Λιθουργὸς, λιθοκόπος, λιθογλύπτης. Sed haec latius persequi vetat instituti ratio: praetermittendus tamen non est *Plutarchi* locus pro *Nobil.* p. 217. Ἡ δὲ Σωκράτους ἀδοξία μαίας ἐ ἑρμογλύφου πατρὸς οὐκ ἦν εὐγενεστέρα τ' Σαρδιναπάλου δόξης; Ex his simul intelligi potest, quo jure *Thomas Mag.* probans ἑρμογλύφος & ἑρμογλυφεῖος, λιθοξόον rejiciat. *T. H.*

91. Ὑπὸ τῇ ἑρμ.] *Laërtius* in Socrate: Δοῦρις δὲ καὶ δουλεῦσαι αὐτὸν, καὶ ἐργάσασθαι λίθους. *Valerius* non Socratem, sed ejus patrem Sophroniscum marmorarium fuisse perhibet. *J. Br.*

6. Ἀνακύπτων] Cod. Angl. ἀναπίφων. *J. B.*

Ἀνακύπτων] P. *Fl.* & *J.* ἀναπίφων. Utrum utri praestet ex Mss. definiendum est; utrumque enim aptum. *M. du S.*

Ἀνα-

concinnus & honestis moribus ornatus, minime curabis, sed lapidibus te viliorem reddes.

14. Haec quum adhuc diceret, ego, non expectato sermonum fine, surgens litem decrevi: mox illa deformi atque operaria spreta, conferebam me ad Eruditionem valde laetus: maxime quandoquidem in mentem mihi venit scutica, & plagas statim non paucas inchoanti mihi hesterno die fuisse impositas. Illa deserta primum indignabatur manibus complosis, & dentes infrendens: tandem, quomodo Nioben audimus, fixa diriguit, inque lapidem fuit versa. Si vero passa videatur incredibilia, ne tamen non credatis; miras enim somnia praestigias objiciunt.

15. Tum altera, quum ad me respexisset, at ego jam, inquit, tibi vices rependam causae justissime dijudicatae: age ergo,

εὐρυθμός τε καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἥκιστα σεφροσυνικῶς, ἀλλ' ἀτιμότερον τοιῶν σεαυτὸν λίθων.

Ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς, ἐγὼ μὲν τὸ τέλος τῶν λόγων, ἀναστὰς ἀπεφηνάμην· καὶ τὴν ἄμορφον ἐκείνην καὶ ἐργαλικὴν ἀπολιποῦσαν, μετέβαινον πρὸς τὴν Παιδείαν μάλα γεγηθώς· καὶ μάλιστα ἐπεί μοι καὶ εἰς νοῦν ἦλθεν ἡ σκυτάλη, καὶ ὅτι πληγὰς οὐδὲ ὀλίγας ἀρχομένῳ μοι χθὲς ἐνετρίψατο. ἡ δὲ ἀπολειφθεῖσα τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει, καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐνέπριε· τέλος δὲ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκούομεν, ἐπεπήγει, καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. εἰ δὲ παράδοξα ἔπαθε, μὴ ἀπιστήσῃτε· θαυμασιοποιοὶ γὰρ οἱ ὄνειροι.

Ἡ ἑτέρα δὲ πρός με ἀπιδοῦσα, τοιγαροῦν ἀμείψομαί σε, ἔφη, τὴν δὲ τῆς δικαιοσύνης, ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας. καὶ ἐλθὲ ἤδη, ὅπι-

A. 1. W. c 'Απολειφθεῖσα] 'Απολαφθεῖσα in quibusdam *Edd.* d 'Ενέπριε] Συνέπριε margo *A. 1. W.*

'Ανακύπτων] 'Ανανήφειν ponitur de iis, qui ad famam & sobriam mentem redeunt: quae potestas quum aliena sit a *Luciani* mente, totiusque orationis contextu, nihil est causae, cur scriptorum Codd. primarumque Edd. auctoritate moveamur. 'Ανακύπτειν contra *emergere & recto capite sese erigere*, quod animi generosioris est indignam se conditionem aspernantis: hoc ipsum postulant ταπεινὸς, ac cetera quae praecedunt. *Plato* in *Phaedr.* p. 1223. E. ψυχὴ ὑπεριδοῦσα ἃ νῦν εἶναι φαμὲν, καὶ ἀνακύψασα εἰς τὸ ὄντως ὄν· plura dabit *Budaeus* C. L. G. p. 71. Idem & ἀνανεύειν *Dioni Chrys.* Or. IV. p. 71. *Isidor. Pelus.* I. Ep. 275. quod eleganter *J. Potter.* ad *Clem. Protr.* p. 49. n. 4. restituit *Origeni* contra *Cels.* p. 334. opponitur τῷ κάτω νενεύκαι εἰς τὸ ἔργον, ut modo dixit *Noster*, *obstipo capite ac demisso operi intentum esse*. Ad mentem & animi sensus utraque transferri solent: *Tatian.* ad *Graec.* §. 22. & 26. p. 61. locutione Platonica: τὰς γνώμας αὐτῶν ὥσπερ κάτω νενευκυίας, ὅπως μὴ ἀναπτεροῦσθαι ἐξαδυνατῶσι. *Hierocl.* in A. C. p. 208. *Noster* in περὶ τῶν ἐπὶ Μ. Σ. ζητουμένων κάτω νενευκώς. *Platonem* confer de Rep. IX. p. 738. A. Adhibuit ea verba *Lucianus* hoc in loco, quae utramque vim propriam & translatam venuste contineant. Porro his usus est *Herald.* de Rer. Judic. Auct. I. p. 65. *T. H.*

8. Τὰ μὲν ἔργα] Sic Socrates apud *Diogen. Laërt.* II, 33. ἔλεγέ τε θαυμάζειν τοὺς τὰς λιθίνους εἰκόνας καλὰς σκευαζομένους, τοῦ μὲν λίθου προνοεῖν, ὡς ὁμοιότατον ἔσοιτο αὐτῶν· αὐτὸν δ' ἀμελεῖν, ὡς μὴ ὁμοίους τοῦ λίθου φαίνεσθαι. *Clem. Alex.* p. 24. 'Αλλ' ὑμεῖς μὲν ὅπως ποτὲ ὁ ἀνδρίας ὅτι μάλιστα ὁμοιότατον τετυπται ἐπιμελεῖσθε, προσκαθίζετε, ὅπως ὁ αὐτοὶ μὴ ὁμοιοι δι' ἀναισθησίαν τοῖς ἀνδριᾶσιν ἀποτελεῖσθε, ὃ φροντίζετε. *M. du S.*

17. 'Η σκυτάλη] *Flagra, verbera.* *J. Br.*

18. 'Ενετρίψατο] Quis? an ἡ 'Ερμογλυφική; si vulgatam lectionem probamus, alia videtur intelligi posse nulla, cui non inscite tribuat, quod ab avunculo fuerat factum. Alias facili mutatione legi posset: καὶ ὅτι πληγὰς ὁ θεῖος οὐκ ὀλίγας &c. *T. H.*

19. 'Απολειφθεῖσα] *Fl.* & *J.* 'Απολαφθεῖσα. *M. du S.*

21. 'Ενέπριε] Docta manus ad marginem Ed. A. 1. συνέπριε· priscam lectionem mutari nihil est opus: utrumque bonum συμπρίειν & ἐμπρίειν τοὺς ὀδόντας. Vid. *Suid.* in Εμπρίσαιλες & Καλατεινας ἐρῶ· quemadmodum συμβρύκειν vel συμβορυξαι τοὺς ὀδόντας *Jambl.* de V. P. S. 194. & ἐμβορυξαι. Διαπρίειν alibi *Noster* habet & πρίειν τοὺς ὀδόντας D. M. XII. *T. H.*

23. Θαυμασιοποιοὶ γὰρ οἱ ὄνειροι] Dixi ad illud *Petron.* c. 104.

— *Somnia quae mentes ludunt.* *J. B.*

26. Τῆς δὲ σῆς] Fuit cum crederem legendum τῆς δὲ σῆς. sed sic etiam usurpatur elegantissime. *M. du S.*

27. Καὶ ἐλθὲ ἤδη] Multum abest, ut damnem: *Noster* de Sacrif. §. 8. φέρε ἤδη. Nec tamen hoc loco non praetulero, καὶ ἐλθὲ δή, quod in istis adhortandi formulis, ἄγε δή, ἴθι δή, δεῦρο δὴ fere perpetuum ab *Aristophane*, *Luciano*, spectatissimisque scriptoribus frequentatur. Hoc idem *Sylburgium* movit, Graecae linguae scientissimum, ut in *Dionysio Hal.* A. R. VI. p. 391. pro ἄπιτε ἤδη rectius putaret ἄπιτε δή. Vid. *Thom.*

ἐπίσθι τούτῳ τῷ ὀχήματος, (δείξασά τι ὄχημα [a] ὑποπτέρων ἵππων τινῶν, τῷ Πηγάσῳ ἐοικότων) ὅπως [b] ἴδῃς οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας ἐμοὶ ἀγνοήσειν ἔμελλες. ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν ἤλαυνε, καὶ [c] ὑφηνιόχει· ἀρθεὶς δὲ εἰς ὕψος ἐγὼ [d] ἐπεσκόπουν, ἀπὸ τῆς ἕω ἀρξάμενος ἄχρι πρὸς [e] ἑσπέραν, πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ δήμους, καθάπερ ὁ Τριπτόλεμος ἀποσπείρων τι ἐς τὴν γῆν. ἐκέτι μέν τοι μέμνημαι ὅ, τι τὸ σπειρόμενον ἐκεῖνο ἦν· πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι κάτωθεν ἀφορῶντες οἱ ἄνθρωποι, ἐπῄνουν, καὶ μετ' εὐφημίας, καθ' ὃς γενοίμην τῇ πτήσει, παρέπεμπον.

Δείξασα δέ μοι τὰ τοσαῦτα, καὶμὲ τοῖς ἐπαινοῦσιν ἐκείνοις, ἐπανήγαγεν αὖθις, ἐκέτι

inſcende in hunc currum (currum aliquem oſtendebat equorum alatorum, Pegaſo ſimilium) ut perſpicias qualia & quanta, ſi te mihi non dediſſes, ignoraturus fueras. Simul autem adſcendi, agitabat illa & moderabatur: atque ego in altum evectus contemplabar, ab Aurora curſu inſtituto ad Occidentem usque, urbes, gentes, populosque, quaſi Triptolemus ſeminis quiddam in terram projiciens: quanquam haud ſane memini, qualenam eſſet ſparſum illud ſemen, niſi hoc tantum, homines ad me ſuſpicientes laudare, & fauſtis acclamationibus, quoscumque volatu adiiſſem, proſequi.

16. Poſtquam igitur tot res mihi, meque laudantibus iſtis oſtendiſſet, reduxit iterum

a Ὑποπτέρων] Ὑπόπτερον F. J. b Ἴδῃς] Εἰδῇς A. B. P. J. c Ὑφηνιόχει] Ἡνιόχει J. V. 2. d Ἐπεσκόπουν] Ἐπισκόπουν

Thom. in Φάις. Ἐπιβαίνειν τῷ ὀχήματος ex hoc loco profert *Scheffer.* de R. V. I. p. 232. praetermittens proximum illud ἀνέρχεσθαι, quod multo rarius occurrit. *T. H.*

29. Πηγάσῳ ἐ.] E nummis exhibet *Spanhemius* in eximio de *Praſtantia & Uſu Numismatum* opere p. 272. Ed. poſtremæ; & *Gryphas* intelligit. *M. du S.*

30. Ὅπως ἴδῃς] Mſſ. & Angl. εἴδῃς toleranda lectio, aliter tamen ceteræ editiones; atque aliter legit Interp. *J. B.*

34. Ἄ. π. τὰς ἑσπερίας πόλεις] Corrige, τὰς τ' ἑσπέρας πόλεις. *J. Br.*

Ἄχρι πρὸς ἑσπέραν, πόλεις] Angl. πρὸς τὰς ἑσπερίους πόλεις. Mſſ. πρὸς ἑσπερίους. *J. B.*

Ἄχρι πρὸς ἑσπέραν πόλεις] Ex iis, quæ apponit *Bourdelotius* non poteſt eſſe dubium, quin legi debeat ἄχρι πρὸς τὰ ἑσπέρια πόλεις, &c. *J. G.*

Ἄχρι π. ἑσπέραν] *Gronovii* conjectura non improbabilis. *Heſych.* Ἑσπέρια, δίλικα μίρη· quod *Berkelius* obſervavit ad *Stephan.* in Ἑσπερία. Saepe *Philoſtr.* de V. A. T. IV. c. 47. ἑσπέρια τῆς γῆς V. p. 219. Idem tamen VII. p. 282. τὴν Κελτῶν ἑσπέραν. Neque tamen ulla nobis ratio conſtat, cur vulgata lectio videretur mutanda. *T. H.*

35. Ὁ Τριπτόλεμος] Cum Triptolemo, ſationis inventore, qui nova reperta vitaeque humanae utiliſſima diſſeminant, comparari ſolent. *Paetus* ad *Artaxerx.* inter Epiſt. Hipp. II. Hippocrates Δέδοκται μοι ἀποσπείρων παιδιαχόειν, ὥσπερ ὁ Τριπτόλεμος τὰ τοῦ Δήμητρος σπέρματα, τὰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ βοηθήματα. Vid. *Athen.* V. p. 203. C. Huic Paulus Chriſtianae religionis conſitor & propagator confertur a multis Patrum aperte: conſideratius in re ſacra fabuloſo nomine abſtinere voluit *Iſidor. Peluſ.* III. Ep. 176. ὁ δὲ Παῦλος, ὥσπερ ὑποπτέρυγος γεωργὸς, πᾶσαν χεῖρα ἐπιδράμοι τὴν οἰκουμένην &c. τοῖς ἀνηκόοις ἐνέσπειρε τὸ θεῖον κήρυγμα. Significat etiam Triptolemi currus mirificam quandam itineris celeritatem, ut apud *Ovid.* Tr. III, 8. neque aliter *Amm. Marcellin.* XXII, 2. *Utque ſolet fama novitates augere, properabat exinde ſublimior* Julianus, *ut quodam Triptolemi curru* &c. Alias poëtae ſibi currus vindicant, quibus vel ſublimes ignota prioribus via ferantur, vel celebres per ora hominum & publicas laudes procedant: *Pindarus* illo, quo ſolet, ſpiritu: Οἱ πάλαι φᾶτις, οἱ χρυσαμπύκων Ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον Π. I, 102. Vid. *Ariſtid.* T. III. p. 669. *Manil.* II, 58. 138. quem locum egregie ſanavit *J. Fr. Gronovius* Obſ. II, 5. p. 242. ibi *Choerili* veteris verſus opportunos produxit *Joſ. Scaliger*, nec non ad *Euſeb.* p. 101. in quorum ultimo legendum profecto, πεζυγίς ἅρμα ἐλάσαι vel ἐλάσαι, non πελάσαι. hoc *Scaligerum* & *D. Heinſium* de S. H. II. p. 270. fugiſſe miror, non item *Muretum* V. L. XII, 14. & *Sam. Petit.* Obſ. II. c. 2. Huc pertinent illae *Ciceronis* quadrigae poëticae II. ad Quint. Ep. 15. Porro *famae gloriaeque volucres currus* in poëtis notiſſimi: nec *Philoſtratus* ſprevit V. S. II. p. 596. de Ptolemaeo Sophiſta: ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ λαμπροῦ ὀχήματος τῆς φήμης περιούσης διήει τὰς ἄστη. Illud autem *Callimachi* longe tenerrimum eſt, quum Hippenicum ſignificare vellet gratiis omnibus inſtructiſſimum, Ep. L. ἅρμασιν ὦν Χαρίτων Φορηθείς. Artificioſa vero modeſtia *Lucianus* ſe non meminiſſe ſcribit, quale eſſet illud, quod in terram ſeminaret: ſatis enim auditoribus patebat, eruditos intelligi fructus ingenii, quibus magnam ſibi famam pepererat. *T. H.*

36. Ἀποσπείρον τινές] Repone, ἀποσπείρων τι ἐς τὴν γῆν. *aliquid in terram ſpargens:* nota eſt omnibus Triptolemi fabula. *J. Br.*

43. Ἐνδιδυκότα] οὐκ ἴστι τὴν ἐσθῆτα ἐκείνην ἐνδιδυκότα. ſic Thom. M. in Ἐνδιδυκός. *T. H.*

45. Κατα-

terum non iſta quidem veſte indutum, quam habebam, quum volucri curru efferrer: ſed videbar omnino mihi in amictu honoratiore & praetextato redire. Quin &, ut patrem invenit adſtantem, meque opperientem, monſtrabat ipſi veſtem illam, & me, qualis reverterer: imo etiam ſubmonefecit, quam fere de me conſilii rationem iniiſſet. Iſta me vidiſſe memini pueritiam tantum quod egreſſus, ut mihi quidem videtur, conturbatus ex verberum metu.

17. Haec dum exſequor, Hercules, inquit nonnemo, quam longum ſomnium & judiciale: tum alius interpellat; hibernum ſcilicet, nam longiſſimae ſunt noctes: aut ſi forte trinoctiale, quemadmodum Hercules eſt & ipſe: quid vero ipſi in mentem venit, ut iſta nugaretur ad

ἢ αὐτὴν ἐαθῆτα ἐκείνην ἐνδεδυκότα, ἣν εἶχον ἀφιπτάμενος· ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκει εὐπάρυφός τις ἐπαπτεῖν. καλαλαβοῦσα δὲ καὶ τὸν πατέρα ἑστῶτα καὶ προεμφοῦσα, ἐδείκνυεν αὐτῷ ἐκείνην τὴν ἐαθῆτα, κἀμὲ, οἷόν ἥκοιμι· καί τι καὶ ὑπέμνησεν, οἷα μικρὸν δεῖν περὶ ἐμοῦ ἐβουλεύσαλο. ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν, ἀντίπαις ἔτι ὤν, ἐμοὶ δοκεῖ ἐκταραχθεὶς πρὸς τὴν τῶν πληγῶν φόβον.

Μεταξὺ δὲ λέγοντος, Ἡράκλεις, ἔφη τις, ὡς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον, καὶ δικανικόν. εἶτ' ἄλλος ὑπέκρουσε, χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτι μήκιςαί εἰσιν αἱ νύκτες· ἢ τάχα που τριέσπερος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτός ὄφλ. τί δ' ἂν ἐπῆλθεν αὐτῷ ληρῆσαι ταῦτα πρὸς ἡμᾶς,

Ἐσίπων *f.* margo *A. 1. W. e* Ἔσπέρας] Τὰς ἑσπέρι A. P. τὰς ἑσπερίας B. *f. f* Ἐβουλεύσατο] Pr. *Edd.* ἐβουλεύσαλο.

45. Καλαλαβοῦσα ἐ τὸν πατέρα] Alia lectio in Mſſ. καλαβαλοῦσα κ τὸν ἐκείνην ἐσθῆτα. Recepta lectio in margine regii Cod. adſcripta eſt. *J. B.*

45. Τὸν πατέρα] De reditu illo fuſius in Ἀλεξ. c. 56. unde patet, quousque pater ei obviam venerit. *M. du S.*

47. Καί τι κ] Lege: καί τοι κ. atque ita video poſuiſſe *Jac. Tollium* ad *Longin.* p. 181. Ἐβουλεύσαλο defendi poſſe non nego: melior tamen, & ad ea, quae ſupra ſunt narrata, convenientior C. R. lectio, quam ſecutus ſum. *T. H.*

48. Ἐβουλεύσαλο] In Mſſ. ἐβουλεύσατο. ut hoc referatur ad patrem. *J. B.*

53. Δικανικὸν] Forenſe dixit, vel quod duae perſonae inter ſe decertent: vel quod forenſes cauſae multis clepſydris perorentur. Notat autem prolixam & ineptam orationem, quam etiam hybernum ſomnium vocavit, quod hyeme noctes ſint longiores, & proinde longiora ſomnia. *G. C.*

54. Χειμερινὸς ὄν.] Vide Eraſm. in Chil. *A. V.*

Ibid. Ὅτι μήκ.] *J. G. Graevius* ad Πρ. ἢ Κ. ὅτε ſcribi jubet; quod recepiſſem utique, ſi vel unus addixiſſet Codex: nunc lectione vulgata nos oportet eſſe contentos: *hybernum ſomnium: nam longiſſimae ſunt noctes. Pohl. Vergilius Cognatum* ſecutus ex his paroemiam effinxit, *Somnium hybernum.* & cur *dicanicum* diceretur, explicare fuit conatus: utrumque male: nam & tali proverbio libenter caremus, & alia longe eſt cauſa, cur ὕπνιον δικανικὸν vocaverit, *ſomnium abſurdum & auribus grave*, qualia nimirum multa cauſidici deblaterare ſolent. Parum diſtat illud *Platonis* in *Apol.* p. 25. A. ἐμοῦ ὁ ὑμῶν φορτικὰ μέ, κ δικανικὰ, ἀληθῆ δέ. Theaet. p. 128. E. Simili modo apud *Lucianum* ſaepe occurrere notavit *Herald.* An. in *Salm.* Obſ. ad J. A. & R. VI. c. 10. §. 9. *T. H.*

55. Αἱ νύκτες] Hinc Platonis Comici fabula, cujus titulus *Nox longa*, laudata *Polluci* VI, 33. *M. du S.*

Ibid. Τριέσπερος] Facete, ut ſolet: τριέσπερον vocat Herculem ab trinoctio illo, quod traditur in eo concipiendo inſumtum. Nota eſt fabula trinoctii concubitus Jovis & Alcmenae vel ex *Plauto*, vel ex ipſo *Luciano* in Dial. Merc. & Solis. *G. C.*

Τριέσπερος] Haec ait per alluſionem ad *Lycophronem* in Alexandra ſtatim initio, ubi de Hercule ſic: Αἵ αἵ τάλαινα θηλαμὼν κικαυμένη Καὶ πρόσθε μὲ πεύκησιν ἠλοημένος Τριεσπέρου λέοντος —. Quem Herculem τριέσπερον λέοντα dixit, ut interpretatur *Tzetzes*, vel quod plures noctes impendit Jupiter in ejus generationem, vel quod per tres dies manſit in ventre ceti, ut Heſionem liberaret. *J. P.*

Τριέσπερος] Agnoſces etiam *Lucianum* in *Gall.* §. 12. τριέσπερον ἂν ἡδέως ἔτι εἶδον τὸ ὄνειρον. Apud *Schol.* Homer. ad Il. Ξ'. 323. Hercules τριέσπερος, & in Ara *Doſiadae* II. *Lycophroni* v. 33. τριέσπερος λέων, ubi vide *Tzetz.* & *J. Meurſ. Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 42. τὸ Βουθοίναν παρήσομεν αὐτοῖς ἐ τὸ Τριέσπερον τὸ κ γενόμενον ὕτω ἐ γενῶντα μεγαλοπρεπῶς. Scriptor Chriſtianus neſcio quis apud *Suid.* in Ἰωὴ parum concinne: Οὐ κατὰ τὸ Ἡρακλέους μῦθον ἐ τὴν Ἀδμήτου Ἄλκησιν, ἢν ὁ Καλλίνικός τε κ τριέσπερος ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσασαν ἤγειρε· hinc apud *Alciphr.* p. 356. ἡ Ἡρακλέους τριέσπερος, ubi nonnulla *Berglerus*. In hiſtoria Jonae originem fabulae ponit *Cyrillus* Comm. in Jon. quam ſubtilitatem Eccleſiae patri nullus invideo: tanto minus, quod continuatarum noctium numerus haud ſane conſtet: magnos quidem auctores, ut vidimus, habet trinoctium; quibus accedant *Orpheus*, aut is potius, qui Orphei ſubiit perſonam, Argon. v. 118. veribus elegantiſſimis, & *Lucan.* apud *Lactant.* ad *Stat.* Theb.

ἡμᾶς, καὶ μνησθῆναι παιδικῆς νυκτὸς, καὶ ὀνείρων παλαιῶν, καὶ ἤδη γεγηρακότων; ἕωλος γὰρ ἡ ψυχρολογία· μὴ ὀνείρων τινῶν ἡμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπείληφεν; Οὐκ ὦ 'γαθέ. εὐδὲ γὰρ [a] ὁ Ξενοφῶν ποθε διηγούμενος τὸ ἐνύπνιον, ὡς ἐδόκει αὐτῷ ἡ ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα, (ἴστε γὰρ) οὐχ ὑποκρισιν τὴν ὄψιν, οὐδὲ ὡς φλυαρεῖν ἐγνωκὼς αὐτὰ

nos, puerilemque noctem commemoraret, & somnia vetera, jamque obsoleta: futile profecto hoc narrationis frigus: num nos somniorum interpretes esse quosdam statuit? minime certe, o tu, quisquis es: neque enim Xenophon, quum narraret aliquando somnium, fulmen sibi visum in paternam cecidisse domum, & reliqua (nostis enim) velut histrionicam, visionem istam, neque nugaturus

a Ὁ Ξενοφῶν] Anab. γ. ϛ. Br. p. 175. v. 4.

IX, 424. sed nonnulli binas tantum noctes (vid. *Passerat.* ad *Propert.* II, 18. v. 25. *Muncker.* ad *Hygin.* F. XXIX.) novem alii conjungunt, *Clem. Protr.* p. 20. D. & *Potter.* illi brevius, quam par erat, contracto temporis spatio, ternarii numeri perfectionem, quam in hoc etiam negotio spectari voluit *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VIII, 75. temere violant: hi multo sane menus Herculis honori consulunt, cujus tanta fuerit fortitudinis excellentia, ut in eum formandum solidas novem noctes impendere Jupiter debuerit: nam si verum est, quod *Diodorus* IV. p. 151. D. historica gravitate confirmat, τὸ γὰρ Διὰ μισγόμενον Ἀλκμήνῃ τριπλασίαν τὴν νύκτα ποιῆσαι, καὶ ταῖς πλήθει τῶν ἄρρος τὴν παιδοποιΐαν ἀναλωθέντος χρόνου προσημῆναι τὴν ὑπερβολὴν τῶν γεννηθησομένου ῥώμης, si hoc, inquam, verum est, tanto magis eadem ratio in novenario noctium numero valebit. Jam neminem fore puto, qui vim istius *μεγαλοπρεπῶς* apud *Nazianzenum* non capiat. *T. H.*

59. Ἕωλος γὰρ ἡ ψ.] Bona notavit, hoc etiam loco prolato, *H. Stephan.* Ind. Thes. in V. Ἑῶλος, & *Jungerm.* ad Poll. I, 65. n. 38. *T. H.*

61. Ὑποκριτὰς] Hinc cum similibus aliis adnotavit *Budaeus* C. L. G. p. 776. Dispiicent ὀνείρων τινῶν ὑποκριτάς τινας· alterutrum, si nitorem loquendi consulas, sufficerit: nec sane in Ed. Fl. primum illud τινῶν extat, quod in posteriores omnes unde fuerit invectum, mihi non liquet: quanquam in Exc. Cod. *Regin. Poli* reperiam adscriptum, per me tamen licet exturbetur. *T. H.*

62. Ὁ Ξενοφῶν] Videtur somnium hoc intelligere, quod est lib. III. Anab. quo vidit *Xenophon* per quietem domum suam paternam fulmine totam collucere. *G. C.*

63. Ὡς ἐδόκει] Tutatur se *Lucianus* exemplo atque auctoritate *Xenophontis*, & ejus praesertim somnii narratione, quod, desperatis Graecorum militum rebus, ereptis jam sibi per fraudem ducibus, ea ipsa qua visum est nocte, commilitonibus narrat, ἀνάβ. III. initio fere. Verba autem quibus id agit hic *Lucianus* subobscura & depravata etiam videntur. Nam cum ait, οὐκ ὦ ἀγαθὲ, non negat, quod novissime ab auditore objici sibi finxerat; sed vocem λαβεῖν respicit aut ἕωλος ψυχρολογία, quasi dicat, *nequaquam, o bone, nuga sunt pueriles; nisi forte nugatum etiam Xenophontem putas, cum somnia sibi visa narrat, tum domi, jam profecturo, tum alia.* Obscuritas inde oritur, quod λαβεῖσαι, quod repeti debuit, omissum est in hunc modum. εὐδὲ γὰρ ὁ Ξ. π. δ. τ. τ. ἐλάβησε, ὡς ἐδόκει αὐτῷ. Deinde somnium non unum indicat. Trajectio est itaque insignis, *Luciano* tamen non infrequens: nam scribi debuit, εὐδὲ γὰρ ὁ Ξ. ποτε, ὡς ἐδόκει αὐτῷ τὸ ἐ. δ. V. *Euripid.* p. 401. B. ἐδοξα. Ut autem verba se habent, excidisse puto articulum τὸ ante τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ. Similes trajectiones apud hunc vide N. Δ. XXI. & XXII. Sed & hoc monendus est lector, aut male locutum *Lucianum*, aut memoria lapsum, cum scribit ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ. Somnium enim illud non *domi* profecturus vidit, sed *in reditu* Graecorum. Erroris occasionem praebuit, quod in somnio paternam domum fulgure coruscantem sibi videre visus est Xenophon. Nullum enim in toto opere somnium narrat sibi domi visum. *M. du S.*

Ὡς ἐδόκει αὐτῷ] Satis est ad fidem vitii faciendam, quod in hoc loco illa expedita styli Lucianei facilitas desideretur. Dum meliorum Codd. opem expectamus, nam in nostris nihil est quicquam subtilidii, ita conjecto, periisse descriptoris negligentia (quod quam crebro vetustis in membranis, etiam emendatissimis, fiat, experti non ignorant) versum unum, quem si ex *Xenophonte* revocare licet, sensus saltem & oratio tolerabilis exibit: εὐδὲ γὰρ ὁ Ξ. π. δ. τὸ ἐν. ὡς ἐδόκει αὐτῷ βροντῆς γενομένης σκηπτὸς πεσεῖν ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα (ἴστε γὰρ) οὐχ ὡς ὑποκρισιν τὴν ὄ. ὑ. φλ. ἐ. αὐτὰ δ. quae sic interpretor; *neque enim Xenophon aliquando somnium enarrans, quo videbatur ipsi facto tonitru fulmen in paternam cecidisse domum, & cetera (nostis enim) veluti scenicam actionem hoc visum, aut ipse de industria nugaturus ista referebat* &c. illud ὡς ἐδόκει αὐτῷ plane videtur postulare partem istam a nobis interseram, praecipue si *Xenophontis* verba perpendas K. A. III. p. 175. μικρὸν δ' ὕπνου λαχὼν, εἶδεν ὄναρ· ἐδόξω αὐτῷ βροντῆς γ. &c. Haec nostra, simul ac meliora quis dederit, lituram debent. Ceterum vereor, ne duo *Xenophontis* somnia diversa confuderit *Lucianus*: hoc certe, cujus modo meminimus, apud suos commilitones exposuisse non legitur, sed aliud lib. IV. p. 191. cum Chirisopho communicavit, idque etiam in magna rerum desperatione. *T. H.*

72. Ἐθε-

rus de induſtria perſequebatur, idque in bello & deſperatione rerum, urgente hoſte; ſed ſane & utile quiddam habebat iſta narratio.

18. Similiter & ego ſomnium iſtud meum enarravi vobis ejus rei cauſa, ut juvenes ad meliora convertantur: inprimis ſi quis eorum ob paupertatem animo deficiat, ſeque deterioribus applicet, indolem haud ignobilem corrumpens: hic, ſat ſcio, confirmabitur, audita ſomnii noſtri fabula, meque ſibi idoneum exemplum ob oculos ponet conſiderando, ex quali conditione ad pulcherrima me contuli, eruditionemque concupivi, nequaquam ignave cedens rei familiaris, quae tum premebant, anguſtiis; itemque qualis ad vos me recepi, ſi nihil aliud, at ſaltem nemine ſculptorum obſcurior.

διεξήει. καὶ ταῦτα ὁ τῷ πολέμῳ, καὶ ἀπογνώσει πραγμάτων, ἐπιεζῶτων πολεμίων, ἀλλά τι καὶ χρήσιμον εἶχεν ἡ διήγησις.

Καὶ τοίνυν κἀγὼ τοῦτον ὄνειρον ὑμῖν διηγησάμην ἐκείνου ἕνεκα, ὅπως οἱ νέοι πρὸς τὰ βελτίω τρέπωνται, καὶ παιδείας ἔχωνται· καὶ μάλιστα, εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας [a] ἐθελοκακεῖ, καὶ πρὸς τὰ ἥττω ἀποκλίνει, φύσιν οὐκ ἀγεννῆ διαφθείρων. ἀπρραθύμησε) εὖ οἶδ' ὅτι κἀκεῖνος, ἀκούσας γε μύθου, ἱκανὸν [b] ἑαυτῷ παράδειγμα ἐμὲ προσηάμενος, ἐννοῶν οἷος μὲν ὢν πρὸς τὰ κάλλιστα ὥρμησα, καὶ παιδείας ἐπεθύμησα, μηδὲν ἀποδειλιάσας πρὸς τὴν πενίαν τὴν τότε, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, ἀδενὸς γοῦν τῶν λιθογλύφων ἀδοξότερος.

a Ἐθιλοκακεῖ] Ἐθιλοκολακεῖ F. adſcriptum ἐθιλοκακεῖ ex P. b Ἑαυτῷ] Priores Edd. ἑαυτοῦ.

72. Ἐθιλοκακεῖ] Mſſ. & Baſil. & Flor. ἐθιλοκολακεῖ. male. J. B.
Ἐθιλοκακεῖ] Adducit Budaeus C. L. G. p. 25. T. H.
76. Ἑαυτῷ] Scripſi ἑαυτῷ. alterum illud Graeci ſermonis norma reſpuebat: προτύπωμα ἑαυτῷ προτιθέναι Σωκράτει Simplic. in Epictet. p. 283. παράδειγμα προσήσασθαι Noſter habet in Πρ. ἢ Κ. T. H.

Ad eum qui dixerat, Prometheus es in verbis.

Πρὸς τὴν Εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις.

1. PRometheum igitur me eſſe ais? ſi ea ratione, o optime, quod & mea opera lutea ſint, agnoſco imaginem, meque ſimilem illi eſſe fateor: neque luti figulus dici recuſo: tametſi lutum mihi vilius ſit, quale ex triviis colligitur, coenum prope-

1 ΟΥκοῦν Προμηθέα με εἶναι φῄς; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων κἀμοὶ τὰ ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ φημὶ ὁμοίους εἶναι αὐτῷ· ἃ δ' ἀναίνομαι πηλοπλάθου ἀκούειν, εἰ καὶ φαυλότερος ἐμοὶ ὁ πηλός, οἷος ἐκ τριόδου, [a] βόρβορός τις ὢν

a Βόρβορός] Ita recte F. V. 2. P. S. A. βάρβαρος M. O. & ceterae Edd. prior lectio adſcripta margini A. W.

ΠΡΟΣ] Poſt annum *Luciani* quadrageſimum ſcripta eſt haec oratio, qua fautores quosdam ſuos ſolam in ejus ſcriptis novitatem laudantes monet, non tam novitate exempli, quo Comoediam cum Dialogo conjunxerat, laudem ſe captaſſe, quam ex ipſis ſalibus ac totius operis concinnitate ac forma. Ejusdem argumenti aetatisque forte eſt Zeuxis. Poſt Dialogos ſcriptus A. 2. M. du S.

1. Προμηθέα] Hanc vocem interpretor ad lib. 5. *Heliod.* partem priorem hujus dialogi interpretatur *Athen.* lib. 7. *Scalig.* ad *Euſeb.* J. B.

6. Βαρβαρός τις ὢν δημοκρόν] Legendum βόρβορός τις. *Eraſm.* in Adagio: *Barbarus e trivio.* J. Br.
Βόρβορος] Mirum omnes editiones habuiſſe βάρβαρος,

ωδὲ μικρόν. εἰ δὲ ὑπερεπαινῶν τὸς λόγους ὡς δῆθεν [a] εὐμηχάνους ὄντας, τ̀ σοφώτατον τ̃ Τιτάνων [b] ἐπιφημίζεις αὐτοῖς, ὅρα μή τις εἰρωνείαν φῇ, ϗ μυκτῆρα, οἷον τ̀ Ἀτθικὸν, προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ. ἢ πόθεν γ̀ εὐμήχανον τεμόν; τίς δ' ἡ βελτὶ σοφία ϗ προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν; ὡς ἔμοι γε ἱκανὸν, εἰ μὴ πάνυ σοι γήϊνα ἔδοξε, μηδὲ κομιδῇ ἄξια ζ̃ Καυκάσου. καίτοι πόσῳ δικαιότεροι ὑμεῖς ἂν εἰκάζοισθε τῷ Προμηθεῖ, ὁπόσοι ἐν δίκαις εὐδοκιμεῖτε, ξὺν ἀληθείᾳ προθύμως τὸς ἀγῶνας; ζῶντα γ̀ ὦν ὡς ἀληθῶς, ϗ ἔμ-

modum. Sin vero extollens orationem meam, perinde ut artificiosam, doctissimi illius Titanum nomine eam cohonestas, vide ne quis ironiam dixerit, & quasi quandam Atticam subsannationem subesse huic laudi: unde enim artificiosum est, quod ego facio? Quae vero eximia sapientia & prudentia in scriptis meis? Mihi certe illud satis fuerit, si non lutea prorsus, aut digna Caucaso tibi videantur. At vero quanto justius vos comparari Prometheo poteratis, quicunque in causis agendis celebres estis, vera certamina subeuntes? Viva enim re ve-

ra

a Εὐμηχάνους] Ἀμηχάνους F. εὐμ. E. P. b Ἐπιφημίζεις] Ἐπιδιφημίζεις P. c Δ'] Δαὶ W.

10. Τὸν Ἀτθικὸν] Οἷον φησὶ, εἰ ϗ Ἀτθικὸν με ἐπαινῶν εἶπας τ̀ Σύρον ϗ τὰ Σαμοσάτεα. μυκτηρισμὸν γ̀ ἂν ἐγὼ τοῦτο, οὐκ ἔπαινον * τοῦτο. V.

* Τοῦτο] V. τοῦτο. Sed totum Scholium absurdum est: respicit enim Auctor notam Athenienſium εἰρώνων. M. du S.

ρον, cum de menda viri docti monuissent: repetit illud *Lucianus* passim. J. B.

Βόρβορον] Sic *Plato* de *Rep.* VII. Ed. Lugd. p. 488. B. ϗ τῷ ὄντι τὸ βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ, de anima tenebris ignorantiæ immersa. In Mss. tantum O. & W. & plerisque impressis βάρβαρον legitur. Sed Coll. & J. Ed. veram scripturam asserunt, quam conjectura etiam assecutus est Benedictus. In Cod. W. notatam eam vocem puto, cum ei versui in margine nota hæc [÷—] sit adscripta. M. du S.

Βόρβορον] Eo differt a πηλῷ, quod & male oleat, & nulli sit usui; quum contra πηλὸς, *terra liquore adspso subacta*, ad fingendum sit idoneus: a *Platone* in Theaet. p. 109. C. memoratur πηλὸς ὁ τ̃ χυτρίων, ϗ πηλὸς ὁ τ̃ κεραμέων, ϗ πηλὸς ὁ τ̃ πλινθουργῶν· hoc Latinis *lutum*, illud *coenum*; quam vocabulorum istorum in utraque lingua proprietatem recte Glossae veteres observant: eadem in translationibus inde ductis distincta facile patet. De βόρβορον & βερβορώδης vide *H. Junii* Adagia in *Coeni agitator*. Nihilominus fieri nonnunquam potest, ut in eandem propemodum significationem conveniant: *Aristoph.* in Vesp. v. 248. 257. 259. T. H.

9. Ἐπευφημίζεις] Male in omnibus editionibus ἐπιφημίζεις. Alia lectio melior, de qua dico alibi. J. B.

Ἐπιφημίζεις] *Ominibus* hic nullus locus; aptissima contra *elogiorum* magnificorum mentio. Hinc est quod hanc scripturam secuti sumus, M. etiam Codice firmatam. *Demosth.* p. m. 329. A. χρὴ τ̀ . . . πανθ' ὅσα τις πράττει τοὺς Θεοὺς ἐπιφημίζειν, τοιαῦτα φαίνεσθαι, οἷα μηδ' ἂν ἐπ' ἀνθρώπου πραχθέντα ποτὲ φανείη. ubi Schol. ὁ πράττων ἐπὶ οἰκείοις τ̃ θεῶν τί. optime. Adde *Athenag.* p. 52. C. D. *Clem. Alex.* p. 17. A. & 18. A. & Basil. p. Ed. Bas. 411. C. Vid. tamen Il. A. 22. M. du S.

Ἐπιφημίζεις] Gratiam facimus *Bourdelotio*, judici Graecarum venustatum non peritissimo, praeposterae correctionis: nota sunt ἐπιδήμιος, & diversa potestate εὐφημίζειν probandum fuerat ἐπιδημίζειν, idque ea virtute, quam locus hic postulat. Meliora docuit *Budaeus* C. L. G. p. 593. bene Lucianei loci sensum interpretatus: *Titanum principis titulo & nomine insignis & ornas.* Restituendum *Pausaniae* I. p. 90. ubi vulgatur ἐπιδήμησαν· tu lege: ἐπεφήμισαν, scilicet τῇ τ̃ κυάμων σπορᾷ. ut p. 100. & sæpius: *compertum autem nihil*, inquit, *habeo dicere, primusne hic Cyamites fabas severit, an huic invento heroem quendam Cyamitae titulo donatum inscripserint.* Sic *Aristid.* T. I. p. 450. P. τούτοις (frumenti sationi) Κλείσθ τε ϵ Μεταπείρα ϵ Τριπτολέμῳ ἐπιφημίζουσι· male vertit *Canterus*, ut & p. 331. A. nec multo rectius in Epistolis *Libanii*, quas *J. Chr. Wolfio*, egregie de literis merenti, debemus p. 114. οἷς τε πράττεις, ἐκεῖνον ἐπιφημίζεις, *quae ipse geris, illi attribuis*; *quasi ab illo gesta praedicas.* Aliorum exemplis adde *Philon. Jud.* L. ad C. p. 1011. E. 1016. A. *Pollux* IX, 95. 112. T. H.

10. Εἰρωνείαν ϵ μυκτῆρα] Copiose vir Clariss. *Is. Casaub.* ad *Theophr.* Charact. in subsannationem Atticam. Id. *Lucianus* de Gymnas. εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. Sic postea ἐς τὴν Ἀττικὴν ἀφιγμένην τ̃ σκωμμάτων. *Eunap.* in *Liban.* ipse sæpiss. sic χλεύασμὸς, ἁλισμὸς, ἐμπαιγμὸς, & similia Atticor. de quib. interp. *Aristoph.* J. B.

Εἰρωνείαν] Ἀθηναῖοι εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις. Vid. *Casaub.* ad *Theophr. Char.* A. V.

Ibid. Μυκτῆρα] *nasum*: *ironias. Erasm.* in Proverbio: *Naso suspendere.* J. Br.

Μυκτῆρα] Utuntur hoc loco *J. Brod.* Misc. IV. c. 32. *H. Stephanus* App. de D. A. p. 245. & *Is. Casaubon.*

re atque animata vobis opera sunt, & per Jovem etiam calor illorum ignitus est. Quod ipsum a Prometheo profectum videri possit, nisi quod hoc discriminis inest, quod ex luto vos non fingitis, sed aurea vobis plerisque figmenta sunt.

ψυχα ὑμῖν τὰ ἔργα. ᾗ νὴ Δία, ᾗ τὸ θερμὸν αὐτῷ ἐστὶ ἀφ' πυρος. ᾗ τοῦτο ἂν τῆ Προμηθέως ἂν εἴη, πλὴν [d] εἰ μὴ διαλλάττοιτε, ὅτι μηδ' ἐκ πηλοῦ πλάττετε, ἀλλὰ χρυσᾶ ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα.

2. Nos autem, qui ad multitudinem prodimus, atque ibi hujusmodi declamationes profitemur, simulachra tantum quædam spectanda exhibemus. Et in summa, circa lutum, uti paulo ante dixi, hæc figulina versatur, quemadmodum puparum figuli: ceterum neque motus similis inest, neque animæ significatio ulla, sed delectatio quæ-

Ἡμεῖς δὲ οἱ ἐς τὰ πλήθη παριόντες, ᾗ τὰς τοιαύτας τ' ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες, εἰδώλα ἄττα ἐπιδεικνύμεθα. ᾗ τὸ μὲν ὅλον, ἐν πηλῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ἡ πλαστικὴ χεῖ ταὐτὰ τοῖς κοροπλάθοις· τὰ δ' ἄλλα, ὅτε κίνησις ὁμοία προσέστιν, ὅτε ψυχῆς δεῖγμά τι, ἀλλὰ τέρψις ἄλ-

[d] Εἰ μὴ ἀφαλλάττοιτε] Εἰ μὴ ἀφαλλάττοιτε O. εἰ μὴ ἀφαλλάττοιτε. M.

bus. ad *Theophr.* Ch. Eth. c. I. *T.H.*

Ibid. Ἀττικὸν] Omnium enim Graecorum dicacissimi & facetissimi habiti sunt Attici. *J.Br.*

15. Τῷ Καυκ.] Ubi deligatus Prometheus a vulture manditur. *J.Br.*

18. Τὰς ἀγῶνας] Nam declamatorum orationes *umbratilem pugnam* vocat *Cicero*. *J.Br.*

Ibid. Ζῶντα ὄν] Haud dubie ἀκμαιότερον MS. Wittiana Ζῶά γ' ὄν &c. *J.J.*

Ibid. Ἔμψυχα] Vide omnino Leosthenis de Demosthene dictum, a *Nostro* allatum Δημοσθ. c. 14. unde desumtum hoc credo. *M.du S.*

Nunc mihi nunc alii: quo circa vivite fortes,
Fortiaque adversis opponite pectora rebus. *J. C.*

48. Νόμῳ δὲ ἀφαιρέσει] Sic in Timone, sive Misanthr. μεταποιεῖσθαι δὴ παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον. & in Charonte, sive Contempl. τὴν οὐσίαν δὴ, καὶ τὴν ἀγρὸν, καὶ τὸ χρυσίον, οὐκ ἄλλων εἶναι, μεταβάλλειν τοὺς διανέμοντας hæc apud *Lucianum* passim. *Lucianus* sive is sive alius poëta:

Ἄγρος Ἀχαιμενίδου γενόμην πότε, νῦν δ' ἐμὸν Μανίκιον,
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.
Καὶ μ' οὐδεὶς ἐρεῖ ἔχειν με πότ' αὖτε, καὶ πάλιν ἐν-
Οἰκνεῖ, οἴμοι δ' ἄλλος ἐδωδὴ, ἄλλῃ τύχη. *J. B.*

Ibid. Τῶν χρήσει &c.] Nostra sunt *usu* non *mancupio*, ut loquebantur Jurisconsulti. *Vitaque mancupio nulli datur, omnibus usu.* *J. C.*

49. Ὀλιγοχρόνιοι δεσπόται] Ea passim in *Luciano* sed præcipue in Charont. sive Ἐπιτιμίαι. *J. B.*

51. Παραλαβὼν ἄλλος] *Cicer.* ad *Attic.* XII. Ep. 19. *in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate.* *T. H.*

53. Παρήνει] Nigrinus, ut ex orationis serie manifestum

agendi tempus prorogarent, ut multis ſolenne eſt, certum ſibi tempus præfinientibus, aut feſtos dies, aut ſolennes conventus, quibus auſpicentur non mentiri, & recte agere. Moræ enim expertem eſſe illum ad honeſta impetum debere volebat. Oſtendebat etiam, ſe philoſophos illos damnare, qui ad virtutem formare ſe adoleſcentes putant, ſi multis tormentorum neceſſitatibus atque laboribus ſuſtinendis exerceant; vincire plerique jubentes, alii flagris cædentes, & ſi qui elegantiores, etiam ferro cutim perradentes.

λεῶς τὸ ἀγαθὸν, ὥσπερ τοὺς πολλοὺς ποιεῖν, προθεσμίας ὁριζομένους ἑορτὰς, ἢ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους γε μὴ ψεύσασθαι, γε τὰ δέοντα [b] ποιήσειν. ἠξίου γὰρ ἀμέλλητον εἶναι τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμήν. δηλῶν δὲ ἦν καὶ τοὺς τοιούτων καταγνωστικοὺς φιλοσόφων, οἱ ταύτην ἄσκησιν ἀρετῆς ὑπελάμβανον, ἣν πολλαῖς ἀνάγκαις, καὶ πόνοις τοῖς νέοις ἀντέχειν καταγυμνάσασι· τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ἄλλοι δὲ, μαστιγοῦντες· οἱ δὲ χαριέστεροι, καὶ σιδήρῳ τὰς ὀπιφανείας αὐτῆς καταξύοντες.

28. Putabat enim ille multo prius in animis duritiem iſtam & firmitatem contra dolores ac perturbationes parandam eſſe; eumque, qui homines optime inſtituere

Ἡγεῖτο γὰρ χρῆναι πολὺ πρότερον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ στερρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθὲς καταασκευάσαι, καὶ τὰ ἄριστα παιδεύειν ἀν-

θρώ-

[b] Ποιήσειν] ποιεῖσθαι Margo *A. 2. W.* Vulgatam retinere malim ea conditione, ut modo ſcribatur ψεύσασθαι.

feſtum eſt: lapſi ſunt Interpretes, dum conjungunt, ἐκεῖνα παρέχω. *T. H.*

58. *Μὴ ὑπερτίθεσθαι*] Reſtituo ὑπερτίθεσθαι ac προθεσμίας. *J. Br.*

62. *Ἀμέλλητον εἶναι*] Dignum philoſopho praeceptum, quod & *Perſius* tractavit V, 66. ubi a *Caſaubono Luciani* locus hicce eſt adductus, nec non a *Gataquero* ad *Marc. Antonin.* II. §. 4. *Epictet.* Ench. c. 75. ὧν ἀεὶ προθέσεις ἀπ προθέσεων ποιῇς, vel, ut *Simplicius* ait p. 323. προθεσμίας ἀπ προθεσμιῶν, τὴν ἡμέρας ἄπας ἐπ' ἄπας ἡμέρας, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ· hoc *Epicteto* dicitur ἀναβάλλεσθαι τὴν προσοχήν. Idem vitium in Chriſtianis corrigendae vitae curam ad ſolennia feſta differentibus graviter increpant Patres, quorum loca nihil attinet adſcribere. Hoc eſt ψυχῆς κάθαρσιν ταμιεύεσθαι ſcriptoris incerti apud *Suid.* in Ταμιεύω, *animae purgandae, & recte vivendi*, ut ait *Horat.* I. Ep. II, 41. *horam prorogare.* Atque ita fere contingit, ut, qui ad conſtitutum vitae deterioris emendationem rejiciunt, vitiis ſuis blandientes nunquam ad meliorem frugem veniant: elegantiſſime *Manilius*, etſi in re non prorſus eadem IV, 5. — *dum quaerimus aevum Perdimus, & nullo veterum ſine beati Victuros agimus ſemper, nec vivimus unquam.* *T. H.*

67. Τοῦτο μὲν δεῖν] Exponere licet διὰ τοῦτο, eam ob rem, ut dolores & incommoda tolerare diſcant: quomodo §. 37. τοῦτο τοι· ſed tum oratio eſt paululum impeditior, & habet neſcio quid inconcinni, tum τοῦτο μὲν ita ſolet poni plerumque, ut τοῦτο δὲ vel ſemel vel ſaepius etiam ſequatur: exemplum mox ipſe *Lucianus* praebet, *Demoſth. Encom.* p. 253. A. B. *Dion Pruſ.* p. 214. A. quare parum abeſt, quin ſcribendum putem, καταγυμνάσασιν, ὅτοι μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες. Philoſophi vero ac Sophiſtae verberibus diſcipulos ac flagellis caſtigabant: *Xenoph.* Ἀπομν. I. p. 415. v. 44. οὐδὲ δὲ κείνου σωφρονεῖν ἔστι Σωκράτει σκώπτειν, ὃ φο-

βουμένῳ μὴ ζημιοῦτο ἢ παίοιτο ὑπὸ Σωκράτους· eoque pertinet, quod in *Ariſtoph.* Nub. v. 440. Streptiades Socratis adſcriptus contubernio τὸ σῶμα παρέχει τέτταρα, πεινῆν, διψῆν, λιχμᾶν, ῥιγῶν, ἀσπὸν δειρῶν. *Libanius* etiam Or. περὶ τῆς Ταρ. p. 577. C. ἐγὼ γάρ τοι τὸ μὲ δι' πληγῶν ἐ μαστίγων πειρᾶσθαι τοιούτων ἔφυγον· & περὶ Συντάξεως p. 613. C. Verum praeterea haec flagrorum aliorumque cruciatuum tormenta, praeſertim apud philoſophos, genuinis auditoribus fuerunt injuncta, quo durato per haec ſupplicia corpore ad τὴν καρτερίαν firmarentur, atque inutae libidinis intemperantiam extirparent: ſane Pythagoras βασάνους τε ποικιλωτάτας ἐ κολάσεις ἐ ἀναπόπας πυρὶ ἐ σιδήρῳ σαυτελουμένας διαβεσμοθετήσαι dicitur a *Jamblicho* S. 68. Xenocratem laudat *Diogen. L.* IV, 7. ὕτως εἶναι ἰγκρατῆ, ὥστε ἐ τομὰς ἐ καύσεις πολλάκις ὑπομεῖναι περὶ τὸ αἰδοῖον. Mos, ut videtur, a myſteriorum ritu deductus, quibus initiari neminem fas erat, niſi probata per multos ἀναγκῶν, βασάνων & καύσεων, ſic vocant, gradus animi conſtantia experimentum ſui certum dediſſet. Meminit etiam *Arrian.* in Epict. iſtius philoſophicae probationis. *Superianus*, ut inertiam ac tarditatem ingenii excitaret, flagra ſibimet ipſe admovere non dubitavit, teſte *Damaſcio* apud *Suid.* in Σουπριανός. Chriſtiani aſcetae, poſtquam veſtitum philoſophorum veterum adſciverant, haec quoque, quae *Lucianus* merito deridet, praepoſtera formandae pietatis inſtrumenta non ſpreverunt; quo de genere non pauca reperies in Vitis Patrum & *Caſſiani* Inſtitutionibus. Multa notant, ſed admodum perturbate, *Creſoll.* Th. Rhet. V. c. 6. 7. *Boilav.* Hiſt. Flag. c. IV. p. 78. quorum errores perſequi non juvat: neuter hunc ipſum *Luciani* locum praetermiſit. *T. H.*

Ibid. Διῶν] Venit hic in mentem, quod de fibulis alicubi legere me memini; an eo tamen reſpiciat pro certo affirmare non ausim. *M. du S.*

ἀνθρώπους προαιρεῖσθαι, τοῦτο μὲν ψυχῆς, τοῦτο δὲ σώματος, τοῦτο δὲ ἡλικίας τε καὶ τοῦ πρότερον ἀγωγῆς ἐπιχαίνοντας, ἵνα μὴ τὰ ὑπὲρ δύναμιν ἐπιτάττων ἐλέγχηται. πολλοὺς γοῦν καὶ τελευτᾶν ἔφασκεν ἔτως ἀλόγως ἐπιταθέντας· ἕνα δὲ καὶ αὐτὸς εἶδον, ὃς καὶ γευσάμενος τῶν παρ' ἐκείνοις κακῶν, ἐπειδὴ τάχιστα λόγων ἀληθῶν ἐπήκουσεν, ἀμέλει τρέπτι φεύγων ὡς αὐτὸν ἀφίκετο, καὶ δῆλος ἦν ῥᾷον ἀναπνέων.

velit, partim animi, partim corporis, partim etiam ætatis, & prioris educationis rationem habere debere, ne, ea quæ vires excederent imponendo, reprehensionem incurrat. Multos itaque & mortuos ex eo esse dicebat, dum præter rationem ita supra vires intenderentur. Unum autem etiam ipse vidi, qui cum jam ea apud illos mala degustasset, audita statim vera doctrina, irrevocabili cursu aufugiens inde, ad ipsum venit, quem mox ab eo refectum cernere erat.

Ἤδη δὲ τούτων ἀπο-

29. Jam vero ab istis ad alios digressus, urbis

76. Παρὰ δύναμιν ἐπιτάττων] Talis est βδελυρὸς ille apud *Theophr.* Charact. περὶ βδελυρίας, qui solet τὰ ἀναλούθως ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν. *J. B.*

78. Ἐπιταθέντας] Castiga ἐπιταχθέντας. *J. Br.*

81. Ἀμιτραπτί] Sic Horatius

Oculo irretorto
Spectat acervos. *M. du S.*

85. Καὶ τὸ ἀθισμὸν αὐτῶν] Hæc παραγκωνίσματα tangit de Merced. cond. & multis aliis locis, in quibus hac de re proverbium explicamus. *J. B.*

86. Τὸν ἱππόδρομον] Hanc ἱπποσυνίαν multis verbis describit Autor de causis corruptæ eloquentiæ. *Juvenal. Achill. Tat.* lib. 2. Tangit *Longus* lib. 3. *Liban.* paras. omnes passim. *J. B.*

Ibid. Τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας] Putavi aliquando hunc locum debere aliter legi. Reponebam scilicet τοὺς τῶν ἡνιόχων ἀγῶνας. Nam & mihi hæc lectio magis convenire videbatur antecedentibus, ubi ait ταραχὰς διεγεῖσθαι, & ne dissimulem, vix ab ea sententia discedo. Notum est, quantas turbas olim fecerint agitatorum certamina, quantas seditiones excitarint, adeo ut sæpe milite opus fuerit, ut sedarentur rixæ & tumultus, quos aurigarum factiones & faventium cunei excitabant. Ideo nihil fuit Romæ magis celebre, nihil in circulis, hominum sermonibus, magis agitatum, quam Circensium eventus, & Prasinorum, Venetorum, Russatorum, & aliorum victoriæ vel infortunia. Non possum tamen damnare lectionem vulgatam. Nam *Martialis* lib. 5. epigr. 96. ubi de Scorpi nobilissimi agitatoris imaginibus loquitur, sic ait:

Hoc, rogo, non melius, quam rubro pulpita nimbo
Spargere & effuso permaduisse croco?
Quam non sensuro dare quadringenta caballo,
Aureus ut Scorpi nasus ubique micet?

Et *Capitolinus* in Vero testatur equo Circensi, cui nomen erat *Volucris*, ab Ælio Vero Imperatore factum aureum simulachrum. Itaque non mirum, si agitatoribus quoque nobilibus id honoris genus impertiebatur. Fuisse autem in circo posita ea simulachra ex hoc loco conjicere licet, & rationi consentaneum videtur. *J. P.*

87. Εἰκόνας] Vide Inscript. *Sponii.* *M. du S.*

Ibid. Τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα] De quibus quam cupide sermones habuerint, egregius ostendit *Joh. Chrysostomi* locus T. V. Ed. Et. p. 315. καὶ οἱ μὲν πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν ἵππων ἀμιλλᾶς ἐπτοημένοι καὶ ὀνόματα καὶ ἀγέλην καὶ γένος καὶ πατρίδα καὶ ἀνατροφὴν τῶν ἵππων ἔχουσιν ἀκριβῶς μὴ ἀκριβείας ἀπάσης, καὶ ὅτι ζωῆς καὶ ἐνεργείας δρόμων. Equi præstantiores suis nominibus insigniti jam inde ab heroicis temporibus; neque per curiosam veterum diligentiam nos fugit, quemadmodum primi Hippodamiae proci Marmacis equae fuerint appellatae: vid. *Pausan.* VI. p. 507. Plura dabunt *Lindenbrog.* ad *Amm. Marcellin.* p. 385. *J. Gothofred.* ad Cod. Theodos. XV. Tit. X. *J. A. Fabric.* ad *Sext. Empir.* p. 19. Equus Hadriani Boryslhenes est apud *Dion. Cass.* p. 792. D. & in *Epigr. Pith* p. 121. Phosphorus *Ausonii* Epit. 35. *T. H.*

90. Ἐπιλήπτους] Hæc ultima verba male vertit *Micyllus.* Vertendum erat: *multos, qui graves esse videntur, occupavit.* *J. P.*

Ἐπιλήπτους] Male Micyllus: *Jam & multos eorum, qui pro studiosis ac gravibus habentur, reprehendebat:* pari lapsu *Benedictus: Quin etiam multos qui pro gravibus haberi volunt, reprehendebat.* Nam & versio Lucianum non adsequitur, & male periodum hanc majore distinctione ab præcedente separant. Sed nec bene *Palmerius: multos, qui graves esse videntur, occupavit.* At mens Luciani est. *Multus enim profecto est in equis furor, & multos, qui graves videbantur esse, redarguit;* eos quum graves videri vellent, probavit vanos, & quum deberent contemptores horum esse, in iisdem nugis insanire ostendit. Quia autem in præcedentibus ait *Lucianus* de equorum nominibus, non potui quin ad ejus illustrationem hic apponerem inscriptionem, quam ex schedis Peirescianis depromptam publicavit excellens antiquitatis vindex *Jac. Sponius*, quum ad auctores interpretandos hæc vetustatis imago vivam fere vim afferat. Ea sic habet:

..II PRAEMISIT ET C. T.
OCCUPAVIT ET CIT. CCCV
INTROIUGIS VICIT

S'ANIPPO CINIS.	X	HILARO AF.	I
AEGYPTO PE.	I	MACUL. AF.	I
PEGASO AF.	I	AQUILIN. AF.	I

EU-

urbis tumultus; & turbæ conflictus, perſequutus eſt, & Theatra, & Circum, & aurigarum ſtatuas, & equorum nomina, deque iis ipſis in angiportis colloquia; frequentiſſimum enim revera equorum inſanum ſtudium, quod jam & multos ſummæ exiſtimationis viros invaſit.

30. Poſt hæc quaſi alteram fabulam orſus eſt, notando ea, quæ circa funera & teſtamenta agitantur, hoc addens, unam hanc vocem Romanos per omnem ætatem

Θρώπων ἐμέμνηλο, ϗ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξῄει, ϗ τ' ἀθισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, ϗ τ' ἱππόδρομον, ϗ τὰς τ' ἡνιόχων εἰκόνας, ϗ τὰ τ' ἵππων ὀνόματα, ϗ τὰς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων ἀγλολόγους. πολλὴ γ' ὡς ἀληθῶς ἡ ἱππομανία, καὶ πολλῶν ἤδη σπουδαίων εἶναι δοκούντων ἐπείληπ'.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἑτέρῳ δράματι ἤπτετο τῆς ἀμφὶ τ' νεκυΐάν τε ϗ ἀγαθήκας καλινδουμένων, προσιθεὶς, ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τ' βίον προΐενται, τὴν ἐν ταῖς ἀγαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τ' σφετέρας ἀληθείας. *Jacob. Micyll.* interpres, *quod unam hanc vocem Romanorum pueri per omnem ætatem veram emittant, eam intelligens, quæ in teſtamentis uſurpatur, qua petunt, ne a ſua veritate depellantur.* Quibus verbis, ut equidem ſentio, vult interpres *Lucianum* intelligi de liberis exhæredatis, variis modis patris teſtamentum infirmare nitentibus, & petentibus, ut patrem liceat arguere dementiæ, prodigalitatis, & luxuriæ. Quam licentiam non ſolum in exhæredatis ſed in omnibus olim Solon, eumque ſequuti, legibus ſuis inhibuerant; ſcilicet τ' τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν. Hanc interpretis mentem eſſe facile quivis judicaverit. Aliud tamen fortean voluit ἀλισμὸς Nigrini, & Ῥωμαίων παῖδας accipi de ipſis Romanis. Ingemiſcunt Romani quod ſe ſentiunt prohibitos veritate ſua & voce libera frui, ſcilicet prohibitos legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis teſtamenti quicquam elogii alterius famam læderet, niſi ſuorum, quos exhæredare leges permittebant cum elogio. Solebant autem Græci Romanique κακοήθεις, vitam & mores eorum, cum quibus graviora odia & ſimultates habuerant, teſtamento laceſſere, & hac licentia nullius exiſtimationi & famæ parcere. & ita in Codicillis Petronii *flagitia Principis ſub nominibus exoletorum, fœminarumque, & novitate cujusque ſtupri præſcripta & obſignata miſſa* Neroni apud *Tacit.* annal. 16. hanc tamen antea teſtamentorum licentiam ſenatus ſæpe in Principum gratiam inhibuerat. *Sueton.* Aug. c. 50. *Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, ne ſenatus quicquam conſtitueret interceſſit.* Hujus loci cum mentem quærerem conſului viri Clar. *Iſaaci Caſaub.* Animadverſiones, in quibus hunc Luciani locum acceptum, ut nos interpretamur, deprehendi, quod gaudeo. *J. B.*

EUTONO AF.	I	PEGASO AF.	I
ADVOLA. AF.	I	COTYNO AF.	I
DROMO HISP.	I	SICA AF.	I
PASSER AF.	I	CIRPATO AF.	I
LUPO AF.	I	MELISS. AF.	I
SILVANO AF.	I	DELICAT. MAV.	I
LUCIN AF.	I	PARATO AF.	I
EUTONO AF.	IV	BALLIST. AF.	VIII
PIRAL. AF. SE.	IV	ANDREM AF.	VIII
PARDO AF.	IV	SPICULO GAL.	VIIII
ROMULO LAC.	V	ROMULO AF.	VIIII
RAPACE AF.	V	LUPO AF.	VIIII
BAETIC. AF.	VI	PALUMB. AF.	VIIII
CAMM. AF.	VI	ROMULO AF.	VIIII
DAEDAL. AF.	VI	GLAPHYRO SPH.	VIIII
GAETUL. AF.	VI	BALIST. XIII.	III
ALCIMO	VI	MEMNO LAC.	XI
HILARO HIS.	I	BARB. AF.	I
SMARAGD. AF.	I	CALLID. CYR.	I
DRAUCO AF.	I	THELO AF.	I
ARANIO AF.	I	ARIONE AF.	I
EXACT. MAV.	I	HELIO AF.	I
PISTO CIR.	I	HIRBINO HEV.	II
PUGIO AF.	I	PALMAT. AF.	II
ANDRE. AF.	I	PASSER. TH.	II
ROMAN. GAL.	I	CATTA AF.	II
CANDID. AF.	I	PUGIO AF.	II
ABASC. THE.	XX	EXCELL.	
ARCAD. AET.	XVI	ARACIN.	
LUPO HISP.	XXII	CALLID.	
SAGIT. AF.	XI XIIX	AQUILA.	
AIACE AF.	XXX XXII	PECUL.	
AETHER AF.	XXX XXX	....	
INGEN. ING.	XXIIX	HILAR.	
ARGO APH.	XXX		
VICTORE. AF.	XXXII. XL		
INNOCE. AF.	XXVIII		

PALMAS SIBI COMPLEVIT
CALLID. AF. BALLIST. AF. QUOS EQUOS C.

J. G.

Ἐκπίλωται] Vere aſſeruit *Palmerius* hujus vocabuli ſenſum. Metaphora eſt a morbis aliisve irruentibus malis ducta. Sic ἀλ. c. 23. ἢν πόλις κῶφον πυρετὸς ἐκπιλάσῃται. & σωμ. c. 47. quo fere ſenſu etiam inferius uſurpat καταλαμβάνομαι· συγχύσει ϗ ἰλίγγῳ καταλαμβάνον. c. 21. V. etiam de hac ipſa re, Ἐν. Δ. IX. *Tacit.* An. XIII. 25. Conſule etiam, ſi lubet, Σκ. c. 5. & Φ. Δ. XVII. *M. du S.*

93. *Μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες*] Hic cogor inſtituti mei brevitati fraudem facere, quod locum obſcurum, ut multi, ita ego judicem. *B. Briſſon.* vir clariſſ. longe hoc de loco diſſerit, & poſtea vir doctiſſimus *Guther.* lib. de Jure man. Horum interpretationem æquiſſimo Lectori relinquo. Ait Nigrinus, ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τ' βίον προΐενται, τὴν ἐν ταῖς ἀγαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τ' σφετέρας ἀληθείας. *Jacob. Micyll.* interpres, *quod unam hanc vocem Romanorum pueri per omnem ætatem veram emittant, eam intelligens, quæ in teſtamentis uſurpatur, qua petunt, ne a ſua veritate depellantur.* Quibus verbis, ut equidem ſentio, vult interpres *Lucianum* intelligi de liberis exhæredatis, variis modis patris teſtamentum infirmare nitentibus, & petentibus, ut patrem liceat arguere dementiæ, prodigalitatis, & luxuriæ. Quam licentiam non ſolum in exhæredatis ſed in omnibus olim Solon, eumque ſequuti, legibus ſuis inhibuerant; ſcilicet τ' τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν. Hanc interpretis mentem eſſe facile quivis judicaverit. Aliud tamen fortean voluit ἀλισμὸς Nigrini, & Ῥωμαίων παῖδας accipi de ipſis Romanis. Ingemiſcunt Romani quod ſe ſentiunt prohibitos veritate ſua & voce libera frui, ſcilicet prohibitos legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis teſtamenti quicquam elogii alterius famam læderet, niſi ſuorum, quos exhæredare leges permittebant cum elogio. Solebant autem Græci Romanique κακοήθεις, vitam & mores eorum, cum quibus graviora odia & ſimultates habuerant, teſtamento laceſſere, & hac licentia nullius exiſtimationi & famæ parcere. & ita in Codicillis Petronii *flagitia Principis ſub nominibus exoletorum, fœminarumque, & novitate cujusque ſtupri præſcripta & obſignata miſſa* Neroni apud *Tacit.* annal. 16. hanc tamen antea teſtamentorum licentiam ſenatus ſæpe in Principum gratiam inhibuerat. *Sueton.* Aug. c. 50. *Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, ne ſenatus quicquam conſtitueret interceſſit.* Hujus loci cum mentem quærerem conſului viri Clar. *Iſaaci Caſaub.* Animadverſiones, in quibus hunc Luciani locum acceptum, ut nos interpretamur, deprehendi, quod gaudeo. *J. B.*

προέρται, ἢ ὃ ταῖς ἀληθείαις λέγων, veram emittere, ea intelligens, quæ in testa-

96. Ἵνα μὴ ἀπολ. &c.] *Ne e veris ſuis ſermonibus quidpiam incommodi capiant*: nam *veritas*, juxta *Terentium*, *odium parit*. *J. Br.*

Ἵνα . . . . . .] Senſum hujus loci, quem interpres adſecutus non eſt, explicat *Briſſonius* form. l. VII. mox ab initio. *A. V.*

Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τ᾽ σφετέρας ἀληθείας] Non melius profecto hunc locum intellexit *Bourdelotius*, quam *Micyllus*, quem deſerit ac refutat. Quid enim? an hic dicitur ingemiſcere Romanos, quod ſe ſentiunt prohibitos veritate ſua & voce libera frui, eaque prohibitio in eo conſiſtit, quod prohibiti ſint legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis teſtamenti quicquam elogii famam alterius læderet, niſi ſuorum, quos exhaeredare leges permittebant cum elogio? Quæ ſpecies prohibitionis in Græcis, nedum talis? immo quæ fortaſſe nunquam contigit? Nam quod de conſenſu *Iſ. Caſauboni* jacit, vereor, ne aliter omnibus videatur, qui modo inſpexerint lucubrationes magni ejus viri. Sed neque *Benedictus* bene, *ne ex ſua veritate damnum capiant*. Plane enim *Lucianus* vult contrarium, nempe Romanos tota vita quum ſimulate egerint, veram unam vocem edere in teſtamentis, ne ex hac ſua veritate voluptatem capiant: hoc eſt, ne poſt eam veritatis vel mentis ſuæ veriſſimam profeſſionem patefactam (quod fit aperiendo teſtamento, neque id contingit niſi poſt mortem teſtatoris, ut non videat, non ſentiat, quid animi ſit illis, quibus laqueum aut infamiam legavit) lætari poſſint eo facto, quod inimicum ulti ſint ac læſerint malo voto, neque ſi ille propterea doleat, illi eum dolentem ſpectare poſſint. Hæc ſimplex & ipſa *Luciani* ſententia. Nam cur ἀπολαύω ſumunt in malam partem? Neque hinc abire libet, quin alium locum per eandem hanc jactationem ambiguum tangam, qui eſt in Timone §. 2. qui ſic ad Iovem. ἔτω δ᾽ αὐτόν τινα ἐπανατεῖναι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲ ἢ καπνὸν ἀπ᾽ αὐτῶ μὴ ἰδεῖναι, μόνον ὃ τοῦτο οἴεσθ᾽ ἀπολαύειν τῦ τραύματος, ὅτι ἀναπληθήσον᾽ τ᾽ ἀσθόλων ubi Eraſmus, *verum hoc ſolum vulneris inferri poſſe judicent, ut fuligine compleantur*. Tan. Faber, *hocque unum ex vulnere malum ſibi accidere exiſtiment, quod fuligine operiantur atque inquinentur*. Quam interpretationem eſt alius, qui præter duas poſtremas voces repetit, & ſub titulo obſervationis negat τὸ τραῦμα hoc loco convenire, quum fuliginis fiat mentio, unde etiam ſtatim ſe legere ait καύματος, fulmenque & fulgur adurere & uſtulare dici notat. Sed mirum, ſi vel ſententiam vel elegantiam hujus loci ullo genere adſequatur. Cur enim & ille & priores ἀπολαύειν accipiunt in malam, & ad homines fulminatos applicant, non in propriam notionem voluptariamque, ut paſſim ſolet, ac mox vidimus, & rurſus in ipſo hoc Timone, ubi pari modo ἰκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους, atque ipſi Iovi attribuunt, ut prorſus debebant? ſic enim elegantiſſima ironia accipiendum; *hactenus autem* (vel *in hoc ſolo, ad hoc ſolum*) *exiſtimant te frui vulnere* (voluptatem capere ex jactu fulminis, quo ſtolide putas, o Jupiter, illis grave vulnus a te inferri) *ut operiantur fuligine*, videas modo eos nigredine obduci, quam tu male interpretaris vulnus, quum ſit ſimplex & ridicula fuligo, velut fulmine in carbones & fumum reſoluto, quum ad homines deveniat. Qui perfectiſſimus ſenſus. *J. G.*

Ἵνα . . .] Locus difficilis, ſed minime corruptus. De teſtamentis ſermo eſt, deque codicillorum Romæ licentia; quæ, aliis omnibus per dominationem ſuppreſſis, integra ſemper manſit. Cujus rei apud *Tacitum* aliosque luculenta extant exempla. Sed unicum afferre ſufficiat, Fulcinii Trionis (*Ann.* VI. 38.) qui accuſatus, & mori jam certus, *ſupremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæſaris compoſuit; ipſi* (Tiberio) *fluxam ſenio mentem, & continuo abſceſſu velut exſilium objectando. Quæ ab heredibus occultata, recitari Tiberius juſſit: patientiam libertatis aliena oſtentans, & contemptor ſua infamiæ; &c.* Nigrini ergo jam facile mentem perſpicis, *omnia Roma prater teſtamenta, adulatione aut metu falſa. Sueton.* etiam in *Aug.* LVI. *Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, ne ſenatus quicquam conſtitueret interceſſit.* Vide etiam apud *Valerium Max.* quomodo illuſerint ea ætate hominibus Romani, hæredes ſe eos ſcripliſſe per totam vitam profeſſi; quos aut præterierant, aut probris, ut ex *Tacito* abunde conſtat, laceſſebant VII. extremo. Conf. *Guth.* de jure manium III, 27. De ἀπολαύω vide H. Δ. X. XXI. & Τίμ. 1. &c. *M. du S.*

Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τ᾽ σφ. ἀλ.] In his verbis eorumque ſenſu difficultas hæret præcipua. Sed operæ pretium erit, qua fortuna locus hic fuerit conflictatus, lectori breviter ob oculos poni. *Barn. Briſſonius* de Form. lib. VII. poſtquam monuerat, accuratam fuiſſe veterum in teſtamentis ſcribendis diligentiam, teſtamenta ſpecula eſſe morum cujusque, teſtamenta denique ex Quinctiliani Declam. 332. eſſe, quibus omnem affectum fatemur, haec ſubjungit: *Quod & ſenſiſſe videtur Nigrinus apud Lucianum, cum ait:* Ὅτι μόνα φ. &c. *Quibus verbis, quorum ſenſum interpres adſecutus non eſt, hoc ſignificabat, Romanos veras demum voces tum cum ſuprema ſua ordinant mittere, nudaque eorum pectora in teſtamentis patere, nec, dum vivunt, ſua ipſos veritate utifrui, ſed ad alios ejus fructum pervenire.* Aliam omnino viam eſt ingreſſus *Jac. Gutherius* de Jur. Man. III. c. 27. is, prolatis & *Luciani* verbis & *Micylli* interpretatione, hunc in modum pergit: *Non prætermittam, quod hic dicitur, liberos a parentibus petere, μὴ ἀπ. τ᾽ σφ. ἀλ.* ne veritatis ſuæ detrimentum patiantur. *Nam ἀπολαύω in malam quoque partem uſurpari Grammatici docent. Vertit Interpres* Luciani, ne a veritate ſua depellantur, *quem auctoris ſenſum non aſſecutum* Briſſonius *Præſes aſſerit.* Hoc enim ſignificabat, *inquit*, Romanos veras demum voces &c. *Quæ mihi a Luciani mente longe remotiora videntur, quam quæ reddidit Interpres. Ego quidem veritatis ſuæ damnum capere, idem puto, ac bonis avi-*

ſamentis ſcribuntur, (quia verentur dum in vivis ſunt) ne ſibi veritas noceat. ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τ σφετέρας ἀληθείας.

vitis, aut juſta haereditate privari, quae lege obvenit, & jure quodam naturae liberis defertur. Tum probat ἀληθῆ pro δικαίᾳ, *verum* pro *juſto* poni: quibus an quid excogitari potuiſſet abſurdius, equidem neſcio: ſed *Gutherius* erroribus graviſſimis obnoxius plerumque, & caute, ſi quisquam, legendus, nihil eſt cauſae, cur nos magno opere moretur. Majorem utroque longe major lucem attulit *Is. Caſaubonus*, ad *Suetonii* Aug. notans: *Romanorum mos fuit in teſtamentis increpare alios, maledicere aliis, & liberam de quibuscunque vellent vocem edere: ideo dicebat Nigrinus apud* Lucianum: *Μίαν φ.* &c. ex quibus Virum Magnum illud ἀπολαύειν non aliter ac *Brodaeum* accepiſſe pro incommodum aut detrimentum pati, non obſcure colligitur. Fruſtra conſenſum, ut recte notatum *Gronovio*, jactat *Bourdelotius*, qui neſcio quam obſervationem ex lecto *Torrentii* ad eundem *Suetonii* locum commentario conflavit, quam vereor valde, ut ipſe ſatis intellexerit. Tandem mirifica quaedam eſt oratio, quam *Gronovius* confixit. *Romani, tota vita quam ſimulate egerint, veram unam vocem edunt in teſtamentis, ne ex hac ſua veritate voluptatem capiant, neve poſt eam veritatis vel mentis ſuae veriſſimam profeſſionem laetari poſſint eo facto* &c. (poſt mortem opinor) qualem ſententiam ab homine, qui, quid ſcribat, cogitet, nedum a Luciano potuiſſe proficiſci, ego mihi non perſuadeo. Ad me quod attinet, ſi vera eſt, quam cuncti Codd. tuentur, recepta lectio, τοὺς ἀμφὶ τὸν νεανίαν τε καὶ τὰς ἀληθείας καλινδουμένους captatores intelligo tam graviter a *Luciano* praeſertim exagitatos, quorum ſane ſtudium omne in funerum juſtis & teſtamentorum tabulis verſabatur. De iſto inſidiatorum genere quum ageret Nigrinus, hoc quin adderet inſuper, praeterire non potuit, unam Romanos tota vita veram vocem emittere, (tum nimirum, quando corvis hiantibus deluſis pro haereditate ſperata reſtim cum digniſſimis elogiis relinquunt) quam non libere quidem & palam expromant, ſed abditam ultimae voluntatis teſtimonio conſignent: cur hoc autem? ne ſcilicet ex apertis animi veris ſenſibus, quos commodi cauſa diſſimulare cogebantur, magnum ad eos malum redundaret: nam haeredipetae non omnes vilis quaedam hominum faex, ſed potentiores quoque & in principum aulis gratioſi, qui, ſi vera eorum, quorum bonis inhiabant, de ſe judicia ſcirent, pro blandiſſimis adſentatoribus inimicos ſe gererent infeſtos: erat igitur cauſa ſatis juſta, quare patefactionem arcani, ſi, dum in vivis erant, in publicum efflueret, damnoſi, poſt mortem differendam putarent. Momentum aliquod accedit ab ipſo καλινδεῖσθαι, cujus uſus fere frequentiſſimus in rebus inhoneſtis ac turpibus: exempla petere licet a *Budaeo* C. L. G. p. 828. *Berglero* ad *Alciphr.* p. 95. Hoc autem modo fieri plane non poteſt, quin ἀπολαύειν τ σφετέρας ἀληθείας in deteriorem partem ſumatur. Verumtamen nexu orationis expenſo inducor pene, ut in aliam plane ſententiam diſceſſionem faciam. Primum exigua mutatione ſcripturae vulgatae ſubveniendum putem: ἵνα μὴ ἀπολαύουσι τ σφετέρας ἀληθείας, *ubi*, id eſt, *quibus in teſtamenti tabulis nullum capiunt veritatis fructum*: quinam? οἱ Ῥωμαίων παῖδες οἱ ἀμφὶ τὴν νεανιεν τε καὶ τὰς ἀληθείας καλινδούμενοι, quos tum interpretor *Romanos, qui ſollicitam curam ac diligentiam condendis teſtamentis adhibebant*, ea propemodum virtute, qua de Cyro *Xenophon* ſcripſit K. Π. I. p. 8. v. 38. ἀλλ' ἐκαλινδεῖτο ἐν τῇ πειρᾶσθαι αὐτὸς βέλτιον ποιεῖν. *Iſocrat.* περὶ τ Ἀντιδ. p. 316. B. τ περὶ τὰ δικαστήρια κυλινδουμένων. *Alciphr.* I. p. 108. οἱ περὶ τὰς ψήφους & τ δικτύλων τὰς κάμψεις εἰλινδούμενοι. Deinde μίαν φωνὴν ἀληθῆ προίεσθαι ita fere, quomodo fecit *Briſſonius*, accipio, *veros animi affectus, remotis utilitatibus, cunctisque ad ſeverum examen adductis profiteri*: cum *Lucretio* dicas, quanquam ille alia paululum in re III, 58. *Nam verae voces (φωναὶ ἀληθεῖς) tum demum pectore ab imo Eliciuntur, deripitur* (ſic legendum arbitror) *perſona, manet res.* Eximius inprimis *Senecae* locus, quem *Briſſonius* quoque advocare non praetermiſit, de Benef. IV. c. 11. *Quid cum ipſo vitae in fine conſtitimus, cum teſtamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? quantum temporis conſumitur, quamdiu ſecreto agitur, quantum & quibus demus? Quid enim intereſt, quibus demus, a nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis judicia noſtra torquemus* (hoc eſt illud καλινδεῖσθαι, & modo, *quantum temporis conſumitur*) *quam ubi remotis utilitatibus ſolum ante oculos honeſtum ſtetit: tamdiu officiorum mali judices, quamdiu illa depravat ſpes ac metus, ac inveteratiſſimum vitium voluptas. Ubi mors intercluſit omnia, & ad ferendam ſententiam incorruptum judicem miſit, quaerimus digniſſimos, quibus noſtra tradamus, nec quicquam cura ſanctiore* (vides μίαν ἀληθῆ φωνὴν) *componimus, quam quod ad nos non pertinet.* Nihil ad hunc *Luciani* locum accommodatius proferri poteſt: ſic autem continua ſerie cohaerebit oratio tota, dum teſtamentorum diligentiam ab hac quidem parte laudat Nigrinus, quod veritas, cujus cultus omnem vitam debuerat ornare, hic tandem excuſſo ſinu & nudato patefiat; ab altera vero multo magis vituperat, quia ſtuporem mentis & rerum inaniſſimarum ſtudia voluntatis ultimae chartis mandata teſtificentur. Ἵνα μὴ ἀπολαύουσι vero pro οὐ αἷς οὐκ ἀπολαύουσι non eſt, ut multis apud Graecae linguae peritos probem. Recte porro veritatis in teſtamenta reconditae fructum capere dicuntur nullum, qui ſervientes utilitati ſuae ſub perſona vivunt, & ſaepe, ne aliorum in offenſionem incurrant, cariſſimos affectus procul a ſe habent. Haec qualiacumque lectoris eruditi arbitrio permitto, tam non ipſe conjecturae meae fidens, ut ſuſpicer etiam impoſitum eſſe gravius aliquod vulnus huic loco, cui medicina ſine meliorum Codicum ope non ſit parata. De teſtamentorum licentia praeter alios *Lipſius* egit ad *Tacit.* Ann, VI, 38. XIV, 50. *Micyllus* vel legit, neſcio quo pacto deluſus, vel legendum putavit, ἵνα μὴ ἀπολαύουσι τ σφετέρας ἀληθείας. T. H.

ἃ δὲ ᾗ μέλαξυ λέγοιτο αὐτῷ γελᾶν προήχθην, ὅτι καὶ συγκαλορύτλειν ἑαυτοῖς ἀξιῶσι τὰς ἀμαθίας, ᾗ τὴν ἀναλγησίαν ἐγγραφον ὁμολογοῦσιν· οἱ μὲν ἑαδῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες συγκαλαφλέγεσθαι, οἱ δ' ἄλλο τι τῶν περὶ τὸν βίον τιμίων· οἱ δὲ ᾗ τοὺς παραμένειν τινὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις· ἔνιοι δὲ ᾗ φέρειν τὰς στήλας ἄνθεσιν, εὐήθεις ἔτι ᾗ τοὺς περὶ τὴν τελευτὴν διαμένοντες.

Quæ vero dum ab eo dicebantur, risum tenere non potui, (haec nimirum sunt) quod & secum sepeliri ignorantiam suam velle eos ajebat, & stultitiam suam aperte scripto etiam testari, dum hi vestes, alii aliud quid eorum, quae per vitam fuerant carissima, comburere eodem rogo secum mandant: alii & servos certos ad sepulchra adstare: alii etiam cippos sertis coronari præcipiunt, stolidi videlicet etiam ipsa morte manentes.

Εἰκάζειν ὦν [a] ἠξίουν, τί πέπρακται τούτοις περὶ τὸν βίον, εἰ τοιαῦτα περὶ τοῦ μετὰ τὸν βίον ὑποσκήπτουσι. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς τὸ πολυτελὲς ὄψον ὠνουμένους, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμ-

31. Conjecturam igitur inde fieri volebat, quid in vita ab illis actum sit, quando talia de iis, quæ post mortem secutura sint, testamentis mandant. Hos enim illos esse, qui cara obsonia emunt, vinumque in conviviis

[a] Ἠξίου] Edd. priores ἠξίουν.

1. Ἑαδῆτας ἑαυτοῖς] Cætera hujus paginæ copiose exequitur μελίτη de Luctu: & dixere nuper viri doctissimi. *J.B.*

2. Συγκαλαφλέγεσθαι] De funebribus ceremoniis & earum irrisione plura reperies in *de Luctu* & in *Charonte*. Has funebres expiationes submovit *Lycurgus*, nec concessit, ut quicquam una cum cadavere sepeliretur, (nam aliae nationes, si quid fuisset vivo charissimum, id mortuo addebant in sepulchrum, damnosa simul & ridicula superstitione, quasi mortui sentiant aliquid) sed in puniceo amictu & oleae foliis ex aequo politos omnes sepeliri jussit. *G.C.*

Ibid. Οἱ δ' ἄλλο τι] Hæc verba, quæ in reliquis deerant ex Ed. *J.* & *V.* 2. supplevimus. Agnoscit etiam *Brisson.* de form. VII. teste *Vorstio*. *M. du S.*

6. Παρὰ τὴν τελευτὴν] Ut in Tyrannic. §. 1. ubi perperam interpretati sunt: πρὸς τῇ τελευτῇ *Chrysippus* apud *Athen.* IV. p. 159. B. Rectum hoc quidem, ac non plane abjiciendum: at longe praetulero πέρα τῆς τελευτῆς, *ultra mortem*, quod si subjeceris, convenient utique multo melius ἔτι ᾗ & ἀφομοίοις & mox μετὰ τὸν βίον. *Pers.* VI, 41. *Haec cinere ulterior metuas?* ibi vide *Is. Casaubonum*. Haec duo vocabula saepe confusa: pro ἐφόδῳ τοῦ μιτρίου apud *Sozomen.* VI. c. 1. in Cod. Fuketiano *H. Valesius* invenit πέρας τοῦ μιτρίου, quod solum sine controversia verum est: *Strab.* XIV. p. 942. B. παῤῥησιασάμενον πέρας τοῦ μιτρίου, vel πέρα, quod ἀτλικώτερον in Mss. extat. Prave legitur in *Hesych.* Βῆς ἐπὶ γλαίσῃ, τὰς ἐφόδους παῤῥησιαζομένους· restituendum ex *Zenobio* πέρα. *T.H.*

7. Ἠξίουν] *Vorst.* ἠξίου. Ego vero ἄξιον a *Luciano* scriptum fuisse existimem. *M. du S.*

Ἠξίουν] Verissime *Vorstius* ἠξίου· quod reponere non dubitavi. Ad Nigrinum ipsum pertinet, ut supra §. 25. 27. *T.H.*

Ibid. Τί πέπρ. τούτοις] Qui vana haec & ridicula esse omnia nunquam didicerunt. *J.Br.*

10. Καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μὴ κρόκου τε ᾗ ἀρωμάτων ἰσχίοντας] Sic Dialogo Panopes & Galenes, τοὺς μὴ μύροντας, ἰνίων ᾗ κροτούντων. *Th.M.*

Τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μὴ κρόκου τε ᾗ ἀρωμάτων ἰσχίοντας] Hæc male convenire videntur. Quid enim commune habet plausus cum aromatibus? Ergo non dubito debere legi μὴ κρόκου vel κρόκου ᾗ ἀρωμάτων ea enim optime conjunguntur, ut & crocus vino. Nam ea misceri solere, & in deliciis fuisse eam mixtionem testis est *Plinius* lib. 21. cap. 6. ubi de croco loquitur: *Usus ejus in coronis nusquam, herba enim est folio anguste pene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, praecipue dulci tritum* &c. Hæc *Plinii* verba omnino firmant nostram conjecturam. *J.P.*

21. Μετὰ κρότων] Sic legit interpres, quod ex fide Mss. & impressorum Codd. retinendum censuimus. Monebat tamen Cod. Florent. meus, in cujus margine docti cujusdam manu scriptum κρόκων: quod etiam reperi in amicissimi mei viri clarissimi *Petri Golmani* Cod. Angl. his accedebat nobilissimi Senatoris Burdigalensis *Godofredi Maluyni Primetii* calculus: sed quoniam hoc ipsum saepe *Lucianus* repetit, non ausus sum tolerandam lectionem movere; monere sufficiat. Et, ut libere fatear, raro Graeci plurative κρόκων efferunt. Cur vino miscuerint, rationem reddit *Dioscor.* cap. 25. l. 1. Hac de re viri doctissimi ad *Propert.* & *Martialis* Amphitheat. *J.B.*

Μετὰ κρότων] P. etiam. Vide *Plutarch. συμπ. Probl.* III, 1. Ed. *St.* 1150, 1. quo loco croci vires in vino sumpti narrat. Adi etiam eundem VI, 7. 1253, 2. quibus confirmantur quæ de hoc more *Palmerius* habet. *A. Gell.* X, 144. Vide etiam *Sueton. Ner.* 25. Mox pro ἀρωμάτων, in L. est ἀκροαμάτων. prave. Itali etiamnum adhibent, præsertim Romæ. *M. du S.*

Μετὰ κρότων] Nihil erat, cur *Bourdelotius* κρόκων rescribere vereretur: audi *Crefollium* Th. Rhet. III. c. 20. §. 9. *De conviviis* (ibi plausus dari consuevisse) *probare* Luciani *forte locus videatur in Nigrino, cum luxum & divitum profusiones describit.* Hos, *inquit*, illos

viviis cum croco & odoribus effundunt: qui media etiam hyeme roſis opplentur, quas, dum raræ ſunt & intempeſtivæ, amant: tempeſtivas & a natura (nullo cogente) datas tanquam viles faſtidiunt. Hos illos eſſe, qui & unguenta bibunt: &, quo nomine vel maxime eos carpebat, qui ne uti quidem cupiditatibus ſcirent, ſed & in hiſce peccarent, finesque earum confunderent, animum voluptatibus undique conculcandum permittentes, & quod in Tragœdiis atque Comœdiis dicitur, alia quavis parte potius quam per patentem januam, irrupturos ſuas animas.

ποσίοις μὴ [b] κρόκων τε καὶ [c] ἀρωμάτων ἐγχέοντας, τὰς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένας ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ τὸ ὡραῖον ἀγαπῶντας, [d] τὸ δὲ κατὰ καιρὸν, καὶ κατὰ Φύσιν, ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας· τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας· ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτοὺς, ὅτι μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ὀπθυμίαις, ἀλλὰ καὶ ταύταις ὡδυνομοῦσι, καὶ τοὺς ὄρους συγχέουσι, πάντοθεν τῇ τρυφῇ ὡδὸν διδόντες αὐτοῖς τὰς ψυχὰς παλεῖν, καὶ τοῦτο δὲ τὸ κατὰ ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ ὡδοὺς θύρας εἰσ-

ειαι-

b Κρόκων] κρόκων A. P. Edd. priores κρότων. *c* Ἀρωμάτων] ἀκρωμάτων L. *d* Τὸ δὲ κατὰ καιρὸν] τὸ δὲ ἐν κ. . . . . ὡς εὐτελῶν ὑπερφρονοῦντας *J.*

illos eſſe, qui pretioſa ac cara opſonia emere ſolent, καὶ τὸ οἶνον εἰς τ. ε. μ. κρότων τε κ. ἀ. εἰς. *vertunt*, vinumque in conviviis cum plauſu & odoribus effundunt. *Mihi dubium nullum eſt, quin mendoſus ſit iſte locus, & legendum* μὴ κρόκων *intelligit enim Lucianus quam ſparſionem vulgo vocant, ſive* imbrem odoratum, *qui ex croco fiebat, vino vel aqua diluto, non modo in theatris, verum etiam in conviviis:* κρόκον ῥαινόμενον *Graeci vocant, Ovidius* liquidum crocum, *Corycium* imbrem *Martialis. De hujusmodi croco & aromatibus vino mixtis eſt ſplendidus locus Plutarchi in* Sympoſiis VI, 2. VII. *qui Lucianum maxime illuminare poteſt: ſic enim ille,* τὸ οἶνον οἱ μὲν ἀλόαις χρατίζοντες, καὶ κιναμώμοις ἢ κρόκοις ἐφθύουσιν, vinum aloe aut cinnamomo vel croco inficiunt. &c. *Sed hoc obiter, ut plauſum, qui Luciani crocum omnem ebiberat, leviter emendaremus.* Viden ut *Plutarchus* κρόκοις extulerit plurative. In lautioribus autem conviviis frequens aderat crocus: *Liban.* Decl. XXXVII. p. 803. C. de nuptiis: λαμπτήρων δεῖ τόσων, ὡδοποιοῦ, οἴνου πολλοῦ, μύρου, κρόκου. *Ariſtoph.* Nub. v. 51. *Longolius*, quem nulla vitii in κρότων ſuſpicio tetigerat, ut huic congruens vocabulum adjungeret, ἀρωμάτων mutandum cenſuit in ἀκρωμάτων: eſt enim haec nuda tantum conjectura, non libri cujusdam ſcripti lectio: inepte vero: explicare perquam erit difficile, quid ſit οἶνον ἐγχεῖν μὴ ἀκρωμάτων. Potes autem vel ſejungere οἶνον, κρόκον & ἀρώματα, vel οἶνον μὴ κρόκων τι ἢ ἀρωμάτων intelligere vinum croco atque aromatibus imbutum paratumque: familiare Medicis non ſolum οἶνον ἄλοε, ſed & μὴ ῥόδων pro ῥόδινον. *T. H.*

12. *Μέσου χειμῶνος*] *Mamertin.* Grat. Act. c. 11. *Quin etiam prandiorum & coenarum magnitudines populus Romanus ſanciebat, cum quaeſitiſſimae dapes non guſtu, ſed difficultatibus aeſtimarentur, miracula avium, longinqui maris piſces, alieni temporis poma, aeſtivae nives, hibernae roſae.* Ibi *J. Livinejus* iſta *Luciani* non praetermiſit ab aliis etiam eandem in rem ſaepe producta. Conſimilis *Pacati Drepanii* & elegans locus a *Laev. Torrentio* notatur ad *Horat* I. Od. 38. v. 3. ſed *guſtu* calami vitio ſcriptum pro *ſumtu*. Plura dabit *Def. Herald.* ad *Martial.* V. Ep. 66. *T. H.*

13. Καὶ τὸ σπάνιον] Invehitur ſapienter in prodigos & voluptuarios illos Sybaritas, τὰ κατὰ καιρὸν ἢ κατὰ φύσιν, ὡς εὐτελῆς ὑπερφανοῦντας, qui communia naturæ munera faſtidiunt, μόνον ἀγαπῶντας ὡδὸν ἀκραιρον. Tangit hoc *Horat.* in Satyr. Sic apud *Juvenal.* Sat. II.

Magis illa juvant quæ pluris emuntur.

Sic apud *Petron.*

Quidquid quæritur, optimum videtur.

Coripp. lib. 4.

Quidquid latet extat honorum. *J. B.*

Ibid. Παράκαιρον] *Capitolinus* in Vero 5. *Alieni temporis floribus corona* intertextæ. quo forſan *Lucianus* reſpexit: nam nobile hoc fuit convivium. *Menander* γνωμ. p. 161. Ed. *Hemſt.* ea voce utitur. ἡ γὰρ ὡδὸν ἀκραιρος ἡδονὴ τίκτει βλάβλν. *M. du S.*

16. Τὰ μύρα π.] *Vinum unguento perfuſum.* *J. Br.*

Τὰ μύρα π.] Οἶνον μυρίνων. Vide *Heſych.* *AElian.* V. H. XII, 31. & Comm. *T. H.*

22. Παρὰ θύρας] *Neglecto per fores apertas ingreſſu, alio in aedes aditu perrumpunt.* Cum enim licat vino aut aqua ſitim explere, quid aromata aut unguenta potui miſcere convenit? *Eraſm.* in Prov. *Ita fugias, ne praeter caſam*, hoc aliter explicuit. *J. Br.*

Παρὰ θύρας] *Lucianus Eraſmo* reſpexiſſe viſus eſt ad hoc adagium Demiphonis Terentiani in Phormione: *Ita fugias, ne praeter caſam*: quo quidem admonemur, ne ſic aliquod vitium fugiamus, ut in aliud majus incauti devolvamur. *G. C.*

διαζόμενοι. Σολοικισμὸν οὖν ἐκάλει τὸ τοιοῦτο τῆ ἡδονῶν.

ruentes. Solœciſmum igitur vocabat tale voluptatum genus.

Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς γνώμης καὶκεῖνα ἔλεγεν, ἀτεχνῶς τῷ Μώμῳ τὸν λόγον μιμησάμενος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐμέμφετο τῷ ταύρῳ τὸν δημιουργὸν θεόν, ὅτι πρόσθεντα τοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ κέρατα, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ᾐτιᾶτο τοὺς στεφανουμένους, ὅτι μὴ ἴσασι [a] τῷ στεφάνῳ τὸν τόπον. εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ ὀσμῇ τῶν ἰῶν τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφε-

32. Ceterum & hoc ex eadem ſententia dicebat, prorſus Momi dictum imitatus. Ut enim ille reprehendebat tauri artificem deum, quod cornua ante oculos non poſuiſſet: ita & ipſe inſcitiæ arguebat eos, qui corollas in capite geſtabant. Nam ſi odore, inquiebat, violarum, roſarumque delectantur, ſub naribus potiſſimum eas collocari oportebat,

a Τῷ στεφάνῳ] στεφ. τινες. Margo *A* 1 *W*.

Παρὰ θύραν] Quid de hoc adagio ſentiat *Eraſmus* jam alii monuerunt. Ego vero legendum putarem περὶ θύραν, ut ſimilitudo ducta ſit ab his, qui in aliquem locum ingredi cupientes vel inde egredi, in ipſo limine ita ſeipſos premunt, ut ſibi ipſis ſint impedimento. Hos ſic videtur deſcribere *Phædrus* Fab. 5. lib. 2.

Eſt ardelionum quadam Roma natio
Trepide concurſans, occupata in otio,
Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi moleſta, & aliis odioſiſſima. *J. B.*

Παρὰ θύραν] *Lucan.* II. (p. 44. B.)

—— *Non tam portas intrare patentes*
Quam fregiſſe juvat.

V. *Plutarch.* συμπ. προβλ. II, 2. 1096, 1. μὴ θυκῶμεν τῇ αὐλείᾳ τὸ τύφον ἀποκλείοντες εἰσάγειν τὴν παραθύρα. Ex quibus verbis emendandus hic locus & legendum τῇ θυρίθρᾳ, quam vocem in lexicis fruſtra quæras, quinquam proba eſt, & *poſticum* notat. *M. du S.*

Παρὰ θύραν] *Eraſmus* vertens, *jam & præter caſum incitati*, Terentianum illud adagium, *Ita fugias, ne præter caſum*, quo Lucianum reſpexiſſe opinatur, minime percepit: ejus enodati laudem debemus, cui tot alia, *J. Fr. Gronovio* Obſ. III. c. 9. nihil ergo inter iſtud proverbium & *Luciani* verba eſt commune. Quamobrem recte quidem *H. Stephanus* animadvertit: *vereor, ut nimis violenta ſit* (Eraſmi) *interpretatio, & hic* Luciani *locus obtorto, quod ajunt, collo ad Latini proverbii ſenſum trahi videatur*: ſed ipſe, quum haud ſcire ſe teſtatur, *an referri poſſit ad id, quod ſæpe legitur apud hiſtoricos, qui deſcribentes magnam hominum turbam certatim properantium irrumpere in aliquem locum, dicunt eos ἀθίζεσθαι περὶ τὰς θύρας vel τὰς πύλας*, vehementer fallitur: nam quod addit, *fateor quidem non περὶ θύραν hic legi, ſed* ὦθος *verum niſi errorem librarii hic eſſe ſuſpicabimur, παρὰ θύραν hic ita accipere poterimus, ut apud* Ariſtophanem τὴν εἴσοδον *pro* κατά, nequaquam reſpondet ad illam, quanta erat in *H. Stephano*, literarum Graecarum cognitionem: hoc tamen a *Bourdelotio* recoctum. Veriſſime *Brodaeus* explicuit, nec quicquam omnino eſt mutandum. De *Plutarchi* τῇ θυρίθρᾳ *Torrentium* vide ad *Horat.* I. Ep. V, 31. Nos hoc de toto loco alias pluribus agemus. *T. H.*

23. Σολοικισμὸν] *Soloeciſmus* per translationem late accipitur, ut quicquid perperam fit, nec recte nec ordine peragitur, dicatur *ſoloeciſmus*. De hoc affatim ad *Lucian.* de Saltat. ſcripſimus. *G. C.*

Σολοικισμὸν] Solœciſmus non ſolum in verbis, ſed etiam in factis, & ſic aliquando uſurpat *Ariſtotel.* unde miror *Gellium* c. 20. lib. 5. ſcribere ſe apud Græcos hanc vocem non legiſſe. *J. B.*

Σολοικισμὸν] Sic *Plutarch.* II. p. 520. B. σολοικισμὸν βίου dixit. *L. K.*

Σολοικισμὸν] Vide etiam Ὀργ. c. 80. & quæ ibi a me notata ſunt. *M. du S.*

26. Τῷ Μώμου] *Ariſtot.* de Part. Anim. III. c. 2. meminit Momi, qui naturam incuſarit, quod bobus cornua in capite, ac non in armis potius addiderit; videlicet, quo vehementius poſſint ferire. Ad quod alluſiſſe videtur idem *Lucianus*, quum in II. Ver. Narr. libro ſcribit, ſe vidiſſe boves quosdam, quibus cornua ineſſent non in fronte, quemadmodum reliquis, ſed ſub oculis, idque ita viſum eſſe Momo. *G. C.*

Τῷ Μώμου] Hanc Momi accuſationem ſæpe repetit. In quibusdam Codd. vice hujus orationis liberæ legitur hic Jambus:

Μέμφεῖο τῷ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεόν. *J. B.*

27. Τῷ τ. τὸν δ. θ.] Neptunum. *J. Br.*

Τῷ τ. τὸν δ. θ.] Neptunum. Fabula notiſſima eſt ex ejusdem *Luciani* Hermot. quam compendio recenſet: is enim Momi dentes in tauro effigiando non vitavit. *G. C.*

30. Στεφάνου τὸν τόπον] Utebantur quidem veteres coronis, ſeu ſertis, collo circumdatis; quod abunde evincunt *Plutarch.* & *Athen.* loca a *Palmerio* citata; ſed non

iis

bat, juxta ipsum, quam proxime fieri potest, spiraculum, ut quamplurimum inde voluptatis attraheret.

θαι, παρ' αὐτὴν ὡς οἷόν τε ἢ ἀναπνοὴν, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων ἡ ἡδονῆς.

33. Eos quoque irridebat, qui miram quandam diligentiam in apparandis cœnis adhibent, dum condimentorum varietatem, & cupediarum bellariorumque curiosam compositionem sectantur. Nam & hos brevis ac momentaneæ voluptatis amore multa negotia sustinere aiebat. Indicabat autem, quatuor illos digitorum

Καὶ μὴν κἀκείνους διεγέλα, τοὺς θαυμάσιόν τινα ἢ σπουδὴν περὶ τὰ δεῖπνα ποιουμένους, χυμῶν τε ποικιλίαις καὶ πεμμάτων παρεργίαις. καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ἔφασκεν ὀλιγοχρονίου τε καὶ βραχείας ἡδονῆς ἕνεκα, πολλὰς [b] πραγματείας ὑπομένειν. [c] ὑπέφαινε γὰρ τέσσαρων δακτύλων αὐτοῖς εἶνε-

[b] Πραγματείας] πρ. ὑπ' ἀμαθίας C. [c] Ὑπέφαινε] ἐπίφαινε Margo A 1 W.

39. Τῆς ἡδονῆς] Περὶ ἡδονῆς, καὶ ἐφ' ὅσον τις ἢ λόγῳ ταύτης μετὸν ἐπὶ τέσσαρων δακτύλων μήκει * ἐκτετομένου. V.
καρπὸν δρέπεται, καὶ ὅτι μέχρι τοῦ φάρυγγος, καὶ τούτου

* Ἐκτετομένου] Ἐκτετμένε scriptum fuit, sed legendum ἐκτετομένου. Confudit librarius hic sonum τῆ I & EI. J.C.

iis solis. Nam & caput coronare Græcis etiam usitatissimum. Ne longius abeam *Anacreon* ipse, quem ab *Athenæo* laudatum in *Palmerii* nota legas, apud ipsum *Athenæum* p. 674. C. & in *Odario* XXI. Ed. *Tan. Fabri*, morem hunc Græcum fuisse testis est luculentus:

Δότε δὴ ἀνθέων ἐκείνων
Στεφάνους δὴ οἵους (*Casaub.* in suo Cod. legit ὅπως) πυκάζω
Τὰ μύστικά μου πυκάσαι.

Sic apud *Lucianum* ipsum δὶς κατ. c. 16. *Polemo* describitur τῷ κεφαλῷ τοῖς στεφάνοις διαθεσμοθέτῳ. Vide Præfecti ad M. Aurelium apud *Volcat.* in *Cass.* 5. epistolam; *flores de CAPITE, collo, & sinu militi excutit.* ubi hi ipsi milites *Græcanici* dicuntur. Plura, in re usque adeo obvia, describere piget. Consule *Paschal. de Coronis.* Carpit ergo non *Græcus*, ut hic *Palmerio* visum, sed *Philosophus*, morem Græcis æque ac Romanis familiarem; cujus originem assignat *Athenæus*, quod potu nimio cum incaluissent caput, primo redimiculis, deinde hedera, aliisve refrigerantibus mederi cœperint; quæ omnia tandem floribus mutata sunt, odore, præter usum primarium, etiam insuper gratis. Idem autem sentiebat Nigrinus cum Diogene, qui *non caput unguento, sed pedes delibutus*, ajebat odorem inde sursum ad nares ferri, qui a capite in aërem frustra abiret. *Diog. Laert.* p. 147. B. quam in rem adducit ad eum locum *Menagius Minutii Felicis* & *Septimii* verba coronas e floribus capiti aptatas ridentium. *M. du S.*

32. Ὑπὸ τῇ ῥινὶ] Octavius apud *M. Felic.* hujus loci erit commentarius. *J.B.*

Ὑ. τ. ῥ.] Ex Apophthegmate *Diogenis.* *Th.M.*

Ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἔχρην αὐτὸς σίφιος] Suggillat homo Græcus Romanorum imperitiam. Nam Græci & præcipue Æoles & Iones coronas circa collum in pectus pendentes gerebant in conviviis. Id nos docet *Plutarchus* Sympos. 3. cap. 1. & tales coronas vocabant ὑποθυμίδες vel ὑποθυμιάδας, ut melius censere videtur *Athenæus* lib. 15. pag. 678. his verbis: ὑποθύμις ἡ ὑποθυμιάδος σίφωνι παρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν, ἃς περὶ τὸν τράχηλον περιτίθεντο, ὡς σαφῶς ἐκ μαθεῖν ἐκ τῶν Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεων, id est, *hypothymis & hypothymiades corona sunt apud Æoles & Ionas, quas circa collum circumponebant, ut aperte licet discere ex Alcæi & Anacreontis versibus.* Scilicet *hypothymiades* dicebantur ἀπὸ τῆ ὑποθυμιάζειν a suffitu vel suffumigatione, quoniam infra nasum positæ cerebrum suo suffitu juvabant, ut ait *Plutarchus* dicto loco. *J.P.*

Ὑπὸ τῇ ῥινὶ] *Menagii* locus est ad *Diogen. L.* VI, 39. adde *Wouwer.* ad *Minuc. Fel.* p. 43. Ὑποθυμιάδας Græci vocant corollas collo circumplexas: in *Hesychio* pro Ὑποθύμιος propius repones Ὑποθυμίας, quam, quod alii voluerunt Ὑποθυμίς. Vid. *Athen.* XV. p. 678. D. *Plutarch.* Symp. II. p. 641. E. ὑποθυμιάδες cur dictæ fuerint, exponit. *T.H.*

34. Ἵν' ὡς πλ. ἀνίσπων] Ἀντὶ τῦ ἀναστῶν, inquit *Bud.* C. L. G. p. 46. 953. eamque structuram in ἵνα, qua Indicativum rarius adsciscit pro Subjunctivo, exemplis probat: adsentitur *H. Stephan.* App. de D. A. p. 137. Quidni vertas? *ubi quamplurimum attraherent voluptatis*, servata vulgari forma. Utrum malis, haud sane multum interest. *T.H.*

41. Τεσσ. δακτ.] Quo spatio e cibo ex ore in stomachum delabente voluptatem capiunt homines. *J.Br.*

Τεσσάρων δακτύλων] Sermo est de voluptate gustu, καὶ ἐφ' ὅσον τις ἀφ' ἡδονῆς καρπὸν δρέπεται καὶ ὅτι μέχρι τοῦ φάρυγγος, καὶ τούτου μηδὲ ἐπὶ δ δακτύλων μήκει ἐκτετομένου. Breve iter hujus voluptatis tangit sæpe alibi, ut *Suet. Athen.* alii. *J.B.*

ἕνεκα πάντα πονεῖσθαι τὸν πότον, ἐφ' ὅσῳ ὁ μήκιστος ἀνθρώπῳ λαιμός ἐστιν. ὅτε γὰρ, πρὶν ἐμφαγεῖν, ἀπολαύειν τι τῶν ἐωνημένων, ὅτε βρωθέντων, ἡδίω γενέσθαι τὸν ἀπὸ τῶν πολυτελεστέρων πλησμονήν· λοιπὸν ἂν εἶναι τὸν ἐν τῇ παρόδῳ γιγνομένην ἡδονὴν τοσούτων ὠνεῖσθαι χρημάτων. εἰκότα δὲ πάσχειν ἔλεγεν αὐτούς, ὑπ' ἀπαιδευσίας τὰς ἀληθεστέρας ἡδονὰς ἀγνοοῦντας, ὧν ἁπασῶν φιλοσοφία χορηγός ἐστι τοῖς πονεῖν προαιρουμένοις.

Περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις δρωμένων πολλὰ μὲν διεξῆλθεν, τὸ πλῆθος τῶν ἑπομένων, τὰς ὕβρεις, τοὺς ὀπτευομένους τοῖς οἰχέταις, καὶ μικρῷ δεῖν ἐκφερομένους. ἓν δέ τι καὶ μάλιστα μισεῖν ἔφυκεν, πολὺ δ' ἐν τῇ πόλει τοῦτο ἐν τοῖς βαλανείοις ὀπχωριάζον. προϊόντας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βοᾶν, καὶ προαγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτούς, τὸ καινότατον, ὅτι βαδίζουσι. δεινὸν ἂν ἐποιεῖτο, εἰ στόματος μὲν ἀλλοτρίου δεηθέντες μὴ δέοιντο, μηδὲ χειρῶν, μηδὲ τῶν ὤτων ἀκούοντες, ὀφθαλμῶν δὲ ὑγιαινόντων ἀλλοτρίων δέοιντο προσφομένων, καὶ ἀνέχοντο φωνὰς ἀκούοντες δυστυχέσιν ἀνθρώποις πρεπούσας, καὶ

causſa totum hunc ſuſcipere laborem ſolere; quorum menſuram vix longiſſimum hominis guttur æquet: neque enim antequam edant, ullam ex emptis tanto pretio cibis voluptatem eos capere: nec devoratis, ſuaviorem, quam quæ ex ceteris vilioribus fit, repletionem reddi. Reſtare igitur, ut illam, quæ velut in transcurſu percipitur, voluptatem, tam grandi pecunia mercentur. In hæc autem abſurda delabi eos minime mirum, utpote qui imperiti veriorumque voluptatum ignari, quas omnes Philoſophia iis ſuppeditat, qui laborare volunt.

4. Ergo pretium ob socordiam ab iis tulisti, cui nemo hodie rem sacram facit, nec coronam quidem imponit, nisi forte unus aut alter quasi Olympiorum corollarium, idque qui tibi præstat, rem se haud sane perneceſſariam facere existimat, sed veteri nescio cui instituto id dandum credit. Illi te, o deorum præstantissime, paulatim in Saturni locum redigunt, qui te omni honore

47. Ἔν τι κιβώτιον] Ὡς ἐπὶ τῷ Νῶε ὁ κατακλυσμὸς γέγονε. *V.*

51. Τἀπίχειρα] Μισθούς, τὰ ἀφ' ἑαυτῶν κέρδη τὰ ἐπίχειρα, * τὰ ἐπιχειρήματα, αἱ ἀνταποδόσεις. *V.*

* Τὰ ἐπιχειρήματα] Interpretatio sane mala, si vulgari significatione capias: an apud recentiores unquam ea potestate, quae conveniat τοῖς ἐπιχείροις, haec vox fuerit usurpata, mihi non constat. *T. H.*

47. Κιβώτιον] *Deucalionis naviculam.* *J. Br.*

48. Τῷ Λυκωρεῖ] Lycori oppido prope Delphos, quod etiam *Lycoria* dicitur. *J. Br.*

Τῷ Λυκωρεῖ] Ad Parnassum appulisse alii tradunt. V. *Apollod.* I. p. 10. BC. *M. du S.*

49. Ζώπυρον] Recte observat *Thomas Magister* dictum hoc a Platone esse desumptum; quem vide *de Legg.* III. ab initio fere, Ed. Lugd. p. 585. C. D. ὀλίγα κορυφαῖς πού σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ἀφιδρυσαμένους. Sic passim *Origenes c. Celsum* locutus; Vide p. 194. 216. *M. du S.*

Ζώπυρον] *Platonem* imitatus etiam *Dionys. Halic.* A. R. p. 36. v. 39. μικρὰ ἄττα ἀφιδρύσασθαι ζώπυρα τοῦ Πελασγικοῦ γένους. p. 35. v. 34. ζώπυρα ἄττα ἀθελεσιτόκια τοῦ παλαιοῦ γένους· plures alii; ne de patribus ecclesiae dicam, qui saepius in Noacho, ad cujus familiam arctis oppido limitibus inclusam tota spes generis humani redierat, hanc locutionem ponunt. Tu vide *J. Fr. Gronovium* Obs. IV. p. 42. *T. H.*

50. Κακίας μείζονος] Deteriores enim postea abierunt homines, quam prius fuissent. *J. Br.*

51. Τἀπίχειρα] Solent haud raro, quemadmodum μισθὸν, per illusionem ponere: vid. *Suid.* in Τἀπίχειρα· quod in *Aeschylo* legitur P. V. v. 28. Τοιαῦτ' ἀπήμεσι τοῦ φιλανθρώπου τρόπου vetustior Scholiastes non ineleganter exponit, τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἐπίχειρα τοιαῦτά σοι ἐγένετο ex ipso Tragico v. 319. *Philo Jud.* de Somn. p. 1119. D. ταῦτ' ἐστὶ τὰ ἀκαίρου παῤῥησίας τὰ ἐπίχειρα· prave legitur ἐπὶ. *Diodor.* XIII. p. 387. B. οἱ μὲν γὰρ ἐξαπαλθέντες ἐπίχειρα τῆς ἀνοίας (non ἀγνοίας) ἔλαβον. Praeclarum est illud *Euripidis* apud *Clem.* Str. IV. p. 496. B. *Sola rerum humanarum virtus* οὐκ ἂν θυραίων τἀπίχειρα λαμβάνοι, Αὐτὴ δ' ἑαυτὴν ἔβλαστε τὸ πᾶν ἴσχει. *Poll.* III, 143. & *Jungerm.* *T. H.*

53. Εἰ μή τις ἄρα πάρεργον &c.] Quasi defungendi causa, νόμου, ὁσίας, ἀφοσιώσεως χάριν, ut monuit *Des. Herald.* Anim. in *Salmas.* Obs. ad J. A. & R. V. c. 3. §. 3. Eadem *Nostri* verba de Sacrif. §. 11. Simulatam illam in obeundis sacris & histrionicam religionem acriter infectatur *Plato* de Rep. II. & pluribus in locis. Pythagorei vetabant τὰ θεῖα ὡς πάρεργα τίθεσθαι. *T. H.*

56. Κρόνου] Prov. i. e. ἀνόητος & μωρὸς, λῆρος, ἀνοησία. *A. V.*

58. Ἐὰν λέγῃς, ἀποσάκις &c.] Ex sententia *Gisb. Cuperi* Obs. III. p. 298. *his verbis sine dubio* Lucianus *ad Dionysii sive patris sive filii historiam respicit*, teneturque adeo eodem errore, *si is error est*, cujus *Ciceronem* accusavit *P. Victorius* V. L. XXI. c. 10. Ego de Dionysio utrovis ne cogitasse quidem *Lucianum*, quum ista scriberet, credo. Haec a Nostro paululum, ut scenae serviret, in majus aucta: quis tamen dubitet, quin Eleorum templa sacrilegas manus aliquando fuerint experta? quanquam, si facinoris auctor fuisset deprehensus, gravissimis tormentis excarnificaretur: vide *Plutarchi* Quaest. Graec. p. 302. B. ubi proverbii originem explicat Σαμοθράκου δυοῖν πάχειν. De fanis Deorum *sacrilegis violationibus appetitis, ipsisque Diis vadentibus in antra praedonum* similia non pauca facete pernumerat *Arnob.* VI. p. 207. 208. &c. *T. H.*

59. Τὸν νεὼν] V. *Justin.* XXI, 3. & XXXIX, 2. *Plut. V.* 839. C. Ed. St. *M. du S.*

60. Ὀλυμπιάσιν] Eo accentu plerumque scribitur. Κεχρημένος πρότερον Ὀλυμπιάσιν *Aristot.* Rhet. II. p. 106. δρόμου ἀγωνισαμένῃ Ὀλυμπιάσιν *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 191. τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι Ὀλυμπιάσι *Apollon.* de Synt. III. p. 249. Apud *Demosthenem* autem adversus Theocr. p. 659. D. Ὀλυμπιάσι νικήσας παῖδας ᾄδειν con-

more ſpolient. Mitto jam dicere quoties templum tuum expilarint. Quidam etiam manus tibi apud Olympiam ſunt admoliti; & tu, quem ὑψιβρεμέτην poëtæ vocitant, ne auſus quidem es excitare canes, vel vicinos advocare, qui e veſtigio concurrentes comprehenderent ſacrilegos, res ſuas etiamnum convaſantes, ut in pedes ſe protinus darent. Sed tu, fortis bellator, & qui γιγαντολέτωρ, & τιτανοκράτωρ prædicaris, ſedebas, manu decemcubitale fulmen ſuſtinens, interea dum cincinnos aureos otioſe tibi attondebant. Hæc igitur, o deorum præſtantiſſime, ecquando tandem diſſimu-

ωσάμενοι ἢ τιμῆς. ἐῶ λέγειν ὁπόσακις ἤδη σε † νεὼν σεσυλήκασιν· οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι τὰς χεῖρας Ὀλυμπιάσιν ὀπίσω ἐλήκασι. καὶ σὺ ὁ ὑψιβρεμέτης ἔκνησας, ἢ ἀναστῆναι τοὺς κύνας, ἢ τοὺς γείτονας ὀπικαλέσασθαι, ὡς βοηδρομήσαντες αὐτοὺς συλλάβοιεν, ἔτι συσκυλαζομένους πρὸς ‡ φυγήν. ἀλλ' ὁ γενναῖος, καὶ γιγαντολέτωρ, καὶ τιτανοκράτωρ, ἐκάθησο, τοὺς πλοκάμους ὑπ' αὐτῷ δεικειρόμενος, δεκάπηχυν κεραυνὸν ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ. ταῦτα τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, πηνίκα παύσει ὕστως

59. Οἱ δὲ καὶ αὐτῷ σοι] Ὁμοία ἡ σύνταξις † αὕτη τῇ ἐν τῇ ἱερᾷ ‡ τοῦ Εὐαγγελίου Ματθαίου συγγραφῇ, τῇ οἱ δὲ ἐδίσταστον· ἀντὶ γὰρ τοῦ τινες τὸ οἱ ἢ κεῖται. V.

63. Ὡς βοηδρομήσαντες] Ἀντὶ τοῦ μὴ βοῆς δραμόντες. V.

† Ταύτη] Exc. G. & V. αὕτη. Mdu S.

‡ Τοῦ Εὐ. M.] Locus extat Matth. XXVIII, 17. *Et videntes eum adoraverunt, οἱ δὲ ἐδίσταστον.* Sic habent omnes Codd. Attamen Beza voluit emendari ἐδί, *neque*, tum propter alias rationes, tum quod, ut ait, rarum ſit omnino illud *oi δὲ* iſto ſignificatu, hoc eſt, pro *quidam*. Verum & ſic ſumitur *oi* c. XXIV, 3. ut ex collato Marco apparet, nec adeo rarum eſt apud bonos ſcriptores: & quae mutationis aliae ab eo afferuntur rationes omnes in auras abeunt, ſi vertamus, *quidam vero dubitaverant*, uti obſervavit H. Grotius. J. C.

Uſus eſt hoc Scholiaſtae loco *L. Bos* Exerc. Phil. ad *Matth.* T. H.

conſideranda eſt optimi Codicis Auguſtani lectio, Ὀλύμπια νικήσας. Quanquam vulgarem lectionem tuetur Iſocrat. de Big. p. 351. C. Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησε, & 357. B. pro vetuſtiſſimis tamen membranis facit *Antipater* Anth. I. c. 1. Ep. 5. — ἄνδρας ἐνίκα Πυγμὴν ἐνίκα Νικαφὼν Ὀλύμπια· & *Simonides* Ep. 8. & *Lucianus* infra §. 53. Verum in *Ariſtophanis* Lyſ. v. 1133. Ὀλυμπιάσιν, ὦ Πόλις, Πυθοῖ· ubi ſane verſus ratio producti ſyllabam iſtam poſtulat: contra in Veſp. v. 1375. Ὀλυμπιάσι γὰρ ἐνίκ' ἐθεώρουν ἐγώ ad metrum perinde eſt, pro brevi habeas, an longa: ſed Scholiaſtes plane praecipit Ὀλυμπίασι, ſecus atque hoc in loco plurimisque aliis editur: ſic enim ille: νῦν προπαροξύνεται λέγεται δὲ περὶ τόπου rationem adfert, tum προπερισπᾶσθαι, quando Olympiades ſignificantur: γίνεται γὰρ τὸ μὲ λὸι τοῦ Ὀλυμπίας (voluit, credo, Ὀλυμπία, niſi ſecundum caſum oſtendendae formationis ergo ponat) τὸ ᾳ λὸι τοῦ Ὀλυμπιὰς, Ὀλυμπιάσι. Sequitur aliud ex Grammatico neſcio quo excerptum, quod, ut in iſtis Scholiis ſaepenumero fit, huc addiderunt: καὶ ὅτι τὰ εἰς ι λήγοντα † ἐπιρρημάτων ζητεῖ † πρῶτον τοῦ ὀνόματος τόπον εἶον, Ὀλυμπίας, Ὀλυμπιάσι (hoc omnino cum inſtituto Grammatici pugnat: legendum, Ὀλυμπία, Ὀλυμπίασι· niſi malis Ὀλυμπίαθι, quam formam adnotavit Etymol. p. 25. v. 16. ut proxima ſane videntur ſuadere) πλὴν † ἀφ' τοῦ οἴκοι ἐκεῖνα γὰρ ἐπήλαβεν. οἶον, ἵππος, ἵππόθεν· στοιχεῖον τὸ οἰκοθεν. Illud ἵππόθεν, ne quem alium, quo modo me diu, habeat exercitum, eſt *Homeri* Od. Φ, 515. Veteres itaque tonum retraxerunt in antepenultimam. Vide porro accuratiſſimum *Dukerum* ad *Thucydid.* VIII. p. 562. n. 81. T. H.

62. Ἀναστῆναι τοὺς κύνας] Nullus hic *Barlaei* canibus οἰκουροῖς locus eſt: vigilaciſſimum animal ad templorum cuſtodiam veteres adhibebant. AEtnae in Vulcani templo canes excubaſſe mirifica quadam bonorum improborumque dignoſcendorum ſagacitate praeditos refert *AElian.* de Anim. XI. c. 3. Idem alium illum commemorat ſane diligentem, quem, quia, ceteris dormitantibus, AEſculapii donariorum expilatorem detexiſſet, publico demenſo grati Athenienſes remunerarunt, VII. c. 13. Aliquanto plenius etiam *Plutarch.* T. II. p. 969. E. inter alia: ὁ ᾧ φρουρὸς κύων ὄνομα Κάππαρ· nam operae quidem erat pretium, ad firmandam hiſtoriae veritatem, rariſſimae beſtiae nomen memoriae mandari. *Philoſtratus* quoque de V. A. T. VIII. c. 30. canes ad valvas templi Dictynnae in Creta cuſtodes egiſſe narrat. Nolim porro nimis virtutem aeſtimari Scipionis ex eo, quod Capitolium ingredienti, velut hoſpiti Deorum ipſiusque Jovis & familiari canes nunquam allatrarint: vide *Gell.* N. A. VII, 1. de Vir. Illuſtr. c. 49. Aliud ſunt illi φύλακες Ἡφαίστου κύνες *Eubuli* apud *Athen.* III. p. 108. B. & alio loco explicandi. Sed quo plura in re ſatis protrita? T. H.

66. Τοὺς πλοκάμους δεικειρόμενος] Aurei plerumque Deorum crines, quique adeo furum cupiditatem irritare poterant. Sed vis eſt in iſto δεικειρόμενος· hoc enim ignominioſum, & cum magna contumelia conjunctum, ut dicemus ad Dial. Mer. VIII. meminit *Eraſmus* in *Circumtondere comam.* Paulum diſtat, ſic tamen ut cum *Luciano* comparari poſſit, illud *Perſii* Sat. II, 28. *Idcirco ſtolidam praebet tibi vellere barbam Jupiter?* T. H.

67. Δεκάπηχυν κ.] Atqui *Pauſanias* auctor eſt Jovem Olympicum dextra non *fulmen* ſed *victoriam* geſtaſſe, fini-

ἔτως ἀμελῶς παροράσθαι; ἢ πότε κο-
λάσεις τοσαύτην ἀδικίαν; πόσοι φαέ-
θοντες, ἢ δευκαλίωνες, ἱκανοὶ πρὸς ἔτως
ὑπέραντλον ὕβριν χαλάσαι.

Ἵνα γὰρ τὰ κοινὰ ἐάσας, τἀμὰ εἴπω,
τοσούτους Ἀθηναίων εἰς ὕψος ἄρας, καὶ πλου-

lare desines? Ecquando erit ut tanta facinora ultum eas? Quot orbis conflagrationes, quot diluvia satis esse queant, ut tam inexhausta hominum insolentia compescatur?

5. De me enim ut dicam, iis, quae ad ceteros pertinent, omissis, postquam tot Athenienses evexi, divitesque

71. Πόσοι φαέθοντες] Τὴν ἐκπύρωσιν ἀφ' τοῦ φαέθοντος ὑποδηλοῖ, ὥσπερ ἀφ' τοῦ δευκαλίωνος τὸ κατακλυσμόν· δεῖ δὲ μοὶ καὶ τὴν θείαν γραφὴν μὴ ἀπεπισήμαντον τὸ ἐκπυρώσεως ἀφιτελεῖν, ἀλλὰ ἀφ' Σοδόμων * ὑποφαίνειν. V.

* Ὑποφαίνεται] C. ὑποφαίνειν. V. ὑπορᾶν. M. du S.

siniſtra Sceptrum. Menſuram autem ſtatuæ idem Auctor nobis, quia minorem juſta tradi cenſebat, invidit *El.* I. p. m. 565. *Hyginus* pedes LX. ſedenti tribuit. Fab. CCXXIII. *M. du S.*

71. Φαέθ. ἢ Δεύκ.] *Orbis terrarum incendia aut eluviones.* *J. Br.*

73. Ὑπέραντλον] Operae nonnihil huic eſt voci impendendum, tum ut explorati quid de ea conſtet, tum ut Lucianeae locutionis elegantia, quae ſane fugit Interpretes, illuſtretur. Ἄντλος, ἄντλον, ἀντλία, quemadmodum Latinis *ſentina*, & aqua ſordida, ſive ex mari in naves ingeſta, ſive per tenues rimas & juncturas hiantes ſeſe inſinuans, & ipſe locus navis inferior ad carinam, quo confluit haec aquae illuvies, foetoremque gravem & moleſtum contrahit. *Euſtath.* ad Od. M. p. 1728. v. 56. ἄντλον, ὁ τόπος ἔνθα ὕδωρ συῤῥεῖ τότε ἄνωθεν ἐς τὸ ὂν τῆς ἁρμονίας &c. *Etymologum* emenda: is ἀντλᾶν dici monet παρὰ τὸ ἄντλον, hoc autem ὂν τῷ ἀντλᾶν (imo potius ἀνατλᾶν) καὶ καρτερεῖν ἐκεῖσε τὸ ὕδωρ τὸ ἀφ' ἧς ἐχισμένων ὀπῶν εἰσερχόμενον· vulgo legitur ἐσφιγμένων τόπων· prius certum; de altero non contendam, ſi quis τόπων retineat: ſed origo Grammatici hominis ingenio plane digna. *AEſchyl.* VII. ad Theb. v. 802. Πολὺς δὴ σὺ εὐδίας τε, καὶ κλυδωνίου Πολλαῖσι πλαγαῖς ἄντλον ὄσκε ἰδεῖν· aquam utique marinam, quam fluctus procellis agitati in navim involvunt: ſignificat rejectos oppugnatores & depulſos, quantocumque impetu irruerent, intra moenia penetrare non potuiſſe: ſic recte *Scholiaſtes* primus, qui, tametſi haud magni pretii, ſecundo tamen longe melior. Ambiguum eſt, utro modo capi conveniat in *Euripid.* Troad. v. 686. Ὁ δὴ ἄντλον εἴργων ναὸς. ἢν δὴ ὑπιρῴαλη Πολυς ταραχθεὶς πόντος — vertunt: *Alius vero ſentinam hauriens:* cur ſpernas, praeſertim accuratius ſervata τῦ εἴργειν proprietate? *undam inſultantem a navi arcens:* caute nimirum deflectendo, & ſubterfugiendo molem fluctuum imminentem. Praetermitto diſſenſionem veterum in explicandis *Homeri* locis Od. M, 411. O, 478. quem poſteriorem protulit *Pindari Schol.* ad O. Θ, 79. Apud *Zenob.* C. I. n. 23. ἐμπόρου γάρ τινος τὴν ναῦν ἀλῶν πληρώσαντος, καὶ καθεύδοντος, τὴν ἀντλίαν ἐπαναδῆναι σωιῶν ἐς ἐκπλῆσαι τὰς ἅλας, *Schottus* non optime, ut ſolet fere vir literas juvandi ſtudio praeclarus, ſed in vertendis Graecis haud ſane pari ſolertia; *aquam ſentina hauriente:* at voluit *Zenobius*, ſentinam, quae per inertiam dormitantis nautae evacuata non fuerit, tantum increviſſe, ut irrumpens in ipſam navis alvum ſales liquefaceret. In *Diogeniano* C. II. n. 34. perperam, ut arbitror, extat ἐκπαυσάσης, quod oſtendit *Mich. Apoſtol.* C. II. n. 39. 40. Hinc non admodum eſt difficile definire, quid ſit ὑπέραντλον σκάφος, ναῦς ὑπέραντλος· nempe cujus ſentina, vel aqua per fatiſcentes rimas illabente, vel tumidis fluctibus deſuper infuſis, tanta copia exundat, ut intra limites contineri amplius neque exhauriri poſſit, atque adeo periculum inſtet praeſentiſſimum, ne merſa navis intereat; quod poſtremum vel maxime venit animadvertendum in explananda translatae poteſtatis ratione. Pauca duntaxat, & velut ad aditum aperiendum, delibabo. Primum integrum aliquem *Philonis* locum, quia corruptus vulgo fertur, apponam, de Somn. p. 1119. E. χειμῶνά τις ὁρῶν ἀκμαζόντα καὶ βαρὺ πνεῦμα ἐναντίον ἐς λαίλαπα καὶ αἰγίζουσαν καὶ κυματοῦμενον πέλαγος, ἐγκομίζειν δίον, ἐξορμίζειν καὶ ἐξανάγεται· τὶς ἢ κυβερνήτης ἢ ναυκληρος ὅτῳ ποτε ἐμπεσὼν ἐς παράνηση, ἵνα, ὅσων εἶπον καλασκηψάντων, ἐθελήσας πλεῖν, ὑπέραντλες ἄνωθεν ἐπιχυθείσης τ' θαλάττης ἢ ναῦς γενομένη πλωτῆρσιν αὐτοῖς συγκαλαπεθῇ· partem vidit *D. Hoeſchelius*, male quidem mutans ἐγκομίζειν. ἐθελήσας abſolute poſitum rariore ſtructura, quanquam *Philo* ſaepius utatur, turbavit librarios. Idem p. 884. D. Hercules μόνος πλήρωμα καὶ ἔρμα ἂν ἀναδάρει, δίος ἀθρόαν τοῖς συμπλέουσι, μὴ τὸ σκάφος ὑπέραντλον γένηται· ne tanti viri pondere depreſſa navis aquas hauriat & ſubmergatur: & ſane *Antimachus* in Lyda ideo Herculem ab Argonautis expoſitum tradiderat διὰ τὸ καταβαρῦσθαι τὴν Ἀργὼ ὑπὸ τῦ ἥρωος, teſte *Schol. Apoll. Rhod.* ad I, 1289. Similem in modum uſurpavit *Plutarch.* Lucull. p. 499. E. ὁλκάδος πρὸς τὴν θάλασσαν ἤδη βαρείας καὶ ὑπεράντλου γενομένης· & *Dion. Caſſ.* LII. p. 473. A. elegantiſſimo loco, ubi Maecenas rem Romanam cum navi procellis jamdudum agitata componens Auguſtum quam poteſt acerrime adhortatur, ut ejus gubernacula capeſſat: μήτ' ἂν χειμαζομένῳ ἔτ' αὐτὴν παρεῖδῃς· ἐρᾷς γὰρ ὡς ὑπέραντλος ἴσι. μήτε περὶ ἔρμα τεθράφθαι ἐάσῃς· qua quidem in comparatione mirum eſt, ni verſus *Alcaei* nobiliſſimos in mente habuit, qui poſt *D. Heinſii* conatus ad *Sil. Italic.* X, 325. necdum ſunt perſanati. *Diphilus* uſu paululum inſolentiore navicularium ipſum, cujus ratis in hoc periculum ſit adducta,

que ex pauperculis reddidi, atque omnibus ea, quibus egebant, benigne largitus ſum, ſeu, ut verius dicam, poſtquam acervatim, ut in amicos beneficus eſſem, opes effudi, atque ea re factum eſt, ut ad inopiam redactus ſim, illi me ignorant; ſed ne aſpiciunt quidem, cum tamen antea me revererentur, adorarent,

σίους ἐκ πενεστάτων ἀποφήνας, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπικουρήσας, μᾶλλον δὲ ἀθρόον ἐς εὐεργεσίαν τῶν φίλων ἐκχέας τὸ πλῆθος, ἐπειδὴ πένης ἀφ' ταῦτα ἐγενόμην, οὐκ οἴδ' ὅτι γνωρίζομαί πρὸς αὐτῶν, οὔτε προσβλέπουσι οἱ πέως ὑποπτήσσοντες καὶ προσκυνοῦντες, κἀκε-

ſta, ὑπέραντλον dixit γενόμενας adferam locum ex *Athen.* VII. p. 292. A. aliquanto minus, quam editur, depravatum: Ναύκληρος ἀπεδύσατο τὰς εὐθὺς ἀποβαλὼν τὸν ἑαυτοῦ, ἢ πηδάλιον συντρίψας ἢ ὅτι ἐκρίψας ὑπέραντλος γενόμενος fallatur autem, meo ſaltem judicio, ſi quis emollire tentet refingendo ὑπεράντλου γενομένης. Non invenuſte *Heraclitus*, vel potius, qui nomen ejus mentitur, Ep. V. ἰὼν ὃ φθάσαι ὑπέραντλον γένηται τὸ σῶμα, δύσεται εἰς τὸ ὑπαρμένον *ſim, antequam poſſim mederi, aquae intercutis copia quaſi ſentina corpus fuerit obrutum, mergetur in deſtinatam fati ſortem*; cum quibus omnino conferendus eſt Seneca Ep. XXX. *Suidas* exponit, Ὑπέραντλον, πλῆρη, additque incerti ſcriptoris verba: αἱ ὑπέραντλον ποιησάμεναι τὴν πλεῦν, ἀσφαλῶς παρακομίσθησαν εἰς τὸν λιμένα en mirificam verſionem: *illi autem vento pleno navigantes*; vulgatum ego non expedio, niſi corrigas τὸ πλοῖον, tali ſenſu: *illi autem, quum navim ultra modum oneraſſent, tuto tamen ad inſulam appulerunt*: rectene conjectarim nec ne, inventus olim locus oſtendet. Verum ea ipſa poteſtate, quam notavit *Suidas*, & alia quidem longe in re vocem adhibuit *Themiſtius* Or. XVIII. p. 221. B. ἤκουν αἱ σιτοθῆκαι μισαὶ ὑφ' ὅτου καὶ ἀραχνίων, ἀλλ' ὑπερχειλεῖς ἐ ὑπέραντλοι· quid audio? σιτοθήκας ὑπεράντλους; equidem valde vereor, ut *Themiſtius*, ſi veteres illos auctores purae & elimatae dictionis capiamus arbitros, duriſſimam iis figuram approbet: me ſi appellet advocatum, vadimonium deſerere ſum paratus: ſatis erat audacem fuiſſe in ὑπερχειλεῖς. Quanto verecundius tralationem inſtituit *Euripid.* Hippol. v. 767. Χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος ἔσω Συμφορᾷ· gravi preſſa ac tantum non merſa calamitate, ſic ut nullae reſiſtendi vires ultra ſuppetant. Etſi nihil ſingulare doceat, cauſa tamen eſt, cur *Scholiaſtae* verba ſint producenda: οὐ μεταφορᾶς, inquit, τῷ οὐ τῇ νηὶ μηκέτι τὸ ἀντλίας ὑπερέχειν δυναμένου ἀδυνατοῦσα, φησὶ, πρὸς τὴν συμφορὰν, τῇ ὑπερβαρῆ γεγέσθαι τὴν ἀγχόνην βουλεύσασα apparet eos dici μηκέτι τὸ ἀντλίας ὑπερέχειν δυναμένους, qui, quando laxis, ut cum *Virgilio* dicam, laterum compagibus navis accipit inimicum imbrem rimisque fatiſcit, exuberantem ſentinam ſuperare & vacuefacere nequeunt. Jam mihi confer *Ariſtophanem* in Pac. v. 17. Οὐ γὰρ ἔθ' οἷός τ' εἰμὶ ὑπερέχειν τὸ ἀντλίας· hoc ſcilicet indicat: *ego enim tantum offarum ſubigendo parare non valeo, quantum ad iſtum ſcarabaum explendum ſit ſatis*: rectius, niſi fallor, quam *Scholiaſtes*, cui aliquid alienum eſt adſutum e *Suida*, eumque ſecutus *Flor. Chriſtianus*: ſi tu, quod iſti volunt, admittas, id certe ſecundum illam, quam dedi, explicationem conſiſtere neceſſe eſt. Apud Comicum *Suidas* exhibet in Ἀντλίᾳ undecumque depromtum, οἷός τ' εἰμὶ πεδιανίκειν, ipſe tamen ſervans vulgarem ſcripturam in Ὑπερέχει, quam ego vel propter *Euripidae Scholiaſtem* repudiare nolim. Non ſecus autem ac Phaedram χαλεπᾷ ὑπέραντλον συμφορᾷ, dicere quoque licet συμφορᾶν ὑπέραντλον, tam vehementer ingruentem, ut hominem obruat. Igitur *Luciani* ὑπέραντλος ὕδρις τοῦ βίου tanta eſt humanae vitae tamque gravis protervia atque injuſtitia, quae cogat eam ſublidere, velut occupatam a ſentina ratem, ſecundumque aliquod diluvium flagitet, nec, niſi ſubmerſis hominibus, expiari queat: hoc perquam venuſte ſequitur poſt, πόσοι Δίκαιοι ἱκανοί; §. 18. quamvis variata figura: μὴ ὑπέραντλος ἰσοπεσὼν ἐπικλύσῃ αὐτόν. *Faber* iteravit priorum *inexhauſtam*: id tamen in *Pollucis* Interprete merito reprehendebat Eruditiſſ. *Kuhnius* ad I, 92. quem, qua erat Graeci ſermonis peritia, vim vocabuli habuiſſe perſpectam non diffiteor. *Heſychius*: Ὑπέραντλα, πολλὰ imo ſane: ſic expone, ſi lubet, ὑπέραντλον ὕδωρ, πολλὴν ſed idem agnoſce, nihil hoc ad ſignificandi valere proprietatem. Et huic jam voci ſatis eſt ſuperque factum. Ceterum multa ſunt apud alios hiſce *Luciani* prorſus adſimilia: tu vide de malitia generis humani, quod nullis ſe vel exuſti orbis vel aquis obruti poenis coerceri emendarique patiatur, Jovem ipſum conquerentem apud *Stat.* Theb. I, 215. addendus eſt *Lutatius*. Jure quidem metuebat *Ovidius*, ne Jovem brevi inermem haberemus, ſi quandocumque peccant homines, fulmina mitteret. Verum haec talia colligere non lubet. *T. H.*

77. Τοῖς δεομένοις ἐπικουρήσας] Eadem locutio in Κρον. §. 36. τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν Nigr. §. 26. Hoc multo frequentiſſimum: *Iſocrat.* Arch. p. 130. A. *Demoſth.* pro Cor. p. 517. B. *Euſebius* apud *Stob.* p. 20. v. 51. τοῖς δεομένοις τὰ δέοντα ἐπαρκέσομεν. *Hierax* p. 106. v. 38. *Philoſtr.* V. A. T. V. p. 220. v. 19. de V. S. II. p. 547. 605. v. 13. Eodem modo *Paulus* I ad Timoth. V, 10. 16. Paraphr. Enchirid. §. 37. & *Mer. Caſaubon.* Uſurpari a Scriptoribus Eccleſiaſticis pro, *ſumtus, viaticum ſubminiſtrare*, vel, *ſtipem conferre*, monuit *Henr. Valeſ.* ad *Euſeb.* H. E. VII, 5. *Ariſtoph.* Plut. v. 831. — ἐπῆρκουν τοῖς δεομένοις τῶν φίλων· quem locum niſi cum *Luciano* contuleris, minus habebis elegantiam ejus perſpectam. *T. H.*

81. Ὑποπτήσσοντες] Advocat *Deſ. Heraldus* ad iſta *Arnobii* VII. p. 221. *Tum deinde ſalutet acclinis, ancillatum ſervuli pavibunda trepidatione imitatus*, ut ego quidem legendum exiſtimo: quin opportunius etiam advocaſſet, quae Nigrinus commemorat §. 21. *T. H.*

καὶ ἐμοῦ νεύματος ἀνηρτημένοι. ἀλλ' ἦν τις ἐν ὁδῷ βαδίζων [a] ἐντύχοιμι τινὶ αὐτοῖς, ὥσπερ τινὰ στήλην παλαιοῦ νεκροῦ ὑπτίαν, ὑπὸ τοῦ χρόνου ἀναλελραμμένην, παρέρχονται, μηδὲ ἀναγνόντες· οἱ δὲ ἐν πόρρωθεν ἰδόντες, ἑτέραν ἐκλρέπτουσι, δυσάντητον, ἐν ἀπροόπαιον θέαμα ὄψεως ὑπολαμβάνοντες, τὸν δὲ πρὸ πολλοῦ σωτῆρα, ἐν εὐεργέτην αὐτοῖς γεγενημένον.

& ex meo penderent nutu. Quin etiam si forte cui ipsorum in via occurram, ii me veluti eversum hominis jamdudum sepulti titulum, & temporis diuturnitate collapsum, prætereunt, ne legentes quidem: alii autem quam longe me vident, in aliam deflectunt viam, rati quippe visuros se spectaculum aliquod occursu infaustum, atque aversandum, me, inquam, qui non ita pridem σωτὴρ ipsis & εὐεργέτης fui.

Ὥστε ὑπὸ τῶν κακῶν ὅλη ταύτῃ τῇ ἐ-

6. Tot itaque malis circumvallatus, in hunc

[a] Ἐντύχοιμι] ἐντύχω F.

83. Ὁδῷ . . .] *Euripid.* Med. 561. Πάντα φεύγει πᾶς τις ἐκπεσὼν φίλων. *Menander:* Ἀνδρὸς κακοῦ πράσσοντος ἐκπεσὼν φίλοι. γν. p. 168. *M. du S.*

84. Στήλῃ παλαιῷ νεκρῷ] Proverb. Idem de Merced. Cond. §. 28. & alibi. *J. B.*

Στήλῃ π. ν.] De Columnis sepulcralibus intelligendum, & Cippis. *Anonym.*

Στήλῃ παλαιῷ νεκρῷ ὑπτίᾳ] Ut probet, in sepulcris etiam columnas erigi, hæc adtulit *Fr. Luisin.* Par. III. c. 8. *Rufinus* Anth. VII. Ep. 146. — ὡς ὁ τάφος, νῦν σε παρεχόμεθα· te nimirum vetuiam & jam capularem, quae cum rugis & defloreſcente forma priſtinos amatores amiſiſti. *T. H.*

87. Ἑτέραν] ὁδόν. *J. Br.*

Ibid. Δυσάντητον ἐν ἀπροόπαιον] Valde *Luciano* familiaris locutio, ut notatum *J. Brodaeo* Miſc. IV. c. 1. *Theophyl.* Ep. 23. ἵνα σε πάντες ὥσπερ τι κακὸν δυσάντητον ἀποφεύξαιντο. *Infauſtos malique ominis* Latini dicunt: *Ammian.* XIV, 6. p. 28. *Eruditos & ſobrios, ut infauſtos & inutiles vitant:* ubi pene mihi perſuaſi legendum eſſe, *infauſtos & mutilos:* eorum enim, qui non integri corporis erant, ut ait *Seneca*, malum omen faciebat occurſus: facile tamen diſſentientem feram. *Chariſius* apud *Rutil. Lup.* de Fig. Sent. II. p. 11. *hunc omnes conquirebant: illum vitabant, ne ab eo viderentur.* *T. H.*

89. Σωτῆρα & εὐεργέτην] Voces quæ jungi ſolitæ, de quibus ad *Heliod.* lib. 2. *J. B.*

91. Ὑπὸ τῶν κ.] malis oppreſſum. *J. Br.*

Ibid. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐχατιᾷ τρ.] Hoc loco notanda eſt inſignis maximi viri hallucinatio, *Eraſmi* dico, qui τὴν ἐχατιὰν pro ultima deſperatione ſumpſit, & hoc modo vertit: *ad extrema redactus conſilia.* At nihil aliud eſt ἐχατιὰ, quam praedium ruſticum longe ab urbe ſitum, forte in finibus Atticae. Ideo vertendum erat, *ad hoc ultimum rus redactus.* Deus bone, quis ab erroribus homo ſe vendicabit, quando tantus vir reliquit etiam errores humanitatis ſuae indicia. *J. P.*

Ἐ. τ. τ. ἐχατιὰν] Ἐχατιὰ, ὡς μὲ τοῦ ποιητοῦ, τὸ ἁπλῶς ἔχαλον, κατὰ τόπον μέρος. παρὰ δὲ τοῖς ὕστερον, ἐρημίαν τινὰ ἢ λέξις δηλοῖ. *Euſtath. ad Il.* I. *A. V.*

92. Ἐναψάμενος διφθέραν] *Ariſtoph.* Nub. v. 72. Eccleſ. v. 80. διφθέραν ἐπημμένος, ἐσκεδασμένος, inquit *Suidas.* *Myron Prienenſis* apud *Athen.* XIV. p. 657. D. conſtituiſſe Lacedaemonios refert Hilotas κωμῳδεῖν τε ἕκαστον φορεῖν ἐ διφθέραν ἐσκευασμένον. *Alciphr.* III. Ep. 70. p. 446. σεῖσας ἱματιδιον ἀγριπνᾶς, νάκος ἐναψάμενος ἐ σμινύην λαβών· νάκος & διφθέρα hoc quidem uſu non differunt. *Philoſtr.* Her. p. 664. v. 27. διφθέραν τε προσαρμοσάμενος (neſcio an praeponi debeat binorum Codicum ἐναρμοσάμενος) ἐ σμινύην φέρων uterque jungit σμινύην ad opus ruſticum faciendum, quomodo *Lucianus* λέγειν· ideo Timon §. 7. ὑποδιφθέρους σκάπτειν δῆ, εἶναι &c. §. 8. δικαιόπολις ἐ διφθέρας & §. 42. δικαίων ἐ φιλτάτην διφθέραν jam novis opibus auctus Pani conſecrat. Eſt autem διφθέρα, ἱμάτιον γεωργικὸν, στρῶμα, πρὸς ὄμβρων μάλιστα ἀποφυγὴν ἁρμόδιον, ut recte Scholion illud inſertum *Dioni* Or. IV. p. 70. C. quod, poſt *Caſaubonum* tamen, animadvertit etiam *Kulm.* ad *Poll.* IV, 119. n. 31. Porro de ruſticorum διφθέραις apud Atticos *Iſ. Caſaubon.* ad *Theophr.* Char. c. IV. p. 41. *T. H.*

95. Προσφιλοσοφῶν] *Seberus* ad *Poll.* X, 129. n. 100. obſervat *pro* Luciani *phraſi magis proprie* Phocylidem *dixiſſe* v. 149. σκάπτειν διάλλην· multum abeſt a noſtri Scriptoris elegantia. Ego jam, inquit Timon, procul ab omni hominum, quos peſſime odi, conſortio cum ſolitudine atque iſto ligone philoſophor, & rationes meas deduco. Qui remotis arbitris, quando aperte proloqui non audent, calamitates vel ſuas vel aliorum deplorant, eos poëtae dicunt quaſi proverbio αὐραις ἐ ἀνέμοις λαλεῖν· γῇ ἐ ἐρανῷ λαλεῖν, ut illa nutrix in *Euripid.* Med. v. 57. quem locum facete alio deflexit *Philemon* in fabula Militre. Noſter, ut Timonis ſui perſonam tueretur, ligonem & ſolitudinem ſubſtituit. *T. H.*

99. Ὕπνου] Vide *Celſum* apud *Origenem* VI, 329. ὁ Ὅμηρος ὥσπερ ὁ ὠδὸς τῶν κωμῳδῶν Ζεὺς καὶ τῷ μακρὸν ὕπνον διυπνίσας &c. *M. du S.*

1. Νήδυμον] Ex *Homeri* Il. B, 2. Δίκα δ' οὐκ ἔχει νήδυμος ὕπνος. *J. Br.*

Νήδυμον] Totus Homericus hic dialogus: in eo tamen *Ariſtophanis* multum ineſt. *J. B.*

Ibid. Ὑπὲρ τὸν Ἔπιμ.] *Eraſm.* in Proverb. *Epimenidis ſomnus.* *J. Br.*

Ὑ. τ. Ἔπιμ.] Varie traditur annorum, quibus dormiit

hunc remotum & desertum agrum concessi; & suspenso ex humeris rhenone terram colo, quatuor in diem obolis locata opera, hic cum ligone & hac solitudine philosophans. Mei certe laboris hoc videor præmium vel maximum consequi, quod plerosque præter æquum & bonum fortunatos non sum visurus. Id enim mihi molestum est ut quod maxime. Ecquid igitur, Saturni ac Rheæ fili, excutiens altissimum istum somnum ac vere νηδυμον, (nam Epimenidem dor-

χαλιὰν τραπόμην, ἐναλάμην διφθέραν, ἐργάζομαι τ γῆν, ὑπόμισθος ὀβολῶν τεσσάρων, τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ δικέλλῃ 95 τῶν φιλοσόφων ἐνταῦθα. τοῦτο γοῦν μοι δοκῶ κερδανεῖν, μηκέτι ὄψεσθαι πολλοὺς παρὰ τ ἀξίαν εὖ πράττοντας· ἀνιαρότερον γὰρ τοῦτό γε. ἤδη ποτὲ ἦν, ὦ Κρόνε καὶ Ῥέας υἱέ, τ βαθὺν τοῦτον ὕπνον ἀποσείσαμενος, καὶ νήδυμον, (ὑπὲρ τ Ἐπιμενίδου γὰρ κα-

κοί-

1. Ὑπὲρ τ Ἐπιμενίδου γὰρ κτλ.] Ὑπὲρ γὰρ τ Ἐπιμενίδου. Ὁ Ἐπιμενίδης ἦτος Κρὴς ἦν χρησμολόγος, ἃ ἐς τὸ, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, λόγιον· λέγουσι δὲ * ξ ἔτη ὑπνώσαντα οὕτω μὴ τοῦτα ἀναστῆναι ὡς θᾶλλόντωντα ἐκκεκινημένον τὸν διάνοιαν, καὶ † εἰς χρησμολογίαν τὸ ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀπιδεῖν. V.

* Ξ ἔτη] Prave apud *Suid.* in Ἐπιμενίδης, & *Apostolium* C. VIII, n. 84. τὰ δὲ ἐξ ἐκείθεν. Vide *Kusterum*. T. H.

† Εἰς χρησμόλογον] V. εἰς χρησμολογίαν. C. G. πρὸς χρησμολογίαν. M. du S.

miit Epimenides, numerus. Alii LVII. alii L. aut XL. faciunt. *Plin.* VII, 52. & *Diog. Laert.* 29. A. LVII. *Varro de L. L.* VII, quinquaginta. *Plut. an seni gerenda sit Resp. Tertull.* & *Pausan.* in *Att.* quadraginta. Vide *Menag.* ad *Diog. Laert.* p. 39. M. du S.

Ὑπὲρ τ Ἐπιμενίδου] Cui non dictus Epimenidis somnus? Argute is, & personae suae convenienter, quippe homo rusticus, apud *Alciphr.* III. Ep. 38. ὑπνοῖ δὲ, ὅτου ἥκουσε τὴν φωμαίων σοφιστὴν λέγοντος Ἐπιμενίδην τινὰ Κρῆτα κεκοιμῆσθαι. Vid. *P. Victor.* V. L. XXIV. c. 1. *A. Schott.* ad Prov. App. Vat. C. III. n. 97. *Menag.* ad *Diogen. L.* I, 109. *Faber* in Epimenidis aetate scrupulos movet, hunc nullius, alterum alicujus momenti. Niciam Nicerati filium, qui ad Epimenidem arcessendum fuit missus, quis illum docuit eum esse, quem Sicula clades nobilitavit? non *Diogenes* certe: nam is quidem tempus, sextam sive septimam & quadragesimam Olympiadem, accurate perscribit. Athenienses Nicias & Niceratos plures, etiam in hac ipsa familia, possem, si hoc ageretur, ostendere: quid ergo prohibet, quominus unum aliquem ex istius Niciae, qui expeditioni Siculae praefuit, majoribus intelligamus? Verum difficilior est nodus in *Platone*, qui disertis sane verbis Epimenidem Athenas adveniisse refert πρὸ τ Περσικῶν δίκα ἔτεσι πρότερον de LL. I. p. 780. F. *hoc est, ut opinor*, inquit *Aldobrandinus* ad *Diogen. L.* nam operae pretium erit eum audire, *antequam Persae in Lydiam venirent*: τῇδε γὰρ ἴσως &c. *in quo cum Laërtio consentit* Plato: *nam Cyrus rex Persarum Sardis ingressus est victor annis decem postquam Epimenides urbem Athenas purgaverat.* Callidum utique commentum, sed quod, si propius inspicias, in irritum cadit: primum calculos male posuit Vir Eruditus; pro decem annis dixisset Olympiadas decem, remitteremus annorum aliquot dispendium; quanquam eo pacto totum illud Platonis cum Diogene conciliandi remedium evanescat. Deinde, communi nunc etiam, sed pessimo tamen nimis inconsiderate scribentium vitio, in eo peccat gravius, quod post posita quaedam philosophi verba sententiam dicat, ne lectis quidem, nedum perpensis, quae proxime consequuntur: καὶ δὴ ὁ φοβουμένων τ Περσικὸν Ἀθηναίων τόλον, εἶπεν ὅτι δίκα μὲ ἐτῶν οὐκ ἤξουσιν· ὅταν δὲ ἔλθωσιν, ἀπαλλαγήσον) πραξαμένης οὐδὲν ἂν ἤλπιζον, πανθόρτες ὃ ἢ φράσασθαι πλεῖον κακόν. Haec quin ad Mardonii in Atticam expeditionem pertineant, nullus est dubitandi locus: igitur *Plato* intercedit ipse, ne πρὸ τ Περσικῶν explicemus, *antequam Persae in Lydiam venirent*, statuitque plane, Epimenidem Athenis adfuisse secundo tertiove anno Ol. LXVIII. hoc est, sex & triginta plus minus annis post occupatas a Cyro Sardes: tum praeterea III. LL. p. 804. D. hospitem illum Athenienssem ita loquentem facit: Ἆρ' οἶσθ', ὦ Κλεινία, τ ΦΙΛΟΝ ὅτι παφλαγὼν τ ΑΤΕΧΝΩΣ ΧΘΕΣ γενόμενον is Epimenides est, ut mox patet. Haec pro notarum modulo sufficiunt: nam de Epimenide, deque tempore, cui Plato confabulationes istas de legibus illigavit, longior est disputatio, quam ut hisce terminis circumscribi possit. Porro quod *Plutarch.* narrat de Is. & Osir. p. 378. E. Φρύγες δὲ τ Διὸν οἰόμενοι χειμῶνος καθεύδειν, Σίρους δ' ἐγηγερέναι, τότε μὲ κατάσπασμούς, τότε δ ἀνιγίρσεις βακχευούσης αὐτῷ τελοῦσιν, id quidem vere Phrygium, & istorum, quos ipsa natura pene brutos finxerat & servos, ingenio dignum; quod *Democharis* apud *Athen.* VI. p. 253. C. de abjecto Athenienssium erga Demetrium studio, ἐρχούμενοι ὡς ἐπιδοῦσες, ὡς εἰη μόνος θεὸς ἀληθινὸς, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν ἢ οὐκ εἰσί, luculentum pristinae virtutis in foedissimam adulationem verse specimen. Probabilius & figurate dormitare Deos conqueruntur, & alto velut sopore obrutos rerum humanarum curam intermittere, quando malis non interrupto felicitatis cursu bene est, dum boni non communes tantum aerumnas, sed istorum etiam injurias perpeti coguntur & exhaurire. Sic in Epigrammate, quod Bachetus edidit ad *Diophant.* Arithm. V. Qu. 33. n. 21. a fratre frater iniqua haereditatis partitione fraudatus exclamat: Ζεῦ βαθὺν ὕπνον ἔχεις. Comici,

qui-

κοίμησαι,) ἢ ἀναρρίπισάς τε κεραυνὸν, ἢ ἐκ τῆς Οἴτης [a] ἐναυσάμενος, μεγάλῳ ποιήσας τὸ φλόγα, [b] ἐπιδείξαιό τινα χολὴν ἀνδρώδες καὶ νεανικὴν Διὸς, εἰ μὴ ἀληθῆ ἐστὶ τὰ ὑπὸ Κρητῶν περὶ σοῦ, καὶ τῆς [c] σῆς ταφῆς μυθολογούμενα.

miendo vicisti) flatu denuo suscitans fulmen, aut ex Ætnæ crateribus accendens, ingenti edita flamma, iram illam Jovis fortis ac manu prompti exeres; nisi forte vera illa sunt, quæ de te Cretes, & sepulcro tuo apud se sito fabulantur?

ΖΕΥΣ. Τίς ἔτός ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ κεχραγὼς ἐκ τῆς Ἀττικῆς καὶ τὸ Ὑμηττίου ἐν τῇ ὑπωρείᾳ σιναρὸς ὕλος, καὶ αὐχμῶν, καὶ ὑποδίφθερος. 10

7. JUP. Quis hic est, Mercuri, qui ex Attica vociferatur ad radicem montis Hymetti, sordidatus, & squalidus, & caprinis pellibus semiamictus? in-

a Ἐναυσάμενος] ἐγκαυσάμενος C. b Ἐπιδείξαιο] Sic vetustae Edd. omnes. S. & A. ἐπιδείξας. c Σῆς ταφῆς] π² ἐκεῖ σ. τ. f. notatur quoque ad marginem AIV.

2. Ἀναρρίπισάς] Ἀνακινήσας. V.

3. Ἐκ τῆς Οἴτης] Ἡ Οἴτη ἔστι μὲν τοῦ Φωκίδος ὄρος ὑψηλὸν, ● ὑμέντοι ἐκ πιφυκὸς φλόγας ἀνιείναι· πῶς ἂν τοῦτο λέγει νῦν; ἔοικε μοι, διότι ἐκεῖ Ἡρακλῆς τὸ τιλόσταιον καυ' ἑαυτὸν ἐξέωσεν ὑπὸ † Φιλοκτήτου πλοκαυτώθη. V.

10. Πιναρὸς] Ρυπῶν. V.

* Οὐ μὲν καὶ] V. μὲν (μέντοι). M. du S.

† Φιλοκτήτε] C. Φιλοκτήμονος. M. du S.

quibus scenica protervia Deos irridere licuit, tam facetum Jovis, haud nimium diligentis rerum humanarum arbitri, somnum ad partes vocarunt: eorum aliquem quin, ut solet in plurimis, secutus fuerit Lucianus, *Celsi* locus apud *Originem* dubitare nos non patitur: *Themistius* eodem respexit Or. VII. p. 91. A. Ridet etiam, sed acerbiore joco, Baalem dormitantem, ut vix sacerdotum clamoribus excitari possit, Elias III Reg. XVIII, 27. Illa jam veritati sinceræ sacrisque literis propiora, quum apud *Stobaeum* Tragicus poëta dicit, Οὐχ ὑδὲ Διὸς ὀφθαλμὸς *AElianus* apud *Suidam* in Βραγχίδαι, ὃ μὴ ἐκαθόδιον ἡ τοῦ θεοῦ πρόνοια. Hinc πρόνοια ἀνύσακτος, quod in Simplicio alicubi corrupte legitur ἀσύλλος. Rex vates Psalm. XLIII, 23. Ἐξεγείρῃ, τί ὑπνοῖς, κύριε, significans Deo neutiquam convenire somnum illum, quem numinibus suis gentiles adscribant. *T. H.*

2. Ἀναρρίπισάς] Non putem cum *Barlaeo* verbum hoc in *vibrandi* significatu accipiendum: nihil enim aliud denotat proprie, quam *ignem prope extinctum flatu excitare*, quod *AElian.* Hist. Anim. IX, 20. dixit ῥιπίδι ὑπερεξάψαι, alias ἀναζωπυρῶν. Translate *Plutarch.* in *Amatorio* p. 785. Τὸ ποιητικὸν καὶ μουσικὸν ἐξάπτεται καὶ ἀναῤῥιπίζεται· & *Lucian.* in Gymnas. §. 21. quare in versione hujus loci pro *denuo vibrato fulmine* ponendum erat, *fulmine flatu rursus excitato.* In principio hujus Dialogi dixerat extinctum esse fulmen Jovis: τὸ ϑ᾽ ἀοιδίμων σου, καὶ ἐκηβόλου ὅπλου, καὶ πρόχειρον ὄντα οἷ᾽ ὅπως τελεῖς ἀπίστου &c. *L. Bos* Obs. Crit. c. IX. p. 48.

3. Ἐκ τῆς Οἴτης] Ex Oeta monte: ex Herculis scilicet busto. *J. Br.*

Ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος] Offendit Graecus Interpres ad Oetam montem, unde, quia nullas flammas vomat, fulmen accendi non possit: molliendae tamen difficultati remedium, quale res ferebat, petit ab Hercule, qui in summo vertice (τὸ Οἴτης Ζηνὸς ὕψιστον πάγον appellat *Sophocl.* Trach. v. 1203.) fuerit crematus. Hoc sane verum; nam & casus iste loco nomen dedit non unum. Rogum, quo conflagravit Hercules, πυρὰν Graeci plurimum vocant: frequenter *Sophocl.* in Trach. *Theocrit.* Eid. XXIV, 81. *Clem.* Protr. p. 19. C. κατίσχυσι τὸν βίον ἀφ᾽ οὗ τὴν Οἴτην πυρᾶς ἐπεδόμησε. *Hygin.* F. XXXVI. *Serv.* ad AEn. VIII, 300. Hoc nomen in eo loco resedit: *Theophr.* H. Pl. IX, 11. τὸ Οἴτης περὶ τὴν Πυράν. vide *Liv.* XXXVI, 30. Itidem Φρυγία ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ περφύχθαι τὸν Ἡρακλέα· *Stephan.* in V. alia notant *Muncker.* ad *Hygin.* p. 83. *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Dian. v. 159. Tertium vix reperias extra *Lutat.* ad *Stat.* Theb. IV, 158. *Oeta, in qua esset concrematus Hercules eo loco, cui* Prestion *nomen est*: melius, ut puto, Πρηστῶν. nam ne de vitio suspicemur, prohibet originis ratio percommoda, ἀπὸ τοῦ πρῆσαι, quod de rogo Herculis succendendo posuit *Sophocl.* Trach. v. 1211. Probarem equidem istam solvendi nodi viam, si perpetuum aliquod ignis egesti monumentum Herculis pyra reliquisset: speciose poterat ex ejus heroïs, qui severissime vivus in malos animadvertisset, rogo flamma fulminis extincti redintegrari: verum apud veteres nullum extat ardentis Oetae vestigium. Non me praeterit stare pro vulgata lectione *Is. Vossium* ad *Catull.* p. 287. 288. & credere insuper, *nonnunquam flammas & incendia, etiam cum accolarum damno, ernctare hunc montem*: sed, ex quibus hoc conficiat, *Catulli, Statii Manilique* loca perperam exposuit; quod quum lectorem paulo peritiorem fallere videatur non posse, nihil est causae, cur in pravis Ejus interpretationibus refellendis operam insumam. Placet ergo *Tan. Faber* pro Οἴτης reponens Αἴτνης· nihil verius vel arbitro *Luciano* §. 19. ubi Cyclopas ἐκ τῆς Αἴτνης Jupiter arcessi jubet ad acciendum fulmen: §. 40. Mercurius ὑπὲρ τὴν Αἴτνην, in-

incurvus autem, opinor, fodit; homo garrulus atque audax: haud dubie Philosophus est; neque enim sermones de nobis adeo impios deblateraſſet. MER. Quid ais, o Pater? tun' ut Timonem Colyttensem, Echecratidæ F. haud noris? hic ille est, qui nos toties sacris rite factis opipare accepit; ille repente dives; qui totas hecatombas mactabat; apud quem splendide solebamus agere Diasia.

σκάπτει δὲ οἶμαι ὀπισθοφυὴς· λάλος ἄνθρωπος, καὶ θρασύς. ἦπου φιλόσοφός ἐστιν· εἰ γὰρ ἦν ἔτως ἀσεβεῖς τοὺς λόγους διεξῄει καθ' ἡμῶν. ΕΡ. τί φῄς ὦ πάτερ; ἀγνοεῖς Τίμωνα τὸν Ἐχεκρατίδου, τὸν Κολυττέα; οὗτός ἐστιν ὁ πολλάκις ἡμᾶς καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας, ὁ πόπλεως, ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας· παρ' ᾧ λαμπρῶς εἰώθαμεν ἑορτάζειν τὰ Διάσια. ΖΕΥΣ.

18. Τὰ Διάσια] ‡ Ἑορτὴ Ἀθήνησι ἥτις καλουμένη, ἣν διάθεσιν μὴ συγγότητος ἐπιτελοῦν, θύοντες Διὶ τῷ Μειλιχίῳ ἔοικε ὃ ἐν τούτοις ταύτῃ λοιδορεῖσθαι τινὶ § ἀφισιώσει τινὶ-

‡ Ἑορτὴς A. E. καλεμένης] L. ἑορτὴ . . . καλουμένη· & sic V. *M. du S.*

§ Ἀφισιώσει] Verbum nihili, quod ex Grammaticis veteribus male intellectis vel mendose scriptis arripuit: interpretatio in Exc. G. non melior. Διάσια volunt dici ἀπὸ τῆς διαπαυομένης αὐτοῖς ἀφ' αἷς (quibus Jovem Μειλίχιον adibant) τὰς ἄσας· ita *Suid.* ex *Aristoph. Schol.* ad Nub. 407. apud quem perverse legi ἅτας monuit *Kusterus*: idem vitium ex *Sapphus* Oda detersit *H. Stephan.* ad *Erotian.* p. 158. Brevius *Etymol.* σπαρὰ τὰς ἄσας τὰς αἰτίας. Non quaero, quam recte: sed hinc saltem patet quam vocis originem probaverint. Debuerat ergo scripsisse noster Commentator, ἀπὸ τοῦ διαθεῖσθαι vel ἀποτρέπειν τὰς ἄσας, ἤγουν τὰς αἰτίας. Quod si ab ἀσαίνω compositum extitisse unquam διασαίνω, longe diversa foret ejus potestas. In Etymologo quoque vestigium aliquod hujus Grammaticorum insciitiae reperiri suspicor, Διασία ὅτι, ἢ ἀποτρέπουσα τὰς ἄσας, eo accentu, quasi singulare femininum esset: tametsi fateor eam difficultatem posse tolli, modo scribas, Διάσια, intelligasque, ἑορτὴ ἣ ἀποτρέπουσα &c. sed citius inepti hominis adsumentum esse dixerim. De voce ἄσαι multa *Foes.* in OEcon. Hippocr. Istius συγγότητος (minus recte *E. A.* συγγότητος) Hesychius meminit, sed plane mutilus in Διάσια· tum scribe in *C. G.* ἀποτρ. τὰς αἰτίας. Nostri locus in Icarom. §. 24. *T. H.*

inquit, ἐς τὸ ὑμαιὸν ἀναπτήσομαι· tum quid apud poëtas est vulgatius, quam haec fulminum Jovialium officina? Idem *Faber* pro ἰναυσάμβος libenter legerit ἀναυσάμβος· non adsentior: ἰναύειν hac significatione notum; alterius auctoritatem desidero: quamvis ἀνάπτειν & ἐνάπτειν pro *succendere*, *ignem immittere*, illud frequentissime, rarius hoc usurpari non ignoro. *T. H.*

6. Ὑπὸ τῶν Κρητῶν] Qui te juxta Gnosum oppidum sepultum praedicant. *J. Br.*

Ὑπὸ Κρητῶν] *Callimach.* ὡς Δία, & tangit illud alibi *Lucian.* *J. B.*

Ibid. Τῆς ἐκεῖ σῆς τ.] Restituimus ex Ed. *J.* vocem ἐκεῖ in aliis omissam. Vid. 3. Θυσ. c. 10. Z. τρ. c. 45. & Φιλοψ. c. 3. *Lactantius* ipsum sepulchri titulum exhibet I, 11. ZAN KPONOY. Vide & *Chrysost. Hom.* III. in Ep. ad Tit. Not. ad *Porphyr.* n. 17. *M. du S.*

10. Ὑποδύφθειρος] *Caprina pelle amictus.* *J. Br.*

12. Φιλόσοφος] Ex eorum philosophorum familia, qui de Diis male sentiunt. *J. Br.*

13. Οὐ γὰρ ἄν] Excidisse videtur ἄλως vel simile quid. *M. du S.*

Οὐ γὰρ ἄν] Nihil excidit: οὐ γὰρ ἄν, οὐ γὰρ ἂν ποτε, οὐ γὰρ ἄν που, *ceteroquin*, *alioqui non*, ut *Budaeus* aliique docuerunt. *T. H.*

Ibid. Καθ' ἡμῶν] Τῶν θεῶν. *J. Br.*

15. Τὸν Ἐχεκρ.] Echecratidae filium, e Colytto vico Atticae. *J. Br.*

Ibid. Κολυττέα] Quid monuerit *Sponius* de hoc nomine scio. Sed scripturam omnium quos vidi librorum sequi malui. Monendi tamen quibus Mss. Codicum copia est, ut videant num in iis etiam, uti in marmoribus, quae ille inspexit, ΚΟΛΑΥΤΕΥΣ legatur. Certe ΚΟΛΑΥΤΕΥΣ scribitur in *vita Platonis* apud *Diog. Laërt.* p. 70. D. Vid. A. G. IV, 733. & *Suid.* *M. du S.*

16. Καθ' ἱερῶν τ.] Quae *Homer.* Od. Δ. & P. τελήεσσας ἑκατόμβους vocat. *J. Br.*

Καθ' ἱερῶν τ.] Sic *Thucyd.* V, 47. *M. du S.*

Καθ' ἱερῶν τελείων] Formula loquendi haud sanequam frequens: hunc solum *Budaeus* locum protulit C. L. G. p. 625. ubi ἑστιᾶν ita constructum appareat: usitatius, quod ibidem ostendit, καθ' ἱερῶν τελείων ὁμόσαι· paulo diversum κατὰ βοὸς, καθ' ἑκατόμβης εὔχεσθαι, de quo *Kuster.* ad *Aristoph.* Equ. v. 657. In Philops. §. 21. dedimus ex sententia *Graevii*, ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἐφ' ἱερῶν τελείων ἑστιαθῇ, quum prius esset in plerisque ἀφ' ἱερῶν τ. Quemadmodum autem καθ' ἱερῶν τελείων, sic perinde solent ἐφ' ἱερῶν τελείων, ἐπὶ τομίων ὁμόσαι· utramque structurae formam ad ἑστιᾶν traduxit *Lucianus*, haud satis scio, an praeter usum veterum. De ἱεροῖς τελείοις adeundus est *Dukerus* Eruditissimus ad eum *Thucydidis* locum, quem indicavit *M. du Scul.* *T. H.*

17. Ὁ πάππλουτος] Atqui mox paterna bona fuisse indicabit c. 8. Tamen sic iterum usurpat Toξ. c. 12. Mortuo ergo subito patre. *M. du S.*

Ibid. Ὁ τὰς ὅ. ἐκ.] Θούων subauditur. *J. Br.*

18. Ἑορτάζειν τὰ Διάσια] Ἀθήνησιν ἑορτὴ Μειλιχίου Διὸς, μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος θυόντος. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀχαρνεὺς ἀφανίζει τὰ Διάσια, λέγων τὴν τοῦ Μειλιχίου Διὸς ἑορτὴν ὀνομάσθαι λέγων. Vide hac de re *Scholiast. Aristoph.* ad Nub. Sic ἑορτάζειν τὰ ἐπινίκια. ut apud *Long.* ποιμ. lib. 2. & *Lucian.* alibi, quod aliis notatum. *J. B.*

Ibid. Διάσια] Vide Scholium & *T. Fabri* notam. Adde etiam *Thucyd.* I, 126. & Scholia. Meminit Nos-

ΖΕΥΣ. Φεῦ τῆς ἀλλαγῆς· ὁ καλὸς ἐκεῖνος, ὁ πλούσιος, ᾧ ὑπ' οἱ τοσοῦτοι φίλοι; τίς ταθὼν ἐν τοιοῦτός ἐστιν; αὐχμηρὸς, ἄθλιος, ἡ σκαπανεύς, ἡ μισθωτὸς, ὡς ἔοικεν, ὕστω βαρεῖαν καταφέρων τὴν δίκελλαν.

ΕΡ. Οὐτωσὶ μὲ εἰπεῖν, χρηστότης ἐπέτριψεν αὐτὸν, ἡ φιλανθρωπία, ἡ ὁ πρὸς τοὺς δεομένους ἅπαντας οἶκτος. ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ, ἄνοια, καὶ εὐήθεια, καὶ ἀκρισία τοῦ τοὺς φίλους· ὃς οὐ συνίει κόραξι καὶ λύκοις χαριζόμενος. ἀλλ' ὑπὸ γυπῶν τοσούτων ὁ κακοδαίμων κειρόμενος τὸ ἧπαρ, φίλους εἶναι αὐτοὺς, καὶ ἑταίρους ᾠήθη ὑπ' εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτὸν, χαιρονίας τῇ βορᾷ.

JUP. Heu! quæ isthæc rerum conversio? illene pridem honestus, quem tot amici colebant? Unde igitur eo miseriarum devenit, squalidus, infelix, & fossor mercede conductus, uti ex ligone conjicere est, quem ille adeo gravem in terram demittit?

8. MER. Sua illum, ut minus exacte loquar, comitas perdidit atque humanitas, nec non effusa in omnes inopes misericordia: vere autem ut dicam, stultitia & simplicitas, & imprudentia in admittendis amicis; qui non animadverteret corvis se & lupis gratificari; existimaret præterea, tot vultures jecur sibi assidue exedentes, amicos esse & sodales aliqua in se benevolentia permotos, cum tamen opsoniorum gratia circa illum essent.

Ii

a Τοὺς φίλους] τῆς φίλων R.

ster Ικαρ. c. 24. ubi neglectum ab Athenienfibus hoc festum innuit; &, si foetus est genuinus, Charid. c. 1. *M. du S.*

Διάσια] Meminit hujus loci *J. Meursius* Graec. Fer. in Διάσια, sic vertens: *Ille est, qui crebro nos per integras victimas reficiens, recens locuples, qui integras hecatombas, apud quem solemus splendide epulari festum Jovis:* satis quidem incondite. Fallitur autem, quando Diasia Munychionis die nono & decimo acta putat: disserte *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 407. μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος φέροντος, ut *Castellano* jam observatum: longe alia est ἱππίων illa πομπὴ, quam memorat *Plutarchus* in Phocione. Ceterum ita loquitur de Diasiis *Lucianus*, quasi victimas eo festo Jovi immolassent: hoc negare videtur *Thucydides* I, 126. si paulo diligentius attendas, non plane negat: ἔστι γὰρ ἑορτὴ Ἀθηναίοις Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίου μεγίστη, ἔξω τοῦ ἄστεως, ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ, οὐκ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα ἐπιχώρια· si πολλοὶ, non omnes utique, sed illi nimirum, quibus instituti veteris, quum solis frugibus faciebant, major erat religio. Jam olim nonnihil in isto loco fuisse turbatum, non *Scholiastes* solum, sed vel maxime *Pollux* I, 26. suspicionem movet: utrosque in consilium si adhibeas, hunc in modum videri potest scripsisse *Thucydides*: ἐν ᾗ πανδημεὶ ἑορτάζουσι, θύουσι δὲ πολλοὶ οὐκ ἱερεῖα, ἀγνὰ δὲ θύματα ἐπιχώρια. Postquam illud ἀγνὰ semel corruptum fuit in ἀλλὰ, minime mirum est interisse δὲ· confer *Porphyr.* περὶ Αποχ. II. §. 16. possem multis firmare, quibus nunc supersedeo. Hoc probabilius sit, an memoriolam *Polluci* vacillasse, quod *Camerarius Kuhniusque* contendunt, arbitrentur eruditi. *T. H.*

24. Οὐτωσὶ μὲ εἰπ.] *Ut ita dicam:* ὡς δ' ἀληθεῖ λόγῳ, *ut vere dicam, ut revera.* *J. Er.*

Οὐτωσὶ . . . . .] Eodem redit cum his in Ἀρμ. ὥστε λόγῳ μὲ, ἐφ' ἵππου ἀνδρὸς ἀναβήσεσθαι τὸν κύδιστον, τὸν δ' ἀληθῆ, ὥσπερ ἂν εἰ τοὺς ἀπαλλαχθῆναι ἀνθρώπους ἐπιδικώμην τοὺς λόγους. V. etiam *Dial. Jun.* & *Jov.* οἰνοχοῶν δὲ τῷ λόγῳ. Vide *Tan. Fabri* notam. *M. du S.*

Οὐτωσὶ μὲ εἰπεῖν] Vid. *L. Bos* ad Harmonid. §. 3. Formula quaedam loquendi solennis: similes notant *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 36. *Jos. Uass.* ad *Sallust.* B. J. c. XIV. p. 261. *Duker.* ad *Thucydid.* p. 563. n. 7. Τῷ μὲ γὰρ ἀνόμασι, τῷ ὄ ἀληθείᾳ *Theon Progymn.* p. 97. λόγῳ μὲ καὶ τῷ δεκεῖν, ἔργῳ δὲ p. 132. λόγῳ μὲ, τὸ δ' ἀληθὲς p. 138. Iliam χρηστότητα & φιλανθρωπίαν, quae saepe mera sit stoliditas, tetigit *Herald.* de R. J. A. I. c. 5. §. 6. *T. H.*

28. Κόραξι καὶ λύκοις] Idem passim Dial. Mort. Sic vocat τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ κόλακας. dictum antea ex *Demosth.* ad Nigrin. §. 22. *J. B.*

34. Ἐκμυζήσαιλες] Hanc perelegantem nudati spoliatique Timonis picturam exquisita phrasium luce ornavit *Lucianus.* Ἐκμυζᾶν, *fugendo exinanire:* ἐκμυζᾶν τὰ ἄρα, *Hero* Spirit. p. 147. plus una vice, ubi junctum itidem ἀναστρᾶξ, sicut apud *Sotionem* Geop. VII, 15. διεκμυζῶντες ἀναστρῶσι μέρος τοῦ τρυγός. Feris sanguinem medullasque exsugentibus tribuitur: *AElian.* de Anim. I, 32. alibique saepe: *Testam. Patriarch.* p. 204. ὡς πάρδαλις ἐκμύζει ἕλκος· haec enim vetusta verbi forma (μύζειν *Hippocr.* habet de Carn. p. 250. v. 41. ἀμύζειν *Xenoph.* K. A. IV. p. 196. v. 18. vid. *Hesych.*) in recentiorum usum rediit. Ex his metaphorae ratio facilis ad intelligendum. Propriam vim & translatam junxit *Themist.* Or. XXII. p. 282. C. μετάνοια βραδία καὶ σφόδρα εὐκαιρος δαίμων ἐίωσε (ita lege, ne sensus mutet, non ὅπως) δί τινας οὐκ ἐᾷ πάμπαν ὑπὸ τῶν ἐρετῶν ἐκμυζηθῆναι· ista ἐρέται sunt ejusdem generis, cujus & illae ferae, quae Timonem exhauserunt. *Aristid.* T. II. p. 312. C. δεινὸν γὰρ ἡ τάσις παρέλκει καὶ θορυβοῦσης, καὶ τὴν φθόην τοῦ θαπλησίου ἕλκει γὰρ (*dilacerat enim*: nisi forte malis ob mentionem τῆς φθόης, ἕλκει γὰρ, *nam exulcerat*) ἀπάτας τὰς δυνάμεως, καὶ προσπεφυκὸς ἐκμυζᾷ τὸ κενεῖ. Notum illud *Juvenalis* Sat. VIII, 90. *Ossa vides regum vacuis exsucta medullis:*

cui-

Ii vero nudatis Timonis oſſibus, & circumroſis, ac medulla, ſi qua ſupererat, probe & diligenter exucta, aridum illum & ab radicibus imis exciſum relinquentes, abierunt, ne noſcentes quidem amplius aut aſpicientes, (cur enim id facerent?) aut opem ferentes, vel aliquid viciſſim largientes. Itaque ligone, uti vides, & rhenone inſtructus, urbe præ pudore relicta, agrum mercede conductus arat, tot malis ad inſaniam adactus, quod certos homines a ſe antea ditatos prætereuntes ſuperbe videat, ne hoc quidem tenentes, Timon necne dicatur.

οἱ δὲ τὰ ὀστᾶ γυμνώσαντες ἀκριβῶς, καὶ ἐξετραγόντες, εἴ τις ἢ μυελὸς [b] ἐνῆν, ἐκημυζήσαντες καὶ τοῦτον εὖ μάλα ὀπιμελῶς, ἄχολον, αὖον αὐτὸν, καὶ τὰς ῥίζας ὑπολειπόντες, οὐδὲ γνωρίζοντες ἔτι, οὐδὲ προσβλέποντες, πόθεν γε; ἢ ὀπτωρεῦντες, ἢ ὀπτοδιδόντες ὁτῳοῦν μέρει. Ἀροῖ ταῦτα δικελλίτης, καὶ διφθερίας, ὡς ὁρᾷς, ἀπολιπὼν ὑπ' αἰσχύνης τὸ ἄστυ, μισθῷ γεωργεῖ, μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς· ὅτι οἱ πλουτοῦντες παρ' αὐτῷ, μάλα ὑπεροπτικῶς παρέρχονται, οὐδὲ τοὔνομα εἰ Τίμων καλοῖτο εἰδότες.

9. JUP. Sane nobis talis vir haud quaquam contemnendus negligendusve eſt. infelix enim jure indignaretur,

ΖΕΥΣ. Καὶ μὴν ὁ παροπτέος ἀνὴρ, οὐδὲ ἀμελητέος, εἰκότα γε ἠγανάκτει δυστυχῶν· ἐπεὶ

[b] Ἐνῆν] ἦν *F.*

cujusmodi plura dabit magnus *Bentl.* ad *Horat.* Ep. V, 37. eam vocem puto reſtituendam *Prudentio* Pſychom. v. 600. *Mox ſpolia exſucto de corpore deripit* — id eſt, extenuato & prorſus arefacto, quale Avaritiam decebat: a me ſtat Egmondani Codicis auctoritas. Αὖον ſaepius a *Luciano* dici *exhauſtum bonis & evolutum* monuit *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Theſmoph. v. 853. venuſte ſubditur τὰς ῥίζας ὑποτιμηθόν· nam τὰ φυτὰ ἀφ' ἧς ῥίζης ἀποκοπέντα αὐαίνεται καὶ σήπεται, ut eſt in *Demophili* Sentent. p. 624. Non procul ab hac mente *Theocrit.* Eid. XVI, 12. Ἐνθ' αὖη σφίσιν ἕδρη — ibi Gratiis noſtris aridum eſt minimeque locupletatum domicilium, quum nudis pedibus nullisque muneribus auctae domum redeunt, inque ciſtae fundum triſtes ſe recondunt. Similis etiam in alia voce, quem *Heſychius* notavit, Comicorum uſus: Κρύον, τὸ ξηρὸν καὶτοι καὶ ἐπὶ πτωχῶν. *T. H.*

36. Αὖον] Metaphora ab arbore vulſa. *J. Br.*

38. Πόθεν γάρ] Phraſis *Demoſtheni* familiaris, ſed alio ſenſu. Vide etiam *Euripid.* p. 260. B. *Arrian. ad Epict.* p. 103. B. *M. du S.*

εἰδὲν ἀναγκαῖον ἀνδρὶ ἀγαθῷ [a] ὄντα, καὶ τὴν φιλοσοφίας πλοῦτον ὁρᾶν δυναμένῳ. μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ Τίμων, ἀλλ' ὅσον ἐς βυβῶνας [b] ἐπεμβὰς ὀλίγον πρὸ τῆς κυματωγῆς, ἐμοῦ ὁρῶντος μόνου.

quippe quas non desideret vir bonus, & qui philosophiæ opes possit contemplari. Ne tamen, o Timon, eas in altum mittas, sed inguinum tenus aquam ingressus, paulo infra litoris crepidinem projicito, me uno vidente.

Εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλει, σὺ δὲ ἄλλον τρόπον ἀμείνω καὶ τάχος ἐκφόρησον αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ [c] ἀνῇς, διαδιδοὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μέν, πέντε δραχμάς, ᾧ δὲ, μνᾶν, ᾧ δὲ, [d] ἡμιτάλαντον. εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, δημοσίαν, ἢ τριημοσίαν φέρεσθαι δίκαιος· ἐμοὶ δὲ, καίτοι οὐκ ἐμαυτοῦ χάριν αἰτῶ, ἀλλ' ὅπως μεταδῶ τῶν ἑταίρων τοῖς δεομένοις, ἱκανὸν εἰ ταύτῃ τὴν πήραν ἐμπλήσας τροφῆς, εἰδὲ ὅλως δύο μεδίμνους χωρήσαν Αἰγινητικούς. ὀλιγαρκῆ δὲ καὶ μέτριον χρὴ εἶναι τὸν [e] φιλοσοφήσοντα, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. ΤΙ. ἐπαινῶ σου-

57. Id vero si minus placet, eas ex ædibus alia quavis ratione, quantum potest, ejicito, neque tibi vel obolum relinquas, sed omnia egentibus distribuas, huic minam, huic semitalentum. Si quis vero ex iis philosophus erit, duplam is aut triplam partem auferre debet: mihi autem, (quanquam non mea causa peto, sed ut amicis, si qui forte egebunt, largiar) abunde erit, si hanc peram aureis offertam mihi reddas, quæ duos Ægineticos modios non prorsus capit: paucis enim esse contentum, & mediocritatem sequi, hominem philosophantem decet, neque supra peram suam sapere. TIM. Isthuc recte

a Ὄντα] ὄντι *J.* In Marg. *AIW.* ὅτι notatum erat pro μὲν τοι, quod accidisse credo describentis culpa, qui variationem Ed. *J.* nec fideliter expressit, & ad alienam vocalem retulit. b Ἐπεμβὰς] ἐπιβὰς *J.* Marg. *AIW.* c Ἀνῇς] ἀνεῖς *J.* Marg. *AIW.* Locus suspectus. d Ἡμιτάλαντον] Priores Edd. τάλαντον praeter *J.* cum qua consentiunt R. Schol. & Th. Magist. Habet etiam Margo *AIW.* e Φιλοσοφοῦντα] φιλόσοφον *J. M. AIW.*

losophi; e quibus unus, ut ceteros fileam, multarum possessionum pretium projecit in pelagus, Abite, dicens, in profundum, malae cupiditates: ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis: philosophus gloriae animal, & popularis aurae vile mancipium totam simul sarcinam deposuit. Improbat, & merito quidem, *Plutarch.* de Nobil. p. 218. §. 11. οὐχ ἥττον ἢ οἱ ἅρπαγα τὰ χρήματα εἰς θάλατταν καλαφορτιθήσεσθαί τις κελεύῃ. Paulo aliter *Isocr.* in Archid. p. 130. A. εἰ μὲν καθηρμόσθαι τὰς οὐσίας ἦν ἡδὺ ἂν εἰς τὴν θάλατταν τὰ σφέτερ' αὐτῶν βάλλειν, ἢ τοῖς δεομένοις ἀπαρχέσθαι. *Phoenicidis* apud *Stob.* p. 80. & *Gellii* N. A. IX, 2. loca non dissimilia inter se comparavit *Bern. Martin.* V. L. I. c. 8. recte explanans illud Musonii, ἄξιος ἔν ἐστιν ἀργυρίου, quod Interpretum nemo fuit adsecutus. Talia vero Lucianus adscripsit Thrasycli, quae recentioribus philosophis prius conveniant, quam iis, qui Timonis aetate vixerunt. *T. H.*

46. Ἐπεμβὰς] *J.* Ed. hic corrupte ἐπιβάς. Vulgatam firmant haec verba *Dial. Enip. & Nept.* ἢ δὲ παρὰ τὰς ὀχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη. *M. du S.*

Ibid. Τῆς κυματούδους γῆς] Audio Mss. & *Tanaq. Fabrum.* Sed quid *Lucianus* amaverit, colligere etiam possumus ex fine Hermotimi, ubi sic scribit. Ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ὠμοπλάτῃ καθεζόμενον ἐπὶ τὴν κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. *J. G.*

Κυματώγης] Vide etiam nostram & *Gravii* notam ad *Hermot.* c. 84. ubi eadem vox occurrit, quae & illic in impressis in κυματούδη mutata est. *M. du S.*

Τῆς κυματούδους γῆς] Codice Regio sponsore κυματωγῆς restitui: frustra *Gronovius* obducit locum ex Hermotimo: addidisse poterat *Long.* Past. III. p. 95. καὶ ἐπὶ τοῦ ψάμμου πλησίον τοῦ κυματώδους γῆς ἐδάδιζε ζητῶν τὰς τρισχιλίας. Quanquam e Codicibus nihil a *Jungermanno* sit notatum, *Mollius* tamen hic etiam κυμαλωγῆς debere legi suspicatus est. Rem pluribus alias exponemus. *T. H.*

50. Αὐτῷ] Καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ ἀνῇς· αὐτῷ, αὐτόθι, nempe ἐν τῇ οἰκίᾳ, sive οἴκοι. *Th. M.*

Αὐτῷ] Perspicue legendum σεαυτῷ, vel σαυτῷ, vel ἑαυτῷ, quum hoc de omnibus personis dicatur. Id enim vult Thrasycles, ut Timon ne obolum quidem sibi retineat, Idque jam consideravit Interpres, vertens: *Tu eas alio potiore modo, confestim ex aedibus ejicito* (potius, *confestim eum foras effer*) *ac ne obolum quidem tibi reliquum facias, largiens quibuscumque opus est.* Marcilius legit αὐτῷ, *illic.* *J. J.*

Ibid. Ἀνῇς] Proba scriptura, vide Ἀνεῖ. c. 1. Ed. *J.* ἀνεῖς. *M. du S.*

52. Ὦ δὲ μοῦσαι, ᾧ δ' ἡμιτ.] Variant hic libri. τάλαντον vulgatarum non agnoscit *J.* Ed. nec reperitur apud *Thomam Magistrum*, qui hunc locum adducit v. Ἅ μέ, ἀ δέ· neque in Scholio, quod vide in Πρτ. Διό. Sed pro eo hi omnes habent ἡμιτάλαντον, quod adeo admisimus; quia ea ratione talentum sibi integrum, ut Philosopho, quem duplo donari auctor est, conficit. Reliquarum ergo Edd. *talentum* rejecimus. Sed in eo secuti auctoritatem Ed. *J.* potissimum, in alio respuimus, quod μοῦσαι non agnoscit, quod probum

&c

de ; o Thrasycles ; sed ante tibi caput implebo pugnis , auctarium hoc ligone addens , priusquam tibi peram impleo. THRAS. O democratia , & leges , in libera civitate ab homine sceleratissimo percutimur. TIM. Quid conquereris, bone Thrasycles ? an quod te inter admetiendum circumveni ? atqui auctarii etiam loco adjiciam chœnices quatuor.

58. Sed quid hoc ? multi concurrunt simul , Blepsias videlicet , & Laches , & Gniphon , ac denique hominum legio, quos ego miris-modis mulcabo. Quid itaque causæ , quin petram hanc conscendam, & aliqua requie ligonem meum reficiam, quem jam tantopere exercui ? ipse autem magna vi lapidum in unum collata , eos grandinis in morem feriam ? BLEPS. Parce quæso mittere , Timon : abimus enim. TIM. At ego certe sine cruore & vulneribus ne abeatis faxo.

τά σε, ὦ Θρασύκλεις· πρὸ γῆν ἡ πήρα, εἰ δοκεῖ, φέρε σοι ἡ κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων, ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ. ΘΡ. ὦ δημοκρατία, ἢ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ σῦ καὶ δράτε ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει; ΤΙ. τί ἀγανακτεῖς, ὦ γαθὲ Θρασύκλεις; μῶν παχέχρισμαί σε; ἢ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας.

Ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται· Βλεψίας ἐκεῖνος, ἢ Λάχης, ἢ Γνίφων, ἢ ὅλως τὸ σύνταγμα τῶν οἰμωξομένων. ὥστε τί οὐκ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθὼν, καὶ μέν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω πάλαι πεπονημένην, αὐτὸς δὲ ὅτι πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλάζω πόρρωθεν αὐτούς; ΒΛ. μὴ βάλλε, ὦ Τίμων· ἄπιμεν γάρ. ΤΙ. ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδ' ἄνθ' τραυμάτων.

f Μῶν] Τίμων R. vocem dividit *T. Faber* τί; μῶν π.

66. Παραπίπτουσί σε] * Ἡπάτων σε ἐν οἷς ἔλεγον περὶ τῶν πλούτων. *V.*

* Ἡπάτων] Quid sit ἡπάτων, ignoro. Lege ἐπιπάτων, decipiebam. *J. J.*

Lege ἐπιπάτων sed reliqua hujus scholii absurda sunt ; agitur enim de pugnis. *M. du S.*

& in omnibus legitur. Sic enim gradatim melius ad summam, quam captat, ascenditur. *M. du S.*

57. Δύο μεδ. χυρ. Αἰγ.] Medimnus Atticus circiter octoginta libras tritici continebat , AEgineticus plures. Auri vero plus quam, ut opinor, quinquagesies tritico gravioris tantum pondus complexa esset ejusmodi pera , ut viginti camelis opus fuisset ad eam bajulandam. Insaniam Pseudophilosophi graphice describit *Lucianus*. *J. C.*

Μεδ . . . Αἰγ.] V. *Leon Porcius* AG. IX, 1483. Drachma etiam Æginetica dupla fere Atticæ drachmæ fuisse traditur. Attica VII. Solidorum sive denariorum Anglicorum , Æginetica XII. seu unius *Shilling*. *M. du S.*

Μεδίμνους Αἰγινητικούς] *Modios* etiam *Faber*: *medimnos* transferre debuerat : vid. *Perizon.* ad *AElian.* V. H. VI. c. 12. Eodem nomine *Strabonis* Interpretem reprehendit *Hoffus* de Mens. Gr. c. VI. Multis error communis: neque tamen non verum est, Graecos recentiores μόδιον & μεδίμνου nonnunquam confundere. Medimni , aliusve aridorum mensurae AEgineticae nusquam reperi mentionem factam: propterea negare nolim, ut ponderibus & pecuniae pretio Atticos AEginetae praecesserunt, sic & mensurarum magnitudine. Sed fieri potest , ut, quod de ponderibus & nummis erat certum , ridicule *Lucianus* ad mensuram traduxerit. Mox φιλοσοφοῦντα contra Ed. *J.* auctoritatem servavi. *Noster* in Peregr. §. 30. Χρυσῷ σαξάμενος πήλινα—. *T. H.*

59. Φιλόσοφον] Ex Ed. *J.* Reliquæ φιλοσοφοῦντα. *M. du S.*

63. Ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ] Recte quidem Interpretes: sed malim ἐπιμ. τὴν δικέλλαν , *caput tuum pugnis implebo , atque insuper ligonem admetiar.* Olim in mentem venerat : τὴν κεφ. ἐμπ. κονδυλῶν vel κονδυλαῖς, ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ, *caput tuum implebo tumoribus ligone admensus:* sunt certe κονδύλαι vel κονδυλαί, ἐπουλήσεις in *Hesychio* , *tubercula* , *tumores* , etiam tales, qui ex ictibus impactis oriuntur : *Schol. Aristoph.* ad Acharn. v. 1180. ἀπὸ τῆς πληγῆς κονδύλῳ ἐποίησεν αὐτὸς ὁ Λάμαχος. Verum insolentius videtur vocabulum, quam ut *Lucianum* deceat. *T. H.*

Ibid. Ὦ δημοπρατία] Vid. *Herald.* Obs. & Emend. c. 48. *T. H.*

75. Ἐπιχαλάζω] *Noster* in Gall. §. 22. καὶ ἐπιχαλάζησας αὐτῶν ἀφθόνους τοὺς λίθους. *Saxa grandine plura: Ovid.* Ib. v. 470. De telorum , lapidum &c. *nimbis , imbribus*, quae valde sunt Latinis usitata , *Franc. Juret.* ad *Paulin.* de Vit. Martin. III. v. 453. *T. H.*

76. ΑΝΔΡΕΣ] Sic ex conjectura scribere lubuit. In quibusdam enim nihil erat ; in Fr. vero P. S. & A. ΒΛ. quasi unus hoc clamaret Blepsias; cum una omnes exclamare territos & trepidantes , magis comicum sit, & simul verbis ἄπιμεν consonum. *M. du S.*

Ἀλ-

* Ἀλκυών, ἢ περὶ Μεταμορφώσεως.

Halcyon, ſeu de Transformatione.

ΧΑΙΡΕΦΩΝ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

CHAEREPHON, SOCRATES.

ΧΑΙΡ.

ΤΙΣ ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόρρωθεν ἀπὸ τῆς αἰγιαλῶν καὶ τῆς ἄκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς. τί ποτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ φθεγγόμενον ζῷον; ἄφωνα

CHAER.

II. QUae iſta vox nos pepulit, o Socrates, eminus a littoribus, illoque promontorio? quam ſuavis auribus? quodnam eſt tandem animal illud vocem edens? etenim muta

Ἀλκυὼν ὄρνις μέγεθος μὲν ἴση μικρῷ τρυθῷ, χροιὰν δὲ * ποικίλον· ἔστι γὰρ ἀταμὶς χλωρὰ, κυανῆ, ὑποπόρφυρος, φάμφος ἔχουσα λεπτὸν, ἐτιμηκες, χλωρόν. Διαιτᾶται δὲ παρὰ τὰς τῆ Σικελικῆ πελάγους αἰγιαλούς, πέντε μόνας κύσκουσα ὠά. ὃν βλάπτει τε τῶ ἰχθύος τὴ ἀκανθῶν ἐπιπλεκομένων ὑπ' αὐτῆς ὡς ἰσῆ † πηγνύσα τὴν καλιὰν παρὰ μόνων ἀνθρώπων φθείρεσθαι δυναμένην, ὑπ' ἄλλου δὲ τινος τὸ παράπαν ὐ. Ἔστι δὲ σικύα τὸ σῶμα ὁμοία ἰατρικῆ, ὡς εἶναι τὸ κύτος κοιλότερον αὐτῆς, τὸ στόμιον δὲ στενόν τε ἔτω κυφίον, ὡς μόνη ταύτη εἶναι καὶ εἰσιτητὸν καὶ ἐξιτήριον· ὃν πάντι μὲν τῶ οἰκείω ἄρρενι μιγνυμένη καιρῶ, ‡ ὃν χειμῶνι δὲ νεοττεύουσα μόνω, ὡς ἔπτα ἡμέρας ἐργάζεσθαι τὴν καλιὰν, ἔπτα δὲ τίκτειν καὶ τρέφειν τοὺς νεοττούς. Τὴν δὲ ἡμέραν τῆ τοκετοῦ φασιν ἱεράν. σκοπίους δὲ φαίνεται, καὶ τότε κατὰ τὴ Πλειάδος δύσεως καιρὸν ἐπικαθιζομένη τε § τῆ πατρῶν ἄδει τι μέλος λιγυρόν. Ὅτε δὴ καὶ τὸ πέλαγος δὲ ἀκύμαντον καθάπαξ καὶ νήνεμον. Τῆς δὲ ἀλκυόνος ἡ μὲν μείζων ἄφωνος, ἡ δὲ ἐλάττων ᾠδική. πᾶσαι δὲ ἴσως ἀνθρακόμοιοι πεφύκασιν, ὡς τῆ ἀρρένων γηρασκόντων ὑποπτᾶσθαί τε καὶ ἀμφίβιον αὐτοὺς, ἢ ἐκείνοι βούλοιντο· ἐπαπειθήσκειν τε τοῖς τὰς οἰκείας θηλείας ἐκ τῶ ἀῤῥώστους τε ἐ ἀπότους ἀμφιτελεῖν μὴ τῆ ἀρρένων τελάστην· καλοῦνται δὲ κήυκες, ¶ ὧν μόνων εἴτις ἀκούσειε τὴν φωνὴν, σημεῖον ἴσχειν παιδοκλοπίας, ὡς φασιν, ὡς μὴ βραχύν τινα χρόνον τεθηξεται. G.

* Ποικίλον] Lege ποικίλη. Haec ex variis auctoribus collata: vide *Ariſtotel.* περὶ Z. I. IX. c. 14. T. H.

† Πηγνύσα] Πήγνυσι. Modo pro ἐκ ὑδάτος legendum eſt ἐκ βυθοῦ, quemadmodum ex *Ariſtotele* liquet. T. H.

‡ Ἐν χειμῶνι &c.] Vid. *Ariſtot.* Hiſt. Anim. V. c. 8. *M. du S.*

§ Τῶν πετρῶν] Ταῖς πέτραις nisi majus vitium lateat. T. H.

¶ Ὧν μόνων &c.] Scribe: ὧν μόνη εἴτις ἀκ. τ. φ. σ. ἔχει παι. quanquam μόνων retineri poteſt. T. H.

ΑΛΚΥΩΝ] Alcyonem hunc *Luciano* adſcriptum Leonis philoſophi Academici eſſe, teſtantur *Athen.* II. & *Laert.* in *Plat.* Nec Platoni hic dialogus elapſus eſt, ſicut nonnulli putant, quos Socratis perſona in errorem pellexit. Occaſio Dialogi a cantu Alcedinis. Pulcherrimum eſt commentum, in quo ſplendide de immenſa ſummi atque aeterni principis poteſtate diſſeritur, deque divinis rebus. G. C.

ΑΛΚΥΩΝ] Non eſt Luciani, ſed Leonis Academici, ſi *Antonio Mureto* ſua ſtat fides Or. IV. Luciani quidem prorſus non eſſe, tum dictio lenta & oſcitans, tum ſententiarum levitas, & argumentorum frigus, & deliriones arguunt ſatis. Th. M.

ΑΛΚΥΩΝ] Alcyon quidem non eſt *Luciani* ex animi ſententia loquentis, quippe Epicurei, & forte ex deterrimo Epicureorum genere, qui malos mores cum prava doctrina conjungebant: ſed poſſet eſſe *Luciani* animi cauſa Platonicum agentis. Profecto haec elegans eſt *Platonis* imitatio, ſed in qua hoc unum merito arguas futilitatis, quod ſerio narretur putidiſſima fabula, eique aptetur, quicquid in re gravi & comperta de divina potentia dici potuiſſet. Sed ſi dictorum ineptam occaſionem demſeris, & ſententias de divina potentia ſpectaveris ſeorſim, fatebere vix quicquam de ea melius poſſe dici. Ceterum de Alcyonis fabula vide *Steph. Clerici* Acad. Quaeſt. V. J. C.

ΑΛΚΥΩΝ] *Alcyonem* dialogum fuerunt olim qui *Platoni* tribuerent; ſed inter aperte nothos numerat *Diogenes Laërtius Platone* p. 84. C. Hunc autem ipſum Dialogum ex *Galai* Collectaneis aliisque ſatis conſtat, eum eſſe qui *Platoni* tribuebatur; cum ibi inter ejus opera, quamvis notatus, reperiatur. Leoni cuidam a Phavorino Philoſopho, teſte eodem *Diogene*, tribuebatur; unde ſatis liquet non poſſe *Lucianum* habere auctorem, qui *Laërtio* coævus, Phavorino junior fuit. Eum Leonem Academicum vocat Nicias Nicaenſis apud *Athenaeum* XI. *Muretus* etiam Or. IV. & *Tan. Faber* in Notis ad Phaedri fab. p. 173. C. Et ſane etiamſi haec teſtimonia non ſuppeterent, vix credibile fit *Lucianum* de Deorum vi & potentia tam recte ſenſiſſe & tam magnifice locutum. Vide *Biblioth. Ceſar.* VII. p. 3. *Platoni* autem minime tribuerim, tum quia veteres rejecerunt, tum ob ea praecipue quae de duabus Socratis uxoribus in fine leguntur. M. du S.

4. Ἄφωνα] Cauſam adfert Ariſtoteles, quod his neque pulmo ſit, neque arteria neque guttur. *Horat.* in Odis: *O mutis quoque piſcibus Donatura cygni, ſi libeat, ſonum.* Lucian. in Gallo: πολὺ ἀφωνότερ☉ ἐσ-

μας

multa ſunt, quae quidem in aqua degunt. SOCR. Maritima quaedam, o Chaerephon, avis, Alcyon vocata, luctu lacrimisque abundans, de qua ſane vetus hominibus eſt conficta fabula: ferunt illam, quum mulier eſſet quondam, AEoli

ἐγὼ δὴ τά γε καθ' ὕδατος ἀθαμίτωμα. ΣΩ. Θαλαττία τις, ὦ Χαιρεφῶν, ὄρνις Ἀλκυὼν ὀνομαζομένη, πολύθρηνός τε καὶ πολύδακρυς· περὶ ἧς δὴ παλαιὸς ἀνθρώποις μεμύθευται λόγος. φασὶ γυναῖκά ποτε οὖσαν Αἰόλου τοῦ Ἑλλη-

μαι ϑ ἰχθύων adv. Indoct. μᾶλλον ϑ ἰχθύων ἀφειότερος. G. C.

8. Παλαιὸς ἀ. μεμύθευται λόγος] Occaſio diſputationis fuit fabula de Ceyce & Halcyone. In hunc ferme modum habetur apud *Ovid.* Metam. lib. XI, 420. Ceyx Luciferi filius Trachiniae rex Alcyonem habuit uxorem; a qua cum prohibitus iſſet ad conſulendum Apollinem Clarium de ſtatu regni, naufragio periit: cujus corpus cum ad uxorem delatum fuiſſet in Trachinem, doloris impatiens illa in mare ſe praecipitavit. Poſtea miſeratione Thetidis & Luciferi converſi ſunt ambo in aves marinas, quae Graecis ἀλκύονες dicuntur, Latinis Alcedones, ut ait *Varro* de L. L. lib. III. Hae, referente *Plinio* X. c. 32. ex *Ariſtotele*, paulo ampliores ſunt paſſere, colore cyaneo, collo gracili ac procero. Foetificant bruma, qui dies Graecis ἀλκυονίδες, Latinis *Halcyonia* vocantur. Neque apparent, niſi mari tranquillo, maxime Siculo. Faciunt autem ſeptem ante brumam diebus nidos, & totidem ſequentibus pariunt: unde *Manilius*: *Producit Ceycis aves ubi frigida bruma.* Hi dies & nautis ſunt noti: nam in his tempeſtatem non metuunt. Nidificant autem medio in mari. Nidi pilae figura paulum eminenti ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum ſimiilitudine, ex ſpinis aculeatis compacti, tanta duritie, ut ferro incidi nequeant. Franguntur ictu valido, ut ſpuma arida maris. De tranquillitate Halcyonidum dierum *Lucianus* hic: τὰς ἀλκυονίδας προσαγορεύομεν ἡμέρας ὁ κόσμος ἄγει. Hinc ductum eſt adagium iſtud Ariſtophanicum in Avib. v. 1593. Ἀλκυονίδας τ' ἂν ἤγετ' ἡμέρας ἀεί. id eſt, *Atque halcyonices egeritis aſſidue dies*: hoc eſt, *tranquillam atque otioſam vitam. Plautus* in Poenulo Act. I. Sc. II, 142. *niſi mihi illam tam tranquillam facis, Quam mare eſt olim, cum ibi halcedo pullos educat ſuos.* Idem in Caſin. Prol. v. 26. *Halcedonia ſunt circa forum*; id eſt, tranquillitas & ſilentium. *Virgilius* inter prognoſtica futurae tempeſtatis hoc quoque refert Georg. I, 398. *Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt Dilectae Thetidi alcyones* — Meminit harum & *Theocritus* Eid. VII. *Homer.* Il. K. *Servius* ad Virgil. Georg. I. Ceryli maris halcyonum *Theocritus* in Bionis morte: qui ubi conſenuit, a conjuge alis impoſitus geſtari dicitur: & talis conjugii amor eſt in his aviculis, ut, quum altera ex eis interiit, quae ſuperſtes eſt, longo tempore amiſſam ſociam lugubri voce deploret. Alii *cerylum* ab *halcedone* diſcernunt, ſed tamen de eodem genere eſſe ſtatuunt. *Ariſtot.* de Hiſtor. Anim. VIII. c. 3. etiam videtur diſcernere ab halcedonibus; attamen eundem locum & victum utriſque tribuit. *Gaza carulum* vertit. G. C.

Παλαιὸς ἀ. μεμύθευται λόγος] De Alcyone & Alcedoniis copioſiſſime *Ulyſſ. Aldrovand.* Ornith. XX. c. 60. Is p. 511. ubi de hoc ſcripto mentionem facit, quum iſta chartae mandabat (*Varinus ejusdem* (Halcyonis) *Pauſaniam auctorem facere videtur: nam in voce* Κήρυλος *Pauſaniam ſcribit condidiſſe Alcyones*) in errorem incidit non mediocrem: qui facile poteſt deprehendi, ſi quis meminerit, ex *Euſtathio* ad Il. I. p. 776. eſſe depromta, quae *Phavorinus Camers* in Lexicon retulit in Ἀλκυονίδες ἡμέραι· nam ad vocem Κήρυλος nihil horum ſimile. Anſam autem labendi haec dederunt verba: Ἴσιον δὲ ὅτι κήρυλοι κατὰ Παυσανίαν οἱ ἀλκυόσιν ἄρρενες &c. *Pauſanias* ille vocabularium dictionum Atticarum confecit, cujus etſi permulta, vellem tamen pro ſuis multo plura deſcripſiſſet verboſus Homeri Commentator. T. H.

9. Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος θυγατέρα] *Auguſtinus Datus* cum *Benedicto*, *Æoli Graci filiam*. Scilicet ut plures ad verba attendunt, non ad rem vel *Luciani* ſententiam, qui volebat *ajunt mulierem quondam*, *Æoli filiam*, *Hellenis neptem*, vel ex *Ovidii* libro XI. Metam. ubi Halcyone vocatur *Æolis*, vel ex *Dicaearcho*, cujus verba ſunt: ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν ὅσα ποτὲ πόλις ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη quae loquutio non minus notat patrem Æoli fuiſſe Hellena, quam filium. Contrario modo impingunt in Hermotimo §. 39. verba Graeca Εὐανδρίδου τοῦ Ἠλείου interpretantes *Euandrida*, *Elei filio*, quum patria, non pater deſcribatur. J. G.

Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος] Æolum hunc, ut vides, filium Hellenis facit: uti & *Apollodorus*, p. 11. l. 16. Vide etiam *Jambl.* n. 242. *Hygin.* F. CXXV. Alius vulgo Hippotae filius traditur, Hippotae ex filia nepos. *M. du S.*

Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος] AEolum Hellenis filium omnes faciunt Scholiaſtae veteres *Theocr.* ad Eid. III, 45. *Pindar.* ad Pythion. Δ, 190. *Apoll. Rhod.* ad I, 143. *Procl.* in *Heſiod.* p. 46. *Plin.* H. N. VII, 56. p. 480. AEolus Hippotae filius ab hoc eſt diverſus, ut liquet ex *Diodoro Sic.* IV. p. 188. ad quem *Rhodomannus* contexuit AEolidarum ſeriem. *Dicaearchi*, quem *Gronovius* adtulit, locus eſt corruptus: *Salmaſ.* de L. Hell. p. 355. Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος reponendum ſancit: *Palmer.* Gr. A. p. 8. *Gronovio* praeivit, intelligendumque ſtatuit Ἕλληνος πατρὸς τοῦ Αἰόλου verum, ut *Dicaearcho* ſecum conveniat, legendum eſt ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Διός mox ipſe: Ἑλλὰς μὲν οὖν ἐστὶν, οὐσχερὲς μικρῷ πρότερον εἰρήκαμεν, ἣν ὁ Διὸς Ἕλλην ἔκτισεν· ſi literis grandioribus ΑΙΟΛΟΥ ſcribatur, origo vitii ſtatim patet. Vid. *Clem.* Strom. VI. p. 679. A. T. H.

Ἕλλην☉ θυγατέρα, κυρίδιον ἄνδρα τ̃ ἑαυ-
τῆς τεθνεῶτα θρηνεῖν πόθῳ φιλίας, Κήϋκα
τ̃ Τραχίνιον, τ̃ Ἑωσφόρῳ ζ̃ ἀστέρος, κα-
λῷ παίρος καλὸν υἱόν· εἶτα δὴ πλεχθεῖσαν
ἀφ' τινα δαιμονίαν βύλησιν, εἰς ὄρνιθος τρό-
πον πεπτέτεσθ τὰ πελάγη, ζητοῦσαν
ἐνεῖνον· ἐπειδὴ πλαζομένη γῆν πεὶ πᾶσαν,
οὐχ οἷά τ' ἦν εὑρεῖν.

Hellenis filii nata, maritum, qui virginem duxerat, suum fato functum luxisse desiderio consuetudinis, Ceycem Trachinium Lucifero prognatum, pulcri parentis filium pulcrum; deinde vero alis instructam divina voluntate in avis morem circumvolitare maria, quaerentem illum, quandoquidem oberratis terris omnibus non poterat invenire.

ΧΑΙΡ. Ἀλκυὼν τοῦτ' ἔστιν, ὃ σὺ φῄς; ὑ
πώποτε πρόσθεν ἠκηκόειν τ̃ φωνῆς, ἀλλά
μοι ξένη τις τ̃ ὄντι προσέπεσε. γοώδη γοῦν
ὡς ἀληθῶς τ̃ ἦχον ἀφίησι τὸ ζῷον· πηλίκον
δέ τι χ̣ ἐστὶ, ὦ Σώκρατες; ΣΩΚ. ὐ μέ-
γα· μεγάλῳ μέντοι ἀφ' ἧ φιλανδρίαν εἴ-
ληφε [a] πρὸ θεῶν τιμήν· ὅτε γ̣ τῇ τούτου
νεοττείᾳ χ̣ τὰς Ἀλκυονίδας προσαγορευομένας
ἡμέρας ὁ κόσμ☉ ἄγει, χ̣ χειμῶνα μέ-

XAER. Alcyon id est, quod tu dicis? nunquam ante audiveram ejus vocem, quae mihi insolens revera accidit: flebilem ergo plane sonum emittit animal istud: quali autem corporis est magnitudine, o Socrates? SOCR. Non magnum: attamen magnum ob singularem mariti amorem accepit a Diis praemium: quum enim nidulatur, halcyonios etiam, qui vocantur, dies mundus agit, hyeme medio

[a] Παρὰ] Sic *F.* ceterae omnes περι.

10. Κυρίδιον ἄνδρα] Vid. Reines. ad Inscr. Cl. XIV. n. 3. *Ceyx Hesperi sive Luciferi & Philonidis filius: Hygin.* F. LXV. ubi vide *Munckerum. Clem.* Protr. p. 35. D. Κῆυξ μ̃ Αἰόλου Ζεὺς ὑπὸ τ̃ Ἀλκυόνης τ̃ γυναικὸς, Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τῆ ἀνδρὸς Ἥρα προσαγορεύομένη· cum ceteris in gratiam redibit *Clemens*, si modo unam vocem sedem mutare jusseris: Κῆυξ μ̃ Ζεὺς ὑπὸ τ̃ Αἰόλου Ἀλκυόνης &c. *Schol. Homer.* ad Il. I, 558. *Schol. Aristoph.* ad Av. v. 251. Huic in transcursu foedissimam labem eximemus: ἡ δὲ (Alcyon) ἄγαν πεπαθῶς ἀδύρεθ τ̃ τῦ ἀνδρὸς θάνατον πρὸς τ̃ Σίλαν imo vero πρὸς τ̃ αἰγιαλῶ. *Noster* etiam in initio, λάτ τ̃ αἰγιαλῶν, & plerique alii halcyonem ὐ τῶς αἰγιαλῶς quiritari tradunt. *T. H.*

11. Κήϋκα . . .] Rex erat Trachine. Cum nostro sentit Hyginus f. 125. *Clemens Alex.* Ceycem Aeoli filium facit, non Halcyonem p. 22. A. de Regibus verba faciens qui sibi Deorum nomina assumpserunt; Κῆυξ μ̃, inquit, Αἰόλου ΖΕΥΣ ὑπὸ τ̃ Ἀλκυόνης τ̃ γυναικὸς. Ἀλκυόνη δὲ αὖθις ὑπὸ τῦ ἀνδρὸς ΗΡΑ προσαγορευομένη. Sed & *Theocriti Scholiastes* cum *Luciano* facit p. 287. B. *M. du S.*

12. Τῦ ἀστέρ☉] Sic legendum, ut edidimus, litera minuscula. V. *Hesiod.* Θ. 381. & *Schol. Homer.* ad Il. I, 558. Neque enim nomen proprium est ut somniarunt illi. V. *Ovid.* Met. XI. 271. Aurorae is filius. Apud *Apollodorum* tamen Ἑωσφόρ☉ dicitur Ἀστραίου. ejusque filius Ceyx dicitur p. 11. l. 20. *M. du S.*

24. Περὶ θεῶν] Forte legendum πρὸς. Ad hanc fabulam allusit *Euripid.* Iph. in Taur. v. 1089. *G. C.*

Παρὰ θ.] Turpissime hic mendo omnes ferme libri foedantur, cum περὶ pro πρὸς obtrudunt; cum tamen proclive sit ex similibus *Luciani* locis hunc etiam emendare. Vide finem hujus ipsius dialogi: τιμῆς οὐκ ἔτυχεν πρὸς θεῶν, in omnibus recte. Sic l. II. ver. hist. c. 3. ταύτην παρὰ τῦ Ποσειδῶν☉ λαβοῦσα τὴν τιμήν, recte iterum in omnibus. At in eodem libro c. 33. errarunt iterum plerique: in *Fl.* tamen, uti & hic, & in *P.* recte est ταύτης — ΠΑΡΑ τῦ Ὑπάτου λαχοῦσα τ̃ τιμῆς. Notandum autem in Aldina saepius reperiri π̃ (quod proprie est περὶ) positum pro παρὰ, ut in hoc postremo loco, & in *Dial. Diog. & Herc.* ubi γεγάμηκε τὴν Ἥβην π̃ τοῖς θεοῖς, ab aliis, excepta Fr. lectum aut emendatum est in παρὰ τ. θ. ut in fine ejusdem παρὰ τοῖς νεκροῖς. Cum haec scriberem nondum Florentinam videram, quae recte hoc in loco legit παρά. *M. du S.*

Περὶ θεῶν] Παρὰ pro περὶ certissimum est: in multis explorata linguae ratio contra quicquid est Codicum Mss. valet. Simillime *Plato* de cicadis in Phaedr. p. 1230. B. ὃ γέρας ἔχουσι παρὰ θεῶν & mox, γέρας τῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν quae plus una vice *AElianus* de Anim. est imitatus. *Euripid.* Hel. v. 15. Προγόνου λαβοῦσα Νηρέως τιμὰς πάρα. Cum his egregius locus est *Plutarchi* comparandus de Sol. Anim. p. 982. F. τίν☉ γὰρ ἡγούμεθ ἑκάτερον ἑκόντες ἀδῦναι ὁ θεὸς ὕτως ἐτίμησεν; mox: τῇ δὲ ἀλκυόνι τικτούσῃ περὶ τροπὰς χειμῶνος ἵησι θάλασσαν ἀκύμονα ἑκὼν ἀσάλευτον tum φιλανδρί☉ μ̃ ὕτως ἐτί &c. De Alcyoniis quid aliis indictum superfit, sunt sane non pauca, nunc operosius investigare non lubet: vide *Suid.* in Ἀλκυονίδες ἡμέραι & *Kuster. Varro* apud *Nonium* p. 145, *Dies deinde illos, quibus Halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.* *T. H.*

Ibid. Ἐπὶ δ τῇ τ. πεττικῇ] *Henr. Stephan.* Thes. L. G.

dio praecipuos ſerenitate, quorum eſt etiam hodiernus hicce quam maxime. Nonne vides ut ſerena ſint ſuperna, fluctibusque careat & tranquillum ſit totum pelagus, conſimile, ut ita dicam, ſpeculo. CHAER. Recte dicis: videtur enim halcyonius hodiernus eſſe dies; & heri utique talis erat. Sed per Deos qua tandem re fidem oportet haberi iis, quae initio ſunt dicta, o Socrates, ex avibus mulieres unquam extitiſſe, aut aves ex mulieribus? nihil enim omnium eſt, quod minus fieri videatur poſſe.

3. SOCR. O care Chaerephon, videmur equidem eorum, quae fieri poſſunt, quaeque non, hebeti prorſus acie quidam eſſe judices: exigimus enim vero ea ſecundum facultatem humanam, quae neque noſſe, nec credere, nec cernere valet: multa proinde apparent nobis

σον ἀφαφέρουσας ταῖς εὐδίαις, ὧν ἐστὶ καὶ ἡ τήμερον [b] παντὸς μᾶλλον. οὐχ ὁρᾷς ὡς αἴθρια μὲν τὰ ἄνωθεν, ἀκύμαντον δὲ καὶ γαλήνιον ἅπαν τὸ πέλαγος, ὅμοιον ὡς εἰπεῖν κατόπτρῳ; ΧΑΙΡ. λέγεις ὀρθῶς. φαίνεται γὰρ ἁλκυονὶς ἡ τήμερον ὑπάρχειν ἡμέρα, καὶ χθὲς δὲ τοιαύτη τις ἦν. ἀλλὰ πρὸς θεῶν, [c] τῷ ποτε χρὴ πιστεύειν τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ὦ Σώκρατες, ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο, ἢ ὄρνιθες ἐκ γυναικῶν; παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται τῶν τοιούτων.

ΣΩΚ. Ὦ φίλε Χαιρεφῶν, ἐοίκαμεν ἡμεῖς τ' δυνατῷ τε καὶ ἀδυνάτων ἀμβλυωποί τινες εἶναι κριταὶ παγκάλως. δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατ' δύναμιν ἀνθρωπίνην ἄγνωστον ὖσαν, καὶ ἄπιστον, καὶ ἀόρατον· πολλὰ δὴ φαίνεται ἡμῖν ἃ

[b] Παντὸς] Πάντων P. L. *J.* atque inde margo *AiW.* [c] Τῷ] Priores Edd. τοῦ. Πῶς L.

G. T. II. p. 1040. B. profert, ἐπὶ γὰρ δὴ τούτου τυγχάνω. quod alicubi repererit, an ita ſcribendum judicarit, haud equidem ſcio. Particulae certe γὰρ δὴ mox §. 3. alibique a *Luciano* conjunctae, & ad hunc locum apte ſatis conveniunt. *T. H.*

25. Ἁλκυων.] Ἁλκυονίδες, ἡμέραι τίνες τῆς ἀριθμὸν ιδ'. γαλῆναι, ἃς αἱ νοσοῦσι ἡ ἀλκυών. *Heſych.* *A. V.*

26. Κατὰ χειμῶνα μέσον ἀφεφέρουσας ταῖς εὐδίαις] Certe non debuerunt hæc intelligi & verti aut cum Dato *tranquillitatis differentis*, aut cum Benedicto *media hieme ab aliis ſerenitate differentes*, ſed *eminentes*, *eximias*, quod putidum fere eſt monere, quum ut paſſim, tum in *Luciano* millies occurrit. *J. G.*

28. Παντὸς μᾶλλον] *Plato* p. 53. A. Variant autem hic libri. P. L. & *J.* πάντων habent. Reliqui impreſſi παντός. Neutrum probo. *M. du S.*

29. Γαλήνιον] Adducit haec verba *Andr. Rivin.* de Ven. Sal. & Mal. §. 35. Modo παντὸς μᾶλλον an πάντων ſcribas, nihil intereſt: utrumque aeque commodum; formula quaedam ſolennis abſolute ſic ponitur, ut genus nominis, ad quod videtur referri, non curet: ita diceres, hic ſcribi debuiſſe πάσης vel πασῶν, ſcilicet ἡμέρας aut ἡμερῶν. In *Platone* & *Xenophonte* nihil eſt frequentius: mox: παντὸς γὰρ μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται. *T. H.*

33. Τῷ ποτε] Ante τί ποτε. *F. G.*

Τῷ] Accentus amovendus: τῳ vel τινι. Saepius ea in re peccatur: vide ad Πρ. εἰ τὸ Λ. §. 4. Dial. D. III. & *Ritterhuſ.* ad *Porphyr.* de V. P. p. 14. *T. H.*

34. Τοῖς ἐξ ἀρχῆς] *Benedictus*: *quomodo priſcis hominibus habenda eſt fides?* a quibus ſcilicet haec fabula fuit propagata: neque diffiteor dici poſſe τοὺς ἐξ ἀρχῆς pro τοῖς ἀρχαίοις· ſed melius ad ſententiam congruit, quod dedi: atque ita fere *M. du Soul*, qui verterat: *quid eſt, quod iis fidem faciat, quae a te dicta ſunt, o Socrates.* Idem Vir Doctiſſimus, quae paulo poſt ſequuntur, δοκιμάζομεν γὰρ δὴ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην &c. hunc in modum fuit interpretatus: *Ex humana enim potentia ignotam, incredibilem & inviſibilem aeſtimamus.* Multum diſſentio; quippe cui placuerit is verborum ſenſus, quem jam ante priores Interpretes *Datus* & *Benedictus* probarant. Δοκιμάζειν κατὰ δ. vereor, ut illa poteſtate ſatis ſit Graecum: tum ſcribendum fuerat, τὸν ἄγνωστον ὄντα &c. ſcilicet θεῶν δύναμιν, de qua tamen nullam adhuc mentionem fecit. Ἄγνωστος, ἄπιστος, ἀόρατος hujusque generis vocabula quamplurima utraque agendi & patiendi virtute gaudent. Vide *Thom. Mag.* in Ἀθίατος. Ἀμιμητος. Ἀπέρατος. Ἀπρονόητος. Ἀσύητος. Ἄφθονος. Ὑπατος quaedam notavit *Jer. Hoelzlin.* ad Apollon. Rh. II, 956. plura *AEm. Portus* Lex. Jon. in Ἄκριτος fit tamen nonnunquam, ut Interpretes fallant: ſic in *Phalarid.* Ep. 98. τὸ ἀνεξέταστον πλῆθος, *vulgus*, *quod nihil expendit*, *aut ex vero aeſtimat.* In utriusque autem loci verſione non erat, cur vel nimium amplius haeſitarem, poſtquam magnum in hanc partem momentum accedebat limatiſſimum *Petri Weſſelingii* judicium. *T. H.*

38. Ἐοίκαμεν] Hic ἐοίκαμεν εἶναι perinde eſt, ac ἐσμέν, *ſumus*: nam interdum ἔοικε non eſt dubitantis ſed affirmantis. Vid. *AEgid. Menag.* ad *Diogen. Laertii* lib. IX. S. 73. *J. C.*

Ἐοίκαμεν ἡμῖν &c.] Ad ſimilem *Iſidori Peluſiotae* ſententiam II. Ep. 117. haec notavit *Rittershuſius*: ejus generis alia *Pricaeus* ad *Apul.* Mileſ. I. p. 8. *T. H.*

καὶ τὰ εὐπόρων ἄπορα, καὶ τὰ ἐφικτὰ ἀνέφικτα· συχνὰ μὲν καὶ δι' ἀπειρίαν, συχνὰ δὲ καὶ διὰ νηπιότητα φρενῶν· τῷ ὄντι γὰρ νήπιῳ ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων, ἐπείτοι μικρὸς πάνυ καὶ [a] νεογιλὸς ὁ βίου χρόνος πρὸς τὰ πάντα αἰώνια. τί δ' ἂν, ὦ γαθὲ, οἱ ἀγνοοῦντες τὰς τῶν θεῶν καὶ δαιμονίων δυνάμεις ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν, πότερον δυνατὸν ἢ ἀδύνατόν τι τοιούτων; ἑώρακας, Χαιρεφῶν, τρίτῃ ἡμέρᾳ ὅσος ἦν ὁ χειμών; καὶ ἐνθυμηθέντι γάρ [b] τοι δέος ἐπέλθοι καὶ τὰς ἀστραπὰς ἐκείνας καὶ βροντὰς, ἀνέμων τε ἐξαίσια μεγέθη· ὑπέλαβεν ἄν τις τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καὶ [c] δὴ συμπεσεῖσθαι.

Μετὰ μικρὸν δὲ θαυμαστή τις κατάστασις εὐδίας ἐγένετο, καὶ διέμεινεν αὕτη γε ἕως δὴ νῦν· πότερον δὴ οἴει μεῖζόν τι καὶ ἐργωδέστερον εἶναι, τοιούτῳ αἰθρίαν ἐξ ἐκείνης τὴν ἀνυποστάτου λαίλαπος καὶ ταραχῆς μεταθεῖναι, καὶ εἰς γαλήνην ἀναγαγεῖν τὰ ἅπαντα κόσμου, ἢ γυναικὸς εἶδος μεταπλασθὲν εἰς ὄρνιθός τινος ποιῆσαι; τὸ μὲν γοῦν τοιοῦτο, καὶ τὰ παιδάρια

& factu facilium difficilia; & eorum, ad quae pertingere datur, ardua; haec quidem pleraque propter imperitiam, alia etiam non pauca ob infantiam mentis: re enim vera infans videtur esse omnis homo, etsi vel valde senex, quandoquidem exiguum plane, & infantiae instar vitae spatium ad omne aevum. Quid autem, o bone, qui vires Deorum Geniorumque ignorant, dicere habeant, utrum talium rerum fieri aliquid possit, nec ne? Vidisti, Chaerephon, nudius tertius quanta fuerit hyems: quin & animo repetentem metus invadat & ista fulmina ac tonitrua, ventorumque ingentes furores: existimasset aliquis, tellurem totam utique fuisse collapsuram.

4. Paulo autem post mirifica quaedam extitit compositi coeli serenitas. Jam tu utrum majus quiddam & operosius esse putas, ex isto turbine, qui vix subsisti poterat, ac confusione ad placatissimum nitorem mutatam coeli faciem referre, inque tranquillitatem revocare mundum universum, quam mulieris formam transmutatam in aviculam quandam facere? nam ad eum sane modum & pueruli in-

a Νεογιλὸς] νεογιλλὸς Schol. νεογνὸς C. b Τοι] τὸ Margo *AiW.* male. c Δὴ] ἤδη P. L. Margo *AiW.*

43. Ἀνέφικτα] Ἀδύνατα καὶ ἀπερίληπτα. *V.* νεογενής. *V.C.*
47. Καὶ νεογιλὸς] Αὖτε τῷ νέῳ, ὁ νεογένητος,

ο Νεογένητος, νεογ.] Has utraque voces adjecit *M. du Soul.* meminit praeterea reponi debere νεογλές. *T. H.*

45. Τῷ ὄντι γὰρ νήπιῳ ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ πάνυ γέρων] Ineptissime Benedictus, *revera enim omnis homo infans est, maxime vero senex*; quum longe accommodatius Datus, *Omnis namque homo infans utique videtur esse, vel ultima senectute provectus*, quae verissima *Luciani* mentis expressio. *J. G.*

Ibid. Νήπιος] Expressit illud Ægyptiorum Soloni dictum apud Platonem, *Graecos semper pueros.* Suam autem sententiam validioribus longe quam illi argumentis firmat. Sic & *Seneca* apud Lactantium II, 4. *Non*, inquit, *bis pueri sumus, ut vulgo dicitur, sed semper. Verum hoc interest, quod majora nos indimus.* *M. du S.*

47. Νεογιλὸς] Vox *Polluci* improbata, qui hunc in modum est refingendus II, 8. τὸ δὲ νεογιλὸς ἢ νεογιλὸν, εἰ ἐν Ἰσαίῳ εἴρηκεν ὁ τὰ κατὰ Ἀριστάρχου, ὃ δόκιμον. Νεογιλαίῳ per me licet exultatum abeat e Graeca lingua: ibi protulit hunc locum *Jungermannus.* Sententia persimilis *Hipparchi* Pythag. apud *Stob.* p. 573. Ὡς πρὸς τὴν ξύμπασαν αἰῶνα ἐξετάζοντι βραχύτατον ἔχοντες οἱ ἄνθρωποι τὸν τῆς ζωῆς χρόνον. *T. H.*

56. Ἤδη] Ex P. & L. hoc, in impressis enim καὶ δὴ legebatur. *M. du S.*

Καὶ δὴ] Minime mutandum. *Aristoph.* Pl. v. 227. Καὶ δὴ βαδίζω. *Thesmoph.* v. 221. Apud *Platonem* saepissime. *T. H.*

61. Ἀνυποστάτου] Ἀνυποστάτῳ χειμάρρῳ *Julian.* Or. I. p. 34. C. Agit de hac voce *Is. Casaubon.* ad Athen. III. c. 20. Mox in illis ὡς ἀνθρώπους τινὰς abesse potest ὡς. *T. H.*

65. Τὰ παιδάρια τὰ παρ' ἡμῖν] Vid. *Gataker.* ad *M. Antonin.* VII. §. 23. *T. H.*

68. Πολλὰς ἰδιῶν φύσεις] *Multas specierum naturas*: imo πολλῶν ἰδιῶν φύσεις, *multarum specierum naturas*: quamquam impropria hic est ea locutio. *J. C.*

85. Τυχοῦσι] Recte viderat *Benedictus* uti & *Marci-dius*

inter nos, qui quidem fingere ſciunt, luto cerave ſumta, facile ex eadem ſaepe materiae mole fingunt refinguntque multas formarum naturas. Deo enimvero magnam habenti virtutis praeſtantiam neque omnino comparandam ad noſtras agendi vires, ad manum eſſe credere par eſt omnia iſtiusmodi atque in facili poſita. Atenim totum coelum quanto tandem temet ipſo videatur majus, indicare tu poſſis?

τὰ παρ' ἡμῖν, τὰ πλάττειν ὅπως ἁμῶς τηλοῦ, ἢ κηρὸν ὅταν λάβῃ, ῥᾳδίως ἐκ τοῦ αὐτοῦ πολλάκις ὄγκου μεταχηματίζῃ πολλὰς ἰδέων φύσεις. τῷ δαιμονίῳ δὴ μεγάλην τὴν συμβλητὴν ὑπεροχὴν ἔχοντι πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις, εὐχερῆ τυχὸν ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, καὶ λεῖα· ἐπεὶ τὸ ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τινὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω, φράσαις ἄν;

5. CHAER. Quis autem hominum, o Socrates, intelligere queat, aut dicendo efferre tale quicquam? neque enim verbis illa conſequi licet. SOCR. Nonne vero animadvertimus, hominum, inter ſeſe ſi conferantur, magnum aliquod eſſe diſcrimen, quo alius alium ſuperet, virium imbecillitatisque? nam virorum aetas ad pueros prorſus infantes, quinque, ſi lubet, a partu, aut decem diebus, comparata admirabilem plane habet differentiam roboris & infirmitatis in omnibus propemodum peritam actionibus, & iis, quaecumque manibus iſtis tam artificibus, & corpore & animo perficiunt: iſta enim novellis, ut dixi, puerulis ne in mentem quidem venire videntur poſſe.

ΧΑΙΡ. Τίς δ' ἀνθρώπων, ὦ Σώκρατες, ἔσοιτ' ἂν ἢ ἐνθυμῆσαι τι τούτων ἢ εἰπεῖν ἐφικτόν. ΣΩΚ. ἴσως δὴ θεωροῦμεν ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους συμβαλλομένων μεγάλας τινὰς ὑπεροχὰς ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἀδυναμίαις ὑπαρχούσας. ἡ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία, πρὸς τὰ νήπια παντελῶς βρέφη, τὰ πεμπταῖα ἐκ γενετῆς, ἢ δεκαταῖα, θαυμαστὴν ὅσην ἔχει τὴν διαφορὰν δυνάμεώς τε, καὶ ἀδυναμίας, ἐν πᾶσαις σχεδὸν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσι, καὶ ὅσα διὰ τῶν τεχνῶν τούτων ὕστω πολυμηχάνων, καὶ ὅσα διὰ τοῦ σώματός τε καὶ τῆς ψυχῆς ἐργάζονται. ταῦτα γὰρ τοῖς νέοις, ὡς ἂν εἴποι τις, παιδίοις, οὐδ' εἰς νοῦν ἐλθεῖν δυνατὰ φαίνεται.

Καὶ

85. Τυχῶν] *Γράφεται, τυχῶν. G.*

lius & *Vorſtius*; ſic legendum, non τυχῶν quod in plerisque legitur. Emendationem eorum firmant Ed. *F.* & Codd. Mſſ. P. & L. *M. du S.*

Τυχῶν] Recepi, quod in *F. Va. S. A.* fuit expreſſum, itidemque in margine *AIW.* reliquae τυχῶν, In Exc. P. haec notantur: ἀφὸ τῶ τυχῶν] *γρ.* τυχῶν ἢ τυχῶν. Aliud reperio in Exc. ex Chriſtoph. Longolii Luciano cum Mſſ. collato: ἀφὸ τῶ χυφῶν (feſtinantis, ut auguror, deſcriptoris errore pro τυχῶν, ut legitur in A1. anni MDIII. ad cujus oram adlita fuit haec vetuſti Codicis collatio) τούτων] χυφῶν. τυχῶν *F.* Praeterea χυφῶν habebant C. teſte *M. du Soul*: eoque pacto jampridem, antequam haec vidiſſem, legendum eſſe ſtatueram: neque me poenitet ſententiae priſtinae: licet enim τυχῶν adſpectu primo ſatis videatur accommodatum, ſi tamen attentius explores, nihil habet, quod ad praeſtantiam alterius lectionis comparari poſſit: nam primum *αἱ κατὰ τὸν βίον πράξεις* artes, quas homines exercent, jam ſimul complectebantur: deinde τούτων appoſitum prorſus languet, ac vigorem orationis interturbat: denique ὅσα ἀφὸ τῶ τυχῶν τούτων ὕστω πολυμηχάνων ἐργάζονται ut ad reliquum dictionis nitorem, qui hoc in ſcripto perlucet, admodum reſpondeat, valde vereor. Contra χυφῶν adoptaveris, mox iſtae difficultates non ſolum evaneſcent, ſed omnia ita erunt opportuna, ut nihil magis. Τῶν χυφῶν τούτων, extollere manus & monſtrare Socratem credo, tanquam teſtes rei, quam proferebat, luculentiſſimas: ſunt autem revera manus, & vocantur πολυμήχανοι tum ab aliis, tum a *Galeno* de Uſu partium corp. hum. lib. I. & II. quia, ut ait *Ariſtot.* περὶ Ζ. *M.* IV. p. 106. ἡ χεὶρ ἔοικεν εἶναι οὐχ ἓν ὄργανον, ἀλλὰ πολλά· ἔστι γὰρ οἷονπερεὶ ὄργανον πρὸ ὀργάνου· propterea quod manus habeat, idcirco hominem eſſe ſapientiſſimum cenſebat Anaxagoras; quanquam melius, Galeno ſuffragante, rationem illam Ariſtoteles invertat, quia inter univerſum genus animalium ſapientiſſimus eſt, ideo datum eſſe homini a natura, ut manibus ſit praeditus. Hinc eadem opera patet, fruſtra fore, ſi quis objiciat, praeteriri potuiſſe facile manuum mentionem, quum mox ſequatur ἀφὸ τῶ σώματος· ratio enim non eſt in obſcuro, cur manus eximias habuerit, & dignas, quae prae ceteris corporis humani membris ſolae commemorarentur. *T. H.*

Καὶ ἡ ἰσχὺς δὲ ἡ ἑνὸς ἀνδρὸς τελείου τὸ μέγεθος, ἀμέτρητον ὅσην [a] ἔχει ἡ ὑπεροχὴν πρὸς ἐκεῖνα. μυριάδας γὰρ τοιούτων εἰς ἀνὴρ πάνυ πολλὰς χειρώσαιτ' ἂν ῥᾳδίως· ἡ γὰρ ἡλικία παντελῶς ἄπορος ὅπου πάντων, ἃ μήχανος ἐξαρχῆς συνακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις κατὰ Φύσιν. σπανίως δὲ ἄνθρωπος ὡς ἔοικεν ἀνθρώπῳ τοσούτῳ διαφέρει, τί νομίσομεν ἡ σύμπασα ὁρατὸν πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις φανῆναι ἂν τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις; πιθανὸν δὲ ἴσως δόξει πολλοῖς, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος ὁ κόσμος ἡ ὑπεροχὴν πρὸς τὸ Σωκράτους ἢ Χαιρεφῶντος εἶδος, [b] τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὴν φρόνησιν, καὶ διάνοιαν, ἀνάλογον διαφέρειν καὶ περὶ ἡμᾶς διαθέσεως.

Σοὶ μὲν δὴ καὶ ἐμοὶ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τοιούτοις ἐσμέν, πόλλ' ἅττ' ἀδύνατα τοῖς ἑτέροις πάνυ ῥᾳδίως. ἐπεὶ καὶ αὐλῆσαι τοῖς ἀναύλοις, καὶ ἀναγνῶσαι, ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις

6. Roboris autem unius viri adulti magnitudo immensum quantum illos supergreditur; adeo ut millia talium unus vir valde multa devicerit facillime: aetas enimvero penitus omnium indiga, quaeque nullis sibi machinis ipsa sufficiat ab initio hominibus adest comes naturae lege. Quandoquidem ergo homo, ut patet, homini tantum interest, quid existimabimus omne simul coelum ad nostras vires illis visum iri, qui talia contemplari valent? probabile scilicet videbitur multis, quantum magnitudo mundi superat Socratis aut Chaerephontis speciem, tantum quoque potentiam ejus ac sapientiam atque intellectum pro ratione antecedere facultatum nostrarum dotes.

7. Proinde tibi mihique ac multis aliis nostri similibus multa quidem impossibilia sunt eorum, quae aliis valde facilia: nam & tibias inflare artis expertibus, & legere aut scribere illiteratis mul-

a Ἔχει] ἴσχει, nisi quod typorum vitio εἶχεν in *J.* Edd. cunctae praeter *B2.* b Τηλικοῦτον] τηλικούτῳ καὶ τὴν δ. αὐτοῦ *J.* Margo *AIW.*

90. Ἀμέτρητον ὅσην] *H. Stephan.* App. de D. A. p. 82. ubi de pleonasmo nominum ὅσος & ἡλίκος disputat. *T.H.*

Ibid. Ἔχει] *B2.* Reliquae ἴσχει. *M. du S.*

2. Τηλικοῦτον . . . . αὐτοῦ] Ex Ed. *J.* est. In reliquis enim aliter legebatur, nempe τηλικοῦτον . . . αὐτῷ. *M. du S.*

Τηλικοῦτον &c.] Multum vereor, ne quod Junta suppeditat, prava sit *Antonii Francini*, qui huic editioni praefuit, correctio membranarum fide destituta: eo magis quia structura verborum, quam planissimam habet lectio vulgata, in hac prorsus laborat. Quid autem expeditius, quam, πιθανὸν δὲ δόξει, ὅσον ἴσχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς &c. τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀνάλογον διαφέρειν καὶ περὶ ἡμᾶς διαθέσεως. *T.H.*

3. Αὐτοῦ] Nempe mundi, quem Deum esse statuit *Plato* in Timaeo. *J.C.*

Ibid. Φρόνησιν] Platonici mundum animatum, sapientia & intelligentia praeditum credunt. *A.V.*

8. Ἀναγνῶσαι] Legendi significationem locus postulat; Graeci sermonis usus ἀναγνῶναι. Contra peccatur in *Hesychio*: Ἀναγνῶναι, ἀναπεῖσαι. Jonum est, & *Herodoti*, apud quem saepius hac potestate ἀναγνῶσαι, nunquam ἀναγνῶναι. Γραμματικὸν τρόπον, nisi potius mox post γράψαι sit adjungendum, eo tamen referri debet. *T.H.*

12. Παραβάλλουσα] An καταβάλλουσα, id est, *instituens.* *F.G.*

Παραλιβοῦσα] Sine librorum auctoritate mutavi; habent enim omnes συμβάλλουσα. Manifestior mutationis ratio est, quam ut promendo tempus teram. *M. du S.*

Παραβάλλουσα] Eadem, quae Doctiss. *M. du Soul*, mihi quoque se jamdudum obtulit conjectura: neque tamen in contextum recipere consultum duxi, propterea quod non defore putem, quibus arridebit *Guyeti* καταβάλλουσα. Imo defendi forte poterit παραβάλλουσα, in favo ex congesta temere materia velut projiciens animal informe. *T.H.*

15. Μελ. σοφῷ] Eodem epitheto gaudet etiam apud *Philostr.* p. 889. *M. du S.*

16. Θείου μέλιτος] Hinc *Virgil.* IV. Georg. *Protinus aërii mellis coelestia dona. Varro* de R. R. II. c. 5. *Denique ex hoc* (bove) *putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres.* *G.C.*

17. Ἔκτε ὠᾶν] De ovorum natura mirabili, & eorum variis generibus loquitur *Cal. Rhodogin.* Ant. Lec. XXVII. c. 17. *Aristotel.* de Gener. Anim. lib. V. *G.C.*

19. Τυῶν] An τιτὼ; *F.G.*

Τυῶν] Legendum τιτὼ cum Interprete. Videtur hic esse allusio ad locum veteris philosophi, forte *Empedoclis*, qui Physica versibus scripserat. *J.C.*

Te-

multo magis arduum eſt, usque eo dum ſint imperiti, quam facere mulieres ex avibus, aut aves ex mulieribus. Natura vero acceptum in favo fere ſine pedibus ac pennis animal, pedibus appoſitis atque alis, & varietate multa expoliens pulcraque & omnimoda colorum, apem ſapientem produxit, divini mellis opificem: tum porro ex ovis mutis & inanimatis plura genera fingit alitum & terreſtrium, aquaticorumque animalium, artibus quibusdam, ut veterum fert ſententia, ſacris aetheris magni ad tanti operis curam inſuper uſa.

γραμματικὸν τρόπον, ἀδυνατώτερόν ἐστι τοῖς, ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες, ἢ ποιῆσαι γυναῖκας ἐξ ὀρνίθων, ἢ ὄρνιθας ἐκ γυναικῶν. ἡ δὲ Φύσις ἐν κηρίῳ ᾠὸν ἀπαβάλλουσα ζῶον ἄπουν, ἢ ἄπτερον, πόδας ὑποθεῖσα, ἢ πτερώσασα, ποικιλίᾳ τε Φαιδρύνασα πολλῇ ἢ καλῇ ἢ παντοδαπῇ χρωμάτων, μέλιτταν σοφὴν ἀπέδειξε θείου μέλιτος ἐργάτιν· ἔκτε ὠῶν ἀφώνων, ἢ ἀψύχων, πολλὰ γένη πλάττει πτηνῶν τε, ἢ πεζῶν, ἢ [c] ἀνύδρων ζώων, ὡς λόγος, τέχναις τισὶν ἱεραῖς αἰθέρος μεγάλου προσχρωμένη.

8. Quum ergo vires immortalium ſint ingentes, nos mortales & puſilli plane, qui neque magna poſſumus perſpicere, & ne parva quidem, in pleriſque etiam, quae circa nos accidunt, haeſitantes, non valeamus utique explorate quicquam ſtatuere neque de Alcyonibus, nec de Luſciniis: famam autem fabulae qualem tradiderunt pa-

Τὰς ἓν ἀθανάτων δυνάμεις μεγάλας ὔσας, θνητοὶ ἢ σμικροὶ παντελῶς ὄντες, ἢ οὔτε τὰ μεγάλα δυνάμθοι καθορᾶν, οὔτ' ἓν τὰ σμικρὰ, τὰ πλείω δ' ἀπορέοντες ἢ τῶν περὶ ἡμᾶς συμβαινόντων παθῶν, οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν βεβαίως οὔτ' Ἀλκυόνων πέρι, οὔτ' Ἀηδόνων· κλέος δὲ μύθων, οἷον παρέδοσαν πατέρες,

c Ἀνύδρων] ἐνύδρων C. J. AIW. rectum puto.

Τῶν, τίχναις] Vorſtii ſtrictura ſuadente, harum vocum ordinem in libris perturbatum ſic reſtitui. *M. du S.*

Τῶν] Etſi tranſponas, incommode cadit. Deinde ὡς λόγος pertinet ad ſequentem ſententiam, προσχρώμενη τίχναις ἱεραῖς quem nexum ſubjecto τινῶν non convenit interrumpi: valet autem, quemadmodum apud *Platonem* ſaepe, *ut veteris ſapientiae doctrina tradit*: ita λέγων *Democritus*: τάδε λέγει περὶ τῶν ξυμπάντων. Vix me retinui, quin redderem in *Luciano* τισὶν orationis ſtructura liquida: tum etiam recte τισὶν, quoniam artes quidem aetheris magni ſacras, ſed ignotas tamen, & humanae menti non pervias commemorat. *T. H.*

20. Αἰθέρος μεγ.] Summi Dei. *Lucret.* lib. I.

Poſtremo pereunt imbres, ubi eos pater aether
In gremium matris terrai praecipitavit.

& *Virgil.* II. Georg.

Tum pater omnipotens foecundis imbribus aether. G. C.

21. Τὰς ἓν ἀθ. δ. μεγάλας ὔσας] Si locus eſt integer, nec quicquam deſideratur, quae ſuſpicio non immerito poſſet ſuboriri, nihil eſt reliquum, quam ut accuſativos abſolute poſitos agnoſcamus: quae ſtructurae ratio ſatis alioquin apud Graecos obvia feſellit Interpretes tum hoc in loco, tum ſaepius alibi: exempla dedit ex *Pauſania Sylburgius* in Praef. p. 930. Vide praeterea *Kuhn.* ad *AElian.* V. H. II, 13. ubi quae pleraque notat *Perizonius* ſunt aliena, & diverſi generis. *Strab.* I. p. 7. πολλοὺς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας pro πολλῶν δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμων ὄντων. *Menodotus* apud *Athen.* XV. p. 672. B. πεπεισμένους τοὺς Ἀργείους. In *Diogen. L.* IX, 42. ita nunc legitur: φησὶ δ' Ἀριστόξενος ἐν ᾗ Περιπάτων, ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτὸν, καλεῖσθαι κορωνίδας γάλας. *Suidas* in Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης aliud oſtendit, ἐλθόντα Ἱπποκράτη πρὸς Δημόκριτον quod quo minus in *Diogene* conſpiciatur, librariorum imperitiae deberi non dubito: II, 48. τοῦτον ἐν τοιούτῳ φασὶν ἀπαντῆσαι Σωκράτει, λέγεσθαι τὸν βαστηρίαν ibi recte *Kuhnius*. *T. H.*

26. Αἰδόνων] Luſciniarum propter Philomelam meminit. *M. du S.*

27. Κλέος δ' μύθων] Vertit Interpres: *praeclaram hanc fabulam*, quaſi vertendum ad verbum eſſet, *gloriam fabularum*: ſed κλέος hic eſt, ut ſaepe apud *Homerum*, pro *fama* auditu accepta: Il. B, 486. Alia loca indicabit Index Euſtathianus Ed. Rom. ut & quae de hac voce habet *Euſtathius*. Itaque Socrates hic inducitur dicens traditurum ſe liberis, quae a parentibus de priſcis fabulis acceperat. Dogma fuit Platonicum non quasvis fabulas, ſed eas, quae ad virtutem faciunt, pueris eſſe proponendas: qualis fabula Alcyonis, quae ad commendationem fidei conjugalis pertinet. Conſulendus *Plato* lib. II. de Rep. ubi multis probat περὶ ποιητὰς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν ὅτι κάλ-

τέρες, τοιῦτο καὶ παισὶν ἐμοῖς, ὦ [a] ὄρνι θρήνων μελῳδέ, παραδώσω τὸν σῶν ὕμνων πέρι· καί σε [b] εὐσεβῆ καὶ φίλανδρον ἐρῶλα πολλάκις ὑμνήσω, γυναιξί τ' ἐμαῖς, Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ [b] λέγων τά τ' ἄλλα, πρὸς δὲ, καὶ τιμῆς οἵας ἔτυχες παρὰ θεῶν. ἆρά γε καὶ σὺ ποιήσεις τι τοιοῦτον, ὦ Χαιρεφῶν; ΧΑΙΡ. [c] πρέπει γοῦν, ὦ Σώκρατες· καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα διπλασίαν ἔχει τὴν παράκλησιν πρὸς γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν ὁμιλίαν. ΣΩΚ. εὖ ἴσθι ἀσπασαμένοις τὴν Ἀλκυόνα, προάγειν ἤδη πρὸς ἄστυ καιρὸς ἐστὶ τῆς Φαληρικῆς. ΧΑΙΡ. πάνυ μὲν οὖν ποιῶμεν οὕτως.

rentes, talem & liberis meis, o ales lamentorum modulatrix tradam, de tuis hymnis; tuumque pium & marito devinctum amorem saepe celebrabo, uxoribus meis Xanthippae & Myrto enarrans tum alia, tum praeterea, qualem honorem nacta fueris a Diis: tu quoque, Chaerephon, simile quiddam quin facias, non refugies. CHAER. Ita sane decet, o Socrates: habent nimirum a te dicta duplicem adhortationem, quae mutuae uxorum virorumque consuetudini conducat. SOCR. Ergo, salutata Alcyone, progredi jam ad asty tempus est e Phalerico. CHAER. Nulla quidem in me est mora.

a Ὄρνι θρήνων] ὀρνιθοθήρων P. b Λέγων] λόγων in f. error est typorum. c Πρέπει γοῦν] In sola P. πρ. γοῦν, ὦ Σώκρατες, καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ ῥ. δ. ἔχειν, &c. quod an emendantis *Bourdeletii* sit, equidem ignoro.

31. Γυναιξί τ' ἐμαῖς] Ὅτι δύο γυναῖκας εἶχεν Σωκράτης Ξανθίππην καὶ Μυρτώ. *V.*

39. Ἐκ τῆς Φαληρικῆς] Φάληρον δῆμος Αἰαντίδος. *G.*

παλλίστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν *dandam omnino esse operam, ut hae fabellae, quas primas audient, elegantissimae fictae ad virtutem sint.* *J.C.*

28. Θρήνων μελ.] Ὦ ὄρνι θρηνομέλῳδε legendum est. *J.Br.*

31. Γυναιξί τ' ἐμαῖς] Duas fuisse Socrati simul uxores, non solus *Lucianus*, aut quisquis hujus opusculi auctor est, tradidit: sed ante & post eum multi; quos errare *Panatius* firmissimis, Plutarcho judice, argumentis evicerat. De hac doctorum controversia plura qui volet, adeat Clarissimi *Bentleii de Phalaridis Epistolis dissertationem*. Nos de his feminis hoc modo lectorem monitum hic volumus; *Xanthippen* morositate notam, talemque, ut a Socrate ideo tantum ductam tradant, quo patientiam sibi summam tali monstro consuescens compararet. *Myrto* autem, quam ei superinducunt, Aristidis ex filia neptis. De qua, & ea quam supra dixi controversia, consule *Plutarch.* in *Vita Aristidis* sub finem. *M. du S.*

Ibid. Ξανθ. τε καὶ Μυρτοῖ] Socrati *Hieronym.* in Jovinian. uxores fuisse duas scribit Xanthippen & Myrtonem, Aristidis neptem, quam alii dicunt filiam *Laertii* etiam testimonio & *Plutarchi* in Arist. *G.C.*

Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ] Junguntur etiam in Epist. Socratic. 27. p. 57. Observanda, quae *Cyrillus* ex *Porphyrio* scribit contra Julian. VI. p. 186. D. δύο ὃ ἔχων γυναῖκας ἅμα, Ξανθίππην μὲ πολίτιν, καὶ καινοτέραν πάνυ, Μυρτὼ δὲ Ἀριστείδου θυγατριδῆν τοῦ Λυσιμάχου καὶ τὴν μὲ Ξανθίππην ἐπιπλακεῖσαν λαβών, ἐξ ἧς ἑαυτῷ Ἀσωπροκλῆς ἐγένετο· τὴν δὲ Μυρτὼ γάμῳ, ἐξ ἧς Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον. Xanthippes solius, non itidem Myrtus meminerunt *Plato* & *Xenophon*. Vid. *Diogen. L.* II, 26. ibique *Casaubon.* & *Menagium*. *T.H.*

36. Διπλασίαν τὴν παράκλησιν] *Duplam exhortationem, & quod Alcyon pia in virum sit, & quod is in uxorem.* Haec notantur ad marginem *AIW*. *T.H.*

39. Φαλ.] Φάληρος λειμὼν ἀοίδιμος Ἀθήνησιν. *A.V.*

Φαλ.] Scripsit Vorstius, scribere saltem debuit, λιμήν. *M. du S.*

Pro-

Prometheus, ſive, Caucaſus.

Προμηθεὺς, ἢ, Καύκασος.

MERCURIUS, VULCANUS, PROMETHEUS.

ΕΡΜΗΣ, ΗΦΑΙΣΤΟΣ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

MERC.

1. CAucaſus quidem, o Vulcane, hicce, cui miſerum Titanem iſtum clavis affigi oportebit: nos jam nunc circumſpiciamus rupem aliquam opportunam, ſicubi quae ſit a nive nuda, ut firmius defigantur vincula, & hic omnibus conſpicuus ſit pendens. VULC. Circumſpiciamus, Mercuri: neque enim in humili & terrae proximo loco cruci affigendus eſt, ne ſuppetias ipſi ferant, quos finxit, homines; neque etiam ad montis verticem; fugiat enim viſum eorum, qui infra ſunt: ſed, ſi videtur, in

ΕΡΜ.

Ibid. Τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω] Memini, quum placeret ἀποπεμπέτω, *ventos* sive *procellas & tempestates avertat*: ἀνέμους ita sumi notum est. Nunc vulgatam lectionem probo: *ventos secundos ac ferentes immittat*. Ἐπιπέμπειν de Diis in utramque partem usurpatur; velut apud *Xenoph.* Symp. p. 522. v. 13. Ἥρα ἐπιπέμπει ἀνέμους *Schol. Apoll. Rh.* in Arg. lib. IV. ὁρμὰς ἀγαθὰς ἐπιπέμπειν *Dion Chrys.* p. 13. C. Θεοὶ &c. ὀνείρους μοι ἐπιπέμπουσι *Long.* Pastor. IV. p. 145. Contra δίκη πολλὰ καὶ κινδύνους ὁ θεὸς ἐπιπέμπει τοῖς ἀδικοῦσι *Lys.* p. 105. v. 9. θεῶν δίκας ἐπιπεμπόντων τοῖς ἀδίκοις *Zaleuc.* Prooem. LL. apud *Stob.* p. 279. *Demosth.* in Timocr. p. 792. A. Sic Hecate vel Empusa φάσματα dicitur ἐπιπέμπειν *Dion Chrys.* p. 73. *Hesych.* in Ἔμπουσα. *Schol. Apoll. Rh.* ad III, 860. hinc quemadmodum ἀποπομπαὶ, sic & ἐπιπομπαὶ, malorum morborumve immissiones, quorum causas geniis maleficis hominumque inimicis adscribebant: eo pacto intelligendum in *Dioscor.* Noth. p. 476. G. 478. E. quae utraque verbis iisdem leguntur in eo Poëta de Vir. Herb. quem post *Aldum* recentavit Vir Eruditiss. *J. A. Fabric.* B. G. III. c. 26. v. 22. 165. ibi, quid sibi velint Interpretis *pompae*, nemo, credo, facile capiet. Jam non obscurum est, quemadmodum Isis ἀνέμους ἐπιπέμπειν dici possit: nam ad illius quoque curam & tutelam, qui in mari periclitabantur, pertinere sunt existimati: hinc tot votivae tabellae in Isidis templis. *Schol. Juven.* ad Sat. XII, 17. *Antiquitus enim solebant, qui naufragio liberati essent, pro voto pingere tabellas, & in templo Isidis ponere.* *T. H.*

87. Σωζέτω τοὺς πλέοντας] Sic D. D. XXVI. *J. B.*

91. Οὐδὲ] Ex *J.* est. Reliquae οὐ. *M. du S.*

98. Πρὸς τὸ καιρὸν] *Ad tempus* Interpretes. Intelligi voluit *Lucianus* opportune, utilitatique meae serviens, ut hac aquilae figura celatus te raperem in coelum delicias meas. Ita πρὸς καιρὸν vel πρὸς τὸ καιρὸν λέγειν, *commode dicere atque ut temporis ratio postulat*: paulo diversum πρὸς τοὺς καιροὺς πολιτεύεσθαι, ἁρμόττεσθαι, *tempori servire*. *T. H.*

99. Ὁ Πὰν ἐκεῖνος] Panem arripuit *Lucianus* ut pastorum tutelarem Deum, quem propterea Ganymedes ipse pastor pro Deorum principe & rege habet, alios scilicet ad se suaeque vitae conditionem parum pertinere existimans. At Pan an unquam & quam religioso sit cultus in Phrygia, praesertim eo tempore, cui

haec

istæ tibi defluxerunt, tuque jam alius evasisti? JUP. At neque homo sum ego, quem vides, adolescentule, neque aquila; sed omnium rex Deorum hicce sum, commode mutata forma. GAN. Ain: tu enim es Pan iste? at quomodo fistulam non habes, nec cornua, neque hirta crura? JUP. Eumne tu solum putas Deum? GAN. Sane: atque adeo sacrificamus ipsi integrum hircum ad speluncam adductum, ubi stat dedicatus: tu autem plagiarius aliquis esse mihi videris.

2. JUP. Dic mihi, Jovisne non audivisti nomen, neque aram vidisti in Gargaro pluentis, tonantis, & fulgura mittentis? GAN. Eum, o optime, te ais esse, qui nuper defudisti in nos multam grandinem, qui habitare superne diceris, qui excitas sonitum, cui

95 ἐκεῖνά σοι ἐξερρύηκε, σὺ δ' ἄλλος ἤδη ἀναπέφηνας; ΖΕΥΣ. ἀλλ' ὅτε ἄνθρωπος, οὐ ὁρᾷς, ὦ μειράκιον, ὅτε ἀετὸς, ὁ δὲ πάντων βασιλεὺς τῶν θεῶν ὅτός εἰμι, πρὸς τὸ καιρὸν ἀλλάξας ἐμαυτόν. ΓΑ. τί φῄς; σὺ γὼ ὁ Πὰν ἐκεῖνος; εἶτα πῶς σύριγγα οὐκ ἔχεις, οὐδὲ κέρατα, οὐδὲ λάσιος εἶ τὰ σκέλη; ΖΕΥΣ. μόνον γὼ ἐκεῖνον ἡγῇ θεόν; ΓΑ. ναί· καὶ θύομέν γε αὐτῷ ἔνοργιν τράγον ὅπου τὸ σπήλαιον ἄγομες, ἔνθα ἕστηκε· σὺ δὲ ἀνδραποδιστής τις εἶναί μοι δοκεῖς.

ΖΕΥΣ. Εἰπέ μοι, Διὸς δὲ οὐκ ἤκουσας ὄνομα, οὐδὲ βωμὸν εἶδες ἐν τῷ Γαργάρῳ ὑψηλὸν, καὶ βροντῶντος, καὶ ἀστραπὰς ποιοῦντος; ΓΑ. σὺ, ὦ βέλιστε, φῄς εἶναι, ὃς πρώην κατέχεας ἡμῖν τὴν πολλὴν χάλαζαν, ὁ οἰκεῖν ὑπεράνω λεγόμενος, ὁ ποιῶν τὸ ψόφον, ᾧ τὴ

ὁ Ἡμῶν] ἡμῖν sola *F.* ἡμῶν ex *P.* quoque notatur. Porro *f.* ὁ πρώην καταχίας ἡμῶν non male. c Ὑπεράνω] Ita *S. A.* Reliquae ὑπὲρ ἄνω.

99. Ὁ Πὰν] Ὡς ποιμὴν ὁ Γανυμήδης μόνον ἠγάπα τὸν Διὸν τὸν Πάνα· οἱ δὲ ποιμένες τοῦτον τιμῶσιν. *V.*

haec fabula rapti Ganymedis debet illigari, nescire me profiteor: neque tamen contendo, necessarium fuisse, ut in hisce judicris omnes verisimilitudinis rationes *Lucianus* observaret. Hirco sibi fieri ab Athenienſibus testatur Pan in Bis Accus. §. 10. ἐπιλέλαμβμαι τράγου ἔναρχα θύσαντι. Mox ἔνθα ἕστηκεν, *ubi statua ejus est collocata.* *M. du S.*

1. Σύριγγα οὐκ ἔχεις] In Dial. Pan. & Merc. in Bacch. in Bis accus. Cetera ex *Orpheo* Hymno Panis. *Longus* lib. 2. *Achill. Tat.* lib. 7. *J. B.*

4. Ἔναρχον] Ex *Theocrit.* qui ἐνάρχας dixit; ex eo multa sunt hujus Dialogi. *J. B.*

5. Τὸ σπήλαιον] De hoc antro Dial. Pan. & Merc. & Bis Accus. tangit *Long.* lib. 2. *Aristophan. Achill. Tat.* l. cit. *J. B.*

6. Ἀνδραποδιστής] Qui liberum hominem pro servo vendit, vel servum alienum tanquam suum. *Xenoph.* ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἐκκαλεῖ τοὺς λαμβάνοντας τὸ ὠμόλογος μισθὸν, ἀλλὰ τὸ ἀναγκαῖον αὐτοῖς εἶναι ἀλλήλοις, παρ' ὃν ἂν λάβοιεν τὸν μισθόν, id est, *suae libertatis venditores vocat* &c. *G. C.*

8. Βωμὸν εἶδες] Graeci Jovem Ὄμβριον venerati sunt, ut testatur *Strabo* & *Pausanias*; & Ὑέτιον, ut *Arrianus* & *Phurnutus*. Latini *Pluvium* verterunt: *Tibullus*: *Arida nec pluvio supplicat herba Jovi. Seneca* lib. Nat. Qu. IV. hoc carmen Ovidio tribuit. *G. C.*

Οὐδὲ βωμὸν ἐν τῷ Γαργάρῳ] Hujus aræ meminit *Homer.* Il. 9.

Γάργαρον, ἔνθα ἦ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις. *J. B.*

Ibid. Ἐν τῷ Γαργάρῳ] Ab Homero mutuatur, qui saepe Jovem in Gargaro Idae montis vertice collocat: Il. Θ, 47. Ἴδηθεν δ' ἵκανεν πολυπίδακα, μητέρα θηρῶν, Γάργαρον, ἔνθα δὲ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις· adde Ξ, 292. 352. O, 152. Indidem hausit *Epicharmus* in fabula Troibus, Ζεὺς ἄναξ ναίων Γαργαρ' ἀγάνιφα· locus est apud *Macrob.* Saturn. V. c. 20. ubi multa de Gargaris. Aram Jovis autem in Gargaro fuisse, praeter *Homerum* testatur etiam *Plutarch.* de Flum. p. 44. Περέκειται δ' αὐτῷ (Scamandro) ὄρος Ἴδη, τὸ πρότερον ὑπὸ ἐναλεῖτο Γάργαρον, ὅπου Διὸς καὶ Μητρὸς θεῶν βωμοὶ τυγχάνουσι. Familiare Poëtis cognomen Jovis ab Ida ductum: Ἰδαῖος Κρονίων Il. Ω, 291. Porro Jupiter ἀπάντων τῶν γιγνομένων κατὰ ἠέρα κύριος, ὄμβρων τε καὶ βροντῶν καὶ καυμάτων καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων, ut *Diodor.* ait V. p. 234. C. quas fui muneris partes non infimas quum ad Ganymedem commemorat hominum pater & rex iterum ejus personae rationem habet; illas enim coeli mutationes agricolae solent & pastores maxime curare. Nota Jovis epitheta Ὑέτιος, Βροντᾶς, Ἀστεροπαῖος vel Ἀστεροπητής de primo dixerunt, hoc *Luciani* loco adducto *Brod.* Miscell. II. c. 21. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* V. §. 7. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. Ep. 35. *T. H.*

12. Ὑετιάσιν] Ita *S.* & *A.* At reliquae ὑπὲρ ἄνω, ut & Ἑρμ. c. 61. *M. du S.*

τ χριὸν ὁ πατὴρ ἔθυσεν; εἶτα τί ἀδικήσαντά με ἀνήρπασας, ὦ βασιλεῦ τ θεῶν; τὰ δὲ προβάλα ἴσως αἱ λύκοι διηρπάσαν̄ο ἤδη, ἔρημοις ὀλιγεσόντες. ΖΕΥΣ. ἔτι γὰ μέλει σοι τ προβάτων ἀθανάτῳ γεγενημένῳ; ἢ ἐνταῦθα σωφρονήσω μεθ' ἡμῶν; ΓΑ. τί λέγεις; οὐ γὰ κατάξεις με ἤδη ἐς τ Ἴδην τήμερον; ΖΕΥΣ. εὐδαμῶς· ἐπεὶ μάτιν ἀετὸς εἶην ἀντὶ θεῦ γεγενημένος. ΓΑ. ἐχῶν ὀλιζητήσει με ὁ πατὴρ, ἢ ἀγανακτήσει μὴ εὑρίσκων, ἢ πληγὰς ὕστερον λήψομαι, καλαλιπὼν τὸ ποίμνιον. ΖΕΥΣ. πῶ γὰρ ἐκεῖνος ὄψεταί σε; ΓΑ. μηδαμῶς· σοθῶ γὰρ ἤδη αὐτόν. εἰ δ' ἀπάξεις με, ὑπιοχνῶμαί σοι ἢ ἄλλον παρ' αὐτῶ χριὸν τεθύσεα λύτρα ὑπὲς ἐμῶ. ἔχομεν δὲ τ τριτῆ, τ μέγαν, ὃς ἡγεῖται τῶς τ νόμην.

arietem pater mactavit? Et cujus admissi reum me subripuisti, Rex Deorum? oves quidem lupi forte jam discerpserunt, in desertas impetu facto. JUP. Etiamne tibi cura est ovium, qui immortalis factus hic nobiscum futurus es? GAN. Quid ais? tu non devehes me jam in Idam hodie? JUP. Neutiquam: alioqui frustra formam aquilæ pro Deo subiissem. GAN. At requiret me pater, & indignabitur non invento, plagasque postmodum accipiam, qui gregem reliquerim. JUP. Ubi autem ille te videbit? GAN. Nequaquam (hic manere velim;) desidero enim jam patrem: quod si deduxeris me, polliceor tibi & alium ab eo hircum iri immolatum, pretium scilicet mei recepti: habemus autem trimum istum grandem, qui dux est gregi ad pastionem.

ΖΕΥΣ. Ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ὅδι, ἢ ἁπλοϊκὸς, ἢ αὐτὸ δὴ τῦτο παῖς ἔτι· ἀλλ', ὦ Γανύμηδες, ἐκεῖνα μὲν πάντα χαίρειν ἔα, ἢ ὀπιλάθυ αὐτῶν, ὅ τ ποιμνίυ, ἢ τ Ἴδης. σὺ δὲ, ἤδη γὰ ἐπυράνιος εἶ, πολλὰ ὦ ποιήσεις ἐντεῦθεν ἢ τ πατέρα, ἢ τ πατρίδα· ἢ ἀντὶ μὲν τυρῦ ἢ γάλακτος ἀμβροσίαν [a] ἕδῃ, ἢ νέκταρ πίῃ. τῦτο μέν τοι ἢ τοῖς ἄλλοις

3. JUP. Quam apertus puer est & simplex, ipsumque illud plane puer adhuc. At, Ganymedes, ista quidem omnia valere jube, atque obliviscere gregis & Idae: tu quippe, etenim jam cœlestis es, multum hinc bene facies patri patriaeque: pro caseo & lacte ambrosiam edes & nectar bibes; hoc quidem aliis etiam no-

a Ἕδῃ] ἰδῇ & πίῃ notatur ex P.

15. Ἀνήρπασας, ὦ βασιλεῦ τ θεῶν] Ita recentiores plerique: aliter *Homer.* Il. Υ. v. 234. Τὸν ἢ ἀνηρείψαιτο Διὸς Διὶ ἀνοχεύσιν ut observavit *Schol. Apoll. Rh.* ad III, 115. nec multum discrepat auctor Hymn. in Vener. v. 209. Ὅππη οἱ φίλον υἱὸν ἀνήρπασε δίσσα ἄελλα. *Echemenes* in Creticis non a Jove Ganymedem, sed a Minoe fuisse raptum tradidit, *Athenaeo* teste XIII. p. 601. F. auctorem ergo Cretenses honestiorem facinori videri possunt inscripsisse; nam Plato sane fabulam ab iis manasse aperte fatetur de LL. I. p. 776. E. πάντες δὴ λέγουσι Κρητῶν τ περὶ τ Γανυμήδη μῦθον καὶ ἄλλα, ὡς λογοποιησάντων τούτων· verum intercedunt Chalcidenses, nec tanti decoris privilegium eripi sibi patiuntur, dictitantes παρ' αὐτοῖς ἁρπασθῆναι τ Γανυμήδη ὑπὸ τῦ Διὸς ἢ τόπον δεικνύειν Ἁρπάγιον καλούσι, ἐν ᾧ ἢ μυρσίναι λιβανωτοφόροι πεφύκασιν, ut scribit *Athenaeus*, & *Eustath.* ad Il. Ξ. p. 986. v. 40. Longum foret enarrare, quid quantumque veteres in hac fabula varient: de ipso Jove in aquilam mutato, quod accommodatissimum instituto suo *Lucianus* est amplexus, multum abest, ut res liquido constet: sunt enim, qui veram aquilam, sed tamen jussu Jovis, hoc facinus perpetrasse ferant, *Eratosthenes*, *Hyginus*, alii. *T.H.*

40. Ἀσίμα σου] Aquarium notat, quem Ganymedem esse perhibent: licet ἄστρον ὑγρὸν sit, non ἀστὴρ Aquarius. *G.C.*

Ἀσίμα σου] *Brodaei* verba descripsit *Cognatus* e Miscell. II. c. 21. videndus idem ad Anth. I. c. 83. Ep. 4. De Aquario figuram Ganymedis in coelo gerente omnes fere consentiunt *Eratosth.* Catast. c. 26. ex eo *Schol. Arati* ad Phaen. v. 282. *Serv.* ad AEn. I, 32. *inter sidera collocatus, Aquarii nomen accepit: Hygin.* Poët. Astron. II. c. 29. quanquam is aliis auctoribus Deucalionem & Cecropem insuper obducat insignibus Aquarii nobilitatos. Clement. Hom. V. §. 17. Ζεὺς τ ἑαυτὸν σωτηρίσασθαι ἐπὶ τῇ Γανυμήδους ἁρπαγῇ, ἢ αὐτὸν τ Γανυμήδη ἐν Ὑδροχόου τιμῇ τάξαι. Perbelle Jovem imitatus est Adrianus, tantumque sibi in sidera vindicavit juris, ut mortuum Antinoum, suum Ganymedem, iis insereret, saltem videri vellet illius apparuisse novum sidus. Vid. *Suid.* in Παιδικὰ & *Kuster. T.H.*

45. Ἀσραγάλους] Hoc quidem oppido festive *Lucia-*

nobis præbebis infuſum: quodque maximum, non homo amplius, ſed immortalis eris, fidusque tuum apparere faciam pulcerrimum; denique beatus eris. GAN. Si ludere cupiam, quis mecum ludet: in Ida enim multi æquales eramus. JUP. Habes & hic, qui tecum ludet, Cupidinem iſtum, taloſque bene multos: bono animo ſolum eſto, & hilaris, nullumque te rerum terreſtrium capiat deſiderium.

4. GAN. Quo autem vobis utilis ſim: hiccine etiam paſtorem agere oportebit? JUP. Minime, ſed vinum temperabis, nectari præficieris, curamque geres convivii. GAN. Id quidem haud arduum: etenim ſatis ſcio, quemadmodum deceat infundere lac, & ſcite porrigere cymbium. JUP. Ecce iterum ille lactis reminiſcitur, & hominibus ſe miniſtraturum putat: atqui cœlum hoc eſt, bibimusque, ut dixi, nectar. GAN. Suavius ne, Jupiter, lacte? JUP. Scies paulo poſt, & eo guſtato porro non deſiderabis lac. GAN. Ubi autem cubitum ibo nocte? an cum æquali Cupidine. JUP. Non: ſed eapropter te ſubripui, ut una dormiamus. GAN. Tu

ἡμῖν αὐτὸς παρόξεις ἐγχέαν. τὸ δὲ μέγιστον, οὐκέτι ἄνθρωπος, [b] ἀλλ' ἀθάνατος γενήσῃ, καὶ ἀστέρα σου φαίνας ποιήσω κάλλιστον, καὶ ὅλως, εὐδαίμων ἔσῃ. ΓΑ. ἢν δὲ παίζειν ἐπιθυμήσω, τίς συμπαίξεταί μοι; ἐν γὰρ τῇ Ἰδῃ πολλοὶ ἡλικιῶται ἦμεν. ΖΕΥΣ. ἔχεις καὶ ταῦθα τὸν συμπαιζόμενόν σοι τοῦτον Ἔρωτα, καὶ ἀστραγάλους μάλα πολλούς. θάρρει μόνον, καὶ φαιδρὸς ἴθι, καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω.

ΓΑΝ. Τί δὲ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; ἢ ποιμαίνειν δέησει καὶ ταῦθα; ΖΕΥΣ. οὐκ· ἀλλ' οἰνοχοήσεις, καὶ ἐπὶ τῇ νέκταρος τετάξῃ, καὶ ἐπιμελήσῃ τῆς συμποσίου. ΓΑΝ. τοῦτο μὲν ἑτοίμως ἂν ποιοίην· οἶδα γὰρ ὡς χρὴ ἐγχέαι τὸ γάλα, καὶ ἀναδοῦναι τὸ κισσύβιον. ΖΕΥΣ. ἰδού, πάλιν οὗτος [c] γάλακτος μεμνημένει, καὶ ἀνθρώποις ἀφικνήσεσθαι οἴεται· ταυτὶ δὲ οὐρανός ἐστι, καὶ πίνομεν, ὥσπερ ἔφην, τὸ νέκταρ. ΓΑΝ. ἥδιον, ὦ Ζεῦ, τοῦ γάλακτος; ΖΕΥΣ. ἴσως μετ' ὀλίγον, καὶ γλυκάμενος οὐκ ἔτι ποθήσεις τὸ γάλα. ΓΑΝ. κοιμήσομαι δὲ σοῦ τὴν νυκτός; ἢ μὴ τοῦ ἡλικιώτου Ἔρωτος; ΖΕΥΣ. οὐκ· ἀλλὰ διὰ τοῦτό σε ἁρπάσας, ὡς ἅμα καθεύδοιμεν. ΓΑΝ. μόνον

b Ἀθάνατος] ἀλλὰ θεὸς ἀθ. *J.* c Γάλακτος] καὶ γάλ. *J.* quod reſtitui volebat *M. du S.*

ſimus, ne ſcilicet fugam meditaretur e coelo Ganymedes, ſi puero delicato nihil in promtu ſit, quo tempus jucunde terat. Sed *Apollonius Rhodius* temperare ſibi non potuit, quin hoc nobile puerorum par, Ganymedem inquam & Cupidinem, in heroico carmine talis ludentes induceret, eo eventu, ut hic Japeto prior aſtutiſſima vafritie iſtum, quippe Phrygem, facile circumveniat, inſtrumentoque omni ludicro nudatum exſpoliet Arg. III, 114. Imaginem illam, quam ſcitiſſimis ſane verſibus pinxerat *Apollonius*, coloribus expreſſit pictor ille neſcio quis, cujus artificem tabulam enarrat *Philoſtr.* in Icon. p. 872. Neque hoc *Olearium* fugit: ſed, quam ille non vidit, maculam ex *Apollonii* v. 119. eluamus: Καὶ ῥ' ὁ μὲν ὧδε πάμπαν ἀνάλκιδα δῖον ἐόντα Μάργος ἴσως λεπῇ ὑποδύσετο χειρὶ ἀγοστῷ iſtud πάμπαν, quod ſuis in Edd. offendunt *H. Stephanus* & *Hoelzlinus* ne verbulo quicquam momentes, dari mihi velim, qui expediat: ὑποδύσεται ſuo nomine, quod ſuſtentet, deſtituitur: reddideris πάλαιον, jam nihil aliud ad integritatem loci requires. In ſinum ſane collegerat talos victoria partos Cupido, quo pertinet v. 146. Μείλια δ' ἐνδοθι κόλπου

πάντα e ſinu nimirum ubi congeſti erant: mox etiam v. 155. recollectos in ſinum matris dicitur condidiſſe: ne locus dubitationi relinquatur ullus, *Philoſtratus* accedat: πλήρη δὲ πάντα τὸν κόλπον ἀναστείλαν. *T. H.*

49. Ἐπὶ τῇ νέκταρος τετάξῃ] Sic apud *Heliodor.* lib. 7. ſic fine hujus Dialogi, ὡς χρὴ ἐφέζειν τὸ σκύφον. *J. B.*

Ἐπὶ τῇ νέκταρος τετάξῃ] *Eris a cyathis Budaeum* vertiſſe teſtatur *H. Stephan.* Th. T. I. p. 1209. *Euripid.* Troad. v. 820. Μάταν ἄρ', ὦ χρυσέαις Ἐν οἰνοχόαις ἀβρὰν βαίνων Λακεδαίνης πῶλ' Ζηνὸς ἔχεις κυλίκων Πλήρωμα, ματρὸς λατρείαν argutum eſt illud ἀβρὰν βαίνων nam honeſte catamitum & tecte ſimul indicat: verum hoc de loco alias plura. Ἐσιδοῦναι & ἀναδοῦναι ποτήριον utrumque in uſu eſt, ſed illud frequentius. *T. H.*

52. Κισσύβιον] Ποιμενικὸν ἔκπωμα ἀπὸ τῆς κισσοῦ. *Schol. Theocr. Heſych.* legit κισσύβιον, & interpretatur ποτήριον καὶ σκύφον. *J. B.*

53. Μεμνημένει] Corruperunt poſteriores editores, dato μεμνημονεύει, quum recte priores μεμνημονεύ. i. *Ecce iterum lactis ille reminiſcitur, putatque ſe hominibus miniſtraturum.* *J. J.*

γ᾽ ἢ οὐκ ἂν δύναιο, ἀλλ᾽ ἡδίόν σοι καθεύδειν μετ᾽ ἐμοῦ; ΖΕΥΣ. ναὶ, μετά γε τοιούτου, οἷος εἶ σὺ, [a] Γανύμηδες, ὅτω καλός.

ΓΑΝ. Τί γάρ σε πρὸς τὸ ὕπνον ὀνήσει τὸ κάλλος; ΖΕΥΣ. ἔχει τι θέλκτρον ἡδύ, καὶ μαλακώτερον ἐπάγει αὐτόν. ΓΑΝ. καὶ μὴν ὅγε πατὴρ ἠχθετό μοι συγκαθευδούσῃ, καὶ διηγεῖτο ἕωθεν, ὡς ἀφεῖλον αὐτοῦ τὸν ὕπνον στρεφόμενον, καὶ λακτίζων, καί τι φθεγγόμενον μέλαξυ ὁπότε καθεύδοιμι· ὥστε πέμπει με πρὸς τὴν μητέρα [b] ἐπὶ τὰ πολλά. ὥρα δή σοι, εἰ ἄρα τοῦτο, ὡς φῄς, ἀνήρπασάς με, καλαθεῖναι αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἢ πράγματα ἕξεις ἀγρυπνῶν· ἐνοχλήσω γάρ σε συνεχῶς στρεφόμενον. ΖΕΥΣ. τοῦτ᾽ αὐτό μοι τὸ ἥδιστον ποιήσεις, εἰ ἀγρυπνήσαιμι μετὰ σοῦ. φιλῶν γὰρ ἀπολέσω πολλάκις, καὶ ἀνεπτύσων. ΓΑΝ. αὐτὸς ἂν εἰδείης· ἐγὼ δὲ κοιμήσομαι, σοῦ καλαφιλοῦντος. ΖΕΥΣ. εἰσόμεθα τότε τί πρακτέον. νῦν δὲ ἄπαγε αὐτὸν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πιόντα τὴς ἀθανασίας, ἄγε οἰνοχοήσοντα ἡμῖν, διδάξας πρότερον ὡς χρὴ ὀρέγειν τὸν σκύφον.

quippe ſolus non poſſis, ſed jucundius tibi dormire mecum? JUP. Utique cum tali quidem, qualis tu es, Ganymedes, tam pulcer.

5. GAN. Quid tandem ad ſomnum te juvabit forma? JUP. Habet aliquod delinimentum ſuave, ſomnumque molliorem inducit. GAN. At pater ſane mihi ſuccenſebat una dormienti, atque enarrabat mane, quemadmodum ejus intervertiſſem ſomnum volutando, calcitrando, & voce, interea dum dormiebam, miſſa: quare ad matrem ablegabat me plerumque dormitum. Curandum enim vero tibi, ſi idcirco, ut ais, ſubripuiſti me, ut deponas iterum in terram: ceteroquin negotium habebis vigilando: incommodabo enim tibi continuo corpus verſans. JUP. Hoc ipſum a te mihi ſuaviſſimum accidet, ſi vigilavero tecum: usque enim deoſculabor te & amplexabor. GAN. Tu videris: ego ſomnum capiam vel te diſſuaviante. JUP. Sciemus tum, quid factu opus ſit. Nunc autem abduc ipſum, Mercuri, & ubi hauſerit immortalitatis potum, reduc vinum nobis miniſtraturum, poſtquam docueris prius, quomodo porrigere deceat ſcyphum.

V. JU-

a Γανύμηδες] ὦ Γαν. *J.* b Τὰ πολλὰ] ὡς τὰ π. *J.*

78. Φιλῶν γὰρ ἀπολέσω] Jam ab initio dialogi delicatiſſimum Ganymedis oſculum Jupiter petiverat. Quaſi facultatem explorandorum oſculorum tribueret, invocatur Ganymedes in Aita cujuscumque poëtae venuſtiſſimo v. 35. Ἦ που τὸ χαρτὸν Γανυμήδεα πόλλ᾽ ἐπιδωσοῖ Λυδὴ ἴσον ἔχειν πέτρῃ στόμα &c. *Lucianum* interpretatur *Ovidius* Luſ. in Priap. p. 66. *Quodque Jovi dederat, qui raptus ab alite ſacra Miſcet amatori pocula grata ſuo.* T. H.

82. Πιόντα τῆς ἀθανασίας] Immortalitatem donare credebatur deguſtatum nectar aut ambroſia. De Ixione *Schol. Homer.* ad Od. Φ, 304. γλυκάμβροτον γὰρ αὐτὸν τῆς ἀμβροσίας ἐποίησεν ἵνα αὐτὸν ἀποθανεῖν. *Apul.* Metam. VI. p. 183. *Porrecto ambroſiae poculo, ſume, inquit, Pſyche, & immortalis eſto:* vide *Elmenhorſt. Pricaeus* ibi hunc *Luciani* locum attulit. Ex eo nobilis apud Pythagoreos figura: τὸ κατὰ φιλοσοφίαν διαμειράτων ἀπολαυσίων ἐφ᾽ ὅσον οἷόν τε καθάπερ ἀμβροσίας καὶ νέκταρος ἀπήρατόν τι καὶ τὸ ἀπ᾽ αὐτῶν ἡδύ, καὶ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον, δύνασαί τι ποιεῖν καὶ εἰ μὴ ἀϊδίους, ἀϊδίων γε ἐπιστήμονας· ita legenda ſunt haec in *Jamblichi* Protr. p. 4. T. H.

87. Μοὶ προσίχεις τὸν νοῦν] Inter alia poni ſolet haec locutio in re amatoria, quando quis alteri morem gerit & obſequitur; blanditiis officioſis prolectat amoremque demereri ſtudet: ſic maritus uxori, uxor marito προσίχειν τὸν νοῦν dicitur: verum & meretrices pari ratione atque amatores: *Ariſtoph* Pl. v. 151. Pac. v. 983. Καὶν τις προσίχῃ τὸν νοῦν αὐτοῖς. *Alciphr.* I. Ep. 32. ἴσικας κἀμοὶ τὸν Ὑπερίδου βουλῆς ὡς ἥκιστόν σοι νῦν προσίχοιμι· ibi *Berglerus* hunc locum notat, ſaepeque omitti τὸν νοῦν obſervat. T. H.

94. Τὴν νόμῳ γαμετὴν] Attica formula: ex alia enim nulla legitimi liberi procreabantur, niſi quae lege conveniſſet in manus: in Tim. §. 17. locutio plena: ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ ἐγγυᾶσθαι ἐπ᾽ ἀρότῳ παίδων γνησίων. Δὶς Κατ. §. 29. Δ. Ἐτ. VII. νόμῳ σε γαμετὴν ποιήσεται. Apud Athenienſes autem maxime debebant obſervari in contrahendis nuptiis οἱ νόμοι οἱ περὶ τοὺς γάμους, ut *Plato* ait. Utitur hoc loco *Buttmannus* ad *Calpurn. Flacc.* p. 820. T. H.

95. Ἡ σάτυρος] Deerat Satyrus in vulgatis: ex *J.* reſtituimus. Alibi ſaepius eodem alludit; ut ſupra in *Prom.*

V.

JUNONIS ET JOVIS.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

JUNO.

1. EX quo adoleſcentulum illum, Jupiter, Phrygium ab Ida raptum huc ſubduxiſti, minus me curas. JUP. Illumne etiam, o Juno, æmularis, tam ſimplicem & nulli plane moleſtum? equidem opinabar in mulieres ſolas difficilem eſſe te, quæcumque conſueverint mecum.

2. JUN. Ne iſta quidem recte facis, nec digna tua perſona, qui omnium deorum quum dominus ſis, relicta me legitima uxore in terram deſcendis mœchaturus, in aurum, vel Satyrum taurumve mutatus: attamen illæ tibi ſaltem in terra manent: verum Idaeum iſtum puerum rapuiſti & huc evolaſti, generoſiſſime Deorum: & nobiſcum nunc habitat, ſupra caput mihi inductus, at pincerna verbo. Tantane tibi erat pincernarum penuria: defecerunt ſcilicet delaſſati Hebe & Vulcanus miniſtrando: & tu

ΗΡΑ.

ΕΞ ὅ τὸ μειράκιον τοῦτο, ὦ Ζεῦ, τὸ Φρύγιον, ἀπὸ τ' Ἴδης ἁρπάσας δεῦρο ἀνήγαγες, ἔλαττόν μοι προσέχεις τ' νοῦν. ΖΕΥΣ. καὶ τοῦτο γὰρ, ὦ Ἥρα, ζηλόλυπεῖς ἤδη, ἀφελὲς ὄτι καὶ ἀλυπόταλον; ἐγὼ δὲ ὤμην ταῖς γυναιξὶ μόναις χαλεπήν σε εἶναι, ὁπόσαι ἂν ὁμιλήσωσιν ἐμοί.

ΗΡΑ. Οὐδ' ἐκεῖνα μὲν εὖ ποιεῖς, οὐδὲ πρέποντα σεαυτῷ, ὃς ἁπάντων θεῶν δεσπότης ὤν, ἀπολιπὼν ἐμὲ τ νόμῳ γαμετὴν, ὅτι τ γῆν κάτει μοιχεύσων, χρυσίον, [c] ἢ σάτυρος, ἢ ταῦρος γενόμενος. πλὴν ἀλλ' ἐκεῖναι μού σοι καὶν ἐν γῇ μένωσι· τὸ δ' [d] Ἰδαῖον τουτὶ παιδίον ἁρπάσας ἀνέπτης, ὦ γενναιότατε θεῶν, καὶ συνοικεῖ [e] ἡμῖν νυν ὑπὲρ κεφαλήν μοι ἐπαχθὲν, οἰνοχοοῦν δὴ τῷ λόγῳ· οὕτως ἀπόρεις οἰνοχόων, καὶ ἀπηγορεύκασιν ἄρα ἥτε Ἥβη, καὶ ὁ Ἥφαιστος ἀφανομένοι; σὺ δὲ

[c] Ἢ σάτυρος] Deeſt in Edd. prioribus: habet ſola *F.* [d] Ἰδαῖον] εἰκαῖον P. L. [e] Ἡμῖν] Defuit in prioribus Edd. συνοικεῖ ἡμῖν ἐπὶ κ. P. συνοικεῖ ἡμῖν νῦν. Marg. *AIW.* νῦν ἡμῖν G. συνοικεῖν ἡμῖν *F.*

Prom. & in *Dial. Jov. & Cup.* & Z. τρ. c. 2. Ad primum locum Scholiaſtes de Antiopa intelligendum docet. V. & *Ovid.* Met. VI. 110. & *Pauſ.* I. *M. du S.*

98. Ἰδαῖον τουτὶ παιδίον] *Ariſtonis* Epigr. Anth. I. c. 83. Πριαμίνα κάλλει Γανυμήδεος εἶπε ποθ' Ἥρη Θυμοβόρου ζήλου κέντρον ἔχουσα νόου. Mox ἡμῖν, quod Graevianus Codex dabat, adſciſcendum duxi, quanquam nihil magnopere interſit ad ſenſum aut orationis elegantiam. In ἐπὶ κεφαλὴν ἐπαχθὲν proprietas quaedam eſt Graeci ſermonis, ſeu mavis Atticae venuſtatis, quae ſenſu citius percipiatur, quam verbis explanetur: ſolet autem in diverſis orationum formis uſurpari variata poteſtate. Cognita ſunt atque expedita ὠθεῖν, ῥίπτειν ἐπὶ κεφαλήν, *praecipitem in caput dare*: rarius & paulo magis reconditum illud *Demoſthenis* adv. Phaen. p. 1024. A. ἀγνοήσουσι δ' ἐγὼ μὲν μετρίου καὶ ἀπράγμονος ἄνδρὸς πολίτου, μὴ εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν εἰς τὸ δικαστήριον βαδίζειν, gradu praecipiti, ſubito impetu, nullaque mora interpoſita. Iterum aliud eſt pro Cor. p. 521. A. τίνες ὡς ἀληθῶς εἰσὶν, οἷς ἂν εἰκότως ὁ δικαίως τὴν τ γεγενημένων αἰτίαν ἐπὶ κεφαλὴν ἀναθεῖεν ἅπαντες. His tamen conſideratis non difficili via pervenitur ad intelligendum, quid ſibi voluerit *Lucianus*. Maligne vero ἐπαχθὲν nam ἐπάγειν, ἐπεισάγειν, *obducere meretriculam, pellicem, ſuperducere*: unde γυναῖκες ἐπείσακτοι· clarius etiam in ſequentibus Juno mentem ſuam aperit. *T. H.*

99. Συνοικεῖ νῦν ἐπὶ κεφ.] Omnino ex Mſ. lege: καὶ συνοικεῖ ἡμῖν νῦν ἐπὶ κεφαλὴν μοι ἐπαχθὲν. Vulgo ἡμῖν omittitur. *F. G. G.*

Συνοικεῖ ἡμῖν νῦν . . . .] Sic Mſ. Gr. P. vero & Ed. *F.* ἡμῖν absque νῦν, quod in reliquis Edd. extat. Quid ſit autem hic ἐπὶ κεφαλὴν fateor me neſcire: τῷ λόγῳ quid ſit dictum eſt ſupra ad Τιμ. c. 5. *M. du S.*

δὲ καὶ ἡ κύλικα οὐκ ἂν ἄλλως λάβοις παρ' αὐτοῦ, ἢ φιλήσας πρότερον αὐτὸν, ἁπάντων ὁρώντων, καὶ τὸ φίλημά σοι ἥδιον ᾖ νέκταρος. καὶ διὰ τοῦτο ἐδὲ διψῶν πολλάκις αἰτεῖς πιεῖν· ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπογευσάμενος μόνον, ἔδωκας ἐκείνῳ· καὶ πιόντος ἀπολαβὼν ἡ κύλικα, ὅσον [a] ὑπόλοιπον ἐν αὐτῇ, πίνεις, ὅθεν καὶ [b] αὐτὸς ἔπιε, καὶ ἔνθα προσήρμοσε τὰ χείλη, ἵνα καὶ πίνῃς ἅμα καὶ φιλῇς. πρώην δὲ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἁπάντων πατὴρ, ἀποθέμενος ἡ αἰγίδα καὶ τ. κεραυνὸν ἐκάθησο ἀστραγαλίζων μετ' αὐτοῦ, παῖγνια τηλικοῦτον καθειμένος. πάντα ἔστι ὁρῶ ταῦτα, ὥστε μὴ οἴει λανθάνειν.

ΖΕΥΣ. Καὶ τί δεινὸν, ὦ Ἥρα, μειράκιον ἔτι καλὸν μέλαξυ πίνοντα καταφιλεῖν, καὶ ἥδεσθαι ἀμφοῖν, καὶ τῷ φιλήματι, καὶ τῷ νέκταρι; ἢν γοῦν δοκῶ, ἐπιτρέψω αὐτῷ καὶ ἅπαξ φιλῆσαί σε, ἐκέτι μέμψῃ μοι, προλιμότερον τοῦ νέκταρος οἰομένῳ τὸ φίλημα εἶναι. ΗΡΑ. παιδερασταῖς ἔτοι λόγοι. ἐγὼ δὲ μὴ ἔτω μανείην, ὡς τὰ χείλη προσενεγκεῖν τῷ μαλθακῷ τούτῳ Φρυγὶ, ἔτως ἐκλελυθλυμμένῳ. ΖΕΥΣ. μὴ μοι λοιδορεῖ, ὦ γενναιοτάτη, τοῖς παιδικοῖς. ἔτοσι γοῦν ὁ Ἡλυθρίας, ὁ βάρβαρος, ὁ

sane calicem non aliter accipere ſoles ab eo, quam oſculo prius dato in omnium conſpectu: ac ſuavium tibi ſuavius eſt nectare: ideo ne ſitiens quidem ſæpe poſcis bibere: interdum etiam deguſtato ſolum poculo, præbere ſoles ipſi: quumque biberit receptum calicem, quantum in eo reliquum eſt, educis, unde & ipſe bibit, quaque parte adplicuit labia, ut & bibas ſimul & oſculeris. Nuper enimvero rex & omnium pater, poſitis ægide ac fulmine, ſedebas talis cum eo ludens, qui tantam barbam promittis. Iſta video equidem cuncta, ut nihil ſit, cur putes te latere.

3. JUP. Et quid tantum in eo criminis eſt, Juno, ſi adoleſcentulum ea forma inter bibendum perbaſiem, & delecter utrisque oſculo ac nectare? imo ſi permiſero ipſi vel ſemel oſculari te, jam non amplius vitio mihi vertes, quod anteferendum nectari arbitrer ſuavium. JUN. Hi ſunt eorum, qui pueros ſectantur, ſermones: at mihi ne contigerit usque eo inſanire, ut admoveam labia molli huic Phrygi tamque effeminato. JUP. Ne tu conviciis inceſſe, optima, meos amores: hiccē enim muliebris, hic barbarus, hiccē mol-

a Ὑπόλοιπον] ἐπίλοιπον *F.* b Αὐτὸς] ὁ παῖς *F.*

25. Ἐκτεθλυμμένῳ] Ἐκλύτῳ *C* ἀπαλῷ, ἢ μαλακῷ, * ἀσελγεῖ. *V.*

* Ἀσελγεῖ] καὶ ἀσελγεῖ *M. du Soul.* *T. H.*

9. Ἀπολαβὼν] *Aufferens*: ἀπολαβεῖν ἀντὶ τοῦ ἁρπάζειν· sic ἁρπάζειν ἀπὸ τοῦ στόματος. *Long.* lib. 3. *Stat.* de Glaucia:

Inceptas quis ab ore dapes libataque vina.
Aufferet, & dulci turbabit cuncta rapina? *F. B.*

Ἀπολαβὼν τὴν κύλικα] Vid. *Douſam* ad *Ovid.* A. A. I. v. 575. Tum melius mihi videtur, καὶ ἔνθα προσήρμοσας τὰ χείλη, *ibique adaptare ſoles labia*, cui demum recte reſpondet καὶ φιλῇς. Hoc quam pene non potuerint praeterire librarii, quin mutarent, facile eſt cognitu: προσήρμοσας autem, ut modo ἔδωκας, porrigere ſoles: aperta eſt, atque a multis explicata illa vis Aor. I. *T. H.*

11. Προσήρμοσε τὰ χείλη] Notabam has amoris ineptias ad *Heliod.* lib. 4. *Euſtat.* ſive *Eumath.* de Iſmin. *Agath.* in Anthol. *Long. Tat.* *F. B.*

27. Θηλυδρίας] Ὁ καλαπικλαστρώνος, τεθηλυμένος ἀφ' ὧν ἐξέγιστον ἔδυσε. Θηλυδρίαι· τριχοπλάστραι ἐκεῖ. Interp. *Ariſtophan.* Θεσμοφ. Sic antea Θηλυμίτρης. *Heſych. Suid.* *F. B.*

33. Τὸν σὸν υἱὸν] Quid ita Junoni filium Vulcanum exprobrat, nec contumeliam ſimul in ſemet ipſum patrem redundaturam eſſe ſentit? Sciendum eſt, Lucianum hic, quod Heſiodus aliique de Vulcano poſteris perſuaſerunt, adoptare; Junonem ſcilicet, quum Vulcanum conciperet, Jovi marito nihil acceptum retuliſſe: ideo ἀστιμίαν, περὶ Θυσ. §. 6. ubi plura dicemus. Modo ἐμοῦ γε ἕνεκα ſaepe accidit huic particulae, ut intercideret. *T. H.*

40. Ἡδίως ταῦτα] An ἰδὼν; *F. G.*

Ἡδίως ταῦτα &c.] Ex Mſ. reſtituendus eſt perturbatus in editis locus. Cum Jupiter deſcripſiſſet Vulcani for-

mollis ; ſed tempero verbis , ne te magis irritem.

4. JUN. Utinam & uxorem illum ducas mea quidem gratia : memento tamen, quam indigna propter iſtum pincernam in me admittas. JUP. Non hunc ſcilicet, at Vulcanum potius oportebat tuum filium vina nobis miniſtrare claudicantem , a fornace venientem , ſtricturis adhuc opertum , forcipe jam modo depoſito ; ab iſtisque ipſis nos digitis accipere calicem , & eum amplexu attractum oſculari interea , cui ne tu quidem mater libenter oſculum feras fuligine nigra infecto faciem : hæc jucundiora ; nonne ? multumque intereſt, ut hic a poculis miniſter magis deceat ſympoſium Deorum : Ganymedes autem demittendus iterum in Idam : mundus enim eſt, & roſeo digitorum nitore , & ſcite porrigit poculum , quodque te maxime urit, oſculatur nectare ſuavius.

5. JUN. Nunc & claudus, o Jupiter, eſt Vulcanus , & digiti ejus indigni , qui tuum calicem contingant , & fuliginis plenus, illoque tu conſpecto nauſeas , ex quo tempore pulcrum comatulum iſtum Ida enutrivit : dudum iſta non videbas , nec ſcintillæ , neque caminus avertebant te,

μαλθακὸς, ἀδίων ϗ ποθεινότερος. εἰ βέλομαι δὲ εἰπεῖν, μή σε παροξύνω ὄψιπλέον.

HPA. Εἴθε ϗ γαμήσειας αὐτὸν ἐμοῖ ἕνεκα. μέμνησο γοῦν οἷά μοι λέγ' τ' οἰνοχόον τοῦτον ἐμπαροινεῖς. ΖΕΥΣ. οὐκ ἀλλὰ τ' Ἥφαιστον ἔδει τ' σὸν υἱὸν οἰνοχοεῖν ἡμῖν χωλεύοντα, ἐκ τ' καμίνου ἥκοντα, ἔτι τ' σπινθῆρων ἀνάπλεων, ἅρτι τ' πυράγραν ἀπιτιθέμενον, ϗ ἀπ' ἐκείνων αὐτῷν τ' δακτύλων λαμβάνειν ἡμᾶς τ' κύλικα, ϗ ὀψιπασαμένους φιλῆσαί μέλαξυ, ὃν ὑδ' ἂν ἡ μήτηρ σὺ ἡδέως φιλήσειας ὑπὸ τ' ἀσβόλου καπνιζόμενον τὸ πρόσωπον; ᶜ ἡδέως ταῦτα· εἰ γὰρ ϗ πάλαι πολλοῦ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ᵈ ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τ' Θεῶν· ὁ Γανυμήδης δὲ καλαπεμπτέος αὖθις ἐς τ' Ἴδην· καθαρὸς γάρ, ϗ ῥοδοδάκτυλος, ϗ ὀπισταμένοις ὀρέγει τὸ ἔκπωμα, ϗ ὃ σε λυπεῖ μάλιστα, ϗ φιλεῖ ἡδίον τ' νέκταρος.

HPA. Νὴ ϗ χωλὸς, ὦ Ζεῦ, ὁ Ἥφαιστος, ϗ οἱ δάκτυλοι αὐτοῦ ἀνάξιοι τ' σῆς κύλικος, ϗ ἀσβόλου μεστός ἐστι, ϗ ναυτιᾷς ὁρῶν αὐτὸν, ἐξότου τ' καλὸν κομήτην τοῦτον ἡ Ἴδη ἀνέθρεψε· πάλαι δὲ οὐκ ἐώρας ταῦτα, οὐδ' οἱ σπινθῆρες, οὐδ' ἡ κάμινος ἀπέστρεφόν σε μὴ

ε Ἥδιον ταῦτα] Ἥρα. ἰδοὺ ταῦτα. Z. G. Marg. *AtW.* ſed perſonis non mutatis. d Ἐμπρέπει] ἔπρεπε G.

ſordes & ſqualorem, qui Diis miniſtrarat, ſubjicitur ; ἰδοὺ ταῦτα. *εἰ γὰρ ϗ πάλαι πολλοῦ ὁ οἰνοχόος ἐκεῖνος ἐμπρέπει τῷ συμποσίῳ τ' Θεῶν. Contra mentem Luciani ſuavia hæc ſunt : adeoque multum ille pocillator cohoneſtat Deorum convivium.* Sed Mſ. ἥρα. ἰδοὺ ταῦτα. *Zεὺς. εἰ γὰρ ϗ πάλαι πολλοῦ ὁ οἰνοχόος ἔπρεπε τῷ συμποσίῳ.* Jun. *ſuaviora hæc ſunt.* Jup. *etenim jam olim ille pincerna non decebat convivium deorum.* Juno ait ſuaviora haec ſunt, videre obſitum fuligine Vulcanum, quam amaſium pocula cum oſculis marito praebentem. *J. G. G.*

Ἥδιος ταῦτα . . . .] Sic omnes impreſſi. Mſ. Gr. aliter. Sed nihil mutavimus, niſi quod interrogandi punctum addidimus. *M. du S.*

Ἥδιος ταῦτα] Graevii Codex non magnam, nec tamen nullam adfert opem : Junonis perſonam interponi debere , minime concedo. Vera *Luciani* manus ſine dubio fuit : ἰδοὺ ταῦτα· *εἰ γὰρ ϗ πάλαι πολλοῦ* &c. Jovis ea ſunt falſe uxorem irridentis : *Suaviora ſunt iſta : nonne ? atque multum intereſt, ut hic pincerna* (Vulcanus nimirum praeditus ea formae commendatione , quam deſcripſi) *magis deceat ſympoſium Deorum : Ganymedes autem iterum in Idam demittendus eſt, quippe mundus, & digitis roſeis , ſciteque miniſtrat poculum.* Uſus elegans particularum *εἰ γὰρ* , qui venerum Graecarum haud plane expertem fugere non poteſt, ironiam adjuvat : vid. *Ariſtoph.* Av. v. 612. Eccleſ. v. 760. ſaepe in *Platone*. Illud ὀπισταμένοις ὀρέγειν apud *Xenoph.* K. Π. I. p. 6. eſt καλῶς οἰνοχοεῖν ϗ εὐχημόνως, κομψῶς οἰνοχοεῖν ϗ καθαρίως ἐγχεῖν, στρουθίως ϗ εὐχημόνως πᾶς προστιγκτῶν ϗ ἐνδοῦναι τὴν φιάλην. *T. H.*

45. Ἥδιον τῷ νέκταρος] Sic apud *Heſiod.* Scut. Herc. τά σφιν πολὺ φέρτερα θεόφιν. *J. B.*

49. Τὸν καλὸν κομήτην] Praeter alios de formoſiſſima Ganymedis coma reſciverat *Callimach.* Epigr. LVI. Ναιχὶ πρὸς εὐχαίτην Γανυμήδεα, ὑρανιε Ζεῦ. *T. H.*

52. Λύ-

μὴ ὑχὶ πίνειν παρ' αὐτῦ. ΖΕΥΣ. λυπεῖς, ὦ Ἥρα, σεαυτὴν, οὐδὲν ἄλλο, καμοὶ ὀπτεύεις τ ἔρωτα ζηλοτυποῦσα· εἰ δὲ ἄχθη παῖδος ὡραίου δεχομένη τὸ ἔκπωμα, σοὶ μ ὁ υἱὸς οἰνοχοείτω· σὺ δὲ, ὦ Γανύμηδες, ἐμοὶ μόνῳ ἀναδίδυ τ κύλικα· καὶ ἐφ' ἑκάστῃ δὶς φίλει με, καὶ ὅτε πλήρη ὀρέγοις, καὶ αὖθις ὁπότε παρ' ἐμοῦ ἀπολαμβάνοις. τί τοῦτο δακρύεις; μὴ δέδιθι· οἰμώξει γ', ἤν τις σε λυπεῖν ἐθέλῃ. 60

quin biberes ab eo. JUP. Angis, Juno, temet ipsam, nihil aliud; meumque amorem intendis æmulando. Quod si graveris a puero formoso accipere poculum, tibi filius vinum ministret: at tu, Ganymedes, soli mihi præbe calicem, & ad singulos bis suaviare me, quum plenum porrigis, quumque iterum a me recipis. Quid ideo lacrimare? ne time: plorabit enim, si quis tibi molestiam adferre voluerit.

VI.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

Η Ρ Α.

Τὸν Ἰξίονα τοῦτον ὁρᾷς, ὦ Ζεῦ; ποῖόν τινα τ τρόπον ἡγῇ; ΖΕΥΣ. ἄνθρωπον εἶναι χρηστὸν, ὦ Ἥρα, καὶ συμποτικόν. εὖ γ' ἂν συνῆν ἡμῖν ἀνάξιος ὤν συμποσίου ὤν. ΗΡΑ. ἀλλ' ἀνάξιός ἐστι, ὑβριστής γε ὤν· ὥστε μηκέτι συνέστω. ΖΕΥΣ. τί δὲ ὕβρισε; χρὴ γὰρ, οἶμαι, καμὲ εἰδέναι. ΗΡΑ. τί δ' ἄλλο; 65

JUNONIS ET JOVIS.

J U N O.

1. IXionem istum vides, o Jupiter: qualem moribus esse putas? JUP. Commodum hominem, atque ad hilaritatem convivii factum: non enim nobiscum versaretur, si quidem indignus esset symposio. JUN. Indignus sane; quippe injuriae gravis auctor: quare nobiscum amplius ne sit. JUP. Quam tandem injuriam fecit: oportet enim, ut arbitror, me quoque certiorem fieri. JUN. Quid autem aliud? at

a Δίδθι] διδθι Marg. *Aiw.*

61. Τὸν Ἰξίονα] Ἰξίων Λαπίθης τὸ γένος ὢν ἠγάγετο Δίαν τὴν * Οἰονέως. Τὸν δὲ πενθερὸν αὐτῦ ἐλθόντα ἐπὶ τὰ ἔδνα συνεκδύσασθαι ὄρυγμα βαθὺ ποιήσας, καὶ γεμίσας πυρὸς, † ἔνθα αὐτὸν ἐνέβαλεν ἐφ' ᾧ οἱ θεοὶ ἀγανακτήσαντες ἐμάλλον αὐτὸν τιμωρεῖν. Ὁ δὲ Ζεὺς μόνον ἀλάστου αὐτὸν καὶ λυσσῶν ἰδίᾳ ‡ ἱερᾷ ἀφῆκε μαλαθεὶς αὐτῷ τ' ἀθανασίας. Οὗτος δὲ ἀπόλαυσε μὲν ἠράσθη Ἥρας, ἡ ἀνήγγειλε τῷ Διΐ. ὁ § δὲ δοκιμάζων αὐτὸν ἀπέπεμψε νεφέλῃ τὴν Ἥραν, ἣ μίγνυται Ἰξίων, καὶ ποιεῖ παῖδα τὰ μὲν ἀνθρώπου ἔχοντα, τὰ δὲ ἵππου, ἀφ' ὧν Ἱπποκένταυροι. Ὁ δὲ Ζεὺς ὀργισθεὶς ¶ ὑποπτέρῳ τροχῷ ἧ δῆσας τ Ἰξίονα, ἀφῆκε φέρεσθαι διὰ ἀέρος μαστιζόμενον ὑπὸ λέγεται, χρὴ τιμᾶν τοὺς εὐεργέτας. *V.*

* Δαϊονέως] Scriptum erat Οἰονέως, quod sic mutavi ex Schol. *Didym.* ad Il. A, 268. & Il. Ξ, 317. ubi pro Ἰονίας, quod ibi legitur, Cl. *Barnes.* Δαϊονίας, ut in priore Scholio, reponit. *M. du S.*

Retinui Οἰονέως, cujus rationem petere licet a *Munckero* ad *Hygin.* F. 155. p. 227. ubi docet quam varie Ixionis soceri nomen scribatur. *T. H.*

† Ἔνθα] *M. du Soul* hujus vice substituerat ἐκεῖ, qua auctoritate non monens. Ἔνθα satis usitatum, praesertim apud recentiores pro ἐκεῖ. Si quid mutandum foret, mallem ὅπου. *T. H.*

‡ Ἱερᾷ] Ita clare in Mss. legebatur. Forte emendandum διαλαθέρως, hoc est, *lustratum dimisit*: lustratus enim fuit Ixion a Jove, ut testatur J. Tzetzes Ch. IX. Hist. 273. qui dicit socerum Ixionis ab aliis vocatum Deioneum, ab aliis Eioneum, quo forte modo hic etiam legendum. *J. C.*

Sed in *V.* ἱερᾷ non ἱβρᾷ extat. *M. du S.*

Pro ἱβρᾷ *Matth. Sladus* reddiderat μισθῷ qua conjectura non video multum profici. Locus sine dubio corruptus: sed jam non vacat, ut extundamus aliquid sincerius, ungues male mulcare. *T. H.*

§ Δὶ] Eam particulam merito interposuit *M. du Soul. T. H.*

¶ Δίσας] Debuerat scripsisse ἰνδίσας vel περιδίσας. Paulo ante ἣ μίγνυται. *E. A.* prave: correxit *M. du Soul. T. H.*

72. Λύπεις, ὦ Ἥρα, σεαυτὴν. οὐδὲν ἄλλο, καμοὶ &c.] Poterat sine crimine *Benedictus* integram servavisse interpretationem *Micylli*: *AEgritudine, Juno, te ipsam affligis; nihil aliud, & mihi amorem eo magis incendis:* quam

at pudor impedit ne dicam ; tale facinus eſt auſus. JUP. Et eam quidem ob rem magis etiam dixeris, quod turpia fuerit conatus : an igitur aliquam tentavit : etenim intelligo, cujusmodi ſit flagitioſum illud, quod eloqui refugias.

2. JUN. Imo me ipſam, non aliam quandam, Jupiter, jam dudum. Primum equidem ignorabam rem, cur intentis oculis adſpiceret in me : hic autem & gemebat, & ſublacrimabatur : ſi quando, ut biberam, traderem Ganymedi poculum, tum hic poſcebat in eodem bibere ; acceptumque poculum oſculabatur interea, oculis admovebat, atque iterum intuebatur in me. Illa jam intelligebam amatoria eſſe : & diu quidem me pudebat hæc apud te dicere, putabamque ceſſaturum hominem ab inſania. At poſtquam blandis ſermonibus auſus eſt me ſollicitare, ego deſtituens illum adhuc in lacrimis & pedibus advolutum, obturatis auribus, ne audirem contumelioſa ſuppliciter petentem, abii tibi indicatura : tu autem vide quomodo virum ulciſcaris.

3. JUP. Siccine infandus ille in memet ipſum, & ad Junonis usque concubitus? adeone

ἀλλ' ἐγὼ αἰσχύνομαι εἰπεῖν αὐτό· τοιοῦτόν τι
ὂν ἐτόλμησε. ΖΕΥΣ. καὶ μὴν ἀφ' οὗ τοῦτο
καὶ μᾶλλον εἴποις ἄν, [b] ὅσον καὶ αἰσχροῖς ἐπε-
χείρησε· μῶν ἦν ἐπείρα τινά; συνίημι γὰρ
οἵου τί τὸ αἰσχρὸν, ὅτῳ ἂν ὀκνήσειας εἰπεῖν.

ΗΡΑ. Αὐτὴν ἐμὲ, οὐκ ἄλλην τινὰ, ὦ
Ζεῦ, πολὺν ἤδη χρόνον. καὶ τὸ μὲν πρῶτον,
ἠγνόουν τὸ πρᾶγμα, διότι ἀτενὲς ἀφεώρα ἐς
ἐμὲ· ὁ δὲ καὶ ἔστενε, καὶ ὑπεδάκρυε· καὶ εἵπετο
πιοῦσα προδοίην τῷ Γανυμήδει τὸ ἔκπωμα,
ὁ δὲ ἤτει σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ πιεῖν· καὶ λαβὼν,
ἐφίλει μέλαξυ, καὶ πρὸς τὰς ὀφθαλμὰς προσ-
ῆγε, καὶ αὖθις ἀφεώρα ἐς ἐμέ. ταῦτα ἤδη
συνίην ἐρωτικὰ ὄντα. καὶ ὀπιπολὺ μὲ ἠδέμην
λέγειν πρὸς σὲ, καὶ ᾠμην παύσασθαι τ' μανίας
τ' ἀνθρώπου. ἐπεὶ δὲ καὶ λόγους ἐτόλμησέ μοι
προσενεγκεῖν, ἐγὼ μὲν ἀφεῖσα αὐτὸν ἔτι
δακρύοντα, καὶ προκυλινδούμενον, ὀπιφραξα-
μένη τὰ ὦτα, ὡς μηδὲ ἀκούσαιμι αὐτοῦ
ὑβριστικὰ ἱκετεύοντος, ἀπῆλθόν σοι φράσου-
σα. σὺ δὲ αὐτὸς ὅρα ὅπως μέτει τ' ἄνδρα.

ΖΕΥΣ. Εὖγε ὁ κατάρατος ἐπ' ἐμὲ αὐ-
τὸν, καὶ μέχρι τῆς Ἥρας γάμων; τοσοῦτον
ἐμε-

[b] Ὅσον καὶ αἰσχροῖς] ὅσων ἐς αἰσχρῶν. L.

quam vides temere ab eo truncatam. *J.G.*

62. Ἄνθρωπον εἶναι χρηστὸν, ὦ Ἥρα, καὶ συμποτικόν] Vertunt : *hominem eſſe benignum, Juno, & hilarem convivam. Benignitati* hic nullus locus : χρηστὸς Latinis eſt homo *commodus*, facilitate morum inſignis. *Plaut.* Mil. *conviva commodus. Cicer.* pro Murena : *Nemo Catone proavo tuo commodior, communior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.* Sic inferius in Dearum judicio : ἱκανὴ μὲν, ἀγροικὸς δὲ. *Commoda quidem, ſed ruſtica* : ubi interpres ; *ſat quidem formoſa.* ſed talia ὅσα κόνις. Sic inferius in hoc dialogo ἀπειρόκαλοι vertit *inſolentes*, cum ſint, *inepti, decori rudes. J.G.G.*

63. Χρηστὸν] Bene monuit *Graevius* de vocis hujus poteſtate : ſed idem jamdudum viderat *Def. Herald. Anim. in Salmaſ.* Obſerv. ad J. A. & R. I. c. 8. §. 6. *Dion Chryſ.* p. 468. B. συμποτικός τις ἐς κοινὸς ὢν ταῖς φυσαύταις συνουσίαις. *T. H.*

66. Ὑβριστής γε ὤν] Clariſſ. *Heinſ.* ad *Maxim. Tyr.* dixi ad *Petron. J.B.*

72. Ἐπείρα] Πειρᾶν *ad Venerem ſollicitare ; pudici*

tiam alicujus tentare. Pindar. Π. B, 62. quem locum habebat in mente *Schol. Homer.* ad Od. Φ, 303. ubi fabulam Ixionis narrat: Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶτο. Commentator antiquus in errore, quem circa verbi rationem explicandam committit, eruditus eſt : melius *Schol. Ariſtoph.* ad Equit. v. 514. προσκαλεῖν γυναικὶ περὶ Ἀφροδίτης. *Conatus eſt Junonem comprimere Hygin.* F. LXII. propius ad Graecam locutionem, *Illic Junonem tentare Ixionis auſi, Tibullus : Junonem de ſtupro interpellare Lactant.* ad *Stat.* IV, 539. *de ſtupri injuria compellare*, ad Theb. VIII, 50. Πειρᾶν in hac fabula familiare Graecis. *T. H.*

79. Ὅ, τι δὴ] Forſan ὅτι δή videntur enim id poſcere ſequentia, ταῦτα ἤδη συνίην ἐρωτικὰ ὄντα. *M. du S.*

90. Ἐπ' ἐμὲ αὐτὸν] Irati Jovis abrupta oratio. Video commode ſervari poſſe ἐπ' ἐμοί nec tamen non praeferam εἰς ἐμὲ, quaſi vellet intellectum ὑβρίζειν ſic ſane ſecutus fuerit ipſe ſuum praeceptum de ὑβρίζειν τινὰ & εἰς τινὰ in Soloec. §. 10. Paulo poſt ſi pro ὁμοίας ἡμῖν legeretur ὁμοίους ἡμῶν, mutatum nollem. Ὁμοίους & συνήθους ἡμῶν frequenter Ixion dicitur. *T. H.*

98. Ὦ

ἐμεθύσθη γ' νέκταρος; ἀλλ' ἡμεῖς τούτων αἴτιοι, καὶ σφέρα γ' μετρίως φιλάνθρωποι, οἵ γε καὶ συμπότας αὐτοὺς ἐποιησάμεθα. συγγνωστοὶ οὖν, εἰ πιόντες ὅμοια ἡμῖν, καὶ ἰδόντες ὑ-95 ραάνια κάλλη, καὶ οἷα ὑπόλε εἶδον ὅτι γῆς, ἐπεθύμησαν ἀπολαῦσαι αὐτῶν, ἔρωτι ἁλόντες· ὁ δὲ ἔρως, βιαίον τί ἐστι, καὶ οὐκ ἀνθρώπων μόνον ἄρχει, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐνίοτε. ΗΡΑ. σὺ μὲν καὶ πάνυ ἐτός γε δεσπότης ἐστί καὶ ἄγει σε, καὶ φέρει, ὃ ῥινός, φασιν, ἕλκων, καὶ ἔπη αὐτῷ ἔνθα ἂν ἡγῆται σοι· καὶ ἀλλάττῃ ῥᾳδίως ἐς ὅ, τι ἂν κελεύσῃ· καὶ ὅλως κτῆμα καὶ παιδιὰ γ' ἔρωτος σύ γε. καὶ νῦν τῷ Ἰξίονι οἶδα καθότι συγγνώμιλω σπουδάσεις, ἅτε καὶ αὐτὸς μοιχεύσας ποτὲ αὐτῆς τὴν γυναῖκα, ἣ σοι τὸν Πειρίθων ἔτεκεν.

ΖΕΥΣ. Ἔτι γὰρ σὺ μέμνησαι ἐκείνων, 10
εἴ τι ἐγὼ ἔπαιξα ἐς γῆν καταβάς; ἀτὰρ οἶσθα ὅ μοι δοκεῖ περὶ γ' Ἰξίονος; κολάζειν μὲν μηδαμῶς αὐτόν, μηδ' ἀπωθεῖν γε συμποσίου· σκαιὸν γάρ· ἐπεὶ δ' ἐρᾷ, καὶ ὡς φὴς δακρύει, καὶ ἀφόρητα πάσχει. ΗΡΑ. τί, ὦ Ζεῦ; δέδια μήτι ὑβριστικὸν καὶ σὺ εἴπῃς. ΖΕΥΣ. εὐδαμῶς. ἀλλ' εἴδωλον ἐκ νεφέλης πλασάμενοι αὐτῇ σοι ὅμοιον, ἐπεινebriatus fuit nectare? verum nosmet eorum causa fumus, & ultra modum amantes hominum, qui convivas etiam eos adscivimus. Ignoscendum igitur ipsis, si hausto pari atque nos potu, visisque cœlestibus formis, quales nunquam spectarunt in terra, desiderarunt frui illis amore capti: amor autem violentum quiddam est, neque hominibus solum imperat, sed & nobismet ipsis aliquando. JUN. In te quidem valde dominium hicce exercet, teque agit ac fert, naso, ut ajunt, trahens: & tu sequeris ipsum, quocumque ducat, mutarisque facile in quamcumque jusserit formam: atque omnino possessio ludusque amoris es profecto: etiam nunc Ixioni scio cur veniam tribuas, quippe qui ejus uxorem ipse aliquando adulteraris, quæ tibi Pirithoum peperit.

4. JUP. Tune etiamnum recordaris eorum, si quid ego lusi in terram descendens? at scinne, quid mihi de Ixione videatur? punire quidem nequaquam ipsum, neque extrudere symposio; inurbanum enim: quandoquidem vero amat, &, ut ais, plorat, & intolerabilia suffert. JUN. Quid porro, Jupiter? nam metuo ne quid flagitiosum tu quoque dicas. JUP. Neutiquam: sed simulacrum ex nebula ubi finxerimus ipsi tibi simile, postquam

98. Ὁ ἔρως] Sic Dialog. Apoll. & Bacch. *Long.* lib. 2. *Heliodor.* lib. 4. & Δ.Θ. XXIII. ἀπάντων ἄρχων. *J.B.*

2. Ἄγει σε & φέρει] Vix credas Interpretes, quid *Lucianus* voluerit, adfectos fuisse: sensus est: *te subactum pro arbitrio velut jure belli depopulatur.* Ἄγειν καὶ φέρειν victorum est, qui caedibus ac rapinis omnia vastant: ἄνευ νόμου & δίκης ἄγοντες καὶ φέροντες ἀλλήλους. *Polyaen.* ad alia traducitur: ἀγομένης & φερομένης τὰ κεφαλῆς. *Synes.* Encom. Calv. Rem vidit, & locutionem vulgatissimam pluribus exemplis illustravit *Erasm.* Prov. in Ἄγουσι & φέρουσι. *T.H.*

Ibid. Τῆς ῥινὸς ἕλκων.] Unde ductum haud proclive est definire: certe a feris equisve petitum. Sed ad rem ipsam illustrandam lege, si lubet, quid apud *Lactantium* poëta non insulsius de triumpho Cupidinis scripserit, in cujus pompa Jupiter cum ceteris Diis ante currum triumphantis ducitur catenatus, I, 11. *M. du S.*

Τῆς ῥινὸς ἕλκων] Quibus in locis occurrat apud *Nostrum* adnotavit *Erasmus* in *Naribus trahere.* *T.H.*

8. Αὐτῆς τὴν γυναῖκα] Vid. *Th. Muncker.* ad *Hygin.* Fab. 155. p. 227. *T.H.*

9. Πειρίθουν] Diam *Hyginus* vocat, ex qua Jupiter Pirithoum suscepit. *M. du S.*

19. Ἀγρυπνεῖ] Structura postulat: ἐπειδὴν λυθῇ. κείνῳ & ἀγρυπνῇ. *T.H.*

23. Μὴ ἁρπαστὸν ἴκοιτο] Nescio cur mutatum: sic enim reposueram, non ἅρπαιον. Proverb. de quo *Aristophan.* alii; σεσολοίκισαι μέ· ὄφελε γὰρ μὴ ὥρας ἴκοιτο. Verum tamen Atticum est, & utitur Dialog. de Saltat. c. V. Solœcismum notarunt Grammatici. *J.B.*

Μὴ ἁρπαστὸν ἴκοιτο &c.] An scribendum? μὴ ὄναιτο τῷ ὑπὲρ αὐ. *F.G.*

Μὴ ἁρπαστὸν ἴκοιτο τῷ ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμοῦντι] Potestne stultius & absurdius quicquam verti, quam ista verba sunt translata? *Ne quid tempestivum consequatur, quando res, quae supra se sunt, concupiscit.* Et tamen absurdius iidem interpretes in dialogo de saltationibus, μὴ ἁρπαστὸν ἴκοιμι, *nunquam ego venustatem consequar.* Cum sint imprecationis formulae ex *Aristophane* haustae. Latini dicunt, *male pereat, dii deaeque eum perdant, qui rem supra suam sortem affectavit.* Potuissent ta-

quam ſolutum fuerit convivium (vigilat autem, ut credi par eſt, præ amore) adclinemus juxta ipſum : ſic enim ſedatus fuerit ejus dolor, ſi putarit ſe, quod concupierat, adeptum eſſe. JUN. Apage : peſſime pereat, ut qui rem ſupra ſuam ſortem affectet. JUP. Suſtine tamen, o Juno : quid enim ad te mali redundabit ab iſto figmento, ſi cum nebula fuerit Ixion congreſſus.

5. JUN. At nebula iſta ego eſſe videbor, & turpe illud in me patrabit ob ſimilitudinem. JUP. Nihil dicis : neque enim nebula unquam Juno fiat, nec tu nebula : Ixion tantum decipietur. JUN. At, quales cuncti homines decori rudes ſunt, gloriabitur forte, ubi in terram venerit, & narrabit omnibus ſe Junonem iniiſſe, in eodemque, quo Jovem, lecto cubuiſſe : quin porro non abhorret, ut me dicat amare ſe : credent homines, ignari ſcilicet cum nebula ipſum fuiſſe. JUP. Ergo, ſi quid ejusmodi dixerit, in orcum detruſus, rotæque miſer alligatus circumagetur cum ea ſemper, laboremque perpetuum habebit pœnas dans amoris. JUN. Non enim grave hoc quidem ob jactantiam.

δὰν λυθῇ τὸ συμπόσιον, καὶ κεῖνος ἀγρυπνεῖ, ὡς τὸ εἰκὸς, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ὥστε καταklίνωμεν αὐτῷ φέροντες· ἕτω γὰρ παύσαιτο ἀνιώμενος, οἰηθεὶς τετυχηκέναι τῆς ἐπιθυμίας. ΗΡΑ. ἄπαγε, μὴ ὥραισιν ἴκοιτο τοῦ ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν. ΖΕΥΣ. ὅμως ὑπόμεινον, ὦ Ἥρα. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοις δεινὸν ἀπὸ τοῦ πλάσματος, εἰ νεφέλη ὁ Ἰξίων συμέῃ;

ΗΡΑ. Ἀλλὰ ἡ νεφέλη ἐγὼ εἶναι δόξω, καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ποιήσει ἡ ὁμοιότης. ΖΕΥΣ. οὐδὲν τοῦτο φής· οὔτε γὰρ ἡ νεφέλη πώποτε Ἥρα γένοιτ' ἂν, οὔτε σὺ νεφέλη· ὁ δ' Ἰξίων μόνον [a] ἐξαπατηθήσεται. ΗΡΑ. ἀλλὰ, οἷοι πάντες ἄνθρωποι ἀπειρόκαλοί εἰσιν, αὐχήσει καλεσθὼν ἴσως, καὶ διηγήσεται ἅπασι, λέγων συγγεγενῆσθαι τῇ Ἥρᾳ, καὶ σύλλεκτρον εἶναι τοῦ Διός. καί που τάχα ἐρᾷν με φήσειεν αὐτοῦ, οἱ δὲ πιστεύσουσιν, οὐκ εἰδότες ὡς νεφέλη συμῆν. ΖΕΥΣ. ἐκεῖνον, ἢν τί τοιοῦτον εἴπῃ, ἐς τὸν ἀΐδην ἐμπεσὼν τροχῷ ἄθλιος προσδεθεὶς, [b] συμπεριενεχθήσεται μετ' αὐτοῦ ἀεί, καὶ πόνον ἄπαυστον ἕξει, δίκην διδοὺς τοῦ ἔρωτος. ΗΡΑ. εὖ γὰρ δεινὸν τοῦτό γε ἀπὸ τῆς μεγαλαυχίας.

ΑΠΟΛ-

a Ἐξαπατηθήσεται] ἐξαπατήσεται *B1. B2.* b Συμπεριενεχθήσεται] Ita recte utraque *B.* In ceteris vitioſe συμπεριενεχθήσεται.

23. Ἄπαγε, μὴ ὥραισιν] Σεσολοίκισται μὲ Ἀττικῶς. ὤφελε γὰρ, μὴ ὥρας ἴκοιτο· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ εὐ τῇ συνηθείᾳ, Μὴ καλὰ αὐτῷ τὰ ἔτη, Μὴ εἰς καιρὸν φθάνοι. *V.*

tamen, ſaltem *Bourdelotius*, haec emendare, cum *Iſaacus Caſaubonus ὁ πάνυ* Animadverſ. lib. 11. c. 14. in *Athen.* tum & in Lectionibus Theocriteis, dudum obſervarit elegans hoc dicendi genus, & explicarit ſcitiſſime. *J.G.G.*

Μὴ ὥραισιν ἴκοιτο] *Caſaubonus* explicat in notis ad *Athen.* II, 14. cum imprecari alicui exitium vellent, & mortem anno vertente citiorem. Alii tamen ſcriptores ὥρας non ὥραισι ſcribunt. Iterum habes Ὀρχ. c. 5. & Ἐτ. Δ. X. *M. du S.*

Μὴ ὥραισιν ἴκοιτο] Dicturum ſe promiſit ad hunc *Luciani* locum *Kuhn.* Obſ. ad *Diogen. L.* II, 34. cui conſilio diem ſupremum interveniſſe credo. *Biſetus* etiam profert ad Lyſiſtr. *Ariſtoph.* v. 1036. A *Caſaubono* diſſentit *D. Heinſius* L. Theocr. p. 341. exiſtimans formulam imprecandi eſſe deſumtam a navigationibus, quia ὥραι erant navigandi tempora, & μὴ ὥραισι πλεῖν apud *Comicum* Lyſiſtr. v. 329. utrius verior habenda ſit opinio, alias opportunius dicemus. *T.H.*

32. Ἐξαπατηθήσεται] Monſtrum vocabuli vides (in Ed. *Salm.*) Rectius Editio *Baſil.* ἐξαπατήσεται. Sed puto verum *Luciani* eſſe ἐξαπατηθήσεται· immo ſic antiquiſſima editio *Flor.* Simili mendo laborant poſteriores editiones, cum mox συμπεριενεχθήσεται legitur, quod conſpicitur etiam in *Florentina* & *Aldina* : ſola *Baſileenſis* συμπεριενεχθήσεται· id quod probum eſt. *J.J.*

40. Τροχῷ] Meminit *J. Brodaeus* Miſc. II. c. 10. *Pindarus* τετράκναμον δισμὸν vocavit, τετράκνημον τροχὸν *Schol. Apoll. Rh.* ad Arg. III, 62. Bene de nobis merebitur, qui ultima dialogi hujus vel explicuerit, vel emendarit. *T.H.*

43. Ἀπὸ τ. μ.] An ὑπὸ τ. μ.; *F. G.*

VII.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΗΦΑΙΣΤΟΥ. APOLLINIS ET VULCANI.

ΗΦΑΙ. VULC.

Ἐωρακας, ὦ Ἄπολλον, τὸ ὑπὸ Μαίας βρέφος τὸ ἄρτι τεχθὲν, ὡς καλόν τέ ἐστι, καὶ προσγελᾷ πᾶσι, καὶ δηλοῖ τι ἤδη ὡς μέγα ἀγαθὸν ἀποβησόμενον; ΑΠ. ἐκεῖνό γε φῶ βρέφος, ὦ Ἥφαιστε, ἢ μέγα ἀγαθὸν, ὁ γε Ἰαπετοῦ πρεσβύτερόν ἐστιν, ὅσον ἐπὶ τῇ πανουργίᾳ; ΗΦΑΙ. καὶ τίνα ἂν ἀδικῆσαι δύναιτο χρὴ τοιοῦτον ὄν; ΑΠ. ἐρώτα τὸν Ποσειδῶνα, ἢ τὴν τρίαιναν ἔκλεψεν· ἢ τὸν Ἄρη· καὶ τούτῳ γὰρ ἐξείλκυσε λαθὼν ὁ γε κοιλεῖ τὸ ξίφος, ἵνα μὴ ἐμαυτὸν λέγω, ὃν ἀφώπλισε γε τόξῳ καὶ τοῖς βελέσιν.

ΗΦΑΙ. Τὸ νεογνὸν ταῦτα, ὁ μόγις ἐκι-

1. VIdiſtin', Apollo, Majæ filiolum modo editum? quam pulcer eſt, arridetque omnibus, & jam patefacit aliquid, quod magni boni ſpem faciat. A P. Illum ego dixero infantem, Vulcane, aut inſigne bonum, qui Japeto ſit ſenior, quantum ad aſtutiam? VULC. Eccui male facere poſſit recens natus? AP. Roga Neptunum, cujus tridentem furatus eſt; aut Martem; illius enim eduxit clam vagina gladium: ne me ipſum dicam, quem exarmavit arcu & ſagittis.

2. VULC. Hæc iſte recens natus, qui vix mo-

a Προσγελᾷ] προσμειδᾷ L. b Τῷ] ὦ τῷ L. c Ἐκινεῖτο] ἔστηκε τὸ P. ἔστηκε τὸ F.

46. Προσγελᾷ] Cito ridere fuit praeſagium ingenii. Vid. Art. Crit. P. 2. Sect. I. c. X. §. 12. *F.C.*

49. Ἐν τῇ πανουργίᾳ] Uſitatius εἰς vel εἰς τὴν πανουργίαν itaque ſcribendum puto. Ut modo μέγα ἀγαθὸν ἀποβησόμενον, ſic & *Xenoph* K. Π. V. p. 76. v. 13. ὦ μέγα ἀγαθὸν σὺ τοῖς φίλοις Κῦρε· ſimilem in modum μέγα κακὸν εἶναι vel ἔρχεσθαι τινί. *T.H.*

55. Ἐκινεῖτο] Non ſollicito hanc lectionem. Aliter tamen P. & Ed. *F.* ἔστηκε τὸ, ſed tum aliter interpungendum, & poſt ἔστηκε, punctum admirationis ponendum. *M.du S.*

64. Ὀξύχειρ] *Poll.* II, 149. ὀξύχειρ δὲ καὶ ὀξυχειρία τὸ μὲ ὡδὶ Μενάνδρῳ εἴρηται, τὸ ὃ παρ' Ἀλεξιδι. Comicorum nomina facile perſuadent, utrosque non alia notione, quam fecit *Lucianus*, hanc vocem adhibuiſſe. Significat autem *agili manuum mobilitate promtum*; nam *aduncae manus* Interpretum, ſi rem ſpectas, poſſunt tolerari; ſi vim vocis, alieniſſimae ſunt. Prout celeritatis manuum in plurimis rebus eſt uſus, ita non una ratione homines dicuntur ὀξύχειρες· qui manum avidam in patinas immittit *Nicomacho* apud *Athen.* VII. p. 291. D — δεικτῶν δὲ πᾶς τἀλλότρια γίνεται ὀξύχειρ, κ' οὐκ ἐγκρατής. Herculem hoc epitheto *Theocritus* affecit Epigr. XX. Τὸν λεοντομάχαν, τὸν ὀξύχειρα· quod vix eſt, ut heroum maximi dignitatem aequet. Ὀξυχειρίαν ὀρχησαῖς & pantomimis *Pollux* tribuit IV, 97. ψηφοπαίκταις ſive praeſtigiatoribus *Sext. Empir.* adv. Mathem. II. §. 39. qui τὰς τῶν δεικνύντων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσι· eandem vocat εὐτροφίαν τῶν χειρῶν ἐν τῷ τάχει τῶν κάμψεως τῶν δακτύλων *Schol. Gregorii Nazianz.* in Orat. de Athanaſio. Apud *Philonem* Jud. de Vit. Moſ. p. 609. C. AEgyptius operum exactor τοὺς τὸ προσταχθὲν μὴ ἀπιδυτι καὶ ὀξυχειρίᾳ δρῶντας τύπτων. Nonnihil differt illa ὀξυχειρία, quam exercendi diuturnitate opifices acquirunt in *Diogen. L.* VI, 70. Mercurium autem ὀξύχειρα venuſtiſſime pinxit *Horat.* I. Od. 10. *Callidum quicquid placuit jocoſo Condere furto:* ibi plura, quae ad hunc dialogum faciunt. *T.H.*

68. Προσκαλισάμῳ τὸν Ἔρωτα] Leg. προκαλισάμῳ τὸν Ἔρωτα· ſic videtur legiſſe interpres, eum transfert, *Heri provocato Cupidine.* Statim pro ὑφίλων τὸν ποδὸς Mſ. ὑφιλῶν τὸν ποδὸς, quaſi pedes illi ſurripuerit: quamvis & vulgatum poſſit ferri. *F.G.G.*

δράσαι δύναιτο, γενναῖον ὁρῶν νεανίαν, καὶ στρατιώτην αὐτόν· ὥστε τὴν ἡσυχίαν ἄγει· πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθαι αὐτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι, σαγηνεύσας ἐπὶ τὴν εὐνῆς. ΑΠ. Οὐκ οἶδα, εὐξαίμην δ' ἂν αὐτὸς ὁ ξυλληφθησόμενος εἶναι.

XVI.

JUNONIS ET LATONÆ.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΛΗΤΟΥΣ.

JUN.

1. PUlcros enim vero, Latona, & tuliberos peperiſti Jovi. LAT. Non omnes, Juno, tales parere poſſumus, qualis eſt Vulcanus. JUN. Sed hic claudus tamen utilis eſt, quippe artifex optimus, & adornavit nobis coelum, & Venerem duxit, ab eaque obſervatur. De tuis autem liberis, illorum hæc virilis ultra modum & montana; ac denique in Scythiam profecta nemo neſcit quales cibos capiat hoſpitibus interfectis, atque imitata Scythas

ΗΡΑ.

Καλὰ μὲν γὼ, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τῷ Διΐ. ΛΗ. Ἀλλὰ πᾶσαι, ὦ Ἥρα, τοιούτους τίκτειν δυνάμεθα, οἷος ὁ Ἡφαιστός ἐστιν. ΗΡΑ. ἀλλ' ἔτι μὲν ὁ χωλὸς, ὅμως χρήσιμός γε ἐστὶ, τεχνίτης ὢν ἄριστος, καὶ καλαχεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἔγημε, καὶ σπουδάζει πρὸς αὐτῆς· οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν ἀρρενικὴ πέρα τοῦ μέτρου, καὶ ὀρεία, καὶ τὸ τελευταῖον, ἐς τὴν Σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν οἷα ἐοδίει ξενοκτονοῦσα, καὶ μιμησαμένη τὸς Σκύθας αὐ-

abeſſet, in Lemno deſedisſe. At *Homerus* & Charitem, & ipſam Vulcani officinam in coelo collocavit, neſcio quam probantibus Diis: nam fieri quidem vix potuiſſe credas, quin tantus ferramentorum malleorumque ingeminatorum ſtrepitus coeleſtium aures vehementem in modum obtuderit: quam ob rem poſteriorum in eos poëtarum non vulgare conſtat beneficium, qui deſtructa Homeri taberna fabrili Olympum nitidius expoliverunt, Vulcanumque, ſi quid operis moliretur, migrare juſſerunt ad inſulam aliquam AEoliam aut Lemnum, datis inſuper (nam *Homerus* plane ſolum ad fornacem atque incudem deſtituerat) aerumnoſi laboris adminiſtris Cyclopibus. Ita *Callimach.* H. in Dian. *Apollon. Rh.* Arg. III. *Virgil.* AEn. VIII. Apud eosdem vero cum Vulcano Venus in Olympo habitat; neque ſecus, quod magis mireris, in *Homeri* Od. Θ. Illam quidem *Anacreon*, vel alius Melicorum aliquis, ad Lemnios caminos devocavit; ſed diverſo conſilio, ut operam ſociatam ad Amoris tela fabricanda conferret. Mox diſplicet αὐτὸν· mallem καὶ στρατιώτην ὄν. etſi non me fugiat uſus aliquis τῷ αὐτὸς haud valde diſpar, de quo alibi dicam. *T. H.*

1. Ἐπιμηχανήσασθαι] Perſpicuum eſt, legendum ἐπιμηχανήσεσθαι. *J. J.*

Ἐπιμηχανήσεσθαι] Cl. *Jenſii* emendatio eſt. In libris noſtris omnibus ἐ——σασθαι legebatur. *M. du S.*

13. Οὐκ οἶδα] Non ſolus *Lucianus* hæc dicentem inducit Apollinem. Graviſſimus poëta *Homerus* Odyſſ. Θ, 336. eadem ferme habet; eoque credo factum, ut *Lucianus*, qui eum perpetuo ſuggillat, Dialogum XVII. ſcripſerit. Jocoſior *Ovidius* & a quo talia expectes l. c. & II. *de Arte Am.* 561. *M. du S.*

20. Καλαχεκόσμ. . . .] Vide Θυσ. c. 8. & *Ovid.* Met. II. init. *M. du S.*

21. Σπουδ. πρὸς αὐτῆς] Qua fronte *Lucianus* Junonem hic inducit aſſerentem, Vulcanum a Venere diligi aut coli? Similem phraſin vide Dial. XXII. *M. du S.*

Σπουδάζει πρὸς αὐτῆς] Locutionem illuſtrat *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 120. Διὰ χρήματα ἐσπουδάσθω ὑφ' ὑμῶν. *Dion Chryſ.* Or. XXXVIII. Modo vide, an mecum malis, χρήσιμός τε. *T. H.*

25. Οἷα ἐοδίει] Hoc eſt, quibus ſacrificiis delectetur: nam ſacrificia eſſe putabant convivia Deorum. Vide quae monuimus ad Prometh. §. 17. *J. C.*

Ibid. Ξενοκτονοῦσα] Sic Dialog. Apoll. & Bacch. *Ovid.* 3. de Ponto, *Achill. Tat.* lib. 8. *J. B.*

αὐτὺς, ἀνθρωποφάγυς ὄντας· ὁ δ' Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντεύεσθαι, καὶ καταγωνάμενος ἐργαστήρια τ μαντικῆς, τὸ μὲν ἐν Δελφοῖς, τόδ' ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Διδύμοις, ἐξαπατᾷ τὺς χρωμένυς αὐτῷ, λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τ ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. καὶ πολλοὶ μὲν ἀπὸ τ τοιύτυ· πολλοὶ γὰρ οἱ ἀνόητοι, καὶ παρέχοντες αὐτὺς καταγοητεύεσθαι· πλὴν οὐκ ἀγνοεῖται γε ὑπὸ τ συνετωτέρων, τὰ πολλὰ τεταραγμένα· αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι [a] φονεύσει μὲν τ ἐρώμενον τῷ δίσκῳ, καὶ προεμαντεύσατο δὲ, ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ Δάφνη, καὶ ταῦτα, ὅτω καλὸν καὶ κομήτην ὄντα. ὥστε οὐκ ὀρθῶς καθότι καλλίτεκνοτέρα τ Νιόβης ἔδοξας.

ipsos, qui hominibus vescuntur: Apollo autem præ se fert cuncta se scire, & jaculari, & cithara ludere, & medicum agere, & vaticinari: tum constitutis officinis artis divinandi Delphis, Clari & Didymis frustratur consulentes, obliqua & ambigua in utramque interrogationis partem respondens, ne periculum sit, ut arguatur error. Inde quidem ditescit, plures enim sunt stulti, quique se praebent fascinandos; nec tamen praeterit prudentiores, plerumque praestigias ipsum offundere. Ergo vates ignorabat se occisurum esse delicias suas disco; nec prædivinavit fore, ut fugeret ipsum Daphne, idque tam pulcrum & bellule comatum. Itaque non video, qua parte prolis laude Nioben praestare videaris.

ΛΗ. Ταῦτα μέντοι τὰ τέκνα, ἡ ξενοκτόνος, καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα, ὅπως λυπεῖ σε, ὁρώμενα ἐν τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα ὅταν ἡ μὲν ἐπαινῆται ἐς τὸ κάλλος, ὁ δὲ κιθαρίζῃ ἐν τῷ συμποσίῳ θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων. ΗΡΑ. ἐγέλασα, ὦ Λητοῖ· ἐοικεῖν θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἄν, αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ; νῦν δὲ κατασοφισθεὶς ἄθλιος ἀπόλωλεν, ἀδίκως ἀλούς· ἡ δὲ καλή σου παρθένος ὅτω καλή ἐστιν, ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ὑπὸ τ Ἀκταίωνος,

2. LAT. Isti quidem liberi, hospitum interfectrix & mendax vates non me fugit, quem tibi dolorem adferant conspecti inter Deos; tum maxime, quando hæc laudatur ob formam, ille, dum cithara ludit in convivio, admirationi est omnibus. JUN. Ridere libet, Latona: illene dignus admiratione, cui Marsyas, si quidem justum Musae judicium ferre voluissent, pellem detraxisset ipse victor arte musica? nunc dolo captus miser interiit iniqua sententia damnatus: illa autem pulcra tua virgo tam est pulcra, ut, postquam comperit se visam esse ab Actæone, veri-

[a] Φονεύσει] χονεύσει Marg. *Alw.* quod ego, quale sit, non intelligo.

36. Καταγοητεύεσθαι] Ἀπατᾶσθαι. *V.*
38. Τεταρδύμῳ] Ψευδολογούμῳ, ἢ θαυμαστὸν ὡς δόξα * μυθδύμῳ. *V.*

* Μυθυόμενον] Lege μυθυόμενος. *J. C.*
Μαντευόμενος] In Ed. *A.* & *C. M.* legebatur μυθυόμενος. Ego certa conjectura ductus mutavi. *M. du S.*

- Mihi placuit μυθωόμενος· idque omnino retinendum videbatur. *T. H.*

27. Πάντα εἰδέναι] *Callimach.* Hym. Apoll.

Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς ὅ τις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων.

Apud. Florid. 1. *Aristoph.* in Plut. *Orpheus*, *Homer.* Hymn. εἰς Ἀπολλ. *J. B.*

31. Κλάρῳ] Vide Ἀλεξ. c. 8. & *Clem. Alex.* p. 9, Κλάριον, Πύθιον, Διδυμέα, Ἀμφιάρεω, Ἀπόλλω, Ἀμφίλοχον. V. *Schol. Apoll.* Rh. p. 128. *M. du S.*

Ibid. Διδύμοις] *Origen. Celf.* I. p. 55, 1. *M. du S.*

32. Λοξὰ] Momus in Apollinem Διπλοῦν. Sic in Alc-

verita ne juvenis evulgaret turpitudinem ſuam, immiſerit in eum canes: mitto dicere, neque parturientibus obſtetricaturam fuiſſe, virgo ſi modo foret. LAT. Arroganter, o Juno, te effers, quia conjux es Jovis, cumque eo regnum tenes: propterea contumeliam facis perlicenter: at videbo te poſt paulo iterum lacrimantem, quum te Jupiter relicta in terram deſcenderit, tauri cygnive ſumta ſpecie.

φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῆς, ἐπαφῆκεν αὐτῷ τὰς κύνας· ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὐδὲ τὰς τεκούσας ἐμαίετο, παρθένος γε οὖσα αὐτὴ ἁγνή. ΛΗ. μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ξύνει τῷ Διΐ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ ἅμα τοῦτο ὑβρίζεις ἀδεῶς· πλὴν ἀλλ' ὄψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπόταν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ, ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

XVII.

APOLLINIS ET MERCURII.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

A P O L.

1. QUid rides, Mercuri? MERC. Quia ſcilicet maxime ridicula, Apollo, vidi. AP. Quin narra, ut & ipſe re audita una tecum poſſim ridere. MERC. Venus concumbens cum Marte conſtricta eſt, & Vulcanus vinxit eos captos. AP. Quo tandem modo? nam facetum quiddam dicturus videris. MERC. Jampridem, opinor, iſta quum ſciret, venabatur eos; circaque lectum vinculis, quæ oculos fugerent, circumpoſitis, poſtquam abierat ad caminum, operi ſcilicet erat intentus. Tum Mars intrat clam, ut arbitrabatur: verum conſpicit eum Sol, & indicium defert ad Vulcanum. Ubi autem adſcenderunt lectum, intraque caſſes recepti in opere erant, ibi circumquaque implicantur ipſis vincula,

Α Π Ο Λ.

Τί γελᾷς, ὦ Ἑρμῆ; ΕΡ. ὅτι γελοιότατα, ὦ Ἄπολλον, εἶδον. ΑΠ. εἰπὲ δή, ὡς καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἔχω ξυγγελᾶν. ΕΡ. ἡ Ἀφροδίτη ξυνοῦσα τῷ Ἄρει καλείληπται, καὶ ὁ Ἥφαιστος ἔδησεν αὐτοὺς ξυλλαβών. ΑΠ. πῶς; ἡδὺ γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας. ΕΡ. ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, ταῦτα εἰδὼς ἐθήρευεν αὐτούς· καὶ ὡς ἦλθε τὴν εὐνὴν ἀφανῆ δεσμὰ περιθείς, εἰργάζετο ἀπελθὼν ἐπὶ τὸ κάμινον. εἶτα ὁ μὲν Ἄρης εἰσέρχεται λαθών, ὡς ᾤετο· καθορᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Ἥλιος, καὶ λέγει πρὸς τὸν Ἥφαιστον. ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν ἅ λέχους, καὶ ἦσαν ἔργῳ, καὶ ἐντὸς [b] ἐγεγένηντο τῶν δικτύων, περιπλέκει μὲν αὐτοῖς τὰ δεσμά, ἐφί-

b Ἐγεγώμεθα] ἐγώμεθα F. In ſequentibus Edd. recte emendatum.

72. Παρὰ] Γρ. περὶ τὴν εὐνήν. G.

Alexand. ſic in Jove Tragœd. & paſſim. Λοξίας Apollinis cognomentum. J. B.

50. Μαρσύας] *Apul.* loc. cit. *Julian.* Imp. Epiſt. ad *Jambl.* J. B.

51. Αἱ Μοῦσαι] Vid. *P. Burmann.* ad *Ovid.* Metam. VI, 400. T. H.

53. Ἄβλις] Addi ſolet articulus. niſi forte legendum ἀβλίως, ſed Edd. vetant, nec ſequens patitur ἀβλως. M. du S.

59. Καὶ αὐτὸ ὕστα] Tantum abeſt, ut ornet ſententiam vocabulum αὐτὸ, ut onerare potius mihi videatur. Longe diſpar erit ratio, ſi legas ἀγνὸ quod percommodum hoc in loco. Scilicet *Homerum*, ut ſolet libenter *Lucianus*, tetigit: Ἄρτεμις ἁγνὴ in Odyſſea ſatis frequens. Dianam virginem intactam, quae puerperis adſideat & opem invocata praeſtet, aeque ac Noſter, rident patres Eccleſiaſtici, nec ad rem pertinere quicquam credunt, quod a veterum Theologis adfertur, eandem eſſe & Lunam; quae quum ſit γενέσεως ἀρχὴ, iſto munere jure merito fungatur. T. H.

ἐφίσταλαι δὲ αὐτοῖς ὁ Ἥφαιστος. ἐκείνη μὲν οὖν, ᾗ γὰρ ἔτυχε γυμνὴ οὖσα, οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο αἰδουμένη· ὁ δὲ Ἄρης τὰ μὲν πρῶτα ἀπεφυγεῖν ἐπειρᾶτο, καὶ ἤλπιζε ῥήξειν τὰ δεσμά· ἔπειτα δὲ σωφρονίσας ἑαυτὸν, ἱκέτευε.

& supervenit repente Vulcanus. Illa vero, etenim erat nuda, non habebat quemadmodum obtegeret ſeſe pudibunda: Mars primum effugere conabatur, ſperabatque ſe rupturum vincula; dein, ut ſenſit, tam arcte ſe teneri, ut inde ſpes evadendi ſit nulla, ſupplicabat.

ΑΠ. Τί οὖν; ἀπέλυσεν αὐτοὺς ὁ Ἥφαιστος; ΕΡ. οὐδέπω, ἀλλὰ ξυγκαλέσας τοὺς θεοὺς, ἐπιδείκνυ τὰ μοιχείαν αὐτοῖς. οἱ δὲ γυμνοὶ ἀμφότεροι κάτω νενευκότες, ξυνδεδεμένοι ἐρυθριῶσι, καὶ τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον. ΑΠ. ὁ δὲ χαλκεὺς ἐκεῖνος οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ἐπιδεικνύμενος τὰ αἰσχύνη γάμου; ΕΡ. μὰ Δί', ὅς γε καὶ ἐπιγελᾷ αὐτοῖς ἐφεστώς. ἐγὼ μέν τοι, εἰ χρὴ τἀληθῆ εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύσαντι τὴν καλλίστην θεὸν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. ΑΠ. ἠκοῦν καὶ δεδέσθαι

2. AP. Quid ergo? abſolvit eos Vulcanus? MERC. Nondum; ſed convocatis Diis ſpectandum præbet adulterium. Hi autem nudi ambo, colligatique demiſſo vultu rubore ſuffunduntur; ſpectaculumque ſane jucundiſſimum mihi fuit viſum tantum non patratum opus ipſum. AP. Fabrum autem iſtum non pudet ipſum oculis exponere dedecus matrimonii? MERC. Nequaquam; ut qui etiam juxta adſtans irrideat eos. Equidem, ſi verum eſt dicendum, invidebam Marti non ſolum adulteranti formoſiſſimam Deam, ſed & adligato cum ea. AP. Tune ergo vinciri te pa-

a Διδῖσθαι] Διδῆσθαι omnes Edd. exceptis *J.* & *Va.*

84. Ἐν ἀφύκτῳ ἰχνεύμονι] Talia deſcribit Vulcani vincula *Homerus* Od. Θ, 275. — κόπτε δὲ δισμοὺς Ἀρρήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένωσιν· & v. 299. Καὶ τότε δὴ γίνωσκον, ὅτ' οὐκ ἔτι φύκτὰ πέλονται. Ideo δισμὰ Ἡφαίστεια proverbio dicuntur, quibus expedite ſe nulla vi licet: ἐπὶ τῷ ἀφύκτων, inquit *Suidas*, adjecto *Eunapii*, hujus enim eſſe recte cenſuit *H. Valeſius*, inſigni loco, qui imitationis Homericae veſtigia clare praefert: ὁ δὲ τρίσιν ἅμα συγκαθειλημμένῳ πάθεσιν ὥσπερ Ἡφαιστίοις δισμοῖς ἀῤῥήκτοις, ἀλύτοις, ἔμενέ γε αὐτοῖς ἔμπεδον. Arbazacium deſignat, ut manifeſtum eſt ex iis, quae copioſius indidem proferuntur in Ἀρβαζάκιος. Hujus autem ſubtiliſſimi retis nexus tam tenues, ut omnem oculorum aciem fugerent, & ab *Homero* cum araneae tela comparentur: ἀφανῆ δισμὰ paulo ante *Noſter*, & *AElian.* de Anim. II. c. 30. δισμὰ ἀφανῆ ὑπὲρ τὰ Ἡφαίστου τὰ Ὁμήρεια. *T.H.*

90. Τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον] h. e. illud vero jucundiſſimum ſpectaculum mihi prope ipſum opus Venereum viſum eſt; ſcilicet ferme ita hoc ſpectaculo delectatus fui, quam ſi ipſe iisdem fruerer gaudiis. Sic enim hunc locum intelligendum puto, ut Mercurius verba illa [μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον] ad ſe referat, non autem ad Venerem & Martem, quos jam ante dixerat οὐ ἔργα εἶναι. Nihil hic videtur intellexiſſe vulgatus interpres. Quae deinceps ait Mercurius, ſe nempe inviditſe Marti iſtum cum Venere luſum, & ſibi iſta vincula, quibus cum Venere conjunctus comprehenderetur, optaſſe, plane conveniunt iis, quae in eodem hoc jocoſo argumento habet *Ovidius* Metamorph. IV. vſ. 185.

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas;
Admiſitque Deos. Illi jacuere ligati
Turpiter. Atque aliquis de Dis non triſtibus optat
Sic fieri turpis. *J.J.*

91. Μονονουχὶ αὐτὸ γ. τὸ ἔργον] Poterat ſcribi, μονονουχὶ οὐ αὐτῷ γιγνομένων τῷ ἔργῳ modo, καὶ οὐ ἔργα ἦσαν nihil tamen eſt, cur a lectione recepta diſcedamus: quem ſenſum probarem, vertendo patefeci. Ἔργον & ἐνεργεῖν in re Venerea pervulgati ſunt uſus. Vid. *Barth.* ad *Claudian.* Epith. Pall. & Celer. v. 130. *Keuchen.* ad *Seren. Samon.* v. 610. Commentatores ad *Petron.* p. 404. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 413. *T.H.*

Ibid. Γιγνόμενον τὸ ἔργον] Id eſt, *coitus.* *F.G.*

96. Ἐφθόνουν τῷ Ἄρει] Totus hic quidem dialogus ex *Homero* deformatus; ſed iſtorum lepor vix eſt, ut ſatis intelligi poſſit, niſi poëtam ipſum legeris Od. Θ, 335.

patereris ea mercede? MERC. Tu nolles, Apollo? propius accede tantum & vide: magnus eris mihi Apollo, nisi, quum videris, idem optabis.

ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ; ΕΡ. σὺ δ' οὐκ ἰὰν, ὦ Ἄπολλον; ἰδὲ μόνον ἐπελθὼν, ἐπαινέσομαι γάρ σε, ἢν μὴ τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸς εὔξῃ ἰδών.

XVIII.

JUNONIS ET JOVIS.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

JUNO.

ΗΡΑ.

1. ME quidem puderet, Jupiter, talis filii, tam feminei & corrupti ebrietate; qui mitra revinctam gerat comam, plurimum cum furibundis mulieribus versetur, mollior iis ipsis, ad tympana tibiasque & cymbala choreas agens, atque omnino cuivis similior, quam tibi patri. JUP. Atqui hicce mitra feminea redimitus, mollior mulieribus, non solum,

ΕΓὼ μὲν ἠχυνόμην ἄν, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι τοιοῦτος ἦν υἱὸς, θῆλυς ὅτῳ καὶ διεφθαρμένῳ ὑπὸ τοῦ μέθης· μίτρᾳ μὲν ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, τὰ πολλὰ δὲ μαινομέναις γυναιξὶ συνὼν, ἀβρότερος αὐτῶν ἐκείναις, ὑπὸ τυμπάνοις καὶ αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις χορεύων· καὶ ὅλως [b] παντὶ μᾶλλον ἐοικὼς, ἢ σοὶ τῷ πατρί. ΖΕΥΣ. καὶ μὴν ὅτός γε ὁ θηλυμίτρης, ὁ ἀβρότερος τῶν γυναικῶν, ὁ μόνον, ὦ

[b] Παντὶ] πάνυ C. quod vitiose scriptum pro ea lectione, quam reperit Schol. *V.* Πανί.

10. Πάνυ μᾶλλον] * Πανὶ *V.* Γρ. παντί. *G.*

* Πανὶ] Sic videtur legisse pro παντί. Vid. Not. *M. du S.* Quum in nonnullis Codd. exiterit πάνυ μᾶλλον pro παντί, illud praefixi: nihil enim est ad fidem propius, quam Scholiasten notare voluisse vice τῷ πάνυ alibi reperiri Πανί. Ed. *A.* Τῷ πατρὶ] Πανί. *T. H.*

335. Apollinem Deorum postremum ponit v. 323. qui ad jucundissimum spectaculum advolarint: inde *Noster* Mercurium fecit haec a se jam visa Apollini narrare. Idem exemplar placuit *Paulo Silentiario*, nisi, quod potius existimo, vetustioris sit, Anthol. VII. Epigr. 54. In Amoribus, εὐτυχίσατον Θεῶν ὁ Διὸς τούτῳ διδοὺς Ἄρης. *Lucianus* ξωνδιδιμένοι, δεδιδόμεν, δεδόσθαι quae forma *Thomae* videtur elegantior, quam δοῦναι, δόσθαι. *T. H.*

98. Οὐκοῦν καὶ δεδῆσθαι ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ] *Num ergo & vinciri te sic patereris?* ocyus emenda δεῖσθαι vel δεδῆσθαι. Quid enim sibi vult δεδῆσθαι? *J. J.*

Δεδῆσθαι] Ex Ed. *J.* est, cui suffragatur L. reliquae omnes δεδεῖσθαι mendose. *M. du S.*

4. Ἐγὼ μὲν] Repetit omnia hujus Dialogi in Bacch. *Eurip. Nonn. Ovid.* alii. *J. B.*

6. Μίτρᾳ] Mitram gestasse viris turpe & molle censebatur, ut apud nostrum *Lucianum* alibi apparet. Quin & θηλυμίτρης per probrum hic Bacchus vocatur. *G. C.*

10. Παντὶ] In veteribus Codd. πάνυ & Πανὶ fuisse testantur *Scholia*; quod ego olim amplectebar. Nunc genuinam esse scripturam παντὶ censeo, quia *cuivis similem potius quam sibi* melius videtur quam *Pani similem*. *M. du S.*

11. Θηλυμίτρης] Dicemus ad Bacch. c. 4. ubi de expeditionibus ejus plura. Bellicam Bacchi virtutem enumerando victorias Jupiter adstruit: & merito quidem; nam *choreis aptior & jocis Ludoque dictus, non sat idoneus Pugnae ferebatur*, *Horatio* teste II. Od. 19. v. 25. quos tamen rumusculos parum secundos jam bello Giganteo, ubi Bacchi specie leonina tecti opera fuit fortis ac minime poenitenda, discusserat. *T. H.*

16. Σαρά-

ὦ Ἥρα, τὴν Λυδίαν ἐχειρώσαλο, καὶ τοὺς καλοικοῦντας τὴν Τμῶλον ἔλαβε, καὶ τοὺς Θρᾴκας ὑπηγάγελο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάσας τῷ γυναικείῳ τούτῳ [a] στραλιωλικῷ, τούς τε ἐλέφανλας εἷλε, καὶ τὴν χώραν ἐκράτησε, καὶ τὸν βασιλέα πρὸς ὀλίγον ἀνλιστῆναι τολμήσανλα αἰχμάλωλον ἀπήγαγε· καὶ ταῦτα ἅπανλα ἔπραξεν, ὀρχούμενος ἅμα, καὶ χορεύων, θύρσοις χρώμενος κιττίνοις, μεθύων, ὡς φῄς, καὶ ἐνθέαζων. εἰ δέ τις [b] ἐπεχείρησε λοιδορήσαλ αὐτῷ, ὑβρίσας ἐς τὴν τελετήν, καὶ τοῦτον ἐτιμωρήσαλο, ἢ καλαδήσας τοῖς κλήμασιν, ἢ ἀφοπαδῆναι ποιήσας ὑπὸ τῆς μήτρος ὥσπερ νεβρόν. ὁρᾷς ὡς ἀνδρεῖα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀνάξια τοῦ πάλρός; εἰ δὲ παιδιὰ καὶ τρυφὴ πρόσεστιν αὐτοῖς, οὐδεὶς φθόνος· καὶ μάλιστα εἴ λογίσαιτό τις οἷος ἂν νήφων ἦτος ἦν, ὅπου ταῦτα μεθύων ποιεῖ.

ΗΡΑ. Σύ μοι δοκεῖς [c] ἐπαινέσεσθαι καὶ τὸ εὕρεμα αὐτοῦ, τὴν ἄμπελον καὶ τὸν οἶνον, καὶ ταῦτα, ὁρῶν οἷα οἱ μεθυοδέντες ποιοῦσι σφαλλόμενοι, καὶ πρὸς ὕβριν [d] τραπόμενοι, καὶ ὅλως

Juno, Lydiam ſubegit; incolentesque Tmolum cepit, & Thracas ſibi ſubjecit; ſed & adverſus Indos rapto muliebri iſto exercitu elephantos in poteſtatem redegit, & regione tota potitus eſt, regemque paulum reſiſtere auſum captivum abduxit: & iſta quidem omnia perfecit ſaltans ſimul & choreas ducens, thyrſis uſus hederaceis, ebrius, ut ais, & furore concitus. Tum ſi quis in animum induxit male dicere ipſi, contumeliis in ſacrorum initia jactis, ab eo quoque pœnas expetiit, vel ligatum obſtringens palmitibus, vel ut diſcerperetur efficiens a matre tanquam hinnulus. Viden' ut virilia ſint iſta, atque haud indigna patre? Si vero luſus & laſcivia ſimul adſint, nihil eſt ea in re, quod invidiam faciat; in primis ſi quis reputet, qualis ſobrius hicce foret, ubi iſthæc facit ebrius.

2. JUN. Tu mihi videris laudaturus etiam inventum ejus vitem & vinum; idque tametſi videas, qualia perpetrent inebriati titubantes atque ad injuriam verſi, & plane fu-

a Στρατιωτικῷ] στράτῳ C. & Schol. V. b Ἐπιχείρησε] F. ceteraeque Edd. excepta ſola P. ἐπεχείρησε. c Ἐπαινέσεσθαι] Ita F. quod merito reduxit S. quum priores vel vitioſe ἐπαινεῖσθαι vel male ἐπαινεῖσθαι exhiberent. Mox εὕρημα ſola P. Ceterae omnes damnatum a Thoma ſcribendi modum tuentur. d Τραπόμενοι] τρεπόμενοι al. Marg. Alw.

16. * Στρατιωτικῷ] Γράφεται στρατῷ. V.

* Στρατηγικῷ] Et hic aliter legit, quam hodie in Codd. noſtris. M. du S.

22. Ἐνθεάζων] Ἐνθουσιῶν. G.

Vix dubito, quin vitio ſcriptum ſit pro στρατιωτικῷ. T.H.

16. Στράτῳ] Sch. & Coll. M. du S.

Στρατιωτικῷ] Nulla fuit cauſa, cur mutarem: τὸ στρατιωτικὸν pro militibus aut exercitu apud Thucydidem, Diodorum, Pauſaniam p. 423. Herodianum ſatis familiare, ut τὸ ἱππικὸν, τὸ ναυτικὸν, τὸ Ἑλληνικόν. T.H.

24. Καλαδήσας] Vid. Ovid. Met. III. Fab. VIII. M. du S.

28. Οὐδεὶς φθόνος] Nolim vertere, *non eſt quod invideas*: non enim invidebat Juno Baccho, ſed eum reprehendebat. Verterim potius: *non debet hoc ei creare invidiam*, hoc eſt, *odium*. Solent invidia & odium eſſe conjuncta; ideoque eorum affectuum nomina interdum miſcentur. J.C.

35. Ἰκάριον . . .] Hygin. fab. 130. M. du S.

Ἰκάριον] Icarum ſaepe Latini, Graeci vix aliter quam Icarium appellant: notavit H. Grotius ad Germanici Phaenom. vide Th. Muncker. ad Hygin. F. 130. Addam AEliani locum de Anim. VII. c. 28. ut eum interpolitae negantis particulae ſoliusque diſtinctionis ope a pravis tum verſione tum emendatione vindicem: Ὅτι τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν οἱ προσηκοντες τοῖς πρῶτον πιεῖν οἶνον, καὶ εἰς ὕπνον ἐμπεσεῖν, οὐκ εἰδότες ὡς ὁ θάνατον εἶναι τὸ πραχθὲν, ἀλλ' οἶνον κάρον, νενόσηκαν οἱ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ἰσμὸς δακεῖν, τῷ Διονύσου τιμωρουντος τῷ πρώτῳ γευσαμένῳ τοῦ αὐτοῦ φυτοῦ καὶ πρεσβυτάτῳ. Jam nihil, ut puto, in iſtis eſt, quod ulla parte lectorem impedire poſſit. Quantum in hac fabula narranda veteres diſſideant, commemorare non videtur operae pretium. T.H.

44. Ἐπιζηλοτυπεῖν] Habet Stephanus, ſed auctoritate nulla firmatum. Ex hoc loco compoſitum illud in Lexica perveniſſe credibile eſt: ſi quis pro ſpurio expellendum ſentiat, eum nihil morabor: nam hic quidem ſine dubio legi debet ἔτι ζηλοτυπεῖν ſaepius iſta particula vitiata verbis ſequentibus adhaeſit: vide Hermot. §. 13. neque aliter ſtatuiſſe videtur Brodaeus ad Anthol. I. c. 13. Ep. 2. proferens: ζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα. Εἴγε omnium Edd. non videbatur mutan-

furentes à potu. Icarium ergo, cui primo donavit palmitem, ipſi compotatores interemerunt conciſum ligonibus. JUP. Nihil hoc ad rem, quod dicis: non enim vinum iſta, neque Bacchus facit; ſed potus immoderate ſumtus, & ultra quam deceat ingurgitari mero: qui vero bibendi modum ſervat, hilarior & ſuavior exiſtit; neque ejusmodi, quale Icario contigit, quicquam deſignaverit in ullum compotatorem. At tu adhuc æmulari videris, Juno, & Semeles meminiſſe, ut quæ crimineris Bacchi pulcerrimas dotes.

35 μεμνῆσθαι ὑπὸ ζ πότου † γῆν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπό) αὐτοὶ διέφθειραν, παίοντες τοῖς δικέλλαις. ΖΕΥΣ. οὐδὲν τοῦτο φῄς· οὐ γὰρ οἴνου ταῦτα, οὐδὲ ὁ Διόνυσος ποιεῖ, τὸ δὲ ἄμέτρον ἡ πόσεως, ὑπὸ τοῦ πίνειν καλῶς ἔχοντος ἐμφορεῖσθαι ζ ἀκράτου. ὃς δ' ἂν ἐμμέτρως πίνῃ, ἱλαρώτερος μὲν, καὶ ἡδίων γένοιτ' ἄν· οἷον δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, οὐδεὶς ἂν ἐργάσαιτο οὐδένα τῶν ξυμποτῶν. ἀλλὰ σὺ ὀπιζηλοῦπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα, ἡ Σεμέλης μνημονεύειν, ᵉ εἴ γε ἀφαλλεῖς ζ Διονύσου τὰ κάλλιστα.

XIX.

VENERIS ET CUPIDINIS.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

VEN.

1. QUid eſt enimvero, Cupido, quod alios quidem Deos debellaris omnes, Jovem, Neptunum, Apollinem, Rheam, me

ΑΦΡΟ.

ΤΙ δήποτε, ὦ Ἔρως, τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς καθηγωνίσω ἅπαντας, † Δία, † Ποσειδῶ, † Ἀπόλλω, † ᶠ Ῥέαν, ἐμὲ †

ᵉ Εἴ γε] ἤγε L. Marg. *Alii.* ἤτε P. *f* Ῥέαν] Ἥραν pleraeque Edd. Ῥέαν P. L. *J. Vr.* Marg. *Alii.*

35. Τὸν γῆν Ἰκάριον] Ἔκτεινεν ὡς φαρμακεὺς· ὑπόμνησιν δὲ † μεθυσθέντες ὅτι ἐφαρμακεύθησαν ὑπ' ἐκείνου. *V.*

† Μεθυσθέντες] Lege *μεθυσθέντες*. De Icario vide *Hygini* Fab. CXXX. & Poet. Aſtronom. lib. II. c. 4. *J. J.* Idem obſervaverat *Matth. Sladus.* *T. H.*

tandum: quamvis in *Alii.* ἤγε itidem notatum reperiam. *T. H.*

45. Ἥρα] Sic L. ἤτε P. Impreſſi εἴ γε. *M. du S.*

47. Τί] Hujus dialogi argumentum feſtiviſſime in Cupidine ſuo tractavit *Georg. Sabinus*, qui ad hujus videtur imitationem confictus, nec minus eſt elegans. *G. C.*

49. Τὸν Ῥέαν] Inſignis hæc *Juntina Ed.* emendatio; quam confirmant inſuper P. & L. reliquæ enim omnes Ἥραν. At Junonis amores quis novit? Adonidem ſolum amaſſe dicitur. V. *Clem. Alex.* p. 15. A. *M. du S.*

Τὸν Ἥραν] Nullum eſt in fabulis Junonis a Cupidine vulneratae veſtigium: neque ſatis erat decorum, ut, quae virtutis caſtitatisque cuſtos habebatur ac praeſes, telis tam noxiis pateret. Nam quod ab Eurymedonte Titane, antequam Jovi traderetur, virginem fuiſſe vitiatam ferunt, ex eoque furtivo congreſſu Prometheum extitiſſe, vix uno alterove teſte, atque in tam gravi crimine parum idoneo, probari poteſt. Si quid ejus generis habuiſſet Jupiter, quod ulla veri ſpecie conjugi objiceret, hoc ſcilicet ille, non parum alioquin iracundus, tacuiſſet, neque in hisce dialogis violati matrimonii tam ſaepe reus Junonem in amores ſuos importunius invectam flagitii ſimilis exprobratione repuliſſet? De Adonide quod commemoratur, in *Clemente* reperiri non equidem recordor; & neſcio, an hunc errorem feſtinatio pepererit: nam Protr. p. 21. B. legitur ἡ Ἥρα Ἀδώνιδος, nimirum Ἀφροδίτη illud Ἥρα literis iisdem conſtans, quibus Ἥρα, minus attentum fallere videtur potuiſſe: quia in ipſum Jovem amati Adonidis ſuſpicio meliore jure cadat; is enim a ſe impetrare non potuit, ut poſſeſſionem formoſiſſimi juvenis Veneri Proſerpinaeque relinqueret incontroverſam, ſi vera ſunt, quae notat *Schol. Theocr.* ad Eid. XV. v. 86. Apud *Lucianum* igitur pro Junone amplectenda fuit Ῥέα, cui jam vetulae atque emeritae Cupido pudendum in modum inſul-

τὴ μητέρα· μόνης δὲ ἀπέχῃ τὴ Ἀθηνᾶς, καὶ ἐπ' ἐκείνης ἄπυρος μέν σοι ἡ δᾷς, κενὴ δ' οἰστῶν ἡ φαρέτρα, σὺ δὲ ἄτοξος εἶ, καὶ ἄσοχος; EP. δέδια, ὦ μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι, καὶ χαροπὴ, καὶ δεινῶς ἀνδρική. ὁπόταν μὲν ἐντεινάμενος τὸ τόξον ἴω ἐπ' αὐτὴν, ὑποσείουσα τὸ λόφον ἐκπλήττει με, καὶ ὑπότρομος γίνομαι, καὶ ἐκπίπτει μοι τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν. ΑΦ. ὁ Ἄρης δὲ οὐ φοβερώτερος ἦν; καὶ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν, καὶ νενίκηκας. EP. ἀλλ' ἐκεῖνος ἐκὼν προσίεταί με, καὶ προσκαλεῖται· ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ὑφορᾶταί ἀεὶ, καί πως ἐγὼ μὲν ἄλλως παρέπτιλον, πλησίον ἔχων τὴ λαμπάδα· ἡ δὲ, εἴ μοι πρόσει, φησὶ, μὴ τὸν πατέρα, τῷ δορατίῳ σε διαπείρασα, ἢ ζῶσὸς λαβοῦσα, καὶ ἐς τὸν Τάρταρον ἐμβαλοῦσα, ἢ αὐτὴ διασπασαμένη, διαφθερῶ. πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε· καὶ ὁρᾷ δὲ δριμὺ, καὶ ὀφθαλμὸς ἔχει πρόσωπόν τι φοβερὸν, ἐχίδναις κατάκομον, ὅπερ ἐγὼ μάλιστα δέδοικα· μόνον δὲ οὐκ ἐπιτίθεται τοῖς ὤμοις τὴν αἰγίδα, ἣν ἐκείνη φορεῖ. ΚΥΠ. ἀλλὰ μὴ φοβοῦ, μῆτερ· ἀπέχει γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ καὶ τῆς αἰγίδος καὶ τῆς λαμπάδος· ἐπεὶ καὶ ἐκείνη ἐρᾷ τοῦ Ἄρεως, καὶ ἐκείνῳ ἐπιτίθεται, καὶ ἐκείνου ἐπιθυμεῖ· ἐμὲ δὲ οὐδὲν ἐνοχλεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖ καὶ συνεπιλαμβάνεται τῶν ἐμῶν πραγμάτων. ΑΦ. ἀληθῆ λέγεις, ὦ Κύπριδος παῖ· ἐπεὶ καὶ ἐμοὶ ἐκείνη ἐπιτήδειος, καὶ τὸν Ἔρωτα ἀγαπᾷ, καὶ τὸν Ἵμερον φιλεῖ, καὶ τὸν Πόθον θεραπεύει· ἀλλὰ τί ἐστι τὸ ἐν τῇ χειρὶ, ὦ παῖ, καὶ τί τὸ ἐν τῇ φαρέτρᾳ; ΚΥΠ. ἄκουε, μῆτερ· ἐπειδὴ γὰρ ἐπὶ τὸν Ἄρεα ἐπορευόμην, ἐδεόμην τοῦ Ἡφαίστου ὁπλίσαι με, καὶ ἐκεῖνος ἐποίησε τὸ τόξον καὶ τὰ βέλη. ΑΦ. ἀλλὰ τί τὸ ὄφελος τοῦ τόξου, ὦ παῖ, ἢ τῶν βελῶν, ἐπειδὴ μὴ ἔστιν ἐν αὐτοῖς πῦρ; ΚΥΠ. ἀλλὰ καὶ ἄνευ τούτου ἱκανὰ καὶ ταῦτα τιτρῶσκειν· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἐμοῖς βέλεσι πῦρ ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ὁρωμένοις· ἀόρατον δὲ καὶ τοῦτο καὶ ἄϋλον. ΑΦ. ἀλλὰ τί τὸ ὄφελος τοῦ ἀοράτου πυρὸς, ὦ παῖ, ἐπειδὴ μὴ καίει; ΚΥΠ. ἀλλὰ καίει, μῆτερ, καὶ μάλα δεινῶς· ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνος ὁ Ἔρως ἀόρατός ἐστι, καὶ ὅμως καίει τοὺς ἁλισκομένους. ΑΦ. ἀλλὰ τί τὸ ὄφελος τοῦ ἀοράτου Ἔρωτος, ὦ παῖ, ἐπειδὴ μὴ ὁρᾶται; ΚΥΠ. ἀλλὰ ὁρᾶται, μῆτερ, καὶ μάλα εὐκρινῶς· ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνος ὁ Ἔρως ὁρᾶται, καὶ ὅμως οὐκ ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἐστίν. ΑΦ. ἀλλὰ τί τὸ ὄφελος τοῦ ὁρωμένου Ἔρωτος, ὦ παῖ, ἐπειδὴ μὴ ἔστιν ἐν τοῖς ὁρωμένοις; ΚΥΠ. ἀλλὰ ἔστιν, μῆτερ, καὶ μάλα ἐναργῶς· ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνος ὁ Ἔρως ἔστιν, καὶ ὅμως οὐκ ἐν τοῖς ὁρωμένοις ἐστίν. ΑΦ. ἀλλὰ τί τὸ ὄφελος τοῦ ὄντος Ἔρωτος, ὦ παῖ, ἐπειδὴ μὴ ἔστιν ἐν τοῖς ὄντως οὖσιν; ΚΥΠ. ἀλλὰ ἔστιν, μῆτερ, καὶ μάλα ἀληθῶς· ἐπεὶ καὶ ἐκεῖνος ὁ Ἔρως ἔστιν, καὶ ὅμως οὐκ ἐν τοῖς ὄντως οὖσιν

tuo : territat enim me, &, quum eo oculos converto in fugam propellor.

2. VEN. At expaveſcis Minervam, ut ais, & Gorgonem ; idque tu, qui non formidaris fulmen Jovis. Muſae vero curtibi ſunt invulneratæ, & extra teli jactum poſitæ ? an & illæ criſtas concutiunt, & Gorgonas oſtendunt ? CUP. Revereor illas, mater ; nam venerandæ ſunt, & ſemper quiddam commeditantur, & cantu diſtinentur : atque ipſe adſto ſæpius illis delimitus carmine. VEN. Age, mitte & iſtas, quia verendæ : at Dianam quid eſt, cur non vulneres ? CUP. In ſumma, ne conſequi quidem illam licet fugientem ſemper per montes : tum etiam ſibi proprium quendam amorem jam amat. VEN. Cujus, fili ? CUP. Venationis & cervorum, hinnulorumque, ut capiat perſecuta, & ſagittis configat ; tota denique huic rei eſt intenta : ceteroquin fratrem ejus arcitenentem & ipſum, ac longe jaculantem. VEN. Scio, nate, quid velis : frequenter ipſum arcu fixiſti.

ἀλλ· μορμολύττεσθ γάρ με, ϗ φεύγω ὅταν ἴδω αὐτό.

ΑΦ. Ἀλλὰ ἡ μὲν Ἀθηνᾶ δέδιας, ὡς φῄς, ϗ ἡ Γοργόνα· ϗ ταῦτα, μὴ φοβηθεὶς κεραυνὸν τὸν Διός. αἱ δὲ Μοῦσαι ἆρά τί σοι ἀτρῶσοι, ϗ ἔξω βελῶν εἰσιν ; ἢ καὶ ἐκεῖναι λόφους ὑποσείουσι, καὶ Γοργόνας προφαίνουσιν ; ΕΡ. αἰδοῦμαι αὐτὰς, ὦ μῆτερ· σεμναὶ γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντίζουσι, καὶ ᾠδὴν ἔχουσι, καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους. ΑΦ. ἆρα καὶ ταύτας, ὅτι σεμναί· ἡ δὲ Ἄρτεμιν τίνος ἕνεκα οὐ τιτρώσκεις ; ΕΡ. τὸ μὲν ὅλον, ὅτι καλλαβεῖν αὐτὴν οἷόντε, φεύγουσαν ἀεὶ ἆρά τ ὀρῶν· εἶτα καὶ ἴδιόν τινα ἔρωτα [b] ἤδη ἐρᾷ. ΑΦ. τίνος, ὦ τέκνον ; ΕΡ. θήρας, καὶ ἐλάφων, ϗ νεβρῶν, αἱρεῖν τε διώκουσα, ϗ καλλοξεύειν, ϗ ὅλως περὶ ταῦτ' ἐστίν. ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς, καίτοι τοξότην καὶ αὐτὸν ὄντα, ϗ ἐκηβόλον. ΑΦ. οἶδα, ὦ τέκνον, πολλὰ ἐκείνου ἀτόξους.

Θεῶν

[b] Ἤδη] Deeſt in *F. P2.* [c] Καὶ] Omiſſa vocula in *Bz. P.*

usquam alias in fabulis antiquis, hic certe advocandum eſt, cujus cunei ope duriſſima quaeque levi negotio perrumpas, explicationis allegoricae remedium, ut tantum dedecus a choro dilectiſſimarum virginum amoveamus ; quas utinam eorum nulli, qui ſe colere videri volunt, proſtituere conarentur. Venuſtum eſt neſcio cujus *Muſicii* (ab aliis auctor *Plato* habitus) Epigramma Anthol. I. c. 7. & ad *Luciani* mentem accommodatum : Ἀ Κύπρις Μούσαισι, περάσατε τὸν Ἀφροδίτας Τιμᾶτ', ἢ ἡ Ἔρως ὑμῶν ἰφθιλόσομαι· Χ' αἱ Μοῦσαι πρὸς Κύπριν, Ἄρα τὰ σαμύλα ταῦτα. Ἡμῖν δ|' ὁ πίναται τοῦτο τὸ παιδάριον. Ibi vide *Brodaeum*. *T. H.*

76. Ἔξω βελῶν] Alludit ad proverbium ἔξω βελῶν, id eſt, extra telorum jactum, pro eo quod eſt, in tuto citraque periculum. Hoc proverbium frequens eſt apud *Lucianum* in Votis, in Baccho, & in Dial. Cyclopis & Neptuni. *G. C.*

82. Τὸν δὲ Ἄρτεμιν &c.] Perpetuae virginitatis decus petenti, Minerva ſuggerente, Dianae Jupiter conceſſerat. *Callimach.* H. in Dian. v. 6. ubi hac de re multa notat *Ez. Spanhemius*. *T. H.*

89. Ἐπεὶ τόγε ἀδελφὸν αὐτῆς] Scribendum forte: ἐπεὶ τόγε ἀδελφὸν αὐτῆς αἰδοῦμαι τοξότην. *F. G.*

Ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς] Non metuo, ne quis abripi ſe patiatur prava *Guyeti* correctione : nihil hoc loco alienius. Saepius homini, ceteroquin ingenioſo ac docto, contigit, ut inter ſubitam legendi feſtinationem, re minus penſiculate conſiderata, emendationes plane abſonas projecerit ; quas ego quidem utilius exiſtimarem in lituris perire, quam luci donari. *T. H.*

XX.

Θεῶν Κρίσις.

ΖΕΥΣ, ΕΡΜΗΣ, ΗΡΑ, ΑΘΗΝΑ, ΑΦΡΟΔΙΤΗ, ΠΑΡΙΣ ἢ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

ΖΕΥΣ.

Ἑρμῆ, λαβὼν τουτὶ τὸ μῆλον, ἄπιθι ἐς Φρυγίαν πρὸς τὸν Πριάμου παῖδα

Dearum Judicium.

JUPITER, MERCURIUS, JUNO, MINERVA, VENUS, PARIS, aut ALEXANDER.

JUP.

I. ACcepto, Mercuri, isto pomo abi in Phrygiam ad Priami filium boum

a Θεῶν Κρίσις] Ἡ κρισις τῶν τριῶν θεαινῶν. Ἥρας, Ἀθηνᾶς & Ἀφροδίτης. O.

92. Λαβὼν τουτὶ τὸ μῆλον] Ἄπιθι τοίνυν σὺν Θεαῖς πρὸς τὸν Πάριν. G.

* Καλὸν τὸ μῆλον τῶν Διὸς χεφῶν δίχεν.

* Καλὸν &c.] Veteris esse poëtae non memini: ab erudito lectoris ingenio profecti fuerint hi Jambi. T. H.

Θεῶν Κρ.] In Ox. aliter habet Titulus: ἡ κρίσις τῶν τριῶν Θεαινῶν, Ἥρας, Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀφροδίτης. M. du S.

94. Τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ] Idae montis tres numerant vertices, qui in totidem promontoria desinunt, Lectum, Gargarum vel Gargara & Phalacram: *Schol. Homer.* ad Il. Θ, 48. Ξ, 284. *Eustathius* p. 697. Sigeum addit *Schol. Nicandri* ad Alexiph. v. 40. Ἴδης αἰ κημωσῖαι Φαλακραίης ἐνὶ βίοσσης· pro quo nescio quam recte suppoſuerit Pergamum sive *Tzetzes*, sive vetustior aliquis commentator ad *Lycophr.* v. 24. Gargarum omnium est, *Homero* teste, celsissimum: Γάργαρον ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς — Il. Ξ, 292. idque recte observat *Macrob.* Saturn. V. c. 20. Isto autem genere post *Homerum* Graeci τὸ Γάργαρον, & *Epicharmus*, Γάργαρ' ἀγώνιφα· nam urbs antiqua, quam Leleges in eo cacumine condiderant, ἡ Γάργαρος, ut ex *Alcmane* probat *Stephanus*: vide *Etymol.* p. 221. verum postea, quum immodico frigore compulsi cives novam urbem in subjectam monti planitiem deduxissent, genere numeroque mutato τὰ Γάργαρα dixerunt. Ita Γάργαρον & τὰ νῦν Γάργαρα πόλιν Αἰολικὴν distinguit *Strabo* XIII. p. 874. C. 903. C. *Hesychius* quidem: Γάργαρον, ἀκρωτήριον ὄρους Ἴδης, καὶ πόλις Τροίας πλησίον Ἀντάνδρου· sed valde verendum est, ne, quemadmodum in plerisque, hic etiam mutilatum acceperimus. Latini post *Virgilium* Gargara cacumen Idae non minus, quam ipsam urbem appellarunt: *Stat.* Theb. I, 549. *Gargara desidunt surgenti* — ubi quae notat *Lactantius*, Servio debentur ad AEn. IX, 86. *Plin.* H. N. V, 30. at *Vibius Sequester*: *Gargarus in Phrygia Idae montis cacumen*: sed hujus auctoritatem si parvi pendamus, nihil tamen habebit, quod queratur. Idam plerique nominant, ubi Paris judex sederit Deabus: ideo *Mela* I, 18. *Ipse mons vetere Divarum certamine & judicio Paridis, memoratus*: neque aliter fere *Euripides*, qui saepius ejus rei meminit: Troad. v. 976. ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πάρι Ἰδαῖον εἰς κυνηγέτην. Hel. v. 23. Ὅτ' Ἰδαίαν εἰς νάπαν ἦλθ' ὁ Διὸς Μαίας τε & Διὸς γόνος. Androm. v. 274. & mox: Ταὶ δ' ἐπὶ ὑλεπόμου νάπης ἦλθον· tum Ἰδαῖον λίμνας ridentem vero loci fontibus irrigui amoenitatem describit Iphig. in Aul. v. 1294. unde poëtarum ingeniosissimus: *Est locus in medio nemorosis vallibus Idae. Callim.* Hymn. in Lav. Pall. v. 18. Οὐδ' ὅσα τὼν Ἴδηθε Φρὺξ ἰδίαζεν ἄρηι, ut vir summus egregie restituit. Vid. *Sil. Italic.* VII, 437. *Noster*, qui paulo accuratius fabulae scenam in Gargaro ponit, sine dubio, quos sequeretur, vetustos habuit auctores. *Strabo* scribit, in recessu sinus Adramytteni, qui proprie sic appellatus ab una parte Gargara urbem, ab altera promontorium ostendit Pyrrham, sitam esse Antandrum ὑπερκείμενον ἔχουσαν ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀλεξάνδρειαν, ὅπου τὰς θεὰς κριθῆναι φασὶν ὑπὸ τοῦ Πάριδος quae repetit *Eustath.* ad Il. Ε. p. 986. idem apud *Stephanum* ex *Timosthene* in Ἀλεξάνδρεια· satis apparet situm hujus loci a Gargaro parum discrepare. Neque de nihilo est quod §. 5. antri mentionem *Lucianus* facit: praeterquam enim quod *Euripidis* Ἰδαῖος κάθοδος & cetera, quae protulimus, commode respondeant, antrum aliquod venerabile atque augustum ad Idam fere mediam extitisse constat, ubi, credentibus accolis, Dearum litem Paris disceptaverit. *Diodor. Sic.* XVI. p. 565. C. μέγιστον ὄχθον (mons Ida) τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον θαυμαστὸν, ἐν ᾧ φασὶ κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου· is quidem locus alius esse non potest, quam memorata *Straboni* Alexandria. Paululum hinc diversus abiit *Colluthus* in Ἑλένης ἁρπαγῇ, carmine corruptissimo simul & mutilo, v. 14. αὐταὶ γὰρ ἔθηκαθε μολοῦσαι (tres Deas; nam ita videtur scribendum, non μολοῦσαι) Ἰδαίης δικάσσουσ' ἐπὶ πηγῇσι Φαλάκρης· ex eo

boum paſtorem (paſcit autem Idæ montis in Gargaro) ipſique dic: Te, Pari, jubet Jupiter, quandoquidem formoſus ipſe es, & ſapiens in rebus amatoriis, ſententia Deabus lata pronunciare, quæ illarum pulcerrima ſit: certaminis autem præmium victrix recipiat pomum. Jamque commodum eſt, ut ipſæmet abeatis ad judicem:

† βεκόλον, (νέμει δὲ ὁ Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ,) καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς, ἐπειδὴ καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι ταῖς θεαῖς, ἥ τις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί· ᾧ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. ὥρα δὲ ἤδη καὶ ὑμῖν αὐταῖς ἀπιέναι πρὸς τὴν δικαστήν· ἐγὼ

† Τὸν Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ] Deficit in O.

eo cacumine caeſae narrantur arbores, ex quibus claſſis eſt contexta, qua vectus Spartam petiit Alexander: propterea Φιλαιφρείας κόμας argute vocavit *Lycophron*: verum qui ſedem ibi judicii collocaverit, alius occurrit nemo. Ceterum obſervat *Macrobius* Saturn. V, 16. *nullam commemorationem de judicio Paridis Homerum admittere*: quae ſi fidem inveniant, tum vero ſuppoſititios haberi oportet verſus eos, qui leguntur Il. Ω, 29. itaque conſuiſſe veterum quosdam docuit *Fulv. Urſinus* in Virg. cum Gr. Scr. coll. p. 196. nec ſane mihi probabile videtur, ab Homero eſſe profectos: ſi enim jam tum fabula fuiſſet nota, quis credat principem vatem in materia tam benigna, ubi facultatis poëticae virtus nitidiſſime poterat explicari, fore deſidem, ſic ut nusquam ſuis luminibus ornatam interſereret tam bellam graviſſimi belli cauſam? Neque deſunt, quas nunc quidem promere non eſt opportunum, plures rationes, quibus moveor, ut poſt Homerum celeberrimi judicii commentum prodiiſſe demum credam. Extitit inter alia multiplicis cocturae argumenta in illa Cypſeli vel Cypſelidarum arca, cujus in Junonis Eleae templo dedicatae meminit *Dion Chryſ.* Or. X. p. 163. B. ſollicitam deſcriptionem expoſuit *Pauſan.* V. p. 419. cum tali epigrammate p. 425. Ἑρμείας δ' Ἀλεξάνδρῳ δικάζει, δικαστὴν τὸν εἶδος, Ἥρᾳ καὶ Ἀθηναίῃ Ϛ Ἀφροδίτην· quod ſi Eumelum Corinthium habeat auctorem, ut ſane ſuſpicatur *Pauſanias*, vetuſtiſſimum eſſe oportet. Fabulae vero non injucundae mentem aliter atque aliter acceperunt recentiores. Qui nomine *Daretis Phrygii* celatur c. VII. de fabula ſomnium facit, quod Paridi revera fuerit oblatum: nec ſecus *Devonius* de Bell. Troj. II, 228. in multis peſſime corruptus. *Dion Chryſoſtomus*, ut philoſophus, morem Socraticum, mutandis in omnes diſciplinae moralis formas pro re nata fabellis, ſequitur: Orat. XX. p. 266. 267. Paridem inducit animo vacuum & inertis otii plenum, qui, dum nihil habet melius, quod agat, ejusmodi cogitationibus indulget, quae libidinem irritent, ac tandem in juvene nobili & potente prorumpant: eandem rem longe diverſa via tractat in Orat. Troïca atque alibi. At ſi *Cedrenus*, *Suidas* in Πάριον, *Malela* p. 114. teſtes habeantur ſatis idonei, jam Paris erit inter antiquiſſimos ſcriptores adnumerandus; quippe qui encomium Veneris Junoni Minervaeque praelatae compoſuerit; itidem hymnum titulo Κεστῦ praeſcriptum: a talibus incunabulis exortam eſſe fabulam, his, ſi lubet, auctoribus crede. Ceterum Paridem ad litem Dearum finiendam lectum hi δικαστὴν vel κριτὴν, Ἀλεξάνδρου alii vocant: utrumque *Noſter*: *Lycophron* v. 93. κάλλους τὸν (niſi quis malit ταῖς) Θυωρίτιδι τριπλαῖς translatae locutionis expediendae viam niſi veteres oſtendiſſent, minus equidem mirarer in ea declaranda Commentatores eruditiſſimos non laborare tantum, ſed labi. Θυωρὸς eſt primum menſa ſacra & miniſteriis divinis apta, ut *Feſtus* ait in *Anclabris*; quam in Chriſtianorum etiam templis Θυωρὸν *Niceras* aliique dixerunt: deinde menſa communis & amica: τὸν φιλικὸν τράπεζαν exponit *Schol. Callim.* ad H. in Dian. v. 134. ubi vide Viri Illuſtris Obſervationes; hinc in *Heſychio* Θυωρίσθαι, εὐωχεῖσθαι. Tum porro ſimiliter ac τράπεζα menſariorum eſt, & τραπεζίτης idem qui ἀργυρογνώμων, ſic Θυωρίτιδι ut uſurparet, licere ſibi voluit *Lycophron*: *Heſychii* conturbata hunc in modum repone: Θυωρίτης, τραπεζίτης· καὶ τοὺς ἱερεῖς ἐν μυρίοις ἔτεσι scilicet καλοῦσι. Θυωρὸν, τράπεζαν, τὴν τὰ θύη φυλάσσουσαν. Latine dixeris *formarum pulcritudinisque ſpectatorem*: ſicuti *pecuniae ſpectatores* dici, qui nummos probarent, notavit *Donatus* ad *Terentii* Eun. A. III. Sc. V. tribusque modis debitum pecuniarium ſolvi; penſione; ſpectatione, quando dicitur, *lectum eſt*, & numero, ad Phorm. A. I. Sc. 2. & *ſpectator veteris monetae Symmacho* III. Ep. 11. ἀργυρογνώμων παλαιοῦ κόμματος rem illuſtrat egregius non Theocriti quidem, ſed ſuaviſſimi tamen Jonis poëtae locus Eid. XII, 36. Λάδιν ἔσω ἴχνιον πέτρη τόμα, χρυσὸν ὁποίη Πειθὼ θέτται μὴ φαῦλον, ἐπήτυμον, ἀργυραμοιβόν. *Etymologi* emendationem a *Pottero* prolatam *Sylburgius* occupavit: ego nihil mutandum arbitror, niſi ἀπὸ τῆς ἄλλης (τραπέζης) ὅτι ἔφερον τὰς θυάς· nunc autem translatio ducta eſt ab alia menſa, nimirum nummularia: ὡς Λυκόφρων autem revocari debet ad ſuperiora ſubjungendum voci τριπλαῖς, vel κριτὴν· locum deſcripſit *Phavorinus*. Quae vero in hac fabula Lucianeis vel ſimillima, vel parumper diſcrepantia reperiuntur apud alios ſcriptores, operae non videtur ſtudioſius adnotare. *T. H.*

Ibid. Τοῦ Γάργ.] *Suidas* & *Stephanus* Γάργαρα vocant. At *Noſter* iterum c. 3. τὸ Γ— & Καλλ. c. 7. Vide Dial. IV. & *Hom.* Il. Θ, 48. *M. du S.*

97. Σοφὸς τὰ ἐρωτικά] Talem ſe ferebat Socrates; eoque ipſo titulo propterea donatur a ſectae ſuae philoſophis, & *Luciano* in B. Πρ. c. 15. Quod illi de Socrate praedicabant, ad Alexandrum dubito an malitioſe traduxerit *Lucianus*. *T. H.*

ἐγὼ δὲ ἀπαθῆμαι τ̓ δίαιταν, ὅπως τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, κ̓ εἴ γε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας [a] νενικηκυίας εἶδον· ἄλλως τε κ̓ ἀνάγκη, μιᾷ τὸ καλλιστεῖον ἀποδόντα, πάντως ἀπεχθάνεσθαι ταῖς πλείοσι. διὰ ταῦτα μ̓ αὐτὸς οὐκ ὀπιτήδειον ὑμῖν δικαστήν. ὁ δὲ νεανίας αὐτὸς ὁ Φρὺξ, ἐφ' ὃν ἄπιλε, βασιλικὸς μέν ἐστι, κ̓ Γανυμήδης [b] τούτου ξυγγενής, τἄλλα δὲ ἀφελής, κ̓ ὄρειος, κἀκ τις αὐτὸν ἀπαξιώσειε τοιαύτης θέας.

ΑΦΡΟ. Ἐγὼ μ̓, ὦ Ζεῦ, εἰ κ̓ τ̓ Μῶμον αὐτὸν ὀπιστήσειας ἡμῖν δικαστήν, θαῤῥοῦσα βαδοῦμαι πρὸς τ̓ ὀπίδειξιν. τί γὰρ ἂν κ̓ μωμήσαιτό μου; χρὴ δὲ κ̓ ταύταις ἀρέσκειν τ̓ ἄνθρωπον. [c] ΗΡ. ἀλλ' ἡμεῖς, ὦ Ἀφροδίτη, δεδίαμεν, ἀλλ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς ὀπιτραπῇ τ̓ δίαιταν, ἀλλὰ δεχόμεθα κ̓ τοῦτον, ὅστις ἂν ἦ, τ̓ Πάριν. ΖΕΥΣ. ἦ κ̓ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, συνδοκεῖ; τί φῄς; ἀπεστράφη, κ̓ ἐρυθριᾷς; ἔστι μὲν ἴδιον, τὸ αἰδεῖσθαί γε τὰ τοιαῦτα, ὑμῖν τ̓ παρθένοις· [d] ὀπινεύεις δ' ὅμως· ἄπιλε οὖν, κ̓ ὅπως μὴ χαλεπήνῃς τῷ δικαστῇ αἱ νενικημέναι, μηδὲ [e] κακὸν ὀντρίψησθε τῷ νεανίσκῳ. ἐ γὰρ οἷόν τε ἐπίσης εἶναι καλὰς πάσας.

ΕΡ. Προΐωμεν εὐθὺ τ̓ Φρυγίας, ἐγὼ μὲν ἡγήσομαι, ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι· κ̓ θαῤῥεῖτε, οἶδα ἐγὼ τ̓ Πάριν, νεανίας ὄντα καλὸς, κ̓ τἄλλα ἐρωτικὸς, κ̓ τὰ

equidem plane repudio munus arbitri; ut qui ex æquo vos amem, &, si fieri posset, libenter cunctas viciſſe videam: hoc porro, ut alia ne dicam, neceſſe, uni ſi formæ præmium tribuas, pluribus eſſe in odio. Propterea ipſe quidem haud idoneus vobis ſim judex: juvenis autem hicce Phryx, ad quem adibitis, regiæ ſtirpis eſt, & Ganymedis iſtius cognatus; ceterum ſimplex & montanus: neque illum quis indignum cenſuerit ejusmodi ſpectaculo.

2. VEN. Equidem, o Jupiter, etiamſi vel Momum ipſum imponas nobis judicem, confidenter accedam ad formæ oſtentationem: quid enim ille mei reprehenderit? attamen oportet illis quoque placere hominem. JUN. Nec nos, Venus, reformidamus, ne Marti quidem tuo ſi permiſſum fuerit arbitrium; ſed accipimus iſtum, quicumque ſit, Parin. JUP. Tibine, nata, eadem placent? quid ais? faciemne avertis & erubeſcis? eſt hoc quidem proprium, ut verecundiores ſitis in talibus, vobis virginibus: attamen annuis: abite ergo: at ne quid acerbius indignemini judici, quæ victæ eritis, nec malum inferatis juveni: fieri quippe non poteſt, ut æque ſitis pulcræ omnes.

3. MERC. Proficiſcamur recta in Phrygiam, ego viæ dux, vos autem non lente ſequimini me: bonoque eſtote animo; novi Parin, juvenis eſt formoſus, præterea amori deditus, & ad ta-

a Νενικηκυίας] Ita O. *V2. S. A.* In ceteris Edd. prave *νενικυίας*. b Τούτου] τουτοῦ L. c ΗΡ.] κ̓ Ἀθ. O. d Ὀπινεύεις] ὀπινεύσεις *J.* e Κακὸν] κακὸν ἔργον ὀντρ. *J.*

23. Καὶ ὅπως] Σκοπεῖτε. *V.*

2. Ἐπίσης τε ὑμᾶς] Incommodum illud τε, quod ſervari non poteſt, niſi ſequentia his adnexa ſic conſtituas: ἐπίσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, κ̓, εἴγε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικηκυίας ἰδών. Malo tamen, & mollior eſt medicina, τε mutare in γε, probata diſtinctione vulgari. Mox ὁ δὲ νεανίας ἐν pro αὐτός. *T. H.*

23. Ὅπως] Sub. *videte*. *F. G.*

33. Πρὸς ἐμοῦ λέγεις] Attica locutio: *Ariſtoph.* Veſp. v. 645. Τὴν γὰρ ἐμὴν ἀρχὴν ποιεῖ — Καὶ χαλεπὸν μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγεσθαι. *Schol.* minus accurate: ὅτι τῷ μὴ ὑπὸ ἐμοῦ μὴ ἀρίστοντα μοὶ λέγοντι. *Plato* in Hipp. p. 1248. A. Συγχωρῶ ταῦτα· δοκεῖς γὰρ τὸν λόγον πρὸς ἐμοῦ λέγειν. *T. H.*

36. Οὐ παν. ἄγαμαι. . .] Οὐκοῦν Κυβρῶ τῷ σαλαμοῦ θυγατρὶ, quam, ut rem minuat Mercurius, ἔγημε Paris. Vide *Apollod.* III. 10. §. 6. (p. m. 93. C.) *E. L.*

38. Σωφρονεῖν] Utitur hoc loco *Muretus* Var. Lect. VI. c. 7. *T. H.*

Ibid. Ἰσαν μὲν] Supra *Graevius* ad Dial. VI. vertit: *commoda quidem, ſed ruſtica*, interprete caſtigato, qui

talia dijudicanda imprimis idoneus; is sane non male jus dixerit. VEN. Hoc quidem omne bonum atque e re mea narras, nimirum justum nobis esse judicem: utrum vero innuptus est, an uxor aliqua cum eo vivit? MERC. Haud omnino innuptus est, o Venus. VEN. Quid ais? MERC. Est cum eo, ut arbitror, Idæa quædam mulier, commoda quidem facie, at rustica, & valde montana: sed non admodum curare illam videtur: quid est autem, cur ista roges? VEN. Nullo consilio certe rogabam.

4. MIN. Heus tu, iniquum agis legatum privatim cum ea sermones communicans. MERC. Nihil, o Minerva, quod metuas, nec quod vobis obsit: scilicet rogabat me, innuptusne esset Paris? MIN. Quid ita tandem hoc curiose scisciata? MERC. Nescio: ait autem se, quod casu in mentem venerat, non de industria rogasse me. MIN. Quid ergo? cælebs est? MERC. Haud putem. MIN. Quid porro? bellicarumne rerum studio tenetur, & gloriæ cupidus est, an totus bubulcus? MERC. Ea de re quid verum sit, haud facile dixerim: nisi quod conjicere licet juvenem expetere, horum ut sibi facultas fiat, & velle sane se primum esse in præliis. VEN. Viden? nihil ego criminor, neque insimulo te, quod cum ea privatim loquaris: earum enim, quæ ad querelas sunt proclives, non Veneris hoc est. MERC. Hæc Minerva eadem fere me rogavit: quare nihil est quod

τοιαῦτα κρῖναι ἱκανώτατος. οὐκ ἂν ἔχοις νῷ δικάσαι κακῶς. ΑΦΡ. τοῦτο μὲν ἅπαν ἀγαθὸν καὶ [f] πρὸς ἐμοῦ λέγεις, τὸ δίκαιον ἡμῖν εἶναι τὸν δικαστήν· [g] πότερα δὲ ἄγαμός ἐστιν ἢ ἔχει τινὰ γυναῖκα; ΕΡ. ὡς παγκάλως ἄγαμός ἐστιν, ὦ Ἀφροδίτη. ΑΦΡ. πῶς λέγεις; ΕΡ. δοκεῖ τις αὐτῷ συνοικεῖν Ἰδαία γυνή, ἰκανὴ μέν, ἄγροικος δέ, καὶ δεινῶς ὀρεινή· ἀλλ' ὡς σφόδρα προσέχειν αὐτῇ ἔοικε. τίνος δ' ἕνεκα ταῦτα ἐρωτᾷς; ΑΦΡ. ἄλλως [h] ἠρόμην.

ΑΘΗ. Παραπρεσβεύεις, ὦ οὗτος, ἰδίᾳ ταύτῃ [i] κοινολογούμενος. ΕΡ. οὐδέν, ὦ Ἀθηνᾶ, δεινόν, οὐδὲ καθ' ὑμῶν· ἀλλ' [k] εἴρετό με, εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστίν; ΑΘΗ. ὡς δή τί τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; ΕΡ. οὐκ οἶδα. φησὶ δ' ἓν ὅτι ἄλλως ἐπελθὸν, οὐκ ἐξεπίτηδες, ἤρετό με. ΑΘΗ. τί δ' ἂν ἄγαμος ἐστιν; ΕΡ. οὐ δοκεῖ. ΑΘΗ. τί δὲ τὰ πολεμικῶν ἐστιν αὐτῷ ὀπιθυμία, καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τὸ πᾶν βουκόλος; ΕΡ. τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω λέγειν, εἰκάζειν δὲ χρὴ νέον ὄντα καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν, καὶ βούλεσθαι ἂν πρῶτον αὐτὸν εἶναι [l] τὰς μάχας. ΑΦΡ. ὁρᾷς; οὐδὲν ἐγὼ μέμφομαι, οὐδὲ προσεγκαλῶ σοι τὸ πρὸς ταύτῃ ἰδίᾳ λαλεῖν. [m] μεμψιμοίρων γὰρ καὶ οὐκ Ἀφροδίτης τὰ τοιαῦτα. ΕΡ. καὶ αὕτη χαίρειν τὰ αὐτά με ἤρετο· διὸ μὴ χα-

f Πρὸς ἐμοῦ] πρὸ O. P. *J.* *g* Πότερα] πότερον O. *h* Ἠρόμην] ἠρώμην H1. *i* Κοινολογούμενος] κοινωλ. Edd. primae: in B2. & posterioribus bene correctum. *k* Εἴρετο] ἤρετο O. Poëticam formam omnes Edd. servant. *l* Τί δὲ] τὶ δαὶ O. satis commode. *m* Καὶ] Abest ab O.

qui dederat, *sat quidem formosa*. Non audio: saepius enim ἱκανὸς & ἀγαθὸς praestantiam atque excellentiam notant in ea re, de qua sermo habetur: hic autem satis est apertum, formae fieri debere mentionem: ne dicam minus congruere *commodam* & *rusticam*: formosam vero eandem esse & rusticam, nihil vetat. Oenones pulcritudinem poëtae laudant: historiam totam enarravit *Parthen.* Erot. c. IV. *T.H.*

41. Ἄλλως ἠρόμην] Mox vim istius ἄλλως *Lucianus* ipse declarat: ἄλλως ἐπελθὸν, οὐκ ἐξεπίτηδες ἤρετό με, *nullo certo consilio neque de industria.* Parum recte videtur intellexisse *D. Heinsius* ad *Hesiod.* E. καὶ H. v. 344. melius *Stephanus* in Thes. T. I. p. 343. *T.H.*

42. Παραπρεσβεύεις] Id est, *praevaricaris.* *F.G.*

43. Κοινολ—.] Sic Nvgg. c. 14. & Ἀλ. c. 25. πρὸς ἕς τινα —. *M. du S.*

44. Ἤρετο] Ox. In editis εἴρετο. *M. du S.*

53. Καὶ τούτων ἐρᾶσθαι τυχεῖν] Haec profert *Thom. Mag.* in Βούλομαι. *T.H.*

62. Ἀλ-

χαλεπῶς ἔχεις, μηδ' οἷόν τε εἶναι, εἴ τι δεινὸν ἐν ταύτῃ τῇ ἁπλότητι ἀποκρινάμενον.

ΗΡΑ. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων, καὶ σχεδόν γε τῆς Φρυγίας ἐσμέν. ἐγὼ δὲ καὶ τὴν Ἴδην ὁρῶ, καὶ τὸν Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς, εἰ δὲ μὴ ἐξαπατῶμαι, καὶ αὐτὸν ὑμῶν τὸν δικαστὴν τὸν Πάριν. ΗΡΑ. [a] ποῦ δέ ἐστιν; ὁ γοῦν καμοὶ φαίνεται. ΕΡ. ταύτῃ, ὦ Ἥρα, πρὸς τὰ λευκὰ σκόπει, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει, ὡς ἐμοὶ δὲ τῷ πλευρᾷ, ἔνθα τὸ ἄντρον καὶ τὸν ἀγέλιμον ὁρᾷς. ΗΡΑ. ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τὸν ἀγέλιμον. ΕΡ. τί φῄς; οὐχ ὁρᾷς βοΐδια τινὰ τῶν ἐμῶν [b] ὑτωσὶ θάκυλον ἐκ μέσων τῶν πέτρων προερχόμενα, καί τινα ἐκ τοῦ σκοπέλου κάλαθέοντα, [c] καλαύροπα ἔχοντα, καὶ ἀπείργοντα μὴ πρόσω

ægre feras, aut putes deteriore te esse loco, si quid etiam ipsi ita simpliciter respondi.

5. Sed interea, dum sermones cædimus, jam multum progressi longius discessimus a stellis, & circiter ex adverso Phrygiæ sumus: quin etiam Idam video, Gargarumque totum accurate; &, ni fallor, ipsum vestrum judicem Paridem. JUN. Ubi vero est? necdum enim mihi apparet. MERC. Illac, Juno, ad sinistrum respice; non ad summum montem; sed juxta latus, ubi antrum & gregem vides. JUN. Atqui non video gregem. MERC. Quid ais? non tu vides vacculas ad hocce fere digiti mei indicium ex mediis rupibus prodeuntes, & quendam ex scopulo decurrentem, qui pedum habeat, & repellat, ne protenus diffi-

a Ποῦ] Sic in O. L. Edd. omnes habuerunt ὅπου. b Οὑτωσὶ] ὑτοσὶ O. c Καλαύροπα] καλάβρ. O. P.

74. Καλαύροπα] * Καλάβροψ ἐστι ποιμενικὴ ῥάβδος, μικρὸν ἐκατέρωθεν ὑπόσκαμβος, ἢ ἀφιᾶσιν ἐπὶ τὰ τέρατα ἀγέλης ἀποπειρᾶσθαι. V.

* Καλάβροψ] Καλαύροψ. καλάβροψ autem, ut Εὖρος pro Ἔερος &c. sunt recentioris Graeciae β & υ inter se commutantium. Haec *Matth. Sladus.* T.H.

62. Ἀλλὰ μεταξὺ &c.] *Sed inter colloquendum multum progressi jam a stellis recessimus*, sive, ut non male interpres, *stellas emensi sumus*. Sic loquitur etiam in Icaromenippo παμπολὺ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ubi *Erasmus, cum plurimum nubium essem emensus*. Sed *Budaeus* & *Stephanus* hunc locum suspectum habent & aliter scripsisse *Lucianum* putant. Et rursus in dialogo Doridis & Thetidos: ἐκεῖθεν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφῖναι εἰς τὸ θάλασσαν. *postquam longe a terra provecti in altum erant*. Vides hoc loquendi genus familiare fuisse *Luciano*. *Hesych.* Ἀπεσπάσατο, ἀπέστησαν. leg. ἀπεσπάσαντο. *J.G.G.*

63. Ἀπεσπάσαμεν] An scribendum? ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη προϊόντες πολὺ ἀπεσπάσθημεν τῶν ἀστέρων. *F.G.*

Ἀπεσπάσαμεν] Subintellige ἑαυτούς· quasi dixisset, ἀπεσπάσαμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἀστέρων, *nos procul ab astris subduximus*. *J.C.*

33. Εἴποτε γαλήνη εἴη] Apud *Theocrit.* Eid. VI, 35. Cyclops: Ἢ ῥᾷον ἐς πόντον ἐσιδόλεσσον· ἢς δὲ γαλάσας dubito an *Noster* eo respexerit: modo certe, ubi nihil in Galatea, quod jure laudaret, habuisse Polyphemum adseverat Doris, praeter candorem, tum ipsum Galateae nomen, tum illud *Theocriti* cogitavit Eid. XI, 20. Λάσιον ἄμφω παχέας ποτιδεῖν· quod *Ovidius* ingenio suo magis confisus, quam imitandi successu, paulisper immutavit, *Mollior & cygni plumis & lacte coacto.* Qui Galateae toti, ejus utique lacertis convenit candor: tales pinxisse *Valerium Flaccum* omnino mihi persuadeo I, 135. *Hanc Panope, Dotoque soror, laetataque fluctu Prosequitur niveis pariter Galatea lacertis: Antra petens Siculo revocat de litore Cyclops:* nam quod cum Codicibus Edd. habent, *nudis*, nihil aliud est, quam nudum epitheton, nullaque venustate Galateae lacertos exornans. Tum *Antra petens* ita distinxi, ut copulandum sit cum Cyclope, quod *Pius* satis recte explicuit: miror aliter fuisse visum *N. Heinsio*, Viro sagacissimo. *T H.*

44. Ἀφροδίτη φίλη] Leg. Ἀμφιτρίτη, ut Revir. c. 47. Cætera ex *Theocr.* Potuisset retineri Ἀφροδίτη sed verius est marinas nymphas aliud dixisse. *J. B.*

45. Οἷα;] Facili medicina, sic interpungendo, credo sanatum locum: cui geminum si requiras adi *Philops.* c. 25. *M. du S.*

Οἷα!] *Graevius* ad Θ. A. VII. legendum esse statuit accentu mutato, αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς οἵα κρανίον ἐλάφου quod interpretatur: *ipsa lyra solummodo erat cranium cervi.* Vellem hinc manum Vir egregius abstinuisset: diu nobis erit expectandum interea dum locutionem esse Graecam probet; ne dicam, parum concinne vocularn, quae propria sit poetis, in orationem prosam intrudi. Recte, quod & ipse jam pridem videram, Doctiss. *M. du Soul* sola distinctione nativum huic loco lumen reddidit. Apud *Theocritum* & *Philostra-*

5. Imo ferebat etiam amabilis iſte in ulnis ludicrum, urſæ catulum, hirſutia ſibi plane ſimilem. Quis non invideat tibi, Galatea, talem amatorem? GAL. Quin ergo, Dori, monſtra nobis tuum, formoſiorem ſcilicet, ac doctius canentem, quique cithara ludere melius ſciat. DOR. At amator quidem nullus eſt mihi; neque me amabilem eſſe arroganter præ me fero: talis autem, qualis eſt Cyclops, fœtidum alarum odorem ſpargens, tanquam hircus, crudivorus, ut ajunt, & cibum capiens, qui eo deferuntur, hoſpites, tibi eveniat, tuque mutuum ames illum.

Ἔφερε δὲ ὁ ἑπέρας ⟨ὃ⟩ καὶ ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα, ᾗ τὸ λάσιον αὐτῷ προσεοικότα. τίς ἂν φθονήσειέ σοι, ὦ Γαλάτεια, τοιούτου ἐραστοῦ; ΓΑΛ. ἔχοις ἂν σύ, Δωρί, δεῖξον ἡμῖν τὸν σεαυτῆς, καλλίω δηλονότι ὄντα, καὶ ᾠδικώτερον, ᾗ κιθαρίζειν ἄμεινον ἐπιστάμενον. ΔΩ. ἀλλ' ἐραστὴς μὲν οὐδεὶς ἔστι μοι, οὐδὲ σεμνύνομαι ἐπέρασος εἶναι. τοιοῦτος δὲ, οἷος ὁ Κύκλωψ ἐστὶ, κινάδας ἀπόζων ὥσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος, ὡς φασι, ᾗ σιτούμενος τοὺς ἐπιδημοῦντας τῶν ξένων, σοὶ γένοιτο, ᾗ σὺ ἀντερῴης αὐτοῦ.

II.

CYCLOPIS ET NEPTUNI.

ΚΥΚΛΩΠΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

C Y C.

1. PAter, qualia ſum paſſus ab illo ſcelerato hoſpite, qui, quum inebriaſſet, excaecavit me dormientem aggreſſus. NEP. Quis iſta, Polypheme, eſt

ΚΤΚ.

Ὦ Πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τοῦ καλαράτου ξένου· ὃς μεθύσας ἐξετύφλωσέ με, ὀκοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. ΠΟ. τίς δὲ ὁ ταῦτα

ſtratum fiſtula canit Cyclops: *Naſo*, *Sumtaque arundinibus compacta eſt fiſtula centum*: ne ſcilicet ad corporis modulum longus junctarum tot arundinum ordo non reſponderet; quibus tamen ſi vel mediocriter ludere ſcivit Polyphemus, artificem eum habuero non vulgarem. Citharam huic monſtro tradiderat *Philoxenus*, teſte *Schol. Ariſtoph.* ad Pl. v. 290. iſtiusmodi forte, qualem hic irridet *Lucianus*. *T.H.*

48. Κόλλοπι] Id eſt, *clavicula*. *F.G.*

50. Ἄλλο δ' ἢ λύρα ὑ:] V. Anacr. *Od.* I. *M. du S.*

57. Ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα] Vid. *Paul. Leopard.* Emend. II. c. 6. Ἀθύρματα non tantum catuli Melitaei, atque ejus generis animalia oblectamenti cauſa delicatius habita, ſed & Deorum ἀθύρματα, quibus ſibi conſecratis delectari putabantur. Polyphemi formam urſi decebant, ludicrum venuſtiſſimum; ingenium, quod eos non ſibi, ſed dominae Galateae ſervaret. Apud *Theocrit.* Eid. XI, 41. — τρίφυλλόν τοι ἴδικα νέβρως, Πάσας ἀμπεφόρως, ᾗ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων. In *Ovidii* Metam. XIII, 834. perquam facete: *Inveni geminos, qui tecum ludere poſſint*, (expreſſit ἀθύρματα) *Inter ſe ſimiles vix ut dignoſcere poſſis, Villoſae catulos in ſummis montibus urſae; Inveni, & Dominae, dixi, ſervabimus iſtos.* Unum urſi catulum, quem in ulnis ferret, ſufficere putavit *Lucianus* ſuos ſine dubio ſecutus auctores. Tum καὶ minus opportune poſitum: ſcripſerat *Noſter*, κατὰ τὸ λάσιον &c. Saepe λάσιος in hoc dialogo Polyphemus; neque diffitetur ipſe apud *Theocritum*, Αἴ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼ δοκέω λασιώτερος ἦμεν. Illum ego verſiculum ab ea ſede, quam in Edd. mihi ſaltem viſis occupat, retractum immigrare jubeam poſt verſum tertium & trigeſimum, ubi melius ſententiae ſerviat; nam quo loco nunc haeret, viciniam plane conturbat. In *Philoſtrati* Cyclope Icon. II. c. 18. multa ſunt ſimilia. Prope finem dialogi cur non, κινάδας ἀπόζων, ὥσπερ οἱ τράγοι; *T.H.*

Ibid. Ἄρκτου σκύλακα] Vide omnino *Theocritum* Id. XI, 41. Sed & totum perlege venuſtiſſimum poematium huc apprime faciens. *Ovid.* Met. XIII. 834. *M. du S.*

64. Κινάδας ἀπόζων] Sic philoſophus Lucianeus κινάδων ἀπεβάλμος Dial. M. X. § 8. Sic κινάδας ἀπόζοντα, Dialog. ἑταιρ. Κινάδας, δυσωδῶν τῶν τράγων. *Heſych.* Interpr. *Ariſtophan.* ad illud Plut. Αἰγῶν τε κινάδων τε μέλη, vult etiam κινάδων eſſe τῶν μαχαλῶν δυσωδίαν.

Valle ſub alarum trux habitare caper.

κινάδας. *Catull.* *J.B.*

68. Ὦ Πάτερ] Hic Dial. ex Homero. *J.B.*

τα τολμήσας, ὦ Πολύφημε; ΚΥ. τὸ μὲν πρῶτον ΟΥΤΙΝ ἑαυτὸν ἀπεκάλει· ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βέλους, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη. ΠΟ. οἶδα ὃν λέγεις, τὸν Ἰθακήσιον· ἐξ Ἰλίου δ' ἀνέπλει. ἀλλὰ πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, ὑδὲ πάνυ εὐθαρσὴς ὤν.

ΚΥ. Κατέλαβον αὐτὸν τοῦ ἄντρου, ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέψας, πολλούς τινας, ὑπεκλεύοντας δηλονότι τοῖς προμνίοις· [a] ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα (πέτρα δέ ἐστι μοι πανμεγέθης) καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα, ἐναυσάμενος ὁ ἕφερον δένδρον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφάνησαν ἀποκρύπτειν αὑτοὺς πειρώμενοι· ἐγὼ δὲ συλλαβών αὐτῶν τινας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας. ἐνταῦθα ὁ πανυργότατος Κύκλωψ, εἴτε ΟΥΤΙΣ, εἴτε Ὀδυσσεὺς ἦν, δίδωσί μοι πεῖν φάρμακόν τι ἐγχέας, ἡδὺ μέν, καὶ εὔοσμον, [b] ὑπεκλόταλον δέ, καὶ ταραχωδέστατον· ἅπαντα γὰρ εὐθὺς ἐδόκει μοι στρέφεσθαι πιόντι, καὶ τὸ σπήλαιον

ausus? CYC. Initio semet Utin appellitabat: at postquam effugit, extraque teli jactum erat, Ulyssem sibi nomen esse dixit. NEP. Novi, quem dicas, Ithacensem illum: ex Ilio domum revehebatur. Quomodo tamen ista patravit, qui haud valde forti sit animo?

2. CYC. Deprehendi in antro a pastu reversus aliquam multos, insidiantes nimirum gregibus: ubi autem opposui januæ operculum (hoc saxum mihi est ingens) ignemque feci succensa, quam ferebam arbore a monte, id agere videbantur, ut absconderent sese. Tum ego correptos eorum quosdam, ut æquum erat, commanducavi, quippe latrones: ibi vaferrimus ille sive Utis, sive Ulysses, dat mihi bibere medicamentum infusum, suave quidem, & odoris boni, sed idem insidiosissimum ac turbulentissimum: etenim cuncta statim videbantur mihi circumagi, hoc potu hausto, ipsaque spelunca sursum deorsum ver-

[a] Ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα] ἐπεὶ δὲ ἔθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα. Sic priores Edd. [b] Ὑπεκλόταλον] Ita G. P. J. V2. ἐπικουλάτατον priores Edd.

73. Ἔξω ἦν βέλους] *In tuto, citraque periculum.* Hoc proverbium frequens est apud *Lucianum* in Vot. in Baccho, in Dial. Ven. & Cupidinis. *G.C.*

79. Ἐπεὶ δὲ ἔθηκα] Lege, ut bene Codex antiquus prae se fert, ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα. Dein idem liber procul dubio rectius pro vulgato ἐπικουλάτατον, scribit ἐπικουλότατον sic & apud *Synes.* ἐπικουλόταλα: sed alibi quoque apud *Lucianum* hoc vocabulum occurrit, nusquam, si recte memini, ἐπικουλάτης· sed ἐπίκουλος non infrequens est Graecis scriptoribus. *J.G.G.*

Ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα] Restituendam putavi Gr. Cod. lectionem tum alias ob causas, tum propterea maxime, quod illud ἐπιτιθέναι Homericum sit Od. I, 240. Αὐτὰρ ἔπειτ' ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν ἠνορέων· mox, πέτρην ἐπέθηκε θύρησι. v. 313. Ῥεῖα δ' ἀφίλων θυρεὸν μέγαν. αὐτὰρ ἔπειτα Ἄψ ἐπέθηκ', ὡς εἴτε φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη. Ἐπιτιθέναι de claudenda janua Graecis usitatum., τιθέναι non item. Τὸ πῶμα (in πῶμα non ipsas membranas, sed *Graevii* manum aberrasse suspicor) quod ad exitum antri fuit admotum, θυρεὸν *Poëta* vocat, qua de voce, quae postmodum in aliam longe significandi ditionem migravit, multa Grammatici. *T.H.*

88. Ἐπικουλότατον] Agnoscunt hanc scripturam Ed. J. Mss. Gr. & P. sic scribitur etiam sub *Tim.* c. 33. In vulgatis ἐπικουλωτότατον. utrumve apud Xenoph. legitur nempe ἐπικούλωτος. Cyrop. VIII. p. 130, 37. & 388, 24. δυσπικο— *M. du S.*

Ἐπικουλότατον] Quem tibicinem huic voci solum supposuerat *H. Stephanus*, intervertunt libri veteres offerendo ἐπικουλότατον. Est quidem in compositis ἐπικάλλτος per sane quam familiare: *Xenoph.* K. Π. VIII. p. 130. v. 37. ὡς ὑπεπικουλοτοτέρας ταύτης ὕστης (τὴν ἀριστερὰς χειρός) Ἰππ. p. 561. v. 42. δυσεπικουλότεροι εἰσὶν ἀφανεῖς ὄντες· de Ages. p. 388. v. 24. ubi cumulata videas ejusmodi vocabula: νομίζων τὸ τοῦ ταύτῃ τό, τε ἀτρεμεῖς καὶ ἀνεκπλητότατον ἢ ἀδουλωτότατον καὶ ἀπαμαρτητότατον καὶ δυσεπικουλότατον εἶναι. *Synes.* de Regn. p. 13. A. τίς δὲ ἰδιώτης καὶ μικρὰ πράττων ἀδύτερός τε ἐπικουλωτότερος ἑκάστου βασιλέως &c. Verum extra compositorum hanc formam simplex ἐπικάλωτος reperire non dabitur; quod in quamplurimis aliis usu venit. Si quis θορυβητὸς, ἀμαρτητὸς, quorum in *Xenophonte* composita vidimus, ostenderit, illi per me licebit in *Lucianum* revocare ἐπικουλωτότατον. Interim nihil alienum me facturum existimavi, si certissimae fidei verbum scriptori nostro redderem: in Tim. p. 173. v. 39. τὸ κάκιστον τοῦτο ἐπικουλότατον κτῆμα ἀνθρώπου. *Stob.* e *Dione Chrys.* ἀβολὴ κακῶν καὶ ἐπικουλότατον. Idem Or. X. p. 144. D. ὡς ἴχθιστον καὶ ἐπικουλότατον. *T.H.*

93. Ἀσχύσας τὸ μοχλὸν] Ex *Budaeo H. Stephan.* in Th. L. Gr. T. II. p. 1134. Ἀσχύω, *extendo, derado, acuo.*

tebatur; nec amplius omnino apud me eram; denique in somnum devolutus sum. Ibi ille, raso ad acuendum vecte, & ambusto insuper, lumine me privavit dormientem: ex eoque tempore cæcus sum tibi, Neptune.

αὐτὸ ἀνεῤῥέφετο, κ᾽ οὐκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἦμεν· τέλος δὲ εἰς ὕπνον καλεσπάσθην. ὁ δὲ, ἀποξύσας τ᾽ μοχλὸν, κ᾽ πυρώσας γε προσέτι, ἐτύφλωσέ με καθευδοντα· κ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον.

3. NEP. Quam tu altum obdormivisti, fili, qui non exsilueris, dum oculus effodiebatur. Ulysses autem quo pacto effugit: nam, ut mihi quidem certo persuadeo, non potuit amovere petram a janua. CYC. Imo ipse abstuli, ut magis eum caperem exeuntem: nam quum consedissem juxta januam, venabar manibus expansis, solas prætermittens oves ad pastum, præcipiensque arieti quæcumque par erat illum facere pro me.

ΠΟ. Ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μηλαξὺ τυφλούμενος. ὁδ᾽ ὢν Ὀδυσσεὺς πῶς διέφυγεν; ἐ γὰ ἂν εὖ οἶδ᾽ ὅτι ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τ᾽ πέτραν ἀπὸ τ᾽ θύρας.

ΚΥ. ἀλλ᾽ ἐγὼ ἀφεῖλον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάβοιμι ἐξιόντα· κ᾽ καθίσας πλησὺ τ᾽ θύραν ἐθήρων τὰς χεῖρας ἐκπετάσας, μόνα παρεὶς τὰ πρόβατα ἐς τ᾽ νομὴν, ἐντειλάμενος τῷ κριῷ, ἐπόσα ἐχρῆν πράττειν αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

4. NEP. Intelligere mihi videor sub isto latentem eum clam egressum fuisse. Quin tu ceteros Cyclopas quanto poteras clamore advocasses adversum eum. CYC. Convocavi, pater & venerunt: scisitati autem insidiatoris nomen, ubi ego dicebam Utin esse, atra me bile percitum ducentes confe-

ΠΟ. Μανθάνω ὑπ᾽ ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν ὑπεξελθών σε· ἀλλὰ τοὺς ἄλλους γε Κύκλωπας ἔδει βοήσασθαι ἐπ᾽ αὐτόν.

ΚΥ. συνεκάλεσα, ὦ πάτερ, κ᾽ ἦκον. ἐπεὶ δὲ ἠρόμην γε βοηθεύοντες τὸ ὄνομα, κἀγὼ ἔφην ὅτι ΟΥτις ἐστὶ, μελαγχολᾷν οἰηθέν-

c Γε] Deest in P. d Καθίσας] καθίσας F. cujusmodi typorum peccata in ea Ed. occurrunt plura, ut in initio hujus dialogi μιθίσας pro μισθώσας, non digna sane, quae commemorentur.

97. Ἐξέθορες] Ἐξεπήδησας. G.

acuo. Lucianus, ὁ δὲ ἀποξύσας τ᾽ μοχλὸν ἐ πυρώσας γε προσέτι, κατετύφλωσε μὲ καθεύδοντα. Quibus addit de suo, *sed videndum est an* ἀποξύω *possit etiam pro* ἀποξύνω *accipi, id est, acuo:* quidni? modo potestate secundaria, *deradendo*, quemadmodum in lignis fieri debet, *exacuo*. Vereor tamen, quanquam lectioni vulgatae controversiam non moveo, ne *Lucianus* reliquerit ἀποξύσας ab *Homero* sumtum Od. I, 326. — ἀποξύσας δ᾽ ἐκέλευσα· mox: — ἐγὼ δ᾽ ἐθέλουσα θοὸν ξύσσασα Ἄκρον, ὄφρα δὲ λαβὼν ἐνυφάντειον ἐν πυρὶ κηλέῳ *Euripid.* Cycl. v. 455. Ὃν φασγάνῳ τοῦ δ᾽ ἐξαποξύσας ἄκρον Εἰς πῦρ καθίσω — Illud *Homeri* ἐθέλουσα *Scholiastes* interpretatur: ἀποξύσασα· tum ἐνυφάντειον, ὑφάντου εἶς τὸ δοκὸν πεσῶσαι. Distinctionem, quae perperam in nonnullis Edd. posita *Benedictum* deceperat, recte collocavit *Budaeus*: ceterum unde promserit κατετύφλωσε, quod in earum Edd. quas tractamus, nulla comparet, equidem ignoro: *Stephanus* certe verbum istud compositum, tametsi probae notae, in Thesauro nusquam recensuit. *T. H.*

Ibid. Μοχλὸν] *Palo, Virgil.* AEn. III. — *& telo lumen terebramus acuto.* *G. C.*

Ibid. Πυρώσας γε, προσέτι ἐτύφλ.] Καὶ πυρώσας γε προσέτι, ἐτύφλ. *Exacuto vectle & praeterea igne succenso.* Sic est interpungendum & vertendum. *J. C.*

2. Καὶ καθίσας] Usque ad μόνα aberant a Mss. *J. B.*

6. Μανθάνω ὑπ᾽ ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν] Sic inepte distinguit hæc editio ex Salmurienſi; at debebat μανθάνω, ὑπ᾽ ἐκείνοις ὅτι γε ἔλ. *J. G.*

Μανθάνω ὑπ᾽ ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλ.] Haec interpunctio, qua Fl. caret, a posterioribus est profecta: si quid esset in ea momenti, debuerat scribi: μανθάνω ἀπ᾽ ἐκείνων, *ex iis, quae narras, intelligo.* Ut *Gronovius* voluit, ita plane *V2.* & ferri potest, ὑπ᾽ ἐκείνοις, scilicet προβάτοις· sed potius habuero, ὑπ᾽ ἐκείνῳ, nimirum κριῷ, ut *Homero*, cujus paene verba Lucianus expressit, sit consentaneum: vid. Od. I, 444. *Nonnus* sive *Maximus* Σχολ. Ις. ad *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 172. λέληθεν δὲ μισθώσας τ᾽ Κύκλωπα, κ᾽ τυφλώσας αὐτὸν, κ᾽ ὑπὸ τὸ ἔριον δὺς κριῷ καταχρησάμενος ὀχήματι, κ᾽ ἐξελθὼν σὺν τοῦ κριῷ ἔτως ἀπέφυγε. *T. H.*

οἰηθέντες με, ὤχοντο ἀπιόντες. ὅτω κατεσοφίσατό με ὁ κατάρατος τῷ ὀνόματι. καὶ ὃ μάλιστα ἠνίασέ με, ὅτι καὶ ὀνειδίζων ἐμοὶ † συμφορὰν, [a] οὐδ' ὁ πατήρ, φησιν, ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. ΠΟ. Θάρσει, ὦ τέκνον, ἀμυνῶμαι γὰρ αὐτὸν, ὡς μάθῃ ὅτι, εἰ καὶ πήρωσίν μοι ὀφθαλμοῖν ἰᾶσθαι ἀδύνατον, τὰ γοῦν τῶν πλεόντων, τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, ἐπ' ἐμοὶ πρόσεστι· πλεῖ δὲ ἔτι.

stim abierunt: sic me circumventum detestabilis ille decepit nomine: quodque maximo mihi fuit dolori, etiam exprobrato mihi oculi damno, ne pater quidem, inquit, Neptunus sanabit te. NEP. Bonum animum habe, fili; ulciscar ipsum, ut discat, quamvis cæcitati oculorum mederi non possim, fortunam tamen navigantium, ut servem eos aut perdam, in mea esse potestate: navigat autem adhuc.

III. AL-

[a] Οὐδ' ὁ πατήρ] Od. I, 525. Ὡς οὐκ ὀφθαλμὸν γ' ἴήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.

19. Τὸ σ. αὐτ. ἢ ἀπολλύναι] Haec male cohaerent, & subaeratum quiddam tinniunt; neque adeo dubito, quin primum in margine a studioso lectore adpicta deinde perrepserint in contextum orationis. Laborant itidem ἐπ' ἐμοὶ πρόσεστι· si scriptum foret, τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ ἐστι, *mea in manu ac potestate fortuna navigantium est*, nihil ultra desideraremus. Ἐμοὶ πρόσεστι, abjecto ἐπὶ, satis quidem Graecum, verum ad sententiam hujus loci neutiquam opportunum: nec fieri tamen potuisse non credas, ut ex utraque lectione varia vulgaris illa fuerit conflata. Nihil tamen expeditius arbitror, quam ut πρὸς ortum putetur ex πάντως, cujus in vetustis libris tale est scripturae compendium πτως. Ergo vel genuinum erit, vel *Luciano* saltem non indignum: τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ πάντως ἐστὶ· horum sensum ut explanaret, addidit aliquis, τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, quae nunc dilucide patet quam sint nullius pretii, si quadratae orationi interjiciantur. *T. H.*

21. Τί τοῦτο &c.] Hic secutus est poëtarum fabulas, qui Arethusam venatricem Dianae comitem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam; cui quum ille vim adhibere pararet, eaque effugere non posset, Dianae miseratione in fontem sui nominis esse conversam, occultissimisque meatibus & per subterraneos cuniculos, ne amatoris undis polluereturn, in Siciliam usque fugisse, tandemque in ea parte Syracusanae urbis, quae Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse, Alpheumque amatae Nymphae desiderio eodem esse insecutum. *Virgil.* III. AEn.

— Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

Verum haec fabulosa esse constat, quum Alphei aquae nusquam absorbeantur, ut docet *Strabo* lib. VI. ejusque ostium manifeste videatur inter Ichthyn promontorium & Haliartum oppidum. Caeterum fabulam Alphei & Arethusae refert *Ovid.* Metam. V. & *Lucanus* ejus meminit in III.

— — Populisque per aequora mittens
Sicaniis Alpheus aquis — —

Silius Ital. lib. XIII.

Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alpheon, sacrae portantem signa coronae.

Sed longe venustissime *Papinius* in Epith. Stell. & Viol. v. 203.

— — Tumida sic transfuga Pisa
Amnis in externos longe flammatus amores
Flumina demerso trahit intemerata canali.
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo
Ore bibat fontes. Miratur dulcia Naïs
Oscula, nec credit pelago venisse maritum. G.C.

Τί τοῦτο] Mirum est quod de Alpheo flumine narrat *Achill. Tat.* lib. I. ὅταν οὖν ἡ τῶν Ὀλυμπίων ἑορτὴ, πολλοὶ μὲν εἰς τὰς θύρας τοῦ ποταμοῦ καθιᾶσιν ἄλλα δῶρα, ὁ δὲ εὐθὺς πρὸς τὴν ἐρημίαν κομίζει, καὶ ταῦτά ἐστιν ἤδη ποταμοῦ. *J. B.*

Τί τοῦτο, ὦ Ἀλφειέ;] Multa notari poterant, quae diligentiam aliorum effugerunt; sed contenti erimus indicio *Ph. Cluverii*, qui Sic. Ant. p. 156. 157. quicquid fere ad hanc fabulam a veteribus est traditum, pro solita sedulitate studiose collegit. Quae plurimis est Arethusa, Dianam nonnulli dixerunt: insignem enimvero temeritatem fluvii cum maximis minime comparandi, qui tam nobiles nuptias & supra sortem suam sperare fuerit ausus! Vide *Schol. Pindar.* ad N. A, 1. quod si habuisset in promtu *Fulv. Ursinus* in Virg. cum Gr. Scr. C. p. 275. cavisset sibi, ne Telesillae versum apud *Hephaest.* p. 36. Ἅ δ' Ἀρτιμις, ὦ κόραι, φεύγουσα τὸν Ἀλφεὸν, mutatum iret in Ἅ δ' Ἀφροδιτα, ὦ κόραι. Ἀλφειόα vel Ἀλφειῶσα Dianae cognomen, de quo *Is. Casaubon.* Anim. ad *Athen.* VIII. c. 7. *T. H.*

Ibid. Ἀλφειὸς] Alpheus fluvius in Elide Peloponnesi regione, per quam funditur, quem *Pausanias* lib. V. tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliae fontem desinere. *Suidas* multo luculentius ejusdem fluminis naturam, cursum & αὔξησιν describit. G.C.

22. Οὔτε ἀναμίγνυσαι..] V. *Philostr. Imag.* p. 812. & *Pausan.* Ἠλιακ. oraculum Apollinis in eam rem affe-

III.

ALPHEI ET NEPTUNI.

ΑΛΦΕΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

N E P.

1. QUid hoc eſt rei, Alphee? ſolus aliorum illapſus in pelagus nec commiſceris ſalo, ut quidem mos eſt fluviis omnibus, nec requieſcis te diffuſus; ſed per mare concretus, ac dulci ſervato liquore, non permixtus præterea purusque properas, neſcio quo pacto in profundum te demergens, ut gaviæ ſolent & ardeæ: & videris emerſurus alicubi, teque denuo in lucem prolaturus. A L P. Amatorium hoc quiddam eſt, o Neptune: quare ne arguas: amore captus enim & tu fuiſti ſæpius.

Π Ο Σ.

Τί τοῦτο, ὦ Ἀλφειέ, μόνος τῶν ἄλλων ἐμπεσὼν εἰς τὸ πέλαγος οὔτε ἀναμίγνυσαι τῇ ἅλμῃ, ὡς ἔθος πᾶσι ποταμοῖς ἅπασιν, οὔτε ἀναπαύεις σεαυτὸν ἀλφηστὸς γενόμενος, ἀλλὰ ἀλφὴ ὑπὸ θαλάττης ξυνεστὼς, καὶ γλυκὺ φυλάττων τὸ ῥεῖθρον, ἀμιγὴς ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπείγῃ, οὐκ οἶδ' ὅπως βύθιος ὑποδὺς, καθάπερ οἱ λάροι καὶ ἐρωδιοί; καὶ ἔοικας ἀνακύψειν που, καὶ αὖθις ἀναφαίνειν σεαυτόν. Α Λ. ἐρωτικόν τι τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ὦ Πόσειδον, ὥστε μὴ ἔλεγχε. ἠράθης δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις.

ΠΟ.

b Ὅπου] ὅποι *J. Vr.*

ferentem, p. 153. *M. du S.*

24. Οὔτε ἀναπ.] Ex Ed. Salm. male diſtinctum puto ὅτι ἀναπαύεις, σεαυτὸν ἀλφηστὸς, quum rectius non diſtinguatur ab *Bourdelotio*. Neque ſane id poteſt notare *neque diffuſis aquis te ipſum cohibes*; nam qui ſe diffundit, quomodo is ſe cohibet? ſed *diffuſus te reficis*. Ludit enim in notione & Græci verbi ἀλφηστὸς & Latini *diffundere*, nempe pro exhilarare. Quæ tota eſt elegantia hujus loci. *J. G.*

Ἀναπαύεις σεαυτὸν ἀλφηστὸς] *Gronovio* remittimus acumen illud quæſitum in ἀλφηστὸς, quod ſi *Luciano* potuiſſet in mentem venire, multo minus elimata forent, quam nunc ſunt, ejus ſcripta. Non alia τῷ ἀλφηστὸς εἶναι eſt poteſtas, quam quæ Geographis, ubi de fluminibus in mare labentibus habetur ſermo, familiariſſima: *Strab.* VI. p. 416. B. de hoc ipſo Alpheo: τό, τι ἀλφὴ τοσοῦτον πόρου συμμένειν τὸ ῥεῦμα τῆς πόντου μὴ ἀλφεσθὲν τῇ θαλάττῃ &c. παυσανίας μυθῶδης. V. p. 325. C. Padus ἀλφεσθεὶς εἰς πολλὰ μέρη κατὰ τὰς ἐκβολάς. Tum συμμένειν in *Strabone*, quod *Luciano* ξυνεστηκέναι ἀμιγὴς itidem, quum de Alpheo loquuntur, frequens: ἐντεῦθεν δύνειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας ἀμιγῆς τῇ θαλάττῃ ἀλφεσθὲν τὸ ποτίμιον ὕδωρ. *Strabo. Liban.* T. I. p. 4. A. φυλάττων ἀμιγὲς ἐν θαλάττῃ τὸ ῥεῖθρον. perquam elegantem orationis figuram hinc traxit T. II. p. 345. A. qui Jonen in Syria condiderunt Argivi μετ' εὐδαιμονίας ἅπασης οἴκουν ἐν μέσῃ τῇ βαρβάρῳ πόλιν Ἑλλάδα, παρεχόμενοι δὲ τηρησάσης τὸ ἦθος καθαρὸν ἐν τοσαύτῃ νόσῳ τῇ πάλαι, κατὰ τὴν ἐπ' Ἀλφειῷ ὑπικηύσασα μῦθον, ὃς ὑπὸ Πελοποννήσου πρὸς Σικελίαν ἄγει τὸ πέλαμὸν ἀλφὴ θαλάσσης μέσης ἀπομιγῆ πρὸς τὴν θάλατταν. *T. H.*

27. Οὐκ οἶδ' ὅπου] Hoc Neptunum praeterire non poterat maris univerſi dominum: quapropter malim, οὐκ οἶδ' ὅπως. Ἀναφαίνειν retinui: multis enim doceri poteſt exemplis, quae alibi proferentur, junĉta per copulam καὶ verba non ſemper temporibus concordare. Mox ſaſpectum mihi eſt ἐλεγχε nihil in Neptuni verbis, quod criminationem ullam redoleat: tale quiddam potius requiritur, quale ad finem eſt hujus dialogi, ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον· id enim aegre videtur ferre Alpheus, Neptunum moleſto colloquio ſua gaudia morari: tu me properantem, ait, certe debebat, ne interpelles; noſti mores amantium & feſtinationem, ut qui ſaepe jam eodem igne contabueris. *T. H.*

28. Οἱ λάροι] *Larum Gaza* vertit *gaviam*, cujus mentionem facit *Plinius* inter maritimas & aquaticas halcyonem & mergum X. c. 32. Idem c. 74. ejusdem libri, *aquaticae anates & gaviae*. Λάρον latine quidem commode reddi non poſſe dicit in *Laro hiante Eraſmus*. *G. C.*

Ibid. Ἐρωδιοί] Aves, quarum tria genera ponuntur ab *Ariſtot.* Haec avis urinatur, ſicut & λάρος. *G. C.*

29. Ἀναφαίνειν σεαυτόν.] Filum orationis perſuadet omnino Lucianum ſcripſiſſe ἀναφανεῖν. *Neſcio ubi, ſicut gaviae & ardeae, demerſus in profundum, alicubi videris emerſurus, teque ipſum rurſus exferturus.* *J. J.*

Ἀναφανεῖν] Cl. *Jenſii* emendationem in textum recipere viſum eſt. *M. du S.*

ΠΟ. γυναικὸς, ὦ Ἀλφειὲ, ἢ νύμφης ἐρᾷς, ἢ καὶ τῶν Νηρηίδων αὐτῶν μιᾶς; ΑΛ. οὐκ· ἀλλὰ πηγῆς, ὦ Πόσειδον. ΠΟ. ἡ δὲ, πῶ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ. ΑΛ. νησιῶτίς ἐστι Σικελή· Ἀρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν.

ΠΟ. Οἶδα οὐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφειὲ, τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ λιμνώδη τέ ἐστι, καὶ λιμνὴ καθαρῶ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ὑπιπτέπει ταῖς ψηφίσιν, ὅλον ὑπὲρ [a] αὐτῶν φαινόμενον

NEP. Mulierem, Alphee, an nympham amas? anne magis Nereïdum ipsarum unam? ALP. Nequaquam; sed fontem, Neptune. NEP. Hic tamen ubi terrarum tibi fluit? ALP. Insularis est Siculus: Arethusam vocitant.

2. NEP. Novi sane non invenustam, Alphee, Arethusam: imo enim est pellucida, puroque solo scaturit, & aqua lapillis illudens nitet, totaque super eos appa-

ret

a Αὐτῶν] αὐτὰς *J. V2.* Marg. *AIW.* quod praetulero.

34. Ἡ δὲ πῶ σοι γῆς αὕτη (πηγὴ) ῥέει;] Manifestum est, quandoquidem ἡ δὲ idem significat, quod αὕτη, postremum illud redundare, orationemque satis potuisse subsistere hoc modo, ἡ δὲ, πῶ σοι γῆς ῥέει; Longe tamen abest, ut hic aliquid resecandum, quamlibet redundans, arbitremur; quin istiusmodi pleonasmus & elegans & frequens est. Sic infra in Cataplo, ubi Megapenthes, ab assentatoribus suis venenato poculo interemptus, & Clotho apud inferos colloquuntur, Clotho ait, τὸ γὰρ τελευταῖόν σοι πιεῖν ἐνεχθὲν, ἐκεῖνο δηρὶ κατέκιμψέ σε. Patet τὸ ἐκεῖνο redundare; nam sine hoc sensus est plenissimus, *Ultimum enim tibi datum poculum te huc demisit.* In de Saltatione: Τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς (ὀρχήσεως) καὶ τὸ τελεώτατόν κατ' αὐτὸν νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκροτάτον ἀποστίλβουσι, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται. Et hic τοῦτο abundat; sufficit namque si ita intelligas, *Saltationis vero florem, & fructum absolutissimum, qui nunc cum maxime ad summam perfectionem venit, oratio nostra nunc persequitur.* In de Dea Syria, Ἄλλοι δὲ, Σεμίραμιν τὴν Βαβυλωνίην, τὸ δὲ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτῃ καὶ τόδε τὸ ἱρὸν νομίζουσι. Hic quoque redundat ταύτῃ· hac enim ratione constat oratio, *Alii vero Babyloniam Semiramidem, cujus sane multa opera in Asia sunt, hoc etiam templum sacrasse existimant.* Sic in Cynico: Ὑμεῖς δὲ, τῷ δὲ ἁπλοῦν τὸ, καὶ ἀκριβείαν ἀρκοῦντι πάντα, τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε. Omnino & hic non requiritur τὸ τούτῳ ad sensum, qui sine illo satis foret concinnus, *Vos autem maxime similes estis homini, per inexplebilem cupiditatem & intemperantiam omnia diripienti.* Quid plura ex Nostro loca adscribam? AElianus quoque non raro eamdem amat redundantiam. Sic lib. XII. Ποικιλ. 19. Τὴν ποώτριαν Σαπφὼ τὴν Σκαμανδρωνύμου θυγατέρα, ταύτῃ καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὴν ἀναγράφει. Planum est, omisso τῷ, ταύτῃ, nihil de sensu detrahi. Sic lib. XIII. cap. 1. de Atalanta, φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα δή σὺν ὅτε τις αὐτὴν κατέλαβε. Si & hic simpliciter dicamus τὸ, αὐτὴν redundare, nihil necesse erit cum Viris doctis vel aliam lectionem circumspicere; vel id exponere, quasi φυγεῖν ἐθέλουσαν esset Attice pro φυγεῖν ἐθελούσης. Eodem plane modo sequitur illic non multo post, τὸ δὲ ὑπέρογκον τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦτο εἶχε. Sic cap. 15. καὶ Κόρσιβον δὲ, καὶ Μελιτιάδην ἐκείνους ἀνοήτους φασίν.

Quemadmodum Latini in usurpando per pleonasmum pronomine faciant cum Graecis, erudite ad *Livii* XXV, 27. docet *ὁ πάνυ J. Fr. Grenovius.* Cujus exemplis ex *Catone, Livio, Plauto, Caesare, Suetonio, Plinio, Arnobio*, adductis, haec addas licet ex aureo purae Latinitatis flumine, *Cicerone.* Apud hunc in II. de Oratore 63. legas, *Nummium divisorem, ut Neoptolemum ad Trojam, sic illum in campo Martio nomen inveniisse.* cap. 77. *Reliquae duae, sicuti sanguis in corporibus, sic illae in perpetuis orationibus fusae esse debebunt*; duae nimirum illae res, *conciliare*, & *permovere*, ut praecesserat. Manifesto in duobus his exemplis, in altero *illum*, in altero *illae*, una cum τῷ, *sic*, sine ullo sensus intertrimento abesse possint. Clarissime quoque τὸ, *haec* supervacuum est in his apud eumdem, I. de Oratore 23. *Sin autem ea, quae observata sunt in usu, ac ratione dicendi, haec ab hominibus callidis, ac peritis animadversa, ac notata, verbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt, (id quod fieri potuisse video) non intelligo, quamobrem,* &c. Sic redundat τὸ, *ea* in his lib. III. cap. 13. *Tantaque insolentia ac turba verborum, ut oratio, qua lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat.* Ita & scriptor ad Herennium IV, 9. superfluum ponit τὸ, *ii*, dum ita scribit: *Nam rerum imperiti, qui uniuscujusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem.* Iterum Cicero bis in una periodo hac loquendi ratione utitur IV. in Verrem 52. *At jam illa omitto, quae disperse a me multis locis dicentur, ac dicta sunt: forum Syracusanorum, quod introitu Marcelli purum a caede servatum est, ID adventu Verris Siculorum innocentium sanguine redundasse: portum Syracusanorum qui tum & nostris classibus, & Carthaginiensium clausus fuisset, EUM, isto praetore, Cilicum myoparoni, praedonibusque patuisse.* Eodem modo & *ibi* redundat apud eumdem lib. I. in Verrem 22. *Cum quidem viderent* socii *in foro populi R. quo in loco antea, qui sociis injurias fecerant, accusari & condemnari solebant, ibi esse palam posita ea, quae ab sociis per scelus ablata, ereptaque essent.* Nam profecto sine τῷ *ibi* constare haec possit oratio. Hic locus omnino est geminus ejus Liviani, ad quem notabat ea, quae dixi, Vir Magnus. *J. J.*

HA

ret argentea. ALP. Ut tu vere noſti fontem Arethuſam, Neptune: ad illam ipſam ergo me confero. NEP. At abi, & eſto felix in amore. Imo iſtud etiam mihi expone; ubi Arethuſam vidiſti tu, qui Arcas es, quum illa ſit Syracuſis? ALP. Feſtinantem me detines, o Neptune, quæ nihil ad rem faciunt ſciſcitando. NEP. Bene mones: quin tu perge ad dilectam; quumque emerſeris a mari, mutua conſpiratione miſcetor fonti, & unam in aquam coite.

ΣΥΓΚΥΡΟΣΙΔΗΣ. ΑΛ. ὡς ἀληθῶς οἶδα ἡ πηγήν, ὦ Πόσειδον· παρ' [b] ἐκείνην ὃν ἀπέρχομαι. ΠΟ. ἀλλ' ἄπιθι ἥμ, καὶ εὐτύχει σὺ τοῦ ἔρωτι. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, ποῦ ἡ Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὤν, ἡ δὲ ἐν Συρακούσαις ἐστίν; ΑΛ. ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον, περίεργα ἐρωτῶν. ΠΟ. εὖ λέγεις· χώρει νυν ἡδὺ ἀγαπωμένῳ· καὶ ἀναδὺς ἐκ [c] θαλάττης ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἓν ὕδωρ γίνεσθε.

ME-

[b] Παρ' ἐκείνῳ] ἐκείνῳ *J. Vr.* *AIW.* Reliquae Edd. vitioſe ἐκείνης. [c] ξυναυλίᾳ μίγνυσο] ξυναυλιμίγνυσο. C. P.

Ἤδη ποῦ . . . αὖτη ῥ.] Ut hanc ſcripturam vindicaret multa Cl. *Jenſius*; ſed non ſatis ſimilia. Accedit propius quod legitur ſupra, & *Dial. Ven. & Cup.* αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, ποτὲ ὧν ἐκείνη χολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμοὶ, ὅλη ἔσται σὺ τῷ Ἄττῃ; ſed nondum ſic acquieſco. Suſpicor autem pro αὐτὴ, πηγὴ legendum. Adde *Max.* c. 15. τοὺς Αἰγυπτίων αὐτοὺς, qui locus mihi etiam ſuſpectus, ut in nota videbis. *M. du S.*

Ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ;] Ἡ δὲ non eſt idem plane, quod αὕτη ſic enim ſcribendum fuerat, ἡδὲ δὴ ποῦ σοι &c. Cape quaſi poſuiſſet *Lucianus*, ἡ δὲ Ἀρέθουσα· ſequi ſolet οὕτω in hoc ſtructurae genere cioberrime: *Liban.* in Dian. p. 670. A. ὁ δ' ἐπιτέθραμμός τοι τὴν τῶν φοιτητῶν εὐτέλειαν οὕτω εὐκαίρως πως τότε. *Noſter* ποῦς δὴ Ἰσ. συγγρ. c. 5. τὸ δὲ (πρᾶγμα) οἷόν πού τοι καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς ἐν τῷ εὐμοιραχειρίσαι τοῦτ' ἴσχι. de Luct. οἱ δὲ τοῦ μόνου βίου πολλοὶ ὄντες εἰσι. Itaque nullus eſt ſuſpicioni de vitio locus. *T. H.*

38. Διανοῇ τί ἴσχι &c.] Non poterat accuratius, ſi ſpectator adfuiſſet, quod minime negavero, *Lucianus*. Addam *Senecae* locum egregium ex Conſol. ad Marc. c. 17. *Videbis celebratiſſimum carminibus fontem Arethuſam, nitidiſſimi ac perlucidi ad imum ſtagni, gelidiſſimas aquas profundentem; ſive illas ibi primum naſcentes invenit, ſive immerſum terris flumen integrum ſubter tot maria, & a confuſione pejoris undae ſervatum reddidit.* Haec quin corrupta ſint, nemo dubitat: ad veſtigia priſcae lectionis, neque minus tamen, quam magnus *J. Fr. Gronovius*, timide, conjicio: *ſive illas ibi primum naſcens invenit, ſive in ipſum penetrans flumen* &c. nam & Qu. Nat. VI. c. 8. ſimiliter fere dixit; *Alpheum, celebratum poëtis, in Achaia mergi. & in Sicilia rurſus tranſjecto mari effundere ameniſſimum fontem Arethuſam.* Brevius etiam de fontis amoenitate teſtatur oraculum: Ἀνδρας θ' οἱ πώουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης. *Nonnus* Σωσαγ. Ισ. ad *Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 152. τὸ δὲ ὕδωρ τῆς Ἀρεθούσης ἀκραιφνές τε καὶ καθαρὸν καὶ γλυκύ. Ergo merito vitii poſtulatur *Athenaei* locus II. p. 42. C. μόνου δ' ἀπέραντον τὸ τῆς Ἀρεθούσης· de quo vide *Caſaubonum* in Anim. *T. H.*

39. Ἀναδύζει] Inde ἀναδύεσι πηγαί. ἀναπηδᾷ, ἀναχεῖται, *Heſych.* verb. ἀναπηδᾷ. *J. B.*

42. Παρ' ἐκείνης] Ἐκείνῳ forte. *F. G.*

Παρ' ἐκείνης ὃν ἀπέρχομαι] Vult haud dubie Alpheus, ſe ad Arethuſam contendere; at verba dicunt contrarium. Apertum itaque mendum, legendumque una litera mutata, ἐκείνῳ. Παρά τινος ἀπέρχεσθαι eſt *venire ab aliquo*, ut ſupra pag. 141. Παρὰ τὸ Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ſcil. ἀπαιμφθείς. At παρά τινα ἀπέρχεσθαι eſt *ire ad aliquem*, ut paullo poſt in eodem hoc Alphei & Neptuni dialogo, Χάιρε ὦδε τὸν ἀγαπωμένον. & paſſim; ſic in Timone: Ἀλλ' ἴσως οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' αὐτόν. ὁπόταν ἀπίω παρά τινα πομφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός. In his iiſdem Deorum dialogis. Ἐγὼ δὲ ὧδε τὸν σελήνην ἀπελθών. Κάρης ἔτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρά σε. Et ſexcenties alibi. *J. F.*

Ἐκείνῳ] Sic reſtituimus, ſecuti Ed. *J.* quae ſola recte hanc vocem habet; reliquae enim ἐκείνης, contrario prorſus & abſurdo ſenſu. *M. du S.*

49. Ξυναυλίᾳ μίγνυσο] Quod Codex unus & item alter praebent συναναμίγνυσο, vix crediderim lectionem eſſe variam, ſed potius vulgatae lectionis interpretamentum: ξυναυλίᾳ μίγνυσο quin rectiſſimum ſit nullus dubito, quippe eruditius quam ut a *Luciano* non ſit profectum. Ξυναυλίαν vocant *tibiarum concentum*, τὴν ὑπὸ δύο ἐπιτελουμένην αὔλησιν· ὅταν γὰρ δύο αὐλῶσι, ξυναυλία λέγεται, ut ſcribit *Heſych.* hinc apud *Long.* II. p. 62. αὐλῶν τις ἂν ἁπλῶς συναυλούντων ἀκούειν. Ejusmodi συναυλίαι, ſive συμφωνίαν τινὰ τῶν αὐλητῶν ὑπὸ παυσωνείοις συναυλούντων commemorat *Poll.* IV, 83. Strictius alioquin uſurpari ſolet, quando Choro cantanti tibiae modos adtemperat choraulus, qui quidem mos apud veteres obtinebat; nam poſtmodum chori praecinentem tibicinem voce ſubſequebantur: *Athen.* XIV. p. 617. C. itaque eſt intelligendum, quod adjungitur a *Pollucе*: οἱ δὲ τὴν συναυλίαν αὐδῶν προσαυλοῦσιν οἱονται, ὡς τὴν αὐλῳδίαν & Segm. 107. vide *Henr. Valeſ.* ad Exc. ex *Diodoro Sic.* p. 51. Paulo etiam diſcrepat *Semus*, qui τὴν συναυλίαν τι ποτ' ἐστὶν ἐμφανίζει, hunc in modum, teſte *Athen.* XIV. p. 618. A. ἀγέλαι συμφωνίας ἀμιβαῖον· αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος· niſi deſcripſerit ibi, quod verius opinor, certum aliquod συναυλίας genus in ſacris De-

IV.

ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΚΑΙ ΠΡΩΤΕΩΣ.

MENELAI ET PROTEI

ΜΕΝ.

Ἀλλὰ ὕδωρ μέν σε γίνεσθαι, ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐναλίων γε ὄντα, καὶ δένδρον ἔτι φορητόν· καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως. εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ οὐ πιστῶ. ΠΡ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ Μενέλαε· γίγνομαι γάρ. ΜΕ. εἶδον καὶ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς, εἰρήσεσθαι πρός σε, γοητείαν τινὰ προσάγειν τῷ πράγματι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαπατᾶν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς οὐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος.

MEN.

1. AT aquam te fieri, o Proteu, haud improbabile, quippe marinum; & arborem, id quoque ferri poteſt: quin in leonem quando mutaris, ne id quidem plane extra fidem eſt: verum, ſi & ignis fieri poſſit, qui in mari habitet, id valde admiror, ac minime credo. PRO. Ne mireris, Menelae: nam ita res eſt, fio. MEN. Vidi ipſe equidem: ſed videre mihi, quod pace tua dictum velim, præſtigias quasdam admovere huic rei, oculosque fallere ſpectantium, dum ipſe nihil tale fis.

2. PRO.

liis adhibitum; nam quae proferuntur, ex ejus Deliade ſunt depromta: ſed quae illis in verbis uberiore luce indigent, nunc ne attingere quidem animus eſt. *Schol.* ad *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 106. Συναυλία ἐστὶν, ὅταν δύο ἢ πλείους αὐλήσωσι συναυλοῦσιν ἅμα, εἴτε ὁμοίως, εἴτε διάφορα, ὁ μὲν καλάμαυλα, ὁ δὲ κέρατι, ὁ δὲ τῷ χαλκῷ ἰταυλεῖ. Λέγομεν δὲ συναυλίαν & κιθάρας ἅμα συγκρουομένης αὐλῷ & συμφθεγγομένης. haudquaquam abſurde, ut eum bono duci obſecutum fuiſſe facile appareat: de cithara quod monet, certum eſt; erant enim & νόμοι κιθαριστικοὶ, οἷς καὶ προσῆλθον, meminitque *Athenaeus* τῶν ἐν αὐλῷ περὶ λύραν καινοτήτων. Hinc pronus ad figuratam orationis formam patet aditus, quum duo pluresve in eandem rem conſentiunt, ac mutuis animorum ſtudiis conſpirant: quoniam vero tibiae funebres, ideo factum, ut in communi luctu & deploratione praecipue συναυλία ponatur. *Philoſtr.* Icon. I. c. 11. p. 781. λέγεται γὰρ ξυναυλίαν τῷ θρήνῳ τοῖς κύκνοις ὁμολογῆσαι (Ζέφυρον) *Libanius* de Nicomedia terrae motu ſubverſa p. 207. B. νῦν ἴδοι καὶ πέτραις δεθῆναι δέκτρια, καὶ ὄρεσι νῶτα εἰς συναυλίαν τῶν πόνων. *Syneſ.* Ep. IV. p. 159. D. νῦν πρὸς ἐρημίους ἀκταῖς συναυλίαν ἀλοφυρόμενοι. Praeiverat iis *Ariſtoph.* Equit. v. 9. — δεῦρό νυν πρόσελθ', ἵνα ξυναυλίαν κλαύσωμεν Ὀλύμπου νόμων. ubi vide *Schol.* Diverſa in re *Ariſtid.* T. III. p. 708. B. ὡς' ἐλλείπειν τὸ χρῆμα τῆς συναυλίας ὥσπερ τῶν τε σοφιστῶν καὶ τῶν ἐπῶν παρεπεσεῖται τὸ χορεῖον. *Heſychius* adſirmat ξυναυλίαν dici πᾶν πρᾶγμα διττόν quod ita capiendum, ſi concinant inter ſe duae res ac congruant. *Lynceus* apud *Athen.* III. p. 109. E. τοιαύτην (ὀ ἰχθὺν) ἐνθρυπτόμενον ἔχει πρὸς τὸ γλαῦκον συναυλίαν. *Luciani* quae fuerit mens, vertendo declaravi: nam quod priores Interpretes dederunt, *eodem abvecto cum fanie illo miſcean-*

ris, aegre, quorſum ſpectet, pervideas. Aliunde ductum συναυλία, quum *cohabitationem* & *conſortium* ſignificat: veluti de matrimonio *Ariſtot.* Pol. VII. p. 212. ὁρίσασθαι χωρὶς τὴν συναυλίαν τοιαύτην τινὰ *Lambinum* in συνουσίαν mutantem repudiamus: talis συναυλία γεγονυῖα, quas bene reſtituit *Anaxandridae Caſaubonus* in *Athen.* II. p. 48. A. Finitimum eſt in μανλία & ὁμαυλία. T. H.

M. καὶ II.] Quare Menelaum hic cum Proteo colloquentem inducat facile vident qui *Odyſſ.* librum IV. legerunt. M. de S.

ΠΡΩΤΕΩΣ] Proteus Deus marinus, Oceani & Tethyos filius. Iliaci belli tempore, quum AEgyptus rege careret, in regem adſumtus eſt, quem AEgyptii Cetea appellabant. Hunc artium peritum, fuiſſe tradunt, *Homer.* Od. IV. & *Virgilius* item IV. Georg. & in varias ſe formas vertere ſolitum; ut nunc animal, quandoque arbor aut ignis, aut aqua, aut quid aliud videretur. Quod figmentum *Diodorus* lib. II. ſecutus *Herodotum*, ad AEgyptiorum regum morem refert, quibus familiare fuit leonis aut tauri vel draconis priorem partem in capite geſtare, nec non arborem, quin ignem quoque principatus inſignia. Idem *Lucianus* in Comm. de Saltat. Protea illum in varias ſe demutantem rerum facies non fere alium intelligit, quam ſaltatorem eximium, ad effingendum quicquid omnino collibuiſſet; veluti Empuſa, docilem. *Heraclitus Ponticus* diverſam his colligit allegoriam. A Proteo natum eſt adagium hoc, Πρωτέως ποικιλώτερος, id eſt, *Proteo mutabilior*; quod in vafrum & verſipellem competit. *Plato* in Ione: ἀλλὰ δεῦρο σὺ, ἔφη, ὁ Πρωτέως παλαιστής, γίγνου, id eſt, *ſed prorſus Proteï in morem in omnem ſpeciem verteris, ſurſum ac deorſum te ipſum diſtorqueas.* G. C.

98. Ει-

2. PRO. Et quæ tandem fallacia in rebus tam manifestis resideat? non tu apertis oculis es contuitus, quas in formas mennet ipse conversum fecerim? sin fidem non habes, idque negotium falsum esse videtur, inanis scilicet quædam species ante oculos consistens, tum tu, ubi ignis factus fuero, admove mihi, vir fortissime, manum: probe scies, videarne solum talis, an facultas etiam urendi tunc mihi adsit. MEN. Non tutum est hoc experimentum, o Proteu. PRO. Tu quidem mihi, Menelaë, videris polypum vidisse nunquam, quæque hujus piscis sit natura, ignorare. MEN. Imo polypum vidi: at naturam ejus libenter didicerim a te.

3. PRO. Ad quamcumque petram acceſſerit, aptaveritque acetabula, & adglutinatis hæserit cirris, illi similem se reddit,

ΠΡ. Καὶ πῶς ἂν ἡ ἀπάτη δηλοῖ τὸ ἔντεχνον ἀναργῶν γενομένη; οὐκ ἀνεωγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες, ἐς ὅσα μεταπεποίηκα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἡγῇ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ, φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστηκυῖα, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, προσένεγκέ μοι, ὦ γενναιότατε, τὴν χεῖρα εἴσῃ γάρ, εἰ ὁρῶμαι μόνον, ἢ καὶ τὸ καίειν τότε ὁμοῦ πρόσεστιν. ΜΕ. Οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα, ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. σὺ δέ μοι, Μενέλαε, δοκεῖς εἰδὲ πολύπουν ἑωρακέναι πώποτε, οὐδ' ὁπόθεν ὁ ἰχθὺς ἔστιν εἰδέναι. ΜΕ. ἀλλὰ τὸν μὲν πολύπουν εἶδον. ὁπόθεν δέ, ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ.

ΠΡ. Ὁποίαν ἂν πέτραν προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας, καὶ προσφὺς ἔχῃ τοῖς πλεκτάναις, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὸν,

a Προσένεγκέ μοι] προσένεγκαί μοι. *Al. J. Vr. S.* b Καίειν] Ita vetustae Edd. eaque reperitur in *Xenophontis* scribendi ratio: vid. *H. Stephan.* Thes. T. II. p. 174. *P.* male καεῖν. *S.* κάειν.

38. Εἶδον] Non videt tamen apud *Homerum Od.* Δ. 456. & seqq. Sed v. 418. prædixerat futurum. *M. du S.*

65. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς] Videtur scribendum esse, εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἡγῇ τὸ πρᾶγμα ψεῦδος εἶναι δοκεῖ. *Φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἑστηκυῖα. Quod si non credis, & haec res tibi videtur falsa quaedam species, quae oculis obiicitur.* In vulgatis male legitur πρᾶγμα ψεῦδος. *J. G. C.*

Ibid. Ψεῦδος εἶναι] Poterat etiam legi ψεῦδος, cujus ἐπεξήγησις, *Φαντασία τις* &c. Sed nihil est causae, cur commoda verba & aperti sensus sollicitemus. *Hesych.* Φαντασία, τὸ μὴ ὂν ἀληθὲς, ὡσανεὶ χρυσοῦ τι. De Proteo, ejusque multiplici in omnes formas conversione particulam vide Polluceae declamationis, quam *Philostratus* excerpsit de V. S. II. c. 12. ubi sophisticis coloribus miraculum illud Homeri pingitur. *T. H.*

72. Πολύπουν] De polypi vario ingenio meminit *Plinius* IX. c. 29. Praeterea *Plutarch.* in libello περὶ πολυφιλίας, ex *Theognide.*

Πουλύποδ' ὅσον ἔχει πολυπλόκου, ὅς τινι πέτρῃ,
Τῇ προσεμιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη

Id est,

Talentem habens vafri polypi, qui protinus illa,
De quibus admorit, saxa colore refert.

Idem *Eustathius* in eo, qui περὶ Ὀρχήστου inscribitur, ex *Pindaro* opinor: πουτίου δηλοῖς πετραίου δίον ἔχων. *G. C.*

76. Ὁποίαν ἂν πέτραν] *Aelian. V. H.* prin. *Plin.* IX, 19. XXX, 9. *M. du S.*

77. Κατὰ τὰς πλεκτάνας] Differunt, si accuratius loquaris, κοτύλαι, κοτυληδόνες, *acetabula*, *caliculi* polyporum, & πλεκτάναι, πλόκαμοι, *crines*, πρίχες, recentioribus Graecis πορφίαι vel *chevi*, *crines*, *cirri*, *pedes*, *brachia*, *flagella*, ut adversus *Hermolaum* egregius ille *Pintianus* observavit ad *Plin.* H. N. IX. c. 29. quod prodesse potuerat *N. Heinsio* minus in hac re circumspecto ad *Ovid.* Met. IV, 267. Attamen, ubi mentio κοτυλῶν vel κοτυληδόνων obvenerit, saepe Grammatici solent interpretari πλεκτάνας. *Schol. Homer.* ad Od. E, 433. *Lucian.* ad M. Eyn. *Oppiani* ad Hal. II, 233. 282. 312. *Hesych.* opportune *Eustath.* ad Od. E. p. 1541. Κοτυληδόνες, αἱ τῶν πολυπόδων πλεκτάνων διὰ μέσου τρυπήσεις, διὰ δὲ βραχυτάτων κοτυληδόνων, αἱ πρωτεῖαι ταῖς πλεκτάναις ὑπάρχουσιν ὁμοιαι ἄνω κοτυληδίοις κοιλοῖς, ἐφ' ὧν ἐπιπροσμάζουσι apud eum quae de polypo praecedunt, cuncta suppeditavit *Athen.* VII. p. 316. 317. ex ejusdem libro XI. p. 479. B. emendandum, quod habet ad Il. X. p. 1182. v. 45. κοτυληδόνες αἱ ὑπὸ ταῖς πλεκτάναις τρῆσαι ὑπὸ μικρούς male vulgatur ἰσχύσεις. Ex ista vero Grammaticorum interpretandi fere perpetua consuetudine suspicio mihi fuit oborta, fieri potuisse, ut κατὰ τὰς πλεκτάνας a margine tandem delatum fuerit in ipsa *Luciani* verba: accedebat vel maxime, quod hae voces nec sensu nec structura satis viderentur constare: cur enim post ἁρμόζῃ τὰς κοτύλας καὶ προσφὺς ἔχοιτο adhuc illud orationis limpidae supervacuum adderetur κατὰ τὰς πλεκτάνας; aut, si addi omnino voluisset *Lucianus*, cur

τὸν, ᾗ μεταβάλλει τ' χρόαν, μιμούμενος τ' πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τὺς ἁλιέας, μὴ δολ-80 λάτλων, μηδὲ φανερὸς ὢν ἀφ' τοῦτο, ἀλλ' ἐοικὼς τῷ λίθῳ. ΜΕ. φασὶ ταῦτα· τὸ δὲ σὸν πολλῷ παραδοξότερον, ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. οὐκ οἶδα, ὦ Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας, τοῖς σεαυτῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν; ΜΕ. 85 ἰδὼν εἶδον· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τεράστιον, τ' αὐτὸν πῦρ ᾗ ὕδωρ γίγνεσθαι.

mutatoque colore ſcopulum imitatur; ut fallat piſcatores nihil diverſus, propterea-que nec conſpicuus, ſed plane ſimilis iſti lapidi. MEN. Iſta narrant: tuum autem illud multo eſt incredibilius, Proteu. PRO. Neſcio profecto, Menelae, cui ſis alteri fidem habiturus, quam tuis ipſius oculis denegas. MEN. Videndo ſane vidi: ſed res eſt portentoſa, idem ut ignis & aqua fiat.

V.

ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΗΣ. PANOPES ET GALENES.

ΠΑΝ. PAN.

ΕΙδες, ὦ Γαλήνη, χθὲς, οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; Γ. 90 ἐγὼ ξυνεστιώμην ὑμῖν ἔγωγε· ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. τί δ' ἂν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα; ΠΑ. ἡ Θέτις γὰρ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεσαν ἐς τ' θάλαμον, ὑπὸ τ' Ἀμ-95 φιτρίτης καὶ τ' Ποσειδῶνος παραπεμφθέντες. ἡ Ἔρις δ' ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πάντας, ἐδυνήθη

1. VIdiſtin', Galene, heri, qualia deſignarit Eris inter coenam in Theſſalia, quod non & ipſa fuerit vocata ad convivium? GAL. Equidem haud una vobiſcum fui: Neptunus enim juſſit me, Panope, nullis fluctibus agitatum ac tranquillum interea ſervare pelagus. Quid ergo fecit Eris, quæ non aderat? PAN. Thetis & Peleus abierant in thalamum ab Amphitrite & Neptuno deducti. Eris interim clam omnibus (poterat autem facillime, dum

non potius ſtructura liquidiore τῶν πλακουντίων extuliſſet? Quare, niſi quis eruditior moretur, equidem haud intercedo, quin eo abeant, unde malum pedem intulerunt. De polypo autem qui cognoſcere cupit, illi legendos ſuadeo *Geſnerum*, *Aldrovandum*, *Rob. Conſtantinum* in Suppl. Ling. Latin. *Leon. Allatium*, ad *Euſtathii* Hexaëm. p. 100. atque alios. Ad *Lucianum* proxime convenit *Ovidius* Hal. v. 30. *At contra ſcopulis crinali corpore ſegnis Polypus haeret, & hac eludit retia fraude, Et ſub lege loci ſumit mutatque colorem, Semper ei ſimilis, quem contigit* — ut magis etiam conveniat, parvula mutatione confici poteſt: *Ut ſub lego loci ſumat, mutetque colorem*: nimirum, *hac fraude, ut ſumat* &c. *T. H.*

86. Ἰδὼν, εἶδον] An ſcribendum, εἶδον, εἶδον; *F. G.* Ἰδὼν εἶδον] *Intuitus vidi*. hoc eſt, cum ſemel vidiſſem iterum vidi. Suſpecta tamen mihi eſt haec lectio, & vera fortaſſe ſit εἶδον, εἶδον, *vidi, vidi*. *J. C.* Ἰδὼν εἶδον] Agitatus inter eos, qui de ſtylo N. F. ſcripſerunt, fuit hic locus. Ut Graecorum illud Interpretum Exod. III, 7. εἶδον εἶδον τὴν κάκωσιν τῦ λαοῦ μου, repetitum a Stephano A. A. VII, 34. pure Graecum probaret *Pfochenius* Diatr. §. 52. teſtem excitavit *Lucianum*, illum quidem in hac cauſa minime contemnendum. *Gataker*us eo, quem ſibi adverſarium delegerat, eruditione longe major Diſſ. de N. Inſtr. Styl. c. IX. ita verſatur in repellendo iſto Luciani loco, ut facile per multas ambages circumeundo declaret, expeditum ſibi non fuiſſe, quod recta via reſponderet. Quanquam eorum, qui orationem N. F. Graecam eſſe caſtigatiſſimam contendunt, opinio perquam mihi ſemper ridicula fuit viſa, haec tamen loquendi formula, etſi rariſſima, quin pauculis quibusdam veterum exemplis, quae ex *Xenophonte* & *Polybio* diligentiſſimus *Raphelius* adnotavit, poſſit confirmari, nequaquam inficiamur: nam quod in accuratiſſima praefatione *Sylburgius* ex *Pauſania* protulit ἰδὼν εἶδον, eſt illud ab hoc genere ſane diverſum: ceterum prudenter ſcriptum judico, quod adjecit: *ejusmodi phraſes occurrunt etiam in Sacris Literis ex Hebraica conſuetudine petitae*: nam ſaepenumero contingit, ut locutio quaedam native Graeca a LXX. Interpretibus & N. F. Scriptoribus, mutata paululum poteſtate, ad Hebraicam apte exprimendam adhibeatur: quo

dum hi quidem biberent, illi saltarent, alii vel Apollini citharam pulsanti, vel Musis canentibus adhiberent animum) impulit in convivium malum quam pulcerrimum, aureum totum, Galene: erat inscriptum: PULCRA ACCIPIAT: id autem provolutum quasi de industria pervenit ubi Juno, Venus & Minerva decumbebant.

2. Tum eo Mercurius sublato postquam perlegit inscripta, nos quidem Nereïdes conticuimus: quid enim oportebat facere, Deabus præsentibus? at hæ sibi quæque vindicabant, suumque esse malum contendebant: quin etiam, nisi Jupiter diremisset eas, ad manus res pervenisset. Ille tamen, ipse quidem, inquit, judicium non interponam ea de re (quanquam hoc ut faceret, istæ magno opere laborarent) abite vero in Idam ad Priami filium, qui certe noverit dignoscere pulcriorem formarum elegans spectator; neque is profecto judicaverit male. GAL. Quid ergo Deæ, Panope? PAN. Hodie, puto, petunt Idam; & aliquis adfuturus erit mox, qui nunciet nobis victricem. GAL. Jam nunc tibi dico, non alia vincet, Venere quidem certante, nisi valde sit arbiter hebeti oculorum acie.

δὲ ῥᾳδίως, τ῀ μὴ πινόντων, ἐνίων δὲ κροτούντων, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις προσεχόντων τ῀ νοῦν, ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσοῦν ὅλον, ὦ Γαλήνη· ἐπεγέγραπτο δέ, Η ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. Κυλινδούμενον δὲ τοῦτο, ὥστε ἐξεπίτηδες, ἦκε ἔνθα Ἥρα τε, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο.

Καπειδὴ ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γεγραμμένα, αἱ μὲν Νηρηίδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν· τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρουσῶν; αἱ δὲ ἀντεποιοῦντο ἑκάστη, καὶ αὐτῆς εἶναι τὸ μῆλον ἠξίουν. καὶ εἰ μή γε ὁ Ζεὺς διέτησεν αὐτὸς, καὶ ἄχρι χειρῶν προὐχώρησε τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐκεῖνος, αὐτὸς μὲν ἐν κρινῶ, φησὶ, περὶ τούτου (καίτοι ἐκεῖναι αὐτὸν δικάσαι ἠξίουν) ἄπιτε δὲ ἐς τ῀ Ἴδην παρὰ τ῀ Πριάμου παῖδα· ὃς οἶδέ τε διαγινώσκειν τ῀ καλλίονα, φιλόκαλος ὤν, καὶ οὐκ ἂν ἐκεῖνος κρίναι κακῶς. ΓΑ. τί οὖν αἱ θεαὶ, ὦ Πανόπη; ΠΑ. τήμερον, οἶμαι, ἀπίασι πρὸς τ῀ Ἴδην. ΓΑ. καί τις ἥξει μῆ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τ῀ κρατῆσαι; ΠΑ. ἤδη σοι φημὶ, οὐκ ἄλλη κρατήσει, τ῀ Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης, ἢν μή τι πάνυ ὁ ἀφιγμένος ἀμβλυώττῃ.

TPI-

quo quidem pacto aliam utique formam induit: *Luciano* quidem sartum tectum relinquimus suum illud ἔδων ἴδω. *T. H.*

7. Ἐπιλίξαιο] Hunc *Luciani* locum *Budæus* notavit in Comm. L. G. p. 660. Ab Ionibus ea potestate verbum ἐπιλήγειν celebratur, adeoque in *Herodoto* frequens, ut *Suidas* in Ἐπιλίξαντο. VIII, 128. Τῶν δὲ στρατηγῶν ἐπιλιξαμένους τὸ βιβλίον. Eum qui libenter imitatur, *Pausanias* saepius itidem habet IX. p. 762. de quo loco adsentior *Sylburgio*: nec non pari significatione ἐκλίξαι & ἐπιλίξαι. Ἀναγινώσκειν & ἐπιλέγεσθαι inter se commutat *Dion. Cass.* LX. p. 665. Idem est ἀναλεγόμενος *Eunap.* in Liban. p. 174. καὶ ὁ νῦν ἔχων ἀναλεγόμενος ἕκαστον αὐτῶν εἰσεται, *singula scripturam ejus qui legerit peritus judicandi, venustatem orationis animadvertet*: aberrat Interpres laudatissimus. *Callimach.* Epigr. XXIV. — Πλάτωνος Ἐς τὸ πρὶ ψυχῆς γράμμα· ἀναλεξάμενος. *T. H.*

11. Διέτησεν αὐτός] Commodius αὐτὸς scribi puto, quam lectionem agnovisse videtur *Benedictus*: *ac nisi Jupiter ipsas diremisset.* Paulo post κρίναι legas an κρῖναι nihil prorsus interest. Tum personas esse male collocatas, eoque modo, quem Doctiss. *Jensius* approbavit, ordinandas censeo. Quid si porro formulam Atticam scriptori nostro reddamus, τήμερον ἔδαι pro τήμερον οἶμαι; οἶμαι dubitationem aliquam habet, quae videtur hinc removenda, praesertim quia sequitur; καί τις ἥξει μῆ μικρόν. *T. H.*

17. Κρίναι] Mallem κρίνει, ut Θ. κρ. c. 2. de eadem re, οὐκ ἂν σαυτῷ δικάσειας κακῶς. *M. du S.*

Χαρισάμενος] Hujus omnium Edd. lectionis ſtructura claudicat, cui malo mederi voluit *H. Stephanus* exprimens χαρισαμένας· nimium arrogaſſent ſibi Nereides, praeſente Neptuno : quare maluiſſem χαρισάμενον, te ſcilicet Neptunum. Sed optimum eſt, quod Codicibus obſecutus dedi; utrosque complectitur Neptunum & Nereidas, genere tamen, ut fieri ſolet, ad potiorem relato : Dial. XIV. *Perſeum noſtis, opinor, τὸ τῆς Δανάης παιδίον, ὃ μὴ τῆς μητρὸς &c. ἰσωσάλις οἰκτίρασαι* ΑΥΤΟΥΣ. Ino prima *teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi*, cui & Athamanti marito Mercurius eum tradit de femore Jovis prodeuntem, καὶ πύθοι τρίφυν ὡς κόρῳ· tam ſollicite cavendum erat, ne furtivae prolis indicium aliquod ad Junonem permaneret. Poſtquam Ino in furorem acta mare ſubiiſſet, alio dolo fuit opus, quo miſellus ille Bacchus novercalibus odiis eriperetur : Διόνυσον δὲ Ζεὺς εἰς ἄρρεν ἀλλάξας τὴν Ἥρας θυμὸν ἔκλεψε· καὶ λαθὼν αὐτὸν Ἑρμῆς πρὸς Νύμφας ἐκόμισεν εἰς Νύσαν τὴν Ἀσίας καλουμένας. Haec *Apollodoro* narranti III. p. 171. plane conſentit *Ovid.* Metam. III, 313. *Pherecydes* ſcripſit non Mercurium, ſed Nymphas Dodonidas (non aliae ſunt, quam Nyſeides) *ad Thebas Liberum perlatum Inoni tradidiſſe*, teſte *Hygin.* Poët. Aſtr. II, 21. *Inoni* inquam, cum membranis meis & Ed. *Micylli*; nam Munckeriana perperam *Junoni*. Hinc *Orpheo* non Leucothea tantum θρέπτειρα εὐσεφύρου Διονύσου Hymn. LXXIII. ſed & Palaemon σύντροφος Βακχεχόρου Διονύσου H. LXXIV. alibi alias edit, quae operam Baccho nutriciam praeſtiterint, de quibus nunc quidem exponere commodum non eſt. Verum nymphis Dodoniſin gratia minime vulgaris fuit relata: nam quum ſenio jam paene dilaberentur, eas, exorante Baccho, Medea recoctas in priſtinum aetatis florem revocavit. Tractatum fuit hoc miraculum ab *AEſchylo* in Fabula, niſi plane fallor, Satyrica, ταῖς Διονύσου Τροφοῖς, ut docet *Schol.* in Argum. *Euripidis* Medeae, quae totidem fere verbis leguntur apud *Schol. Ariſtoph.* ad Equ. v. 1318. brevius aliquando Τροφοὶ in *AEſchyli* dramatum indiculo, *Heſychio*, & *Photii* Lex. Mſ. V. Ἐψιεῦσα· male *J. Meurſius* & *Stanleus* duas inde tragoedias concinnarunt. *T. H.*

58. Καὶ δύνασαι] Codex εἰκότως. νεανίας γὰρ ὢν δύναται ἀντέχειν πρὸς τὴν φορὰν. in vulgatis καὶ δύναται. Non longe ab his repone ex eodem codice: ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ δέους ἅμα συγχυθεῖσα ἐκ ἐλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως· *Perculſa, & pavore ſimul correpta, & vertigine ad volatum celerrimum :* non enim natarunt Phryxus & Helle, ſed per aerem ſunt lati. Vid. *Apoll.*

trite, non æquum eſt. NER. Helle vero, quî factum eſt, ut deciderit ab ariete, quum frater ejus Phryxus abſque periculo vehatur? NEP. Et merito quidem: nam juvenis eſt, ac poteſt ſuſtinere ſe adverſus motûs celeritatem: illa autem præ inſolentia, quum inſcendiſſet vehiculum prorſus inuſitatum, & proſpectaſſet in profundum immenſe patens, obſtupefacta, æſtuque ſimul aëris correpta, & vertigine ex violentia volatus, e manibus amiſit arietis cornua, quæ hactenus prehenſa tenuerat, &

555 οὐκ ἄξιον. ΝΗ. αὕτη δὲ ἄρα τί παθοῦσα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κριοῦ; ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρίξος ἀσφαλῶς ὀχεῖται; ΠΟ. εἰκότως γε νὴ Δία, ἡ μὲν [c] δύναται ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν· ἡ δὲ ὑπὸ ἀηθείας ὑπερβᾶσα ὀχήματος ὑπερδεξίου, καὶ ἀπιδοῦσα εἰς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ [d] θάλπει ἅμα ἀχθεῖσα, καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ, ὧν τέως [e] ἐπειλημμένη, καὶ κατέπεσεν εἰς

[c] Δύναται] δυνατὸς G. P. L. [d] Θάλπει ἅμα ἀχθεῖσα] Θάλπει G. tum συχθεῖσα G. P. *AIW.* [e] Ἐπειλημμένη] Priores Edd. ἀπειλημμένη. ἐπειλ. P. notaturque in marg. *AIW.*

lod. Bibliothec. lib. 1. In Mſ. tamen pro θάμβει, ſcribitur etiam θάλπει, quod non probo, quamvis poſſemus explicare: ſed συχθεῖσα, pro vulgato χυθεῖσα, cunctis, ſat ſcio, bellis hominibus arridebit. *J.G.G.*

Δύναται] G. P. & L. Tangit eandem fabulam dialogo ſuperiori. *M. du S.*

Δύναται] Hoc teneas an δυνατὸς minimum refert: contra ἡ Ἕλλη μὴ δυναμένη ἀντέχειν κατέπεσεν εἰς τὸ ἀκεανόμορον πέλαγος. *Schol. Homer.* ad Il. H, 86. *T.H.*

59. Ὀχήμ. ὑπερδεξίου] Erat enim *caper volans*; vide ἀστρ. c. 14. & *Apollod.* I. p. 16. B. *M. du S.*

61. Τῷ θάμβει ἅμα χυθεῖσα] Scio recte dici θάμβει vel ἐκπλήξει ἔχεσθαι, ut μανίαις ἔχεσθαι apud *Platon.* p. 940. D. ἔχεσθαι χαλιπωτέραν δεσμοῖν *Anton. Liber.* c. XXX. vel συνέχεσθαι, quemadmodum ἐπιθυμίαις, ὀργῇ συνέχεσθαι *Adamant.* in Phyſiogn. illud etiam, recte jungi θάμβος & ἔκπληξιν, & frequentiſſime quidem a recentioribus: *Eunap.* περὶ Πρισκ. ἐκπλήξει τε θάμβει συνδήσαντες. *Damaſc.* apud *Phot.* p. 556. v. 17. ἵδρωσα μὲν ὑπὸ θάμβους τε ἐκπλήξεως ſed quorſum in hac lectione pertineat ἅμα, expedire nequeo: iſta ſane particula diverſum quiddam poſtulat ab ἐκπλήξει, quod ſimul cum ſtupore tenellam virginem corripuerit, præcipitemque labi fecerit in mare. Quocirca, quod repudiavit *Graevius*, patrocinium iſtius ſcripturae τῷ θάλπει non ſubterfugio: non quin melius aliquid extundere forte queat ingenium acutius; ſed quod vulgatae ſaltem lectioni praeferenda videatur: θάλπει enim interpretari licet *fervorem aëris*, qui ſpiritum delicatulae virginis intercepit eo facilius, quod aries impetu volatus altioris celerrimo proveheretur: nihil autem vetat, quo minus *Luciano* licuerit hanc etiam cauſam plane veriſimilem interponere delabentis Helles. Ut aëri aeſtu Solis calefacto θάλπος, ſic & alia pari poteſtate vocabula tribuuntur, φλόγμα, καῦμα, πνῖγος, hoc quidem ex eo dictum, quod ſuffocet, & animae meatum impediat: opportunum ergo πνίγει, θάλπει συνίσχει. Ita commodum erit & ΤΩ θάλπει, & ἅμα ſuum locum jure tuebitur. Similia quaedam Δ. Θ. XXV. de Phaëtonte, quae comparari operae ſit pretium: in primis illud, ἐκπνέψας εἰς βάθος ἀχανὲς ξηκλόγη· hoc βάθος ἀχανὲς ſublimius evectam indicat, ubi radiis ſolaribus aërem accendi facillime veteres putabant: & quod paulo ante praecedit ἐγκρατὴ εἶναι τῆς ἡνίας· hic contra, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων, quae vertigine correpta & ſpiritu ſuppreſſo manu retinere non poterat. *Iſocrat.* Panath. p. 252. C. θρασύτερόν τι λῆμμα ἄμφω ἢ κατ' ἐμαυτὸν, ἀκρατῆ τι γενόμενον ἰδεῖν· illud extremum tam languens ut ab *Iſocrate* fuerit profectum! quanto plenius atque etiam venuſtius exibit ἐνιῶν; abreptum ſe rerum adfluentium aeſtu refraenare orationem non potuiſſe dicit, neque ei moderari ἐμμείσασα τῇ πραότητι τῷ πυρὶ τὸν λόγον, ἣν εἶχεν. Porro ſunt in *Luciano* copulanda ὑπὸ ἀηθείας ἐκπλαγεῖσα &c. *Plato* Theaet. p. 128. E. ἰλιγγιᾷν τι ἢ (ὁ σμικρὸς οὐσῶς τὴν ψυχὴν ὁ δημὸς ὁ δικανικὸς) ἀπὸ ὑψηλοῦ χρεμασθεὶς, καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν, ὑπὸ ἀηθείας ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν. *T.H.*

62. Ἰλιγγιάσασα] Σκολιοῦσθαι vox Syracuſana, ὅταν δὲ περὶ τὴν καρδίαν τρόφος γένηται, ἐκκαλοῦσι σκότος, καὶ τοῦτο τὸ πάθος καλοῦσιν ἰλιγγον. Interp. *Ariſtophan.* Acharn. Ἰλιγγιᾷν τὸ ἰσκοτοῦσθαι (leg. σκοτοῦσθαι) καὶ δινεῖν ὥσπερ ἕλικας, κύκλῳ συστρέφειν. *Heſych.* *J.B.*

64. Ἀπειλημμένη] An ἐπειλημμένη. *F.G.*

Ἐπειλημμένη] P. optime, uti reſcribere jubebat Clariſſ. Hemſterhuſius, p. 83. *M. du S.*

Ἐπειλημμένη] Rejeci vulgatum ἀπειλημμένη, quia cum ratione & uſu linguae Graecae pugnabat: nusquam enim ἀπολαμβάνειν eum in modum accipitur, aut per linguae genium accipi poteſt. *Stephanus* itaque Th. T. II. p. 565. A. quum ad eam apprehendendi ſignificationem ſtabiliendam hunc attuliſſet ſolum *Luciani* locum, caute addit: *Sed fortaſſe pro ἀπειλημμένη legendum eſt ἐπειλημμένη. nam verbum ἐπιλαμβάνομαι paſſive etiam* (potius dixiſſet *medio*, vel, *verbi medii virtute*) *uſurpatur pro apprehendo.* Nihil eſt illo uſu frequentius, quem ſatis firmant exempla ab *H. Stephano* producta: *Noſter* in Ἐνύχ. §. 4. τῶν κερουσκῶν ἐπειλημμένην. *Maxim. Tyr.* Diſſ. V. ἐπιδόντος ἐπὶ τοῦτο αἴας καλοῦ ἐπιλαβέσθαι. *Artapanus* apud *Euſeb.* Προπ. Εὐ. IX. Τὸν δὲ Μώσεα &c. ἐπιλαβόμενον τῆς ὑρᾶς. Plures ſcribunt Herculem in nobili certamine Acheloi κῦ κέρατος vel θη-

ἐς τὸ πέλαγος. ΝΗ. οὐκοῦν ἐχρῆν ἡ μητέρα τὴν Νεφέλην βοηθεῖν πιπτούσῃ; ΠΟ. ἐχρῆν· ἀλλ' ἡ Μοῖρα πολλῷ τὴν Νεφέλης δυναμωτέρα.

defluxit in mare. NER. Non oportebat matrem Nephelen auxilium ferre cadenti? NEP. Oportebat: ſed fatum multo Nephele potentius.

X.

ΙΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

IRIDIS ET NEPTUNI.

ΙΡΙΣ.

IRIS.

Τὴν νῆσον τὴν πλαζομένην, ὦ Πόσειδον, [a] ἀποσπασθεῖσαν τῆς Σικελίας, ὕφαλον ἔτι συμβέβηκε. ταύτην, φησὶν ὁ Ζεὺς, στῆσον ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποίησον ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένειν, στηρίξας πάνυ ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς. ΠΟ. πεπράξεται τοῦτο, ὦ Ἶρι. τίνα δὲ ὅμως παρέξει αὐτῷ τὴν χρείαν ἀναφανεῖσα,

1. INſula iſta errans, Neptune, avulſa a Sicilia, tecta fluctu adhuc natat: eam ipſam, ait Jupiter, e veſtigio conſtitue, inque lucem profer, & fac jam ut conſpicua in AEgæo medio ſtabilisque maneat, firmata immotis radicibus: non enim nullus erit ejus uſus. NEP. Jamjam factum erit, Iri: veruntamen quem præbebit ipſi uſum in lucem educta, neque amplius in-

[a] Ἀποσπασθεῖσαν] τὴν λῆσσ. G.

Σατίρου τὴν κυάτων ἐπιλαβόμενον illud defregiſſe. *Heſych.* Ἐπιλημμένη, κρατοῦσα· ad hanc formam emendari debet bis in eo vitioſe ſcriptum, ſemel Ἀπιλημμένη, ἀμαυρώσασα, iterum Ὑπιλημμένη, ἀντιλαμμένη· cujus erroris culpa, quanquam mendoſos codices forte poſſet excuſare, in ipſius tamen *Heſychii* caput recidit. Idem poſt Ἐπιλήψιος, vel potius, quod reſtituendum eſt, Ἐπιλήμψιος· Ἐπιλημμένος, κατέχων, τετυχηκώς. *T.H.*

66. Νεφέλῃ] Scribe Νεφέλην, Nephelen, cum in vulgatis non edatur tanquam proprium. *J.G.G.*

69. Τὴν νῆσον τὴν πλ.] Delon maris AEgæi, Cycladum omnium clariſſimam, in qua Latona Apollinem ac Dianam dicitur enixa: de qua *Cicer.* III. in Verr. & *Virgil.* III. Georg. Dicta autem putatur Δῆλος ἀπὸ τοῦ δηλοῦν, quod, cum antea mari tecta eſſet, Latonae locum ad pariendum quaerenti repente ſe oſtenderit. *G.C.*

Τὴν νῆσον &c.] Bene liber ſcriptus: τὴν νῆσον τὴν πλαζομένην, ὦ πόσειδον, τὴν ἀποσπασθεῖσαν. *J.G.G.*

Τὴν . . . . .] Locus mutilus aut corruptus. Pro τὴν, quod habet Gr. Mſ. ante ἀποσπασθεῖσαν, legendum cenſeo ἣν. *M. du S.*

Τὴν νῆσον τὴν πλ.] Mutilum eſſe hunc *Luciani* locum mea concedo: ne quid corrupti infideat, valde vereor. Primum ex C. Gr. τὴν λῆσσ. libenter adſcivero; apte congruunt τὴν πλαζομένην, τὴν λῆσσαν ἀποσπασθεῖσαν. Deinde avulſam a Sicilia fuiſſe Delum quis alius tradiderit, non reperior: de Cilicia neſcio quid animo obverſatur, quanquam locus ſcriptoris haud ſuccurrat. Et ſane multo facilior erat curſus a Cilicia eam in ſedem, ubi fundata fuit Delos, quam ſi demta Siciliae eodem ferri itinere impeditiore debuiſſet: conſiderandum itaque, an dederit *Lucianus*, τὴν ἀποσπασθεῖσαν τῆς Κιλικίας. Hoc ſcilicet tum factum, quum — τὰς πρώτας μήνας θεὸς ὕμνει θεόν Ἀφροτριγλόχιν — Νῆσον ἐπαλίαις εἰργάζετο — Delum vero οὐκ ἴθλιψεν ἀνώγει, Ἀλλ' ἄφιτον πελάγεσσιν ἐπίκλυσε — ut poetica fide canit *Callimach.* H. in Del. v. 30. qui idem mox inſtabiles inſulae errores, antequam firma radice niteretur, ſed in AEgaeo mari ſolum ad ſinum Saronicum & Euripum, commemorat. Porro diffidere mihi tantum videntur ὕφαλον ἐπινήχειν, ut commode jungi non poſſint: eſt enim ἐπινήχειν, *in ſummo mari erraticam innatare*, ὕφαλον autem *mari merſus*, vel ſaltem *ſolo fluctibusque tectus*: unde ὑφάλεια πέτρα. Callimacho quidem licuit Delum dicere ἐπιπλεῖν. v. 36. 53. 212. ut qui, quamvis ſedibus continuo mutatis vagantem, conſpicuam tamen fecit: Luciano non item; nam Delos apud eum mari merſa delitescit, donec in lucem prodeat, atque inſularum in ordinem defixa cogatur; ideo ἀνάφηνον & ἀναφανεῖσα, & a Neptuno jubetur ἀναδῦναι ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ἀποφύγῃ. Hoc incommodum amoveri poteſt ſcribendo, ὕφαλον ἔτι νῆχε συμβέβηκε· neque illud ἔτι opportune poni quisquam diffitebitur; mox, καὶ μηκέτι πλέωσα· id autem idem virii genus ſaepius e Luciano nobis eluendum erit. De exortu Deli repentino, prolatis Luciani verbis,

natans? IR. Latonam in ea insula oportet partum deponere: jam nunc enim male a doloribus habet. NEP. Quid ergo? non idoneum est cœlum, in quo pariat? hoc si minus, at tota saltem terra nonne excipere possit Latonæ partus? IR. Minime, Neptune: nam Juno jurejurando gravi obstrinxit terram, ne præberet Latonæ commodam pariendo sedem; jam isthæc insula jurata non est, quippe nondum conspicua.

2. NEP. Rem teneo. Consiste, insula, atque emerge iterum ex profundo, nec porro sub undis ferare; sed fixa mane, ac suscipe, fortunatissima, fratris liberos binos, pulcerrimos Deorum. Vos, Tritones, transvehite Latonam eo; cunctaque stent tranquilla. Draconem vero, qui nunc velut œstro exagitat illam territans, infantes, mox atque nati fuerint, ulciscentur, ac pœnas expetent pro matre. Tu renun-

ἢ μηκέτι πλέουσα; ΙΡ. Τ Λητὼ ἐπ' αὐτῆς δεῖ ἀποκυῆσαι· ἤδη γὰρ πονήρως ὑπὸ τ ὠδίνων ἔχει. ΠΟ. τί δῆτα; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐντεκεῖν; εἰ δὲ μὴ οὗτος, ἀλλά γε πᾶσα ἡ γῆ οὐκ ἂν ὑποδέξαιτο δύναιτο τὰς αὐτῆς γονάς; ΙΡ. Οὐκ, ὦ Πόσειδον· ἡ Ἥρα γὰρ ὅρκῳ μεγάλῳ κατέλαβε τ γῆν, μὴ παρέχειν τῇ Λητοῖ τ ὠδῖνων ὑποδοχήν. ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστιν· ἀφανὴς γάρ ἦν.

ΠΟ. Συνίημι. ϛῆθι, ὦ νῆσε, καὶ [b] ἀνάδυθι αὖθις ἐκ τ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρου, ἀλλὰ βεβαίως μένε, καὶ ὑπόδεξαι, ὦ εὐδαιμονεστάτη, τ ἀδελφῇ τὰ τέκνα δύο, τὼ καλλίστω τ θεῶν. καὶ ὑμεῖς, ὦ Τρίτωνες, ἀμφιπορθμεύσατε τ Λητὼ εἰς αὐτήν· καὶ γαληνὰ ἅπαντα ἔστω. τ δράκοντα δὲ, ὃς νῦν ἐξοιστρεῖ αὐτὴν φοβῶν, τὰ νεογνὰ, ἐπειδὰν τεχθῇ, [c] αὐτίκα μέτεσι, καὶ τιμωρήσει τῇ μητρί· σὺ δὲ

[b] Ἀνάδυθι] ἄνιθι P. [c] Αὐτίκα μέτεσι] αὐθίως μετελθεῖ. B.

bis, agunt *Brod.* ad Anthol. I. c. 58. *Barth.* ad *Stat.* Theb. I, 702. Adverſ. XLIX. c. 5. Verbum vero inprimis opportunum ἀναφαίνειν & ἀναφανῆναι, ex quo alterum etiam Deli nomen extitiſſe Ἀναφλῶ, ἐπειδὴ ἀναφανῆναι δῆλη ἐγένετο, ἀδηλουμένη & ἄφαντος ὕστα τὸ πάλαι, prodidit *Philo* περὶ Ἀφθ. Κόσμου p. 960. A. ſed Judaei hominis errorem, qui Anaphen ut nomine, ſic ſitu diſſociatam cum Delo confudit, merito caſtigarunt *L. Holſten.* ad *Stephan.* in Ἀνάφη, & *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Del. v. 53. Rhodum quoque, cujus & *Philo* eandem ob cauſam meminerat, olim infra fluctus depreſſam ἀναφανῆναι ὕστερον ἐκπυθῆναι Heraclides ait. *T. H.*

73. Δῆλον] Et inde nomen Inſulæ, *Delos. M. du S.*

87. Ἀνώμοτος] *Thom. Mag.* in Ἀνώμοτος utitur hoc loco. *T. H.*

90. Ὦ Τρίτωνες] Tritones plures. *Virgil.* V. AEn.

Tritoneique citi, Phorcique exercitus omnis.

Idem X. AEn. v. 210.

Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta; cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem præfert, in Priſtin deſinit alvus.

Sunt qui triremis nomen volunt eſſe a Tritone in ea depicta belua marina: nam & nunc quoque ſuum cuique navigio nomen inditum eſt. Sic Scyllam, ſic Pegaſum nomina navium fuiſſe putat *Palaephatus* περὶ Ἀπίστων, non monſtra, ut poëtae fabulati ſunt. Tritonem *Lycophron* Νηρέως γόνον vocat, alii, Neptuni & Amphitritae; ſuperiori quidem corporis parte umbilico tenus humanam effigiem referentem, ſed poſteriori usque ad caudam eſſe delphinem; revera nihil aliud, quam ἰχθυοκένταυρον. *Lycophronis* enarrator citat Aceſandrum quendam authorem, Eurypylum & Tritonem Neptuni & Celaenûs liberos eſſe. Alii Tritonem Oceani & Tethyos faciunt, patris & Neptuni tibicinem; pro tuba concha uti, quam *bucinam* vocitatam volunt. Quidam in literas retulerunt, Tiberio Caeſari quendam nunciaſſe Tritonem in ſpecu quodam viſum, auditumque concha canentem. Eadem perſuaſio irrepſit de Nereïdibus, quae ſquamis in hiſpido corpore veſtitae humanam effigiem habeant. Hujusmodi Tritones piſces velociſſimos pro Diis cultos inveniri *Plin.* lib. IX. c. 5. graviſſimis teſtimoniis probat; hodieque viſuntur Romae imagines pleraeque. Tritonem ejusque buccinam deſcribit *Ovid.* I. Metam. & II. *G. C.*

94. Αὐτίκα μέτεσι & τιμωρήσει] Mſ. αὐθίως μετελεύσεται & τιμω. Sequens Dialog. ex *Homer.* Il. v. *Philoſtr.* *J. B.*

Μέτεσι & τιμωρήσει] Quod Angl. Cod. praefert, vulgatae lectionis eſt interpretamentum. Vid. Clariſſ. *Dukerum* ad *Thucyd.* II, 44. n. 99. & quae monui p. 9. n. 7. *T. H.*

δὲ ἀπάγγελε τῷ Διὶ πάντα εἶναι [a] εὐτρεπῆ. 95 cia Jovi, omnia esse parata: constitit Delus; veniat Latona & pariat.
ἕστηκεν ἡ Δῆλος· ἰέτω [b] ἡ Λητὼ καὶ τικτέτω.

XI.

ΞΑΝΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΗΣ. XANTHI ET MARIS.

Ξ Α Ν. X A N.

ΔΕξαι με, ὦ θάλαττα, δεινὰ πεπονθότα· κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα. Θ Α. τί τοῦτο, ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυσεν; Ξ Α. Ἥφαιστος. ἀλλ' ἀπηθράκωμαι ὅλως ὁ κακοδαίμων, καὶ ζέω. Θ Α. Ἀλλὰ τί δέ σοι ἐνέ-

1. RECIPE me, Mare, gravia passum; restingue mea vulnera. M A R. Quid hoc est rei, Xanthe? quis te exussit? X A N. Vulcanus: imo torrefactus sum plane ego miser, & ferveo. M A R. Quam ve-

a Εὐτρεπῆ] εὐτρεπῆ priores Edd. praeter *B2.* quae recte εὐτρεπῆ, quemadmodum in G. L. b Ἡ Λητὼ] ἡ Λήτω ἠδὴ καὶ P.

95. Εὐτρεπῆ] Scribe, ut olim conjeci, & postea Mss. firmari didici: πάντα εἶναι εὐτρεπῆ, *omnia esse parata*: vulgo legitur πάντα εἶναι εὐπρεπῆ, & vertitur, *praeclare omnia se habere*: inepte. *J.G.G.*

Εὐπρεπῆ] Verte: *omnia, ut decet, parata esse*, non, *praeclare omnia se habere*. *J.C.*

Εὐτρεπῆ] Ita praeter Mss. Gr. etiam L. & *St.* & *B2.* Reliquae Edd. mendose εὐπρεπῆ. *M du S.*

Εὐτρεπῆ] Reponere vel sine membranis non fuissem veritus, quum potestatem ejus vocabuli locus omnino flagitet: significat enim Neptunus expedita esse omnia, quae Jupiter fieri jussisset, ac parata. *Xenoph.* Ephes. IV. p. 58. Ἦν δὲ πάντα εὐτρεπῆ, κάμηλοί τε σκευαί &c. *Euripid.* Cycl. v. 593. — ὡς σοὶ ταῦθ' ὑπὸ σὺ εὐτρεπῆ. *Antiphan* apud *Athen.* VI. p. 238. B. Ἂν ἡ τὸ σιτάρχημα δεῖπνον εὐτρεπές. *AEschines* in illa multo facetissima Ep. X. καὶ ὁ λόχος ἐξ ἡμέρας ἐπὶ τὴν Καλλιφρόνου εὐτρεπής. *Demosth.* Phil. I. p. 49. F. εἶδος, εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς. *Noster* in primo Cataplo: τὸ μὲ σκάφος τοῦτο ἡμῖν πάλαι εὐτρεπές. Idem vitium in *OEcumenio* sanatum a *Billio* Sacr. Obs. I. c. 21. a *Jungermanno* foedius etiam corruptum in *Poll.* X, 76. ab aliis alibi: neque tamen eo minus locis pluribus neglectum hactenus inhaeret. Mirifice lusit in utrisque conturbandis vocibus incertus librariorum error. Pro eo, quod bene vulgatur apud *Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 70. ἅτε τὸ θέατρον εὐτρεπὲς, pejus alii Codd. εὐπρεπές. In *Onosandri* Strat. c. VI. ἀλλ' ἅμα ἐς ὡρισίαν ὦσιν ἐπιδέξιοι, καὶ ἐς μάχην εὐπρεπεῖς, rectius *Fed. Morelli* liber εὐτρεπεῖς. *Schol. Aristoph.* ad Equ. v. 908. ἴδιόν ἐστι τῶν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς τὸν πόλεμον εὐπρεπῆ· at tutius sequimur auctorem *Suidam*, qui praetet εὐτρεπῆ in Τριηραρχῶν. Laudo *Barnesium*, qui *Euripidi* reddidit Iphig. in Taur. v. 245. — καὶ κατάργυμα Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη sicut Herc. Fur. v. 497. Σὺ μὲ τὰ νῦν εὐτρεπῆ ποιοῦ, γύναι· & *Long.* Pastor. IV. p. 129. Θεραπεύσεί μοι μόνον εὐτρεπῆ τὰ γαμήλια. Jam verba conferamus *Athenionis* Comici apud *Athen.* XIV. p. 661. D. Τά τ' ἔνδον εὐτρεπῆ ποιεῖ λαβών, & *Nicostrati* XV. p. 685. C. — καὶ σὺ μὲ Τὴν δέλτον τρίπτυχον εὐτρεπῆ ποιεῖ, num dubitabis, quin utrobique refingi oporteat εὐτρεπῆ; tametsi posteriore loco subdatur, Κόσμησον αὐτὴν παιδικοῖς τραγήμασι. Est tamen interdum, ubi vix decernas, utrum praeponi conveniat: *AEschyl.* Sept. contra Theb. v. 90. Βοᾷ γὰρ τειχέων Ὁ λευκάσπις ὄρνυται λαὸς εὐπρεπής· ita *Scholiastes* unus explicans, εὐπρεπὴς ἤτοι τοῖς ὅπλοις κεκοσμημένος, ἐπὶ τὴν πόλιν τρέχων (male πρέπων editur) alter habet εὐτρεπής. Par dubitandi ratio in Supplic. *Euripid.* v. 392. Στρατὸς δὲ θάσσει, καίπερ ἐξ ἑτοίμου παρὼν Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνὸν εὐπρεπὴς ὁδὸς. Verum apud *Athen.* VI. p. 268. F. & *Poll.* VI, 59. praetulerim equidem in *Pherecrate*, Καὶ μὴν παρῶν τιμάχῃ μὲ ἐξαπατήσεις, Καλαχυσματίοισι παιδοδαπέσιν εὐπρεπῆ nusquam enim ad εὐπρεπὴς, quantum nunc quidem memini, dativus accedit. *T.H.*

ΞΑΝΘΟΣ] Qui & Scamander. Hujus imaginem exhibet *Philostratus* omnium primam p. 764. *M. du S.*

99. Ξάνθῳ] Xanthus Lyciae amnis in campis Trojanis, qui & Scamander dicitur, a colore aquae flavo dictus, qui color in Tyberi conspicitur: unde *Horatius*: *Vidimus flavum Tyberim.* Xanthum διίστην nuncupat *Homerus* Il. Ξ. & Θ. his verbis:

Ξάνθου διίστου, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.
Νόστι νῦν ἀγαγὼν παρὰ μοῦνον ἐπὶ διίστην,
Ἐς καθαρήν. — —

Hujus meminit *Eustathius* circa finem Il. Β. & *Strabo* lib. XIV. *G.C.*

1. Ἀπ. ἀλ.] Lego ἀπηθράκωμαι ὅλως. Vide initium Plu. *M. du S.*

Ὅλως

vero ob cauſam tibi injecit ignem. XAN. Ob filium Thetidis: quum enim occidentem Phrygas ſupplex adirem, atque ille tamen iram non remitteret, quin etiam cadaveribus obſtrueret mihi flumen, miſeratus infelices irrui tanquam undis merſurus, quo territus abſtineret ſe a virorum cæde.

2. Ibi tum Vulcanus (forte enim propius aderat) quantum, credo, habebat ignis, & quodcumque in AEtna, & ſicubi uspiam collecto, impetum in me fecit, incenditque ulmos ac myricas; tum quoque aſſavit infeliciſſimos piſces & anguillas: ipſum vero me quum effervefeciſſet, parum abeſt, quin totum aridum reddiderit. Vides igitur, quomodo ſim adfectus ab

βαλε τὸ πῦρ; ΞΑ. Ἀφ' ὑιὸν Θέτιδος· ἐπεὶ γὰρ Φονεύοντα τὺς Φρύγας ἱκέτευσα, οὐδ' ὡδὲ ἐπαύσατο ὀργῆς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν νεκρῶν ἀπέφραττέ μοι τὸν ῥοῦν, ἐλέησας τὺς ἀθλίους ἐπῆλθον, ὑποκλύσαι θέλων, ὡς φοβηθεὶς ἀποσχοίτο τῶν ἀνδρῶν.

Ἐνταῦθα ὁ Ἥφαιστος, ἔτυχε γὰρ πλησίον πως ὢν, πᾶν ὅσον, οἶμαι, πῦρ εἶχε, καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ εἴποθι ἄλλοθι, Φέρων ἐπῆλθέ μοι· καὶ ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας, καὶ μυρίκας· ἔψησε δὲ καὶ τὺς κακοδαίμονας ἰχθῦς, καὶ τὰς ἐγχέλυας· αὐτὸν δὲ ἐμὲ ὑπερθερμήναι ποιήσας μικρῶ δεῖν ὅλον ξηρὸν εἰργάσατο. ὁρᾷς δ' ὃν, ὅπως ἀφήκεμαι ὑπὸ τοῦ καυ-

Ὅλως] Quin ſcribere potuerit *Noſter* ὁλῶ, minime dubium eſt: ita ſcripſiſſe, quis pro certo adfirmabit? Vulgatam lectionem tuetur obſervatio *J. Jenſii* ad Hermotimi initium. Hoc eorum in numero repono, de quibus quid Auctori placuerit liquido conſtare non poteſt; veluti mox ἀπέφραττέ μοι τὸν ῥοῦν nihilo foret deterius, ſi μοῦ legeretur. Modo ante pro τραύματα cui, paulo quidem attentiori, non veniant in mentem καύματα; tum quia praecedit κατέσβεσεν, cum quo haec vox aptiſſime congruit; tum quod ſequatur, τίς σε κατέκαυσεν; quae cogitationem *Luciani* eo in vocabulo defigere fere debuiſſe dicas: hic certe multo probabilius illam conjecturam adhibere licet, quam fecit *Cuperus* in Timone p. 101. v. 23. Neque tamen eo facile deſcendero, ut a Noſtro τραύματα proficiſci non potuiſſe contendam: ad Timonem ea notavimus, quae ab hac lectione defendenda haud prorſus abhorrent. *T. H.*

3. Τῆς Θέτιδος] Parum commode *Thetis* & *mare* diverſae fiunt. Certe *Virgilius* Thetidi mare tribuit:

Thetis emat omnibus undis. *M. du S.*

13. Μυρίκας] Lege ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας ἐν μυρίκας. Ex *Homero* hauſit, qui Iliad. Φ. v. 350.

Καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρίκαι, &c.
Τίφθεν' ἐγχέλυες τε ἐν ἰχθύες. *J. G. G.*

16. Ὑπὸ τοῦ καυματίου] Herculis ἐγκαύματα, quae uſtulatus ab OEta monte detulerat in coelum, ſanaſſe ſe gloriatur AEſculapius Θ. Δ. XIII. §. 2. Utram ſcribendi rationem ſequaris, non ita multum refert: quanquam ἐγκαύματα proprie vocentur λοιὰ τῶ ἐγκαίειν notae velut igne ſignatae atque inuſtae, ut literatis ſervis ſolet. *Noſter* in Catapl. c. 24. καί τοι τί τοῦτο; ἔχω μὲν ἐν σημεῖα τοῦ ἐγκαυματίου· σὺν οἶδα δ', ὅπως ἐξαλείψω, μᾶλλον δὲ καὶ ἐποίησα. Τραγίσκιον *Etymologus* exponit ἐγκαυμα ἔστιν γεγηρακότος ἐπὶ τὸ γνάθου, quale *Anacreonti*, vel qui perſonam ejus mentitur, πυρὸς χάραγμα nominatur Od. LV. *Plato* in Tim. p. 1045. F. ὅσα οἷον ἐγκαύματά μοι ἀνεπλήρου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε. *Chalcidius* mentem philoſophi reddidiſſe contentus verba non adnumeravit: *Forsque etiam quod ſtudioſa ſenis & aſſidua relatio meracam quandam, & inobſoletam impreſſerit animo notam*: cui lectioni non malae quidem neſcio tamen an anteferenda ſit, quam ſuppeditat Cod. Bodl. *inabolitam infecerit*, eo uſu verbi, qui ab inficiendis lanis, unde & *lanarum infectores Plinio*, ductus eſt: certe videtur *Plato* loquendi formulam ab illo pingendi modo, qui ceram inurit, derivaſſe; κηρογραφίαν & ἐγκαυστικὴν vel κηρόχυτον γραφὴν vocant, de qua *Henr. Valeſ.* ad *Euſeb.* de V. C. I. c. 3. hinc ἐγκαύματα ἀναθηματικὰ, quibus aedes ornatiſſime fuiſſe excultas Tanagrae *Dicaearchus* tradit B. E. p. 12. & ἔγκαυσις τῶν θυρῶν in Inſcript. apud *Sponium*, quod *Auſonio* dicitur *ceris inurere januarum limina* Ep. XXVI. v. 9. Verum & medici ἐγκαύματα puſtulas appellitant, ſeu veſiculas vi frigoris aut ignis (utrique rei communia ſunt *urendi*, *adurendi*, τῶ καίειν & ἀποκαίειν verba) excitatas: *Scholiaſtes* ad iſta Lucianei Lexiphanis, καὶ ὅτι καύματα ἦν, notat: ἔοικε τὰ ἀπὸ τῶ πυρὸς γινόμενα ἐγκαύματα εἰς τὸ σῶμα ἡμῶν λέγειν. Φῶνδας *Ariſtophanis* in Plut. v. 535. ex Apollodoro *Schol.* interpretatur τὰ ἐπικαύματα τὰ ἀπὸ πυρὸς, *Etymologus* τὰ ἐκ τοῦ σπάλιστι γινόμενα ἐκκαύματα ἀπὸ τῶ πυρός. Non aliter Interpreti veteris *Nicandri* ad Ther. v. 682. χιμέτλαι ſunt τὰ ἀπὸ κρομμύου γινόμενα τοῦ ποδὸς ὑποκαύματα, quorum vice *Suidas* ὑποκαύματα ſcripſit: reperiuntur etiam ἐκκαύματα in *Ariſtoph. Schol.* ad Pac. v. 540. ſed depravata, & *Suida* duce vertenda in ἐγκαύματα. Ex his conſtat, utroque *Luciani* loco nihil obſtare, quominus, ſecus atque olim arbitrabamur, priſca ſcriptura ſervetur. Sunt alioquin ἐκκαύματα *cremia*, *colliſia*, *arida ſarmenta*, quae igni admota flammam cito concipiunt: membranis auctoribus illa vox eſt reddita *Polluci* VII, 110. X, 110. quum prius ἐγκαύματα legerentur: neque intercedo, quin horum in locum itidem iſta ſubjiciantur VI, 91. & apud *Heſych.*

ἐκκαυμάτων. ΘΑ. [a]Θολερός, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμός, ὡς εἰκός· τὸ αἷμα μὲν ἀπὸ τῶν νεκρῶν· ἡ θέρμη δέ, ὡς [b]φησ, ἀπὸ τοῦ πυρός. ΧΑ. εἰκότως, ὦ Ξάνθε, ὃς ὅτι τὸν ἐμὸν υἱὸν ὠργήσας, οὐκ αἰδεσθεὶς ὅτι Νηρηίδος υἱός ἦν. ΖΑ. οὐκ ἔδει οὖν ἐλεῆσαι γείτονας ὄντας τοὺς Φρύγας; ΘΑ. τὸν Ἥφαιστον δὲ οὐκ ἔδει ἐλεῆσαι Θέτιδος υἱὸν ὄντα τὸν Ἀχιλλέα;

istis incendii notis. MAR. Turbidus, o Xanthe, atque æstuans, ut par erat: sanguis a cadaveribus; æstus, ut ais, ab igne. Neque id immerito, Xanthe, qui in meum nepotem irruisti, non veritus nec cogitans Nereïdis esse filium. XAN. Non decebat ergo misericordia tangi vicinorum meorum Phrygum? MAR. Et Vulcanum non decebat misericordia tangi Achillis, qui Thetidis esset filius?

XII.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ. DORIDIS ET THETIDIS.

Δ Ω Ρ. D O R.

Τί δακρύεις, ὦ Θέτι; ΘΕ. καλλίστην, ὦ Δωρί, κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβληθεῖσαν, αὐτήν τε, καὶ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγέννητον· ἐκέλευσε δὲ ὁ πατὴρ τοὺς ναύτας, ἀναλαβόντας τὸ κιβώτιον, ἐπειδὰν

QUid lacrimare, Theti? THE. Formosissimam, Dori, vidi puellam in cistam a patre conjectam, tum ipsam, tum infantem ejus modo natum: jussit autem pater nautas sublatam arcam, ubi

a Θολερὸς] θολερῶς P. L. *f. Vr. Alw.* in qua mox pro θέρμη notatur θέρη, quod quid sibi velit ignoro: θέρη tamen itidem in L. b Φησ] ἔφης P.

sych. in Εὔσαρα. In *Theophrasti* libro de Igne dicitur ἡλίου φῶς τῷ ἀέρι σμῷ ἐν τῇ λεπτότητι ἀφομοιοῦται εἰς τὸ ἔκκαυμα· & saepius ὑπεκκαύματα, *fomites* igni nutriendo ac suscitando apti: quomodo *Xenophonti* K. Π. VII. p. 113. v. 29. Babyloniorum fores φοίνικος ὑπεκκαύμασι, ἀσφάλτῳ δὲ ὑπεκκαύματι κεχρισμένοις. Taceo Physicorum ὑπέκκαυμα aëri contiguum & gignendis ignibus accommodatum, de quo *Philopon.* ad c. I. Genes. p. 11. 55. 186. Hinc tralatarum locutionum magna copia tum apud alios, tum apud *Philonem Judaeum* in primis: τὰ τῆ ἰχθῦς ὑπεκκαύματα ζωπυροῦντας. p. 905. B. *T. H.*

17. Θολερὸς . . .] Ed. *f.* θολερῶς, quod magis arridet; & confirmant P. & L. sed mox eadem sibi non satis constans θερμός. In P. ὦ Ξ. καὶ θ. non inveniri testantur *Excerpta.* *M. du S.*

Θολερός] Nihil prius in mentem veniat, quam θολερῶς & θερμῶς, scilicet ἀφῆκται quia praecessit, ἔστως ἀφέκαμεν. Eo factum, ut, quum θολερὸς mutare instituissent in θολερῶς, deterrerint in θερμὸς, absterriti scripturae constantia: neque ulla lex orationis impediebat Lucianum, ne structuram variaret: θολερὸς εἶ, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμός. Mox ἐκ τὸν ἐμὸν υἱὸν stare non potest: quas enim manifesto discrevit Θάλασσαν & Θέτιν, cujus incogitantiae foret, hic easdem commiscere? Nihil occurrit melius, quam *Cognati* νιωνὸν nam Mare Aethere & Die genita jure meritò cunctarum Nereïdum mater, inter quas Thetis principatum paene tenet: ideo τῇ Θέτι & τῇσι Νηρηΐσι Θυγατρὶ *Herodot.* VII, 191. *T. H.*

20. Τὸν ἐμὸν υἱόν] Achillem ex Peleo Thetidis Nerei filiae filium: ipse vero Nereus Oceani filius fuit. Fortassis legendum pro υἱὸν νιωνὸν, id est, nepotem. *G. C.*

Υἱὸν] Si *mare* mater *Thetidis* ponatur, νιωνὸν cum viro Docto legamus necesse est, qui id margini codicis sui adscripserat; aut memoria lapsurus *Lucianum* statuamus. In libris nostris certe nihil subsidii. *M. du S.*

30. Ἀποκτείνουσιν] Subintellige τὸν παῖδα: *postquam multum a terra provecti essent.* *J. C.*

34. Ἔστι ἴσως] Sic ex fide Mss. haec omnis clausula scribenda: τὸν δ' ἴσως, ὦ ἀδελφὴ, οὔτε, ἐστὶ ἴσως θεὸς ἀκριβῶς ἐπιστῆναι. *J. B.*

Ἔστι] Paene malim οὔπω: nondum enim scire potuit Doris, rem totam Thetidi fuisse compertam: neque etiam credere non licet, ex utraque lectione conjuncta extitisse scripturam Cl. *Bourdel.* οὔτε, vel potius, οὔπω, ἐστί. *T. H.*

35. Ἔστιν

ubi longe a terra processerint, demittere in mare, ut intereat misera & ipsa & infans. DOR. Quam ob causam, soror, quandoquidem didicisse accurate videris omnia? THE. Acrisius pater ejus forma præstantem servabat virginem, ideoque in æreum thalamum incluserat. Tum porro quid revera sit factum, dicere non habeo: ajunt tamen Jovem in aurum mutatum fluxisse per tectum ad eam; quæ, recepto in sinum defluente Deo, gravida sit facta. Hoc quum sensisset pater, ferus aliquis & æmulatione fervidus senex, ægerrime tulit; & ab aliquo adulteratam suspicatus immittit in arcam partu modo edito.

2. DOR. Illa vero quid faciebat, Theti, quando demittebatur? THE. Pro se quidem tacebat, Dori, æquo animo ferens sententiam: at infantem deprecabatur, ne interiret, multis cum lacrimis avo ostendens illum pulcerrima specie: is autem ignarus malorum etiam arridebat ad mare.

πολὺ ἀπὸ τ γῆς ἀποπάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τ θάλασσαν, ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία, ἡ αὐτὴ ἡ τὸ βρέφος. ΔΩ. τίνος δ' ἕνεκα, ὦ ἀδελφὴ, ἐπεὶ ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα; ΘΕ. Ἀκρίσιος ὁ πατὴρ αὐτῆς καλλίστην οὖσαν ἐπαρθένευεν, εἰς χαλκοῦν τινα θάλαμον ἐμβαλών. εἶτα τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν· φασὶ δ' οὖν τ Δία, χρυσὸν γενόμενον, ῥυῆναι διὰ τ ὀρόφου ἐπ' αὐτήν· δεξαμένην δ' ἐκείνην ἐς τ κόλπον καταῤῥεῦσαι τ θεόν, ἐγκύμονα γενέσθαι. τοῦτο αἰσθόμενος ὁ πατὴρ, ἄγριός τις ἡ ζηλότυπος γέρων, ἠγανάκτησε· καὶ ὑπό τινος μεμοιχεῦσθαι οἰηθεὶς αὐτὴν ἐμβάλλει ἐς τ κιβωτὸν ἄρτι τέλουσαν.

ΔΩ. Ἡ δέ τί ἔπραττεν, ὦ Θέτι, ὁπότε καθίετο; ΘΕ. ὑπὲρ αὐτῆς μὲν ἐσίγα, ὦ Δωρὶ, καὶ ἔφερε τ καταδίκην· τὸ βρέφος δὲ παρητεῖτο μὴ ἀποθανεῖν, δακρύουσα καὶ τῷ πάππῳ δεικνύουσα αὐτὸ, κάλλιστον ὄν· τὸ δὲ ὑπ' ἀγνοίας τ κακῶν καὶ ἐμειδία πρὸς τ θάλασσαν.

35. Ἐπαρθένευεν] *In virginitate educabat: virginem servabat.* Veteres Glossæ: Παρθενεύω, *virgino:* quæ vox est, ut puto, ficta, ut uno verbo Latino Græcum exprimeretur, non ex usu desumta. *J.C.*

45. Καθίετο] Interpres: *Quid agebat illa quando ingrediebatur?* si Græca Iana essent, vertenda erant, *quid agebat illa, quando attingebat* sc. cistam. Sed refingendum ex Codice vetusto, *ὁπότε καθίετο, quando immittebatur in cistam.* *J.G.G.*

Ὁπότε καθίετο] *Micyllus* apud Basileenses & *Bourdelotium, quando abripiebatur.* Quod nimium: & quum hæc vox vim denotat illatam, quod sæpe fit in *Luciano*, additur secundus casus: & plane id huc non convenit. *Benedictus, quando ingrediebatur.* Nec sic loquitur *Lucianus*, etsi propius sit. Pater adscripsit, *descendebat* vel *demittebatur.* Abundat igitur litera, & lege *καθίετο.* *J.G.*

Καθίετο] *Gravii* Emendationem amplector: quamvis succurrat & alia longe præstantior, si per Codices liceret, nempe *καθίζετο*, ut *ipse c. 16.* *M. du S.*

Καθίετο] Lubens accepi, quod egregie suppeditabat Cod. *Graev.* Καθίζετο temporis incommodo premi erat, quod huic narrationi non convenit: quamvis utrumque verbum in hac fabula *Schol. Pindari* usurpavit ad Π. I, 72. *λαβοῦσα τότε ἐνιαύσιον αὐτὸν εἰς τὴν κιβωτὸν μετὰ τῆς παιδὸς καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. Schol. C. German. intra arcam includens præcipitavit in mare.* Rem persequitur ipsis propemodum *Pherecydis* verbis *Schol. Apollon. Rh.* ad IV, 1091. ubi, *εἰς λάρνακα αὐτὸν ἐμβιβάζει μετὰ τῆς παιδὸς, καὶ πλεύσας καταποντοῖ.* Vid. *Hygin. F.* LXIII. & *Th. Muncker.* Græci arcam matre filioque fœtam ad Seriphum appulerunt omnes: Latinis, ne generis illustrissimi apud se nulla forent vestigia, eandem in Italiam deducere visum fuit, Danaenque regi nescio cui in matrimonium dare; qui conjuges Ardeam condiderint. *Virgil.* AEn. VII, 372. & *Servius*: quanquam de Ardeæ primis initiis longe diversa tradat *Dionys. Halic.* A. R. I. p. 57. Similem plane fabulam de Rhoeo Staphyli & Chrysothemidis filia, cui vitium Apollo fecerat, præter alios *Diodorus* enarravit V. p. 229. C. *T.H.*

45. Ἐμειδία] Idem codex scribit ὑπεμειδία πρὸς τὴν θάλασσαν. *subridebat conspecto mari*, seu *alludebat ad mare.* *J.G.G.*

Ὑπεμειδία] G. & P. In L. vero *ὑπερμειδία.* In impressis *ἐμειδία.* *M. du S.*

71. Πρωτ-

λαυσαν. ὑποπίμπλαμαι αὖθις τὼς ὀφθαλμὼς δακρύων, μνημονεύσα αὐτῆς. ΔΩ. καὶ μὲ δακρύσαι ἐποίησας. ἀλλ' ἤδη τεθνᾶσιν; ΘΕ. ὐδαμῶς· νήχεται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὴν Σέριφον, ζῶντας αὐτὼς φυλάττουσα. ΔΩ. τί οὖν οὐχὶ σώζομεν αὐτὴν, τοῖς ἁλιεῦσι τούτοις ἐμβαλόντες εἰς τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δὲ ἀνασπάσαντες σώσουσι δηλονότι. ΘΕ. εὖ λέγεις, οὕτω ποιῶμεν. μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε τὸ παιδίον ὅτως ὂν καλόν.

Complentur iterum oculi lacrimis ista repetenti. DOR. Et me ad lacrimas provocasti. Verum num mortui jam sunt? THE. Neutiquam: natat enim hactenus arca circa Seriphum, vivosque eos custodit. DOR. Quid itaque non servamus eam, & piscatoribus injicimus in retia Seriphiis istis: hi nimirum extractam servabunt. THE. Recte mones: ita faciamus: ne enim intereat nec ipsa, nec infans tam formosus.

XIII.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΝΙΠΕΩΣ.

NEPTUNI ET ENIPEI.

ΕΝΙ.

ENI.

ΟΥ καλὰ ταῦτα, ὦ Πόσειδον· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· ὑπελθὼν μὲ τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα· ἡ δὲ ὤιετο ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι, κἀξ τοῦτο παρεῖχεν ἑαυτήν. ΠΟ. σὺ γὰρ, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑποπλιχὸς ἦσθα, καὶ βραδὺς, ὃς κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ἐσημέραι παρὰ σὲ, ἀπολλυμένης ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ὑπερεώρας, καὶ ἔχαιρες λυπῶν αὐτήν· ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ

Non bella sunt ista, Neptune: dicetur enim veritas. Per fraudem obrepens amicæ meæ, meam formam mentitus, vitiasti puellam: at illa putabat a me hæc se fuisse passam; ideoque præbebat sese. NEP. Etenim, Enipeu, fastosus eras & tardus, qui puellam tam pulcram ventitantem quotidie ad te, pereuntem amore despiceres, atque etiam lætareris ægre faciendo. Illa interim ad ripas tuas mœsta oberrabat, atque ingressa imo &

73. Προαρπάσαι τὴν ἑρῶσαν] Sic leg. cum editiones ostentent, ἀλλὰ τοῦτο ἰχνη σε προαρπάσαι. *Quid enim? num te propterea praeripere meum amorem*, sive puellam, quam amabam, *decebat*. *J.G.G.*

Προαρπάσαι] Sensus sponte deduxit Interpretes ad προαρπάσαι, quod suo in codice *Graevius* repererit, an ingenio fuerit adsecutus, non satis liquido declarat: ego manifesta ratione nixum reponere non dubitavi. Vide *J. Gronov.* ad p. 220. n. 68. Ceterum ista, *sive puellam, quam amabam*, mallem omisisset praestantissimus *Graevius*; nihil enim huc conferunt. Apud *Homerum* Tyro Od. Λ, 235. ubi Ulyxi casus suos exponit, haud sane multum conqueritur de injuria sibi a Neptuno facta, videturque pudibunda virgo non nimis indigne tulisse personae mutatae fraudem: Noster Enipeo rationem eripere noluit, cur justius doleret, & cum Neptuno expostularet. Vide *Apollodor.* I. p. 43. ubi, quemadmodum supra φοιτώσης ἐσημέραι παρὰ σε, similiter, καὶ σωιχᾶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα, τούτου ἐπαθήρατο· quod ultimum, etsi sagaciter cogitaverit *Tan. Faber*, cum eo non tentandum: sic & p. 27. de Iphimedia Neptuni ipsius amore capta, καὶ σωιχᾶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Poëta dixerat: Καί ῥ' ἐπ' Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα· vim verbi Homerici explanatius dilatavit *Lucianus*, παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη ἐπειτα nam vocula postrema, quam prava cunctarum Edd. distinctione decepti Interpretes ad σύχητο retulerunt, cum verbo λουομένη sine controversia connecti debet: voluit *Lucianus* Tyro ad ripas externata mente oberrasse, imo praeterea fluvium ingressam fuisse: quin etiam aliquando, positis vestibus, se lavisse. Torpentem profecto, & lentum amatorem Enipeum, qui occasionem tantam, tamque optatam amiserit! non ita Neptunus, acrior in bellas, nec, qui Scamandrum simulabat, Cimon apud *Aeschinem* Ep. X. Vid. *Aristid.* Isthm. p. 47. T.H.

79. Οὐμενοῦν; ἵφης γὰρ ἀτιὰν] Delenda interrogatio, & interpretandum. *Nequaquam. dixisti enim abiens.* Vertunt inscite: *Nihil ne? dixisti enim abiens.* Mox ὅτι

& se lavans aliquando, optabat te potiri: tu vero fastiodiosum te gerebas erga illam.

2. ENI. Quid ergo? propterea ne oportebat te præripere meum amorem, & simulare Enipei personam pro Neptuno, doloque circumvenire Tyro simplicem puellam? NEP. Sero nunc æmulatione tangeris, Enipeu, qui prius superbe sprevisti: nihil autem Tyro mali contigit, quum putabat virginitatem suam a te imminui. ENI. Haud ita sane: dixisti enim, quum abires, te Neptunum esse; quod & maximum in modum illam pupugit: ea quoque in me injuria redundavit, quod tu vicem meam gaudia tunc ferres; & circumjecto purpureo fluctu, qui vos contegebat una, rem haberes cum puella pro me. NEP. Quippe tu nolebas, Enipeu.

70 λυομένη ἐνίοτε, ἔσχετό σοι ἐντυχεῖν· σὺ δ' ἐθρύπτου πρὸς αὐτήν.

ΕΝ. Τί οὖν; ἆρα τοῦτο ἐχρῆν σε [a] προαρπάσαι τὴν ἐρωμένην, καὶ καθυποκρίνεσθαι Ἐνιπέα ἀντὶ Ποσειδῶνος εἶναι, καὶ 75 καλασοφίσασθαι τὴν Τυρὼ, ἀφελῆ κόρην οὖσαν. ΠΟ. ὀλιγόλυπτε, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπλης πρότερον ὤν. ἡ Τυρὼ, δὲ εὐθὺς δεινὸν ἀπέπνευσεν, οἰομένη ὑπὸ σοῦ ἁρπακεκορῆσθαι. ΕΝ. ἤλγυνε· ἔφης γὰρ ἀπιὼν ὅτι Ποσειδῶν 80 εἴην· ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησεν αὐτήν· καὶ ἐγὼ τοῦτο ἠδίκημαι, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ εὐφραίνου τότε, καὶ ἀνιστὰς πορφύρεόν τι κῦμα, ὅσῳ ὑμᾶς συνεκρυπτε ἅμα, συνῆσθα τῇ παιδὶ ἀντ' ἐμοῦ. ΠΟ. [b] σὺ γὰρ 85 οὐκ ἤθελες, ὦ Ἐνιπεῦ.

XIV.

TRITONIS ET NEREIDUM.

TRI.

1. CEtus ille vester Nereïdes, quem in Cephei filiam Andromedam

ΤΡΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

ΤΡΙ.

ΤΟ κῆτος ὑμῶν, ὦ Νηρηΐδες, ὃ ὅτι τὴν Κηφέως θυγατέρα τὴν Ἀνδρομέδαν ἐπέμ-

a Προαρπάσαι] Ita G. Priores Edd. προσαρπάσαι. b Σὺ γὰρ] ναὶ, σύ γάρ C.

ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ εὐφραίνου τότε est, *quod tu meam vicem, seu, meo loco tum voluptatem cepisti:* sexcenties τὰ ἐμὰ sic accipitur apud *Lucianum.* *J. G. G.*

82. Πορφύρεόν τι κῦμα] *Homeri* paene verba ipsa servavit Od. Λ, 242. Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα σχέθεν ἄκρον, ἐρικύδεα, Κυπρογενὴς κρύψεν τε θεὸς, ὅτι μιν ἀγαπᾶτο. ubi veteres Grammatici simpliciter, ut aliis in locis, πορφύρεον exponunt μέλαν, *nigrum ex altitudine*, quemadmodum *Servius* ait ad *Virgil.* Georg. IV, 373. paulo aliter accepit *Philostratus*, & ad lecti genialis ornamentum pertinere credidit fluctus colore purpureo tincti florem: vide Icon. II. c. 8. I. c. 8. p. 775. & *Olearium*, cui, ut est acumine plane singulari, alludere visus fuit ad *Luciani* locum *Philostratus*: sed ne graviora quidem, quae ibi commisit, tangere nunc est animus. Ἅμα in cunctis Edd. adnexum τῷ συνῆσθα, quod isto adjumento minime indigebat, reduxi ad συνέκρυπτε. *T. H.*

Ibid. Πορφύρεον] *Caeruleum:* nam purpureus color saepe cum hyacinthino miscetur; cujus rei plura, eaque certissima argumenta protulit *Sam. Bochart.* Hieroz. P. II. lib. V. c. 10. *J. C.*

86. Νηρηΐδες] *Thomas Mag.* utramque scribendi formam Νηρηΐς & Νηρεὶς usu comprobari monens, pro illa citat *Aristidem* ἐν τῷ εἰς (πρὸς) Ἀχιλλέα πρεσβυτικῷ, quem locum invenies p. 32. pro altera *Lucianum* dat auctorem, τὸ κῦτος ὑμῶν ὦ Νηρεῖδες. Κῦτος, ut facile patet, vitiosum est pro κῆτος, quae voces crebro sibi mutuis insidiis invicem nocent. In Νηρηΐδες nihil offerunt variationis seu scripti libri, sive editi: tamen Pro Imagin. c. VII. καίτοι Νηρέως ἰκτῖνι (Cassiopeia) ἀντιξιτάζετο. Ex commentario *Bacchylidis* Lyrici discrimen adfert *Eustath.* ad Ω. p. 1954. Νηρεΐδων & Νηρέως θυγατέρων has, quae Doride prognatae; illas appellari, quae ex aliis etiam mulieribus sint susceptae: quibus observatis, καὶ ὅρα, inquit, ἐν τούτοις τὸ νηρεΐδας κοινὸν ὂν ἢ ἐξ Ἀττικοῦ τὸ δὲ Νηρηΐδας ἰωνικώτερον ἐκ τῆς Νηρέως Ἰάνειρα γενικῆς. Corripiunt ergo syllabam istam interdum optimo jure Latini poëtae: *Nereidesque Deae, Nereidumque pater;* — *& viridis Nereidum comas.* *T. H.*

ἐπέμψατε, ὅτε τὴν παῖδα ἠδίκησεν, ὡς οἴεσθε, καὶ αὐτὸ ἤδη τέθηκε. NH. ὑπὸ τίνος, ὦ Τρίτων; ἢ ὁ Κηφεύς, καθάπερ δέλεαρ προθεὶς τὴν κόρην, ἀπέκτεινεν ὀπιών, λοχήσας μετὰ πολλῆς δυνάμεως; TP. οὐκ· ἀλλ' ἴστε, οἶμαι, ὦ Ἰφιάνασσα, τὴν Περσέα, τὸν τῆς Δανάης παιδίον, ὃν μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῷ ἐμβληθὲν εἰς τὴν θάλασσαν ὑπὸ τοῦ μητρὸς πάτορος ἐσώσατε, οἰκτείρασαι αὐτούς. ΙΦ. οἶδα ὃν λέγεις. εἰκὸς δὲ ἤδη νεανίαν εἶναι, καὶ μάλα γενναῖόν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν. TP. οὗτος ἀπέκλεινε τὸ κῆτος. ΙΦ. διατί, ὦ Τρίτων; οὐ γὰρ δὴ σῶτρα ἡμῖν τοιαῦτα ἐκτίνειν αὐτὸν ἐχρῆν.

TP. Ἐγὼ ὑμῖν φράσω τὸ πᾶν, ὡς ἐγένετο. ἐστάλη μὲν οὗτος ὀπὶ τὰς Γοργόνας, ἆθλόν τινα [a] τοῦτον τῷ βασιλεῖ ὀπιτελῶν. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν Λιβύην, [b] ἔνθα ἦσαν. ΙΦ. πῶς, ὦ Τρίτων, μόνος, ἢ καὶ ἄλλους συμμάχους ἦγεν; ἄλλως γὰρ δύσπορος ἡ ὁδός. TP. ἀλλὰ γὰρ ἀέρος· ὑπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἐθηκεν. ἐπεὶ δ' ἦν ἧκεν, ὅπου διητῶντο, αἱ μὲν ἐκάθευδον, οἶμαι, ἡ δὲ ἀποτεμὼν τὴν Μεδούσης κεφαλὴν ᾤχετ' ἀποπτάμενος. ΙΦ. πῶς ἰδών; ἀθέατοι γάρ εἰσιν ἢ ὃς ἂν ἴδῃ, immisistis, nec puellam læsit; ut arbitramini, & ipse jam interiit. NER. A quo, Triton? an Cepheus, tanquam esca proposita virgine, interemit adortus, inque insidiis locatus cum multa manu? TRI. Non: at novistis, opinor, Iphianassa, Perseum Danaës filium, quem cum matre in cista projectum in mare ab avo materno servastis eorum misertæ. IPH. Novi, quem dicas: credibile est eum jam juvenem esse, ac valde strenuum, pulcrumque adspectu. TRI. Hic interfecit cetum. IPH. Quam ob causam, Triton? haud enim sane salutis præmia nobis talia exsolvere ipsum decebat.

2. TRI. Ego vobis indicabo rem omnem, ut facta fuit. Iter hic ingressus est adversus Gorgonas, certamen istud regi peracturus: postquam autem pervenit in Libyam, ubi erant. IPH. Quomodo, Triton, solus? an & alios secum socios duxit? ceteroquin enim difficilis est via. TRI. Per aërem; nam alis eum Minerva instruxit. Postquam ergo venit, ubi degebant, illæ dormiebant, ut puto; hic, abscisso Medusæ capite, volando aufugit. IPH. Quo tandem pacto conspiciens? eas enim intueri nefas est: sin, quicumque viderit,

a Τοῦτον τῷ βασιλεῖ] τοῦτον deest in P. b Ἔνθα ἦσαν] Ex G. P. Desunt in prioribus Edd. Iidem Codd. mox ἢ καί τινας ἄλλους.

4. Ἆθλόν τινα τοῦτον τῷ βασιλεῖ ὀπιτελῶν] Rex ille est Polydectes, rex Seriphi de quo *Ovid.* & *Apollodorus* lib. 2. Statim plenius vetus liber: ὀπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν λιβύην, ἵνθα ἦσαν, *postquam profectus est in Libyam, ubi erant.* Dein idem liber addit τίνας· πῶς ὦ τρίτων μόνος, ἢ καί τινας ἄλλους συμμάχους ἦγεν. *J.G.G.*

Ibid. Τῷ βασιλεῖ] Polydectæ Seriphi regi. *M. du S.*

5. Εἰς τὴν Λιβύην ἔνθα ἦσαν] In P. etiam reperiuntur hæc verba post Λιβύην. *M. du S.*

Ibid. Ἔνθα ἦσαν] Facilius omitti potuit a *Luciano* expressum, quam liberalitate descriptorum addi. Interrumpit Iphianassa Tritonem plura dicturum, qui mox usus formula solenni narrationem instituta redorditur, ὀπεὶ δ' ἦν ἧκεν, ὅπου διητῶντο· quod ipsum videtur postulare ἔνθα ἦσαν· nam quum laxius aliquantum incepisset, ἀφίκετο εἰς τὴν Λιβύην, ἔνθα ἦσαν, nunc ipsas earum, ubi morabantur, sedes designat, ὅπου διητῶντο. *Gorgoneas tetigisse domos — Ovid.* Met. IV, 778. Iphianassa vero non inepte scisciatur, solusne venerit Perseus, an alios etiam laboris socios secum traxerit; quod quidem ab obscuris historicæ veritatis vestigiis minus distat: etenim, remoto fabulæ velo, memorabilis hæc fuit adversus Gorgonas, femineam gentem & cum vetustissimis Amazonibus comparandam, expeditio, magnisque copiis ductu & auspiciis Persei suscepta: vide *Diodor. Sic.* III. p. 131. C. D. *T.H.*

6. Ἄλλους] P. etiam agnoscit illud τινας. *M. du S.*

12. Ἀθέατοι] Sic ἀθέατος pro eo quod videre nefas, *Plutarch.* 642. f. *Livius* XXIX, 19, 1. *Intactos thesauros* dicit, *violatos quidem, sed non impune.* Sic *Noster* supra, & iterum Ἄλλῃ. & εὐχ. c. 44. V. *Apollod.* II. p. 38. B. *M. du S.*

Ibid. Ἢ ὃς ἂν ἴδῃ οὐκ ἴστ' ἄλλο μὲν ταῦτα ἴδοι;] Interrogationis nota tollenda, & substituendum punctum. *J.G.G.*

16. Ἡ Ἀθηνᾶ δή &c.] Inservit hæc particula repetendæ, quæ fuerat abrupta, orationi; ut in *Isocr.* Panath. p. 255. C. τοὺς δὴ τοιούτους scilicet τοὺς δὴ φυλετίρους, quos aliquot ante versibus nominaverat; eum-

derit ; nihil aliud amplius poſtea videat. TRI. Minerva clypeum prætendens, nam talia enarrantem eum audivi Andromedæ, & Cepheo poſtmodum, Minerva, inquam, in clypeo reſplendente, velut in ſpeculo, exhibuit ipſi videndam imaginem Meduſæ: tum Perſeus, correpta læva manu coma, inſpectans in imaginem, dextraque harpen tenens deſecuit ejus caput, & ante quam expergefierent ſorores evolavit.

3. Ubi vero ad hanc mari prætenſam Æthiopiam acceſſit, jam prope terram volans Andromedam conſpicatur expoſitam in petra quadam prominente clavis adfixam, pulcerrimam Dii! demiſſis capillis, ſeminudam multum infra mammas: ille primum, miſeratus fortunam ejus, ſciſcitabatur cauſam ſupplicii; tum ſenſim amore captus (oportebat enim ſervari puellam) opem ferre conſtituit. Ubi vero cetus irruebat valde terribilis, quaſi devoraturus Andromedam, ſuperne pendens juvenis, capuloque promtam habens harpen, hac manu ictus demittit, illa, Gorgone monſtrata, in lapidem vertebat: inde cetus igi-

Οὐκ ἔτ' ἄλλο μᾶ ταῦτα ἴδοι. ΤΡ. ἡ Ἀθηνᾶ τ' ἀσπίδα προφαίνουσα· τοιαῦτα γὰ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τ' Ἀνδρομέδαν, καὶ πρὸς τ' Κηφέα ὕστερον· ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ὅτι τ ἀσπίδ ὑποστιλβούσης, ὥσπερ ὅτι κατόπτρου, παρέχει αὐτῷ c ἰδεῖν τ' εἰκόνα τ Μεδούσης· εἶτα λαβόμενος τῆ λαιᾶ τ κόμης, ὁρῶν δὲ τ εἰκόνα, τῆ δεξιᾶ τ' ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τ κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ πρὶν ἀνέγρεσθαι τὰς ἀδελφὰς ἀνέπταλο.

Ἐπεὶ δὲ κατ' τ' πρόθυμον d ταύτῃ Αἰθιοπίαν ἐγένετο, ἤδη προσγειούμενος πετόμενος, ὁρᾷ τ' Ἀνδρομέδαν προκειμένην ὅτι τινος πέτρας προβλῆτος, προσπεπατταλευμένην, καλλίστην, ὦ θεοὶ, καθειμένην τὰς κόμας, ἡμίγυμνον πολὺ ἔνερθε τ μαστῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, οἰκτείρας τ' τύχην αὐτῆς, ἀνηρώτα τ αἰτίαν τ καλαδίκης· κατὰ μικρὸν δὲ ἀλλὰ ἔρωτι, ἐχρῆν γὰ σεσῶσθαι τ παῖδα, βοηθεῖν διέγνω. καὶ ἐπειδὴ τὸ κῆτος ἐπήει μάλα φοβερὸν, ὡς καταπιόμενον τ' Ἀνδρομέδαν, ὑπεραιωρηθεὶς ὁ νεανίσκος, πρόκωπον ἔχων τ' ἅρπην, τῆ μὲν καθικνεῖται· τῆ δὲ προδεικνὺς τ Γοργόνα λίθον ἐποίει αὐτό. τὸ δὲ τέθνηκε

c Ἰδεῖν] ἰδεῖν εἰς P. Pro ἰδεῖν *J.* εἰς sed verbum ἰδεῖν incuria credo praetermiſſum. d Ταύτῃ Αἰθιοπίαν] τ' Αἰθιοπίας P.

34. Πρόκωπον ἔχων τὴν ἅρπην] Κόπτειν προκειμένην, *ἑτοίμην. *V.*

* Ἑτοίμην] Defuit in Ed. A. haec vox addita a *M. du Soul.* *T. H.*

eundem uſum habet ἕν, γοῦν. Dial. Mort. XXVI. ἐγὼ δὲ ζῶν εἰσὶ. . . . . ἐπληθθλω γοῦν αὐτῶν. Saepius autem tali modo dicendorum interciſa ſeries ἀνακολουθίαν orationis efficit, ſed decoram, & qualem a ſuis ſcriptis caſtigatiſſimi auctores abeſſe nolint: peperit hujus rei ignorantia non raro pravas correctiones. Sequitur ἐπὶ τ' ἀσπίδ ὑποστιλβούσης quod verbum ut nonnusquam reperiatur, ſignificare tamen non poteſt, niſi vel, paululum modo ſplendere, vel, inter obſtantia plura radiis emicare: neutrum huic loco congruit; litera minus eſt, ne integrum videatur; legendum enim ὑποστιλβούσης *Noſtro* ſatis frequens: in Ἐπισκ. c. XI. ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς, τὸ λαμπρὸν, ὁ ὑποστίλβει. Ζεῦξ. c. X. τοὺς ὀδόντας ὑποστιλβοῦσας ἐπισημότερον. Nec mirum, imaginem Meduſae reddidiſſe ſplendore fulgentem clypeum, qui fuerit ἀσπὶς χαλκῆ, ut teſtantur *Apollodor.* II. p. 93. quique eum deſcripſit *Zenob.* C. I, 41. *Ovid.* Metam. IV, 781. *Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat, AEre repercuſſo formam adſpexiſſe Meduſae.* Speculum quoniam eundem uſum praeſtabat, multi nihil alienum ſe facturos exiſtimarunt, ſi clypeo ſubſtituerent: ita *Pherecydes*, auctor in hac fabulari materia in primis magni momenti, apud *Schol. Apollon.* Rhod. ad IV, 1515. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 838. & alii: prudenter *Lucianus* addidit, ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρου. *T. H.*

18. Ἰδεῖν] Ed. *J.* pro ἰδεῖν habet εἰς. Unde puto legendum ἰδεῖν εἰς τ. ἰ. & omnino in P. ἰ. εἰς. *M. du S.*

32. Τὸ κῆτος ἐπήει] Dignus eſt *Noſter*, qui ſecum conferatur περὶ τῆ Οἰκ. c. XXII. *T. H.*

35. Τὴν ἅρπην] Explicat in Pſeudom. c. XI. *Heſych.* Ἅρπη, εἶδος ὀρύου, καὶ δρέπανον, καὶ ἄνημον lego: εἶδος ὀρύου, καὶ δρεπάνου ἢ ὀργάνου. De harpe organo *Caſaubon.* ad *Perſ.* *J. B.*

Ibid. Καθικνεῖται] Προπαταλαμβάνει, καθάπτεται, καταβαίνει. *J. B.*

καὶ γῆν, ᾗ πέπηγεν αὐτῷ τὰ πολλὰ, ὅσα εἶδε τ Μέδουσαν. ὁ δὲ λύσας τὰ δεσμὰ τ παρθένου, ὑποσχὼν τ χεῖρα, ὑπεδέξαλο ἀκροποδητὶ κατιοῦσαν ἐκ τ πέτρας, ὀλιδηξας ὄσης. ᾗ νῦν γαμεῖ ἐν τῷ Κηφέως. ᾗ ἀπάξει αὐτὴν ἐς Ἄργ@· ὥτε ἀντὶ θανάτου γάμον ἐ τ τυχόντα εὗρέλο.

tur interiit, & obriguerunt ejus pleræque partes, quæ quidem viderant Meduſam. Perſeus autem, ſolutis vinculis virginis, porrecta manu ſuſtentavit ſuſpenſo pede degredientem ex rupe lubrica; & nunc nuptias celebrat in Cephei ædibus, abducetque illam Argos: adeo ut pro morte Andromeda connubium non vulgare invenerit.

[a] NH. Ἐγὼ μὲ ἐ πάνυ τῷ γεγονότι ἄχθομαι· τί γὰ ἡ παῖς ἠδίκει ἡμᾶς, εἴ τι ἡ μήτης ἐμεγαλαύχει τότε, ᾗ ἠξίου καλλίων εἶναι; [b] ΔΩ. ὅτι ὕτως ἂν ἤλγησεν ὅπ τῇ θυγατρὶ μήτης γε οὖσα. NH. μηκέτι μεμνήμεθα, ὦ Δωρὶ, ἐκείνων, εἴ τι βάρβαρ@ γυνὴ ὑπὲρ τ ἀξίαν ἐλάλησεν· ἱκανὴν γὰ ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε, φοβηθεῖσα ὅπ τῇ παιδί. χαίρωμεν οὖν τῷ γάμῳ.

4. NER. Equidem non admodum, quod factum eſt, graviter fero: nam quid puella nocebat nobis, ſi quid mater ſuperbius aliquando loquebatur, viderique volebat forma nos anteire? DOR. Imo ſic doluiſſet ob filiam amiſſam, quippe mater. NER. Ne ultra meminerimus, o Dori, iſtorum, ſi quid barbara mulier ſupra ſortem ſuam effutierit: ſatis enim nobis pœnarum dedit filiæ periculo conſternata. Lætemur ergo nuptiis.

XV. ZE-

[a] NH] ΙΦΙ. L. [b] ΔΩ.] Ante fuit in Edd. ΤΡ. ſed P. habuit, omiſſa perſona, πλὴν ὅτι ὕτως quod ferri poſſet.

46. Ἐμεγαλαύχει τότε] Videtur pro τότε ſcribendum πότε. *Qua enim puella injuria nos affecit, ſi mater olim fuit ſuperba, & pulchriorem ſe exiſtimavit?* J.G.G.

47. ΔΩ.] Nomen *Tritonis*, quod hic omnes Edd. habent, neceſſario in *Doris* mutavi, cujus hæc eſſe verba patet ex ſequentibus. M. du S.

Ibid. Ὅτι ὕτως &c.] Sententia ſatis eſt aperta: Caſſiopeia, ſi devoratam a monſtro marino filiam vidiſſet, tanto dolore, quippe mater, tabefacta graves pœnas ſuperbæ temeritatis luiſſet. Moleſte Doris nondum placata fert ſpretæ formæ contumeliam, & Perſeo paene ſuccenſet, qui Andromedam vindictæ ſubduxerit. Itaque non eſt illa quidem accurata reſponſio, quæ præcedentibus exacte conveniat, ſed cogitationi ſupplendum aliquid relinquit. Nimis ſcholaſtice *Cognatus*. T. H.

48. Μητὴρ γὰ ὖσα] Caſſiopea Cephei regis AEthiopum uxor & Andromedes mater. Hic ἡ πρόσωσις diſſimulatur: integrum eſſet, εἰ ἐμὰ προσωπαγλαδυμόλω, ἤλγησεν ἂν ſi vidiſſet affixam, doluiſſet. Sed continetur prior pars in dictione ὕτως· & altera accedit πρόσωσις participio enunciata, εἰ γὰ μήτηρ ὡς ἀληθῶς ἦν, ἤλγησεν ἄν. G.C.

57. Οἱ πέμποντες] Πέμπειν, vel potius, πέμπεσθαι πομπὴν idem eſt, quod πομπεύειν, ut docuit C. A. *Dukerus* ad *Thucydid.* VI, 56. n. 63. plura dicemus ad Jov. Tragoed. c. XXII. Mox αἰρηζόμενον repudiare quidem non auſim; neque tamen omnis mihi vitii ſuſpicio eſt exempta. Tum porro malim, ἐκπίπτοντα δὲ τοι ἐ μέρ@ τ Ἰνδικῆς· alioqui ſcribendum foret, ut ſine legitur, & nihilo deterius, in P. ἐκ. δὲ ἐ μέρ@ τ Ἰνδ. T. H.

60. Καὶ μέρος τι] Ita P. In aliis alibi poſitum erat τι, nempe τι καὶ μέρος τ Ἰ. M. du S.

63. Εἴδις] Hic ad oram Florentini exemplaris, quo uſus ſum, notavit vir quidam eruditus εἶδας pro εἴδις. Judicet lector, utrum ſit concinnius; mihi non diſplicet poſita illa lectio. Idem vir eruditus in eodem hoc dialogo, ubi legitur, ὁ μὲ γὰ Ποσειδὼν ἐτιβεβηκὼς ἅρματ@, παροχεύμενός τε καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, πρῶτος γεγηθώς, pro παροχεύμενός τε adſcripſit παροχευμένην, ut ad Amphitriten referatur. J.J.

Ibid. Τὸν τ Εὐρώπης πατέρα] Europa Agenoris regis Phœnicum filia a Jove ſub tauri ſpecie rapta, & in Cretam avecta dicitur: atque ex ea poſtea Jovi nati feruntur Minos, Rhadamanthus & Sarpedon. *Ovid.* in fine 2. libri Metamorph. eandem fabulam exponit, & *Herodotus* libro primo ſtatim ab initio. Ab ea tertiam mundi partem denominatam ferunt. *Theocritus* in Europa ſive Eid. XX. ſuo more hanc fabulam depingit; a quo *Ovidius* quædam ſumſiſſe videtur. *Herodot.* lib. 4. ait neſciri, nec proditum eſſe a quoquam, unde dicta ſit Europa, niſi quod ab Europa Tyria dictam referant. G.C.

72. Ταῦρον εἰκάσας ἑαυτὸν] Si dixerimus fabulam hanc eſſe Phœniciam, nihil mirum erit, cum Europa filia fuerit Agenoris Sidoniorum regis. Sed mirum erit, quod ſubjiciemus; nempe totam fabellæ τερατολογίαν ex ambiguitate narrationis Phœniciæ eſſe natam. Narratio concepta fuit hiſce aut ſimilibus verbis: והנני השמר גזל את תוראסה quæ poſſunt verti Græce, ὁ Ζὴν ὁ Ταῦρ@ ἥρπασεν Εὐρώπην, *Jupiter Taurus rapuit Europam.* Nimirum Agenoris filia fuit, cui nomen erat תוראסה, *alba facie*, quam ſtuprator pudori ejus inſidiatus rapuit, atque in inſulam Cretam ave-

XV.

ZEPHYRI ET NOTI.

ΖΕΦΥΡΟΥ ΚΑΙ ΝΟΤΟΥ.

Z E P H.

1. NUnquam equidem pompam magnificentiorem vidi in mari, ex quo ſum & flo: tu autem nonne vidiſti, Note? NOT. Quam tu iſtam dicis, Zephyre, pompam? aut quinam erant, qui ducerent? ZEP. Jucundiſſimo ſpectaculo caruiſti, quale nullum videas in poſterum. NOT. Scilicet ad Rubrum mare operam navabam: imo etiam flando percurri partem Indiæ, quanta mari contingitur ejus regionis: nihil ergo eorum novi, quæ dicis. ZEP. At tu Sidonium Agenorem vidiſti? NOT. Sane; Europæ patrem: quid tum poſtea? ZEP. De illa ipſa narrabo tibi. NOT. Num hoc, Jovem eſſe amatorem jamdudum puellæ? iſtuc equidem olim compertum habebam. ZEP. Igitur amorem noſti: quæ vero ſunt conſecuta jam nunc audi.

2. Europa deſcenderat ad litus ludibunda, æqualibus adſumtis comitibus: ibi Jupiter, tauro quum ſe adſimilaſſet, una lu-

Z E Φ.

Οὐ πώποτε πομπὴν ἐγὼ μεγαλοπρεπεστέραν εἶδον ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀφ' ἧς εἰμι, ἢ σύ. σὺ δὲ οὐκ εἶδες, ὦ Νότε; ΝΟ. τίνα ταύτην λέγεις, ὦ Ζέφυρε, τὴν πομπήν; ἢ τίνες οἱ πέμποντες ἦσαν; ΖΕ. ἡδίστῳ θεάματι ἀπελείφθης, οἷον οὐκ ἄλλο ἴδοις ἔτι. ΝΟ. ὡς δὴ τὴν Ἐρυθρὰν γὰ θάλασσαν εἰργαζόμην· ἐπέπνευσα δὲ [c] τί καὶ μέρος τῆς Ἰνδικῆς, ὅσα παράλια τῆς χώρας· ἐδὲν οὖν οἶδα, ὧν λέγεις. ΖΕ. ἀλλὰ τὸν Σιδώνιον Ἀγήνορα [d] εἶδες; ΝΟ. ναί· τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα. τί μήν; ΖΕ. περὶ αὐτῆς ἐκείνης διηγήσομαί σοι. ΝΟ. μῶν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐρᾷ ἐκ πολλοῦ τῆς παιδός; τοῦτο γὰ καὶ πάλαι ἠπιστάμην. ΖΕ. ἐκεῖνα μὲν ἔρωτα οἶδα· τὰ μὴ ταῦτα δὲ ἤδη ἄκουσον.

Ἡ μὲν Εὐρώπη καλαὶ καὶ λύθεισα ἅμα τῇ ἡλικίᾳ παίζουσα, τὰς ἡλικιώτιδας παρακαλέσασα· ὁ Ζεὺς δὲ, ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν, συνέπαιζεν

[c] Τι τῷ μέρει] δὲ καὶ μέρος τι P. [d] Εἶδες] οἶδας. ΔΠW.

56. Ὦ Ζέφυρε τὴν πομπήν] Πομπὴ ἡ πρόπεμψις, καὶ ἡ πέμψις * παρὰ Θουκυδίδῃ. V.

* Παρὰ Θουκυδίδῃ] IV. c. 108. ξύλων τε παντοίων πομπὴν ubi *Joſ. Waſſe* notat *Suidam* in Πομπὴν interpretari σύμψιν, ἀποστολήν. pro σύμψις in *V.* prave legitur μίμψις, ut monet *M. du Soul.* T.H.

avexit. Ceterae fabulae circumſtantiae ſunt tantum mendacii, aut malae interpretationis antiquiſſimae hiſtoriae inania ornamenta. *Zanni* pro nomine proprio ſumtum eſt: *Haſſchor* vero pro tauro, cum praeterea *inſidiatorem* ſonaret. Ceterum hunc dialogum expreſſit *Lucianus* ex *Moſchi* Eid. II. quod Europa inſcribitur, ideoque ferme poetice in hac deſcriptione luxuriat. *J.C.*

Ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν] Plerique non diſſentiunt, & ſumta tauri figura latuiſſe Jovem fatentur: Κρύψε θεὸν, καὶ τρίψε δίμας, καὶ γάγγιτο ταύρῳ, argutia fere ſophiſtica *Moſchus* Eid. II, 79. Alios auctores ſecutus eſt *Higinius*, teſte *Germanici Scholiaſta*, eumque taurum tradidit *Jovem a Neptuno fratre per gratiam abduxiſſe, qui in figura tauri ſenſum humanum haberet; quem Jovis Sidonem miſit, ut Europam Agenoris filiam ad ſe portaret:* fontem vides, unde ſua derivavit *Ampelius* c. II. *Luciano* color albus in hoc tauro placuit, *Ovidio* probante: apud *Moſchum* illius eſt δίμας ξανθόχροον. Κύκλῳ δ' ἀργύφεῳ μίσῳ μάρμαιρε μιτώπῳ neque intercedo, quin quem quisque poëta in vero maxime miratur, eundem huic tauro colorem tribuat. In ceteris ipſaque geniali pompa ſi contuleris cum ſcriptore noſtro *Moſchum*, concordiam utriusque non ſine voluptate deprehendes. Illud autem τὰ κέρατα εὐκαμπῆ tuetur Heinſianam emendationem in *Ovidio* Metam.

ζειν αὐταῖς, κάλλιστος φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἦν ἀκριβῶς, καὶ τὰ κέρατα εὐκαμπὴς, καὶ τὸ βλέμμα ἥμερος. ἐσκίρτα οὖν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ἠιόνος, καὶ ἐμυκᾶτο ἡδίστου, ὥστε καὶ Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. ὡς δὲ τοῦτ' ἐγένετο, δρομαῖος μὲν ὁ Ζεὺς ὥρμησεν ἐπὶ τὴν θάλατταν φέρων αὐτὴν, καὶ ἐνήχετο ἐμπεσών· ἡ δὲ πάνυ ἐκπλαγεῖσα τῷ πράγματι, τῇ λαιᾷ μὲν εἴχετο τοῦ κέρατος, ὡς μὴ ἀποliθάνοι· τῇ ἑτέρᾳ δὲ ἠνεμωμένον τὸ πέπλον ξυνεῖχε.

ΝΟ. Ἠδὺ τοῦτο θέαμα, ὦ Ζέφυρε, εἶδες καὶ ἐρωτικὸν, νηχόμενον τὸν Δία, φέρονθα τὴν ἀγαπωμένην. ΖΕ. καὶ μὴν τὰ μὲν ταῦτα ἡδίω θεάσαιο, ὦ Νότε· ἡ τε γὰρ θάλαττα εὐθὺς ἀκύμων ἐγένετο, καὶ τὴν γαλήνην ὑπισπασαμένη λείαν παρεῖχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, οὐδὲν ἄλλο ἢ θεαταὶ μόνον τῶν γιγνομένων, παρηκολουθοῦμεν· ἔρωτες δὲ θεοπετόμενοι μικρὸν ὑπὲρ τὴν θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ὑπτιάειν καὶ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾷδας φέροντες, ἦδον

debat pulcerrimusque videbatur: etenim albus erat perfecte, cornibusque scite intortis, & vultu placido: lascivius ergo subsultabat in litore, mugiebatque suavissime, sic ut Europa auderet etiam inscendere taurum. Quod ubi factum est, tum cursu citatissimo Jupiter ad mare festinavit ferens illam; jamque natabat illapsus. Europa vero mirifice perculsa eo negotio lævâ apprehenderat cornu, ne defluereret; alterâ vento agitatum peplum continebat.

3. NOT. Jucundum illud spectaculum, Zephyre, vidisti, & amatorium, nantem Jovem, portantemque dilectam. ZEP. Imo quæ postea consequuntur jucundiora multo, Note: nam pelagus statim fluctibus vacavit, flustroque ad se tracto læve sedatumque se præbuit: nos autem omnes quietem agentes, nihil aliud quam spectatores solum eorum, quæ fiebant, adsectabamur. Amores porro juxta volantes paululum supra mare, sic ut nonnunquam summis pedibus delibarent aquam, accensas faces ferentes canebant simul hyme-

82. Ἡνεμωμένον] Ἀνέμῳ πεπληρωμένον. G.

tam. II, 855. *Cornua vara quidem; sed quae contendere possis Facta manu*: quam iisdem illis particulis, quas excludere *cornua vara* censuit *Burmannus*, certissime confirmari arbitror. Ad Fast. V, 607. *Neapolis* ad *Nasonis* locum *Luciani* verba comparavit; quae vestigia premere nobis non lubet. *T. H.*

82. Ἀπολιθάνοι] Quanquam omnes editiones servent, neque huic verbo lex formandi adversetur, usus tamen poscit ἀπολιθαίνοι. *T. H.*

91. Ἔρωτες δὲ παραπετόμενοι] Haec talem in modum tamque graphice describuntur a *Luciano*, ut, quin artificem pictoris alicujus, qui fabulam Europae coloribus expresserat, manum animo fuerit secutus, vix dubitari possit. Magno autem consensu Edd. θεοπετόμενοι· quae quidem scribendi ratio apud alios etiam rarius invenitur, sed nunquam fere, quin vel exarati manu libri, vel vulgati discrepent; nam longe est usitatius πετόμενος quam πετώμενος, πέτεσθαι quam πετᾶσθαι. *T. H.*

95. Αἱ Νηρ....ἐπὶ τὸ δελφ.] V. *Spanh.* 229. *M. du S.*

97. Τῶν τριτώνων γένος] Describit Pausanias in *Boeot.* *M. du S.*

1. Παροχουμένῳλω . .] P. & L. In aliis παροχούμενος. Sed melius ad Amphitriten refertur. *M. du S.*

8. Ὁ μὲν ταῦρος ἐκεῖνος ἐφαίνετο] *R. Bentleius* ad *Horat.* III. Od. XXVII, 48. Bellum autem amatorem Jovem, qui ominis, ut videtur, causa Europae vitium adulterit eodem in antro Dictaeo, ubi fuerat natus: quin & platanum ostentabant σὺν τῇ Γορτυνίᾳ πρὸς πηγῇ τινι, ἣ δὲ φυλοδόλιν μυθολογοῦσι δὲ, ὡς ἐπὶ (mutandum in ὑπὸ) ταύτῃ ἐμίγη τῇ Εὐρώπῃ ὁ Ζεύς. *Theophr.* H. P. I. c. 15. Fabulae condonamus, quando regionum terminos liberius nonnunquam refigit: in Gortynia certe sita non erat Dicte, neque adeo Dictaeum antrum: & tamen Europae cultu Gortynii praecipue gloriabantur; sic ut ipsa urbs primum Ἑλλωτὶς fuerit appellata eo nomine, quo Cretes Europam vocabant: *Stephan.* in Γόρτυν, ubi vide *Berkelium*. Si quis cupiat, multo plura suppeditabit *Joh. Meursius* in Creta. Vix est, ut operae pretium ferat, qui *Nonni* Dionys. librum primum ejusdem fabulae gratia legerit. Ἐφ' ᾧ, τι & ἐφ' ὅτῳ ex iis sunt, quorum utrum scripserit *Lucianus*, adseverari liquido nequit. *T. H.*

15. Γρῦπας] Ludit, ut puto, *Lucianus*, quia, ut vero simile est, in tabulis Geographicis monstra haec pingi cum reliquis solebant. Vide *Plut.* B. p. 1. Alibi cer-

menæum : Nereïdes vero emersæ adequitabant in delphinis adplaudentes, seminudæ pleræque : tum etiam Tritonum genus, & si quod aliud non terrificum visu marinorum, cuncta choreas ducebant circa puellam. Neptunus quidem conscenso curru, adsidentem lateri Amphitriten habens præcedebat hilaris, viamque faciebat natanti fratri. Denique Venerem duo Tritones ferebant in concha decumbentem, flores omnigenos inspargentem sponsæ.

4. Hæc a Phœnicia usque ad Cretam sunt facta. Postquam vero pedem in insula posuit, taurus non amplius extabat, sed prehensa manu Jupiter abduxit Europam in Dictæum antrum rubore suffusam dejectisque oculis', jam enim haud ignorabat, cujus rei gratia duceretur : tum nos impetu facto alius aliam pelagi partem concitabamus. N O T. Te beatum, Zephyre, spectaculo : at ego gryphas interea, & elephantos & nigros homines videbam.

95 ἅμα τ ὑμέναιον. αἱ Νηρηίδες δὲ ἀναδῦσαι παρίππευον ὀπὶ τ δελφίνων, ὀπιχροτῶσαι, ἡμίγυμνοι [a] αἱ πολλαί. τό, τε τ Τριτώνων γένος, ϗ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερὸν ἰδεῖν τ θαλαττίων, ἅπαντα περιεχόρευε τ παῖδα· ὁ μὲν γ Ποσειδῶν ὀπιβεβηκὼς ἅρμασος, [b] παρεχομένην τε ϗ τ Ἀμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθώς, προοδοιπορῶν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ. ὀπὶ πᾶσι δὲ τ Ἀφροδίτην δύο Τρίτωνες ἔφερον, ἐπὶ κόγχης κεκλιμένην, ἀνθη παντοῖα ὀπιπάτ]ουσαν τῇ νύμφῃ.

Ταῦτα ἐκ Φοινίκης ἄχρι τ Κρήτης ἐγένε]ο. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκ ἔτι ἐφαίνετο· ὀπιλαβόμενος δὲ τ χειρὸς ὁ Ζεὺς ἀπῆγε τ Εὐρώπην ἐς τὸ Δίκ]αιον ἄντρον, ἐρυθριῶσαν, ϗ κάτω ὁρῶσαν· ἠπίσ]αλο γ ἤδη, [c] ἐφ' ὅ, τι ἄγοι]ο. ἡμεῖς δ' ἐμπεσόντες, ἄλλος ἄλλο ϗ πελάγους μέρος διεκυμαίνομεν. N O. ὦ μακάριε Ζέφυρε τ θέας. ἐγὼ δὲ γρύπας, ϗ ἐλέφαν]ας, ϗ μέλανας ἀνθρώπους ἑώρων.

[a] Αἱ πολλαί] τὰ πολλὰ. P. L. [b] Παρεχουμένην] παρεχουμένην. P. L. quod probavi. Priores Edd. παρεχυμένης τε. [c] Ἐφ' ὅ, τι] ἐφ' ὅτῳ L. Schol. V.

10. Δικταῖον] Σπήλαιον ἐν Κρήτῃ ὅπου καλούμενον. V.

16. * Μέλανας ἀνθρώπους] Ὁ γὰρ νότος ἀπὸ τ Λιβύης πνέει, ἔνθα οἰκοῦσιν οἱ Αἰθίοπες. V.

* Ἤδη ἐπὶ νότῳ ἄγοιτο] Haec verba, quae proxime praecedentia sequuntur in Mſ. non leguntur in hoc Dialogo, nec mihi, unde petita sint, liquet. *J. C.*

Μέλανας ἀνθρώπους] Hoc Scholium in V. ad ἤδη ἐφ' ὅτῳ ἄγοιτο referebatur, pro quo in A. Ed. prave scriptum est, ἤδη ἐπὶ νότῳ ἄγοιλο. Unde conqueritur Clar. Editor, se ea verba in hoc Dialogo non reperire. Reperiuntur tamen paucis ante versibus, nisi quod in Impr. nostris non quidem ἐπὶ νότῳ, quod nullibi quidem reperias, sed ἐφ' ὅ, τι pro Scholiorum ἐφ' ὅτῳ est. Nos veram, quam exponit, vocem restituimus. *M. du S.*

certe a nullo visos pronuntiat. εὐχ. c. 44. Vide tamen *Camertem* ad *Solinum* 143. l. 50. & *Spanh.* 270. & seqq. *Johnstonus* p. 151. reperiri testatur & imaginem exhibet. Ctesias agnoscit in *Ind.* c. XII. Quosdam etiam nasci in Hyperboreis montibus tradit Servius ad *Virg. Ecl.* VIII. v. 27. De quibus *Herod.* III. c. 116. IV. c. 143. & *Pans.* I, 43. intelligendos censet *Spanh.* Consule *Plin.* VIII, 21. & X, 49. XI, 31. & Ælian. *de anim.* II, 4. IV, 27. Orig. *c. Cels.* 116. A. *Hesych.* καναθρὰ. Plaut. *Aul.* IV. 8. v. 1. V. 448. C. *Philostr.* p. 229. ubi laudantur Nearchus & Megasthenes apud *Strabonem* XV. p. 706. & Arrian. *Indic.* p. 537. *Mela* III. c. 7. Clem. Alex. *Pædag.* II. p. 207. *M. du S.*

Nεκρι-

I.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ. DIOGENIS ET POLLUCIS.

Δ Ι Ο. D I O.

Ὦ Πολύδευκες, ἐντέλλομαί σοι, ἐπειδὰν τάχιστα ἀνέλθῃς (σὸν γάρ ἐστιν, οἶμαι,

11. O Pollux, mando tibi, ſimulatque ad ſuperos eſcenderis (tuum enim

Νεκρικοὶ Διάλογοι] Ἐν τούτοις τοῖς Δ. διαπαίζει βούλεται τὰ ὡς ἔτι Ἑλλήνων περὶ τῦ ἅδου λεγόμενα· ἢ Δ. τοῦτο Νεκρὰς εἰσάγει πρὸς ἀλλήλους Δ. διαλεγομένους, ἅθεν ἐ Νεκρικούς αὐτοὺς ὀνόμασε. (1) *** Πολυδεύκιλλ] σωιδὲν τ μ Κάστορα, ὡς ὑπὸ ἀνθρώπου ὄντα, εἶναι θνητόν τ δὲ Πολυδεύκιλλα, ὡς ἐκ Διὸς, ἀθάνατον. Ὅτε ἓν ἐτελεύτησεν ὁ Κάστωρ, (2) ἐλυπήθη ὁ Πολυδεύκης· κ ὁ Ζεὺς ἐλεήσας αὐτὸν, ὡς λέγουσιν, ἐποίησεν ἀφ τοὺς δύο ζῆν (3) μίαν ἡμέραν μίαν ἡμέραν. Πολύδευκες] Ἄμφω μ ἦσαν υἱοὶ Διὸς δίδυμοι ἐκ Λήδας τ Λακαίνης, θνητότηλα ἐ ἀθανασίαν

(4) τῷ . . . . . κεκλημμένοι· ὑπερβολῇ δὲ φιλοσοφίας μὴ ἂν ἐκτὸς ἀπάλλαν Δ. φύγειν προκρημένοι· μὴ δὲ . . . . . ᾖσι, τ δὲ τοῖς ἀθανάτοις συμπαραδρόμοις, ἀνομοίωσεν σφίσιν αὐτοῖς τὸ τῦ γένους . . . . . ὑπερήμερος, ὁ μ τὸ θνητῶν, ὁ δὲ τὰ τ ζώντων ἀφελούμενος. ἄλλως τε ἐ εὖ . . . . . ἀνθρώποις, ὡς ὁ μύθ φησὶ, καὶ ἀπαχωρισμένοις. Ἐπεὶ δὲ ταῦτά ἐστι, Δ. τοῦτο ἐπαῦθα πρὸς Πολυδεύκη λε . . . . . ὡς δ᾽ἦθεν αὐτῷ τὸ ταινιοῦσθαι λαχόντ τ ὑπὲρ γῆς τόκου ἀφεῖναι. V.

(1) *** Πολ.] Hic lacuna erat in Mſ. ſed in qua multa deeſſe non videntur. *J. C.*

Imo in *V.* ſpatium eſt quatuor verſuum, & poſt eos ſcribitur Πολυδεύκην . . . . . συνίβη τὸν μὲν κα. . . . . ὡς ὑπὸ. *J. G.*

Satis apparet priorem Caſtorum fabulae partem interiiſſe totam. Quae ab illo principio, ἄμφω μὲν ἦσαν &c. ſequuntur, quin ad hujus dialogi σὸν γάρ ἐστιν, οἶμαι, τὸ ἀναβιῶναι αὖριον referenda ſint, extra dubium eſt. Ceterum oriri poterat ſuſpicio, quae praecedunt, in alienum eſſe locum, quod ſaepius in his ſcholiis contigiſſe memini, translata, & pertinuiſſe primum ad Δ. Θ. XXVI. ibi enim, quae a *Luciano* tractantur, hic itidem explicari patet. Pro ὑπὸ ἀνθρώπε *M. Sladus* ἀπ᾽ vel ἀπὸ, quod neceſſarium non eſt. *T. H.*

(2) Ἐλύπησεν] Lacuna in *V.* ἐλυ . . . . . *M. du S.*

In Ed. *A.* parum dextre lacunam hanc explevit ſive *Clericus*, ſeu Scholiorum deſcriptor per ἐλύπησεν activae poteſtatis: ἐλυπήθη, quod rei & ingenio Linguae congruebat, reſtituere non ſum veritus. *T. H.*

(3) Μίαν] Lacuna in *V.* . . . . . *M. du S.*

Recte fuit ſanata: Schol. ad *Homeri* Od. Δ, 303. exponit ἐτερήμαρος, μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν ζῶντες. *T. H.*

(4) Τῷ . . . . . κεκλημ.] Oratio crebris hiatibus deformis: neque tamen admodum eſt laborioſum haec vulnera leni manu conducere, atque redintegrare, ſic ut in ſenſu certe deſiderari nihil omnino videatur: τῷ τῦ γένους ἀνομοίῳ κεκλημμένοι· dein, μηδὲ τὸν μὲν τοῖς τεθνεῶσι, τὸν δὲ &c. tum, τὸ τῦ γένους ἀνόμοιον, ὡς παρήμεροι vel ἑτερήμεροι &c. poſtea, ἄλλως τε εὖ πράττων vel συνεργῶν τοῖς πλείοσιν aut κινδυνεύουσιν ἀνθρώποις denique, πρὸς Πολυδεύκην λέγ ἐστὶ τὰ Διογένες, ὡς δ᾽ἦθεν &c. Porro quod in Ed. *A.* fuit προκρημένοι, mutavi in προκρημένα. *T. H.*

Νεκρικοὶ Διάλογοι] Mortuorum hi Dialogi praeter novitatem venuſtatemque, quae eis cum praecedentibus communis, hoc ſibi habent proprium, quod ad mores magis ſpectant. Quocirca inſigniores utplurimum in Hiſtoria aut fabulis viros in iis loquentes facit: aliquando tamen fictitios prorſus & larvatos homines, praeſertim cum Romanorum artes carpit, quibus

Cruſtis & pomis viduos venentur avaros,
Excipiantque ſenes, quos in vivaria mittant.

Mortuorum Dialogos, noſtra aetate, vir clariſſimus *Fontanellus*, Lucianum imitatus, Gallice edidit elegantiſſimos, qui omnium manibus merito teruntur. *M. du S.*

3. Ἀναβιῶναι αὖριον] Pollux Jovis ex Leda filius, & Caſtoris frater; qui, cum immortalis eſſet, utpote eodem ovo cum Helena prognatus, a Jove fertur petiiſſe, ut ſibi cum fratre vita functo immortalitatem ſuam partiri liceret: qua re impetrata alternis mori traduntur & reviviſcere, de quibus *Virgil.* VI. AEn. *G. G.*

Ibid. Μένιππον] Clarus ante *Lucianum* jam ſuis Satyris hic Menippus. V. A. Gell. II. 18. *Nobilem Canem* vocat *Ter. Varro.* Cur autem tanti hunc Cynicum fecerit, (videbis enim in his ſummi herois partes agere) duo fingi poſſunt: quod popularis Luciani (uterque enim e Syria oriundus, quanquam ille quidem ἀπὸ καθὲν ἦν Φοίνιξ. i. e. longe tantum petito genere,) & quod vix quisquam atrocius in omnes omnium ordinum homines, Philoſophos potiſſimum, tum dictis tum ſcriptis deſaeviiſſet. vide Δικ. c. 33. Quod autem Socrati, viro ſummo, accidit, ut ſine ſcriptis apud poſteros ſumma ingenii laude, per *Xenophontem* & *Platonem* dictis ejus memoriae proditis, floruerit, id propemodum & huic Menippo per *Lucianum* accidit. Is enim, quae ipſe ſcripſerat deperditis, in hisce Luciani longe, ut videtur, melius & ſapit & floret.

nim eſt, opinor, in vitam redire cras) ſicubi videris Menippum canem (inveneris autem illum Corinthi ad Craneum, aut in Lyceo altercantes inter ſe philoſophos deridentem) ut dicas ad eum, Te, Menippe, jubet Diogenes, ſi tibi ſatis, quæ ſuper terram geruntur, ſunt deriſa, venire huc multo plura irriſurum: illic etenim in ambiguo tibi riſus erat, illudque in ore multum, Quis enim omnino novit, quæ poſt vitam ſint conſecutura: hic vero non de-

τὸ ἀναβιῶναι αὔριον) ἢν ᾖς ἰδὴς Μένιππον ἢ κύνα (εὑρεῖς δ' ἂν αὐτὸν ἐν Κορίνθῳ κατὰ τὸ Κράνειον, [a] ἢ ἐν Λυκείῳ, τῶν ἐριζόντων πρὸς ἀλλήλους φιλοσόφων καταγελῶντα) εἰπεῖν πρὸς αὐτόν, ὅτι σοι, ὦ Μένιππε, κελεύει ὁ Διογένης, εἴ σοι ἱκανῶς τὰ ὑπὲρ γῆς καταγεγέλασται, ἥκειν ἐνθάδε πολλῷ πλείω ὀψόμενον γελασόμενον· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν ἀμφιβόλῳ σοι ἔτι ὁ γέλως ἦν, ἐνταῦθα δὲ πάν-

σῃ

a [a] Ἢ ἐν Λυκείῳ] ἐπιθεωρῶντα P. γρ. quam acceſſionem, ſi plures Codd. confirment, non adſperner. b Τὸ] P. obſ. in quibusdam Codd. deeſſe.

floret. Menippi fuere duo Cynici; antiquior hic celeberrimus; de quo *Diog. Laërt.* VI. c. 99. Junior, de quo *Philoſtratus* p. 164. *Eunapius* in proœm. p. 11. C. quem perſtringi hic & in reliquis hisce dialogis, putat doctiſſimus *Philoſtrati* interpres. Sed errat; vide ipſum *Lucianum* Menippum *veterem* diſerto a ſeſe adſcitum, ſub Dialogi perſona, aſſerentem Δικ. c. 33. & res ipſa clamat *Diogenis* fuiſſe diſcipulum. *M. du S.*

4. Ἐν Κορ. κατὰ τὸ Κρ. ἢ ἐν Λ.] Quae ipſe loca maxime coluerat Diogenes, in iis ſectatorem Menippum quaeri jubet: cum Perſarum enim rege ſuam fortunam comparans, haud ſecus atque ille hyemem Suſis, Ecbatanis aeſtatem ageret, ſe quoque mutatis ad anni tempeſtates ſedibus nunc Corinthi, Athenis alias degere dictitabat, ut oſtendit *Dio Chryſoſt.* Or. VI. Cranium autem ignotius, ideoque additum ἐν Κορίνθῳ, quod non ita capiendum, quaſi urbis ambitu contineretur; nam ſubjectus erat, ut *Pauſanias* docet, moenibus cypreſſorum lucus; ſed ea poteſtate, qua ſaepius ἐν propinquitatem ſitus deſignat. Recte *Dion* Or. IX. p. 138. D. Corinthii Diogenem πολλάκις ἰόντων ἐν τῇ πόλει ἐς περὶ τὸ Κράνιον & p. 131. A. Antiſthene mortuo μετιέναι εἰς Κόρινθον, κἀκεῖ διηγεῖσθαι ὅτε αἰκίαν μισθωσάμενος, ὅτε ξένην τινὶ καταγόμενος, ἀλλ' ἐν τῷ Κρανίῳ θυραυλῶν· alia dicemus ad initium libri de modo conſcribendae hiſtoriae. Lyceum vero nobiliſſimum Athenas etiam non nominatas ſatis indicat: eo in gymnaſio non juventus tantum militaribus ac palaeſtricis laboribus imbuebatur, quod ex Anacharſide *Luciani* conſtat, ſed philoſophi quoque & ſophiſtae docendi diſputandique cauſa conſidebant: *Æſchines* Socrat. apud *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 111. qui locus nuperos Editores effugit: Ἐκαθημεῖθα μὲν ἐπὶ τῶν θάκων ἐν Λυκείῳ, ἔνθα οἱ ἀθλοθέται τὰ ἀγῶνα καθιζάνουσι. Quanquam eo jam ventitare ſolitus fuerat Socrates, cujus τὰς ἐν Λυκείῳ καθηδρίας *Plato* commemorat in primo Euthyphrone, Chryſippus tamen πρῶτον ἰσόρροπον ἔχειν ὑπαιθρον ἐν Λυκείῳ, teſte *Diogene L.* VII, 185. eam ob rem *Iſocrati* in Panath. p. 236. D. ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι· & p. 239. D. τοὺς ἐν τῷ Λυκείῳ ῥαψῳδοῦντας &c. ut mirum minime ſit, adeundum fuiſſe Polluci Lyceum, quo Menippum inveniret ridendis philoſophorum altercationibus vacantem. Nullum autem, ne quis ſe fruſtretur, Corinthi Lyceum; ne apud *Libanium* quidem Or. VII. pro Ariſtophane Corinthio p. 219. A. quibus verbis in errorem induci poterat aliquis incautior. *T. H.*

5. Κράνιον] Ubi Diogenes ipſe fere verſabatur, atque e vivis tandem exceſſit. *Diog. Laert.* p. 158. C. ἐτύγχανε μὲν γὰρ ἀφίκου ἐν Κρανείῳ τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ. & vide etiam noſtrum συγγρ. c. 3. & *Pauſan.* Corinth. κυπαρίσσων ἄλσος. Apud utrumque ita ſcribitur, non Κράνιον, ut in Impr. ſcribitur συγγρ. c. 3. & 63. Sed & illic W. Κράνιον habet. An Corinthi etiam *Lyceum* fuerit quaerant alii. Mihi ſatis eſt Menippum Athenis degentem antequam captus venderetur, Lycaeum frequentaſſe. Vide *Arrian.* in *Epict.* 337. B. *M. du S.*

11. Τίς γὰρ ὅλως οἶδε &c.] Cynicorum ſecta, quid homine poſt mortem futurum eſſet, non valde curabat. Imo qui a Socrate ſunt profecti, ipſeque *Plato*, tametſi oratione magnifica ſtatum, qui hanc vitam ſit excepturus, ampliſſime praedicent, eo ſaepe recidunt, ut totum illud nihil eſſe praeter conjecturam, & illam ſuam ſolennem μαντείαν ultro fateantur: veruntamen, iisdem auctoribus, ea venturae conditionis ignoratio & obſcuritas prudenti numinis conſilio mortalium animis eſt impreſſa, ne ſcilicet, ſi certam gererent excellentiſſimae beatitatis perſuaſionem, morari in hac vita, non expectata naturae lege, recuſarent, & ſponte de ſtatione ſua laeti decederent; nam, quod *Heraclitum* dixiſſe ferunt, τὴν γε πειθὼ ψυχὴν, ὅσα ἀνθρώπους ὠφελήσει τελευτήσαντας, ἥδιον ἂν κατάσχοι. Ἀδηλότητα καὶ ἀπιστίαν τοῦ μὴ τὸν τελευτὴν vocat *Themiſtius* apud *Stob.* p. 606. *Euripidis* in eam ſententiam dicta ſunt non pauca; quale eſt illud: Οὕτως ἵρως βρότοισιν ἔγκειται βίου. Τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τῷ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ Πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου. *T. H.*

σῃ βεβαίως γελῶν, καθάπερ ἐγὼ νῦν· ἢ μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷς τοὺς πλουσίους, ἢ σατράπας, ἢ τυράννους οὕτω ταπεινοὺς ἢ ἀσήμους, ἐκ μόνης οἰμωγῆς ἀλλογινωσκομένους· ἢ ὅτι μαλθακοὶ ἢ ἀγεννεῖς εἰσι, μεμνημένοι τῶν ἄνω. ταῦτα λέγε αὐτῷ· ἢ προσέτι ἐμπλησάμε-

sines bona fide ridere, veluti ego nunc: & maxime quidem ubi videris divites istos, & satrapas, & tyrannos tam humiles, nulloque insigni distinctos, ex solo ejulatu dignoscendos, eosque esse molles & ignavos, quando recordantur rerum superarum. Ista dic ipsi, atque insuper, ut im-

19. Καὶ ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον] Narrat Interp. *Aristoph.* in Plut. Κράνειον ἐν τῷ Κυφίθῳ, Λύκειον γυμνάσιον παρ' Ἀθηναίοις ἐν προαστείῳ. *J. B.*

20. Ἑκάτης δεῖπνον] Mos erat divitibus, ut singulis mensibus Hecatae sacrificando in triviis panes atque alia quaedam ponerent, quae postea a pauperibus auferebantur ac devorabantur: hanc *Hecates coenam* dicebant. *Suidas* & *Athenaeus* lib. VII. Athenienses autem & theatra & conciones & caeteros conventus hominum lustrare solebant, adhibitis parvis & vilibus quibusdam hostiis, ut *Suidas* tradit: eo videtur hic alludere. Hujus rei etiam meminit *Aristoph.* in Plut. & ejus Interpres: item *Theocriti* Glossematarius. *G. C.*

Ἑκ. δεῖπ.] V. καθαπλ. c. 7. & *Plutarch.* 1161, 2. *M. du S.*

Ἑκάτης δεῖπνον] Declaravit hunc locum *Brodaeus* Misc. I. c. 24. 25. expilatus a *Cognato*. Utrorumque Ἑκάτης δεῖπνον & ὧν ἐκ καθαρσίου iterum est mentio in Catapl. c. VII. prioris etiam D. M. XXII. quae Viros Eruditos non fugerunt *Erasmum* Chil. in *Hecatae coena*, *Turnebum* Adv. XXVI, 7. *Wouwerium* ad *Petron.* p. 637. *Erhardum* p. 647. *Des. Heraldum* ad *Martial.* VII. Ep. 53. & denique *Ez. Spanhemium* ad *Aristoph.* Plut. v. 596. Omnes, ut fieri vulgo solet, loca quaedam veterum indicasse contenti propius investigare, quid inde colligi deberet, atque ad moris antiqui rationem explicandam conferri, neglexerunt: nos omissae curae partem aliquam explere conabimur. Superstitio sacrificulorum fraudibus incitata ut ingentem rerum impurarum numerum excogitavit, quibus pollui homines atque impiari credebantur, sic non minus fuit in lustrationibus inveniendis ingeniosa, quarum ope tanti mali labes depelli posset: *lustramina* vero sive purgamenta sibi persuadebant haurire penitus & combibere quicquid erat contagionis, cujus expiandae causa circumferrentur: quocirca ne contractae labis vitium ad hominem ullum permanaret, sub terra defodi, in mare, montes, loca vasta deportari, saepius in triviis abjici τὰ καθάρσια sacrorum legibus fuit constitutum. Pessimas vaferrimae religionis artes sapienter irridet ac refellit *Hippocrat.* initio libelli περὶ I. N. Hecatae vero quia velut propria credebant τὰ καθέρματα, ideo vel omne purgamentorum genus, vel aliquod saltem certis in lustrationibus usurpatum (neque enim id facile definivero) Ἑκαταῖα dicebantur; quae si quis sciens attrectasset, cibive loco sumsisset, ille foedissimus atque aversabilis piaculum commisisse putabatur nullo piaculo luendum. Locus est *Demosthenis* insignis Orat. adv. Conon. p. 1114. D. sed insigni descriptorum flagitio mutilatus, in quo testiculis avulsis nescio quas aves importune subdiderunt: Aristo (is enim actor Cononem in jus vocaverat) audire se refert Bacchium quendam (Bacchium inquam, auctoritatem optimi Cod. Augustani secutus; nam Κάκχιον nullum in Graecia nomen reperitur) & Aristocratem ipsumque illum Cononem ἑταίρους ὄντας ἀλλήλων μοιχάκους ὄντας, καὶ Τριβάλλους ἱστορίαν ἔχειν, τούτους τὰ τε Ἑκαταῖα ποιεῖσθαι, καὶ τὰς ὄρνιθας τὰς ἐκ τῶν χοιρῶν, αἷς καθαίρουσιν, ὅταν ἱσταῖσθαι μέλλωσιν. *Wolfius*, qui, ut institutam versionem quomodocunque impleret, *aviculas lustrales e coetibus* dedit, ingenue fassus nihil horum sibi placere, veniam meretur: reponendum est sine dubio, καὶ τοὺς ὄρχεις τοὺς ἐκ τῶν χοιρῶν, αἷς καθαίρουσι· cui quidem emendationi haud vereor, ne quis rerum Atticarum peritus non subscribat: ostendit *Harpocrat.* in Καθάρσιον, & *Pollux* VIII, 104. solitos fuisse Περιστιάρχους, antequam populi concio haberetur, καθαίρειν χοιρείοις μικροῖς τὸν ἐκκλησιαστήριον ἢ τὸ θέατρον. *Etymologus* quando interpretatur Ὀξυθύμια τὰ καθάρματα τῶν ταφῶν· quae, modo vitio careant, intelligo lustrationes placandorum manium causa factas, subjicit, ἃ δὴ ἐκ Ἑκαταῖα λέγονται· nec secus apud *Harpocr.* in eadem v. *Didymus*; qui locus nonnihil intricatus mutato verborum ordine multo fiet planior, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις, φησίν, ὅπου τὰ καθάρσια ἔφερον, ἃ τινες Ἑκαταῖα, ὀξυθύμια καλοῦσι· nam *Hesychius* etiam, Ἑκάταια, τὰ πρὸ τῶν θυρῶν Ἑκάτης ἀγάλματα· τινὲς δὲ τὰ ἐν τριόδοις. Ἑκαταῖον autem non solum purgamentum, sed & Ἑκάταιον Hecates signum aut statua, itidemque Ἑκατήσιον & Ἑκατῶον, de qua diversa scribendi forma notat *Schol.* Aristoph. ad Vesp. v. 800. Jam porro idemne, quod τὰ Ἑκαταῖα, fuerit Ἑκάτης δεῖπνον, an aliud ac seperatum, in controversiam venire potest. Sub initium cujusque mensis Hecatae coenam a ditioribus instructam, propositamque fuisse in triviis, ut ab infimae sortis hominibus diriperetur, dilucide non magis *Schol. Aristoph.* ad Pl. v. 594. quam ipse Comicus eo in loco testatur: hoc tamen non dubito quin factum fuerit lustrata domo; quam religionem singulis fere mensibus, velut intervallo temporis legitimo, qui quidem erant paulo superstitiosiores, obire consueverant: ea re *Theophrastus* quoque in descriptione δεισιδαίμονος adnumerat πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα περιιέναι. Praeterea τριοδῖτις fuerunt Hecatae, Diis inferis & manibus, qui tum propitiabantur, sacrae: Append. Prov. Vatic. C. IV. n. 16. cujus loci comparatio persuadebit, opinor, feliciter nos exemisse difficile mendum *Harpocrationi* in Τριακάς, ταῖς τελευταίαις ἡγεῖτο ἡ τριακὰς ἡμέρα, ἀφ' ὧν Ἑκάτῃ, pro eo, quod incep-

te

impleta lupinis multis pera veniat, & si quam repererit in trivio Hecates coenam jacentem, aut ovum lustrale, aut tale quiddam.

2. POL. At ista renunciabo, Diogenes: ut autem noverim accuratissime, quanam

τον ἢ σήραν ἥκειν θέρμων τε πολλῶν, ἢ εἴ που εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὠὸν ἐκ καθαρσίου, ἢ τι τοιοῦτο.

ΠΟΛ. Ἀλλ' [a] ἀπαγγελῶ ταῦτα, ὦ Διόγενες· ὅπως δὲ εἰδῶ μάλιστα, ὁποῖός τίς

631

[a] Ἀπαγγελῶ] in. B2. vitiose.

20. Ἑκάτης δεῖπνον] Τῇ Ἑκάτῃ δεῖπνα ἐτίθετο ὑπὸ τῶν πενήτων ἐπὶ τῶν τριόδων, καθάρσια * τυχὸν τῶν ζώντων. τίνες δὲ ἀρὰς ἐν ἀπαστασιάσατο. Τῷ μὲν οὖν λόγῳ τῇ δαίμονι ταῦτα † ἀπῆτο, ἔργῳ δὲ τῶν ἀφράτων τις ‡ ὑπῆρχεν. τί γὰρ ἂν ἐν δαίμων ἐκ τούτων σιτίσαιτο; Ἐπεὶ τοίνυν ἀπὸ τῶν δείπνων τούτων Μένιππος οὐκ ἔφαγεν οὐδὲ § τίθησιν ἀπεστήσας τοῦτο, λέγουσιν αὐτόν. V.

* Τυχὸν] Placuit ex C. M. adnotatum a M. du S. ante fuit editum τυχών. T. H.

† Ἀπῆτο] C. M. ἀπῆτο. V. ἀπῆτο. M. du S.

Inscitia formationis Grammaticae, qua sape labuntur, quos omnime oportebat, peperit absurdam illam E. A. lectionem. Merito probavit scripturam C. M. Mos. du Soul. T. H.

‡ Ὑπῆρχεν] Ὑπόρχημα V. & mox, τί γὰρ ἐκ. . . σιτίσαιτο. M. du S.

§ Τίθησιν ἀπεστήσας τούτων] C. abb. ἀπεστέρησε ἐπιλεύτα. V. ἀπεμπτέσαι τύτα. Fallitur Schol. non enim interfecit Menippum horum ciborum cruditas; sed his vescebatur vulgo. Mortuus est autem, ut videbis nota ad B. πρ. c. 10. M. du S.

Prius elegit, quod reponeret M. du S. Ego nullam esse rationem censui, cur negligerem V. lectionem minima mutatione adjutam: τύτα, eo quod sua crudа voraverat. T. H.

te vulgatur ἀφ' ἑκάτου. *Athenaeus* autem diserte VII. p. 325. A. ἐν ταῖς τριακάσι δὲ αὐτῇ (Ἑκάτῃ) δεῖπνα φέρουσι. Videntur ergo a lustratione aedium non purgamenta solum in trivia fuisse deportata, sed adjectum insuper aliud aliquid ciborum, quod inopem turbam juvaret. Alioquin ex *Plutarcho* Ἑκάτης δεῖπνον de lustraminibus ipsis foras projectis dici manifestum est T. II. p. 290. D. canis χθονία δεῖπνον Ἑκάτῃ περιπόμπους εἰς τρίοδους ἀποτροπαίων ἕνεκα καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν: idcirco canes Ἑκάτης ἀγάλματα τὰς κύνας, inquit *Hesychius*, ὅτι φασὶ ἀφ' ἑκάτου τὸ ἐκφέρειν Ἑκάτῃ κύνας: similique modo in Ἄγαλμα Ἑκάτης. Quamvis *Eustathius* ad Od. Γ. p. 1467. scribat, Ἑκάτης ἀγάλματα, αἱ κύνες· ταύτῃ γάρ, φασί, θύονται, idque verum sit, accuratior tamen in *Hesychio* & propria loquendi formula ἐκφέρειν, *peractis lustrandi cerimoniis efferri, inque triviis abjici: Plutarch.* Quaest. Rom. p. 280. B. ἐν τῇ Ἑκάτῃ σκυλάκια μετὰ τῶν ἄλλων καθαρσίων ἐκφέρουσι· ut enim sacra fuerunt ἔκφορα, quorum nullam partem domo exire fas erat, teste, ne alios hic appellem, *Aristoph. Schol.* ad Plut. v. 1139. sic contra δεῖπνον illud Ἑκάτης totum foras exportandum, ut nihil inde, qui ferebant, praeter nidorem caperent: *Plutarch.* Symp. VII. c. 6. p. 708. F. ὅτε πάσχειν τοὺς δαπανίζοντας, ἃ παίσχουσιν οἱ τῇ Ἑκάτῃ τοῖς ἀποτροπαίοις ἐκφέροντες τὰ δεῖπνα, μὴ γλωμένους αὐτοὺς μηδὲ τοὺς οἴκοι, πλὴν καπνοῦ τοῦ θορύβου μοτιχοῦντας. *Aristophanis* est δεῖπνον κατὰ μῆνα προτίμησιν, vel, quemadmodum melius habet *Suidas*, κατὰ μῆνα ἀποτίμησιν. Huc pertinere mihi visa sunt, quae *Pollux* servavit VI, 83. X, 81. *Sophoclis* verba, sive legas, Τὰς Ἑκαταίας μαγίδας δόρτων, seu malis, quod nunc alteri praeponendum censeo, Τᾶς Ἑκαταίας μαγίδος δόρτου, *Hecataeae mensae coena.* Junguntur a *Luciano* ὠὰ ἐκ καθαρσίων, quorum usus scilicet in expiando familiarissimus: neque adeo mirum est, de triviis pro cibo tolli consuevisse, quandoquidem in lustratione confringi non solebant, sed integra εἰς τὰς τριόδους ἐκφέρειν, ut clare colligere licet ex *Clem. Alex.* VII. p. 713. B. ὁρᾶν γοῦν ἔστι τὰ ὠὰ λύτρα τῶν ἀφικαθαρθέντων, εἰ θαλφθείη, ζωογονήματα· οὐκ ἂν δὲ τοῦτο ἐγίνετο, εἰ ἀπελάμβανεν τὰ τῶν ἀφικαθαρθέντων κακά. Propter eandem rationem haec fercula non aversabantur nec Cynici, anilium fabellarum irrisores, nec quos paupertas superstitionem dedocuerat. T. H.

21. Ὧν ἐκ καθαρσίου] Καθάρσιον Graecis videtur purificatio quaedam dici. Morem quippe Athenis fuisse produnt conciones expurgandi atque theatra, & omnino quemlibet populi conventum. Id vero minutis fiebat porcellis, quos nominabant καθάρσια. Ejusmodi obibant munus, qui dicebantur a coilustratione Peristiarchi. Ova lustrationibus apta monstrat *Juvenalis* illud VI, 516. — *nisi se centum lustraverit ovis:* sed & in Arte II, 329. *Ovidius* ova haec lustralia indicat illis versibus: *Et veniat, quae lustret anus lectumque locumque, Praeferat & tremula sulphur & ova manu.* Sed nil tam necessarium quam sulphur. *Homer.* Od. X, 481. Οἷσι θέειον, γρηῦ, κακῶν ἔκ. *Plinius* XXXV. c. 15. *Habet & in religionibus locum* sulphur *ad expiandas suffitu domos.* G. C.

Ὧν ἐκ καθαρσίου] De ovis lustratoriis dico alibi: καθάρσια. ἔθος ἦν Ἀθήνησι καθαίρειν ἐκκλησίαν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ ὅλως τὰς τοῦ δήμου συνόδους μικροῖς πάνυ χοιριδίοις, ἅπερ ἀνόμαζον καθάρσια. *Suid. Scholiast. Aristoph. Caelius* c. 20. lib. 3. *Hesych.* verbo κάθαρμα. τοῦτο δ' ἐποίουν οἱ λεγόμενοι περιάρχοι, ὀνομαζόντες ὕτας ἢ ἀπὸ τοῦ περιέχειν, ἢ ἀπὸ τῆς ἰσίας. *Suid. Hesych.* ultimam tangit originationem. Ex his Peristiarchis καθάρσια dicta περίστια. *Scholiast. Aristoph.* ad Concion. tangit alibi *Lucian.* J. B.

ἐστὶ τὴν ὄψιν; ΔΙΟ. γέρων, φαλακρὸς, τριβώνιον ἔχων πολύθυρον, ἅπασι ἀνέμῳ ἀναπεπλαμμένον, καὶ ταῖς ὀπισθυχαῖς τῶν ῥακίων ποικίλον· γελᾷ δ' ἀεὶ, καὶ τὰπόλλα τοὺς ἀλαζόνας τούτους Φιλοσόφους ὀπισκώπτει. ΠΟΛ. ῥᾴδιον. εὑρεῖν ἀπό γε τούτων. ΔΙΟ. βούλει καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους ἐντείλωμαί τι τοὺς Φιλοσόφους; ΠΟΛ. λέγε· οὐ βαρὺ γὰρ οὐδὲ τοῦτο. ΔΙΟ. τὸ μὲν ὅλον, παύσασθαι αὐτοῖς παρεγγύα λήρους, καὶ περὶ τῶν ὅλων ἐρίζουσι, καὶ κέρατα φύουσιν ἀλλήλοις, καὶ κροκοδείλους ποιοῦσι, καὶ τοιαῦτα ἄπορα ἐρωτᾶν διδάσκουσι τοὺς νέους. ΠΟΛ. ἀλλ' ἐμὲ ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον εἶναι φήσουσι, καταγορεύοντα τῆς σοφίας;

lis est facie? DIO. Senex, calvus, pallium habens multifore, omni vento apertum, & adplicatis pannorum adsumentis varium: ridet autem semper, & ut plurimum illos arroganter mendaces philosophos illudit. POL. Facile est eum invenire ab istis quidem indiciis. DIO. Vinne vero, ad ipsos illos mandem quiddam philosophos? POL. Licet: neque hoc quidem grave mihi fuerit. DIO. Ergo in summa serio ipsis denuncia, ut desinant nugari, de rebus universis rixari, cornua generare sibi mutuo, & ejusmodi perplexas interrogatiunculas docere juvenes. POL. Sed me indoctum & disciplinæ expertem esse dicent, qui audeam incusare sapientiam eorum.

25. Τριβώνιον ἔχων πολύθυρον] Utitur hoc loco *Oct. Ferrar.* de R. V. P. II. lib. IV. c. 14. & *J. Pricaeus* ad *Apul.* Metam. I. p. 4. ubi, *scissili palliastro semiamictus.* Tale τριβώνιον erat Carionis in *Aristoph.* Plut. v. 715. qui quum se vidisse narraret, quae ab AEsculapio gererentur, *Atqui, scelus,* inquit hera, *quomodo potuisti qui te palliolo dixeris intonsum:* tum Carion: ἀλλὰ τὸ τριβωνίου. Ὅτας γὰρ εἶχεν οὐκ ὀλίγας, μὰ τὸν Δία. *Schol.* Ὅτας δὲ τὰς τρώγλας· commode; nam in Apophthegm. *Macarii* τριχάριον λινοῦν τραγλωτὸν est *stichasium lineum ac lacerum:* qualia, quae Telepho mendicanti dederat Euripides, ῥάκη διοπλα καὶ κάτοπλα πανταχῆ in Acharn. v. 434. id est, ut Schol. ait, πολύτρηπα. *T. H.*

27. Ἐπιτυχαῖς τῶν ῥακίων] Dico ad *Heliodor.* lib. 6. *J. B.*

29. Τὰπόλλα] *L. Bos* de Ell. Gr. p. 142. Interprete castigato, qui τὰ πόλλα reddiderit *plerumque*, hanc versionem expressit: *ac philosophos illos arrogantes multa perstringit.* Verum dixisset, si legeretur in *Luciano* πόλλα ἐπισκώπτει· ut πολλὰ λοιδορεῖσθαι, καταμάσθαι· nunc nullam Interpres notam commeruit: idem est τὰ πολλὰ, quod ὡς ἐπίπολυ, ὡς ἐπίπολυ, quibus utitur *Schol. Thucydidis* ad illud explicandum. Saepe *Noster*: περὶ τὸν Ἄρη ἔχει τὰ πολλὰ· τὰ πολλὰ τιρατσόμενος· λήρει τὰ πολλὰ· γελῶν τὰ πολλὰ· νῆμα ἐπιπλεγμένον γε τὰ πολλὰ· non aliter capiendum in Nigr. p. 32. v. 22. vel invito Clarii. *L. Bos.* *T. H.*

35. Κέρατα] Per κεφαλία captiosos syllogismos ad hunc modum conflatos intelligit Chrysippus: εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτ' ἔχεις· κεφαλία δ'· οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις. *Quod non perdidisti, habes: Cornua non perdidisti: Cornua ergo habes.* *G. C.*

Κέρατα φύουσιν] Διὰ τὸν κερατίνων λόγον, καὶ τὸ κροκοδιλειτίων. De quibus in Vitar. auct. *J. B.*

Κέρατα] *Ceratina & Crocodilina quaestiones & ambiguitates: Quintil.* I. *A. V.*

Κέρατα φ.] Philosophos omnes, praesertim Stoicos, hic carpit, quibus sophisticatio illa in ore frequens; *Quod non amisisti, habes: Cornua non amisisti: Ergo Cornua habes.* Vide Ἑρμ. c. 81. Unde primus, ni fallor, conjicio factum, ut postea *cornua maritis fieri* ab adulteris uxoribus diceretur; quod Artemidori jam aetate in proverbium abiisse observavit Vir eruditissimus & Amplissimus *Ez. Spanhem.* Diss. VII. p. 402. quem vide. Locus autem *Artemidori* quem laudat, extat in *Onirocrit.* l. II. c. 11. Ὅτι ἡ γυνὴ σου πορνεύσει, καὶ ΤΟ ΛΕΓΟΜΕΝΟΝ, ΚΕΡΑΤΑ αὐτῷ ΠΟΙΗΣΕΙ. Haeret etiam hic Cl. *Menagius* in Lex. Etym. v. *Cornu.* Vetus haec Sophisticatio. *Diog. Laert.* p. 147. A. De phrasi confer Ἑρμ. c. 81. Ἁλ. c. 11. & Ἐκκλ. c. 10. B. πρ. c. 22. *M. du S.*

Ibid. Κροκοδείλους] Κροκόδιλος sophisma ex fabula mulieris AEgyptiae hujusmodi nomen habet, cujus mentionem facit *Lucianus* in Vitarum Auctione sub finem. *Quintilianus* lib. I. c. 10. *ceratinas* & *crocodilinas ambiguitates* appellat. Fabulam crocodili tractavimus in nostris Narrationibus lib. I. *G. C.*

Κροκοδ.] Respicit hic aliud argumentandi genus, quod a Crocodilo nomen habet. *Crocodilus*, inquiebant, *raptum puerum redditurum se spondet verum respondenti: statimque rogat, redditurusne sit puerum, an non.* Haec & ejusmodi ἄπορα Philosophis illa aetate, juventutis exercendae causa, aut quo illiteratos homines illaquearent, proponere solemne erat. V. Ἑρμ. c. 81. & β. πρ. c. 22. *Diog. Laert.* p. 60. & *Aldobr.* Not. p. 88. Idem *Diogenes* plura ejusmodi ἀπόρους λόγους nominat 174. E. 183. F. *M. du S.*

36. Ἑρατὴν διδάσ. τὸν νοῦν] Venerat olim in mentem ἐρώτησις, dictio scilicet consentanea τῷ νῷ, cui parum accurate jungitur ἐρατὴν. Verum minime repudiandum est ἐρωτᾶν, de philosophorum mutuis interrogationum laqueis, quibus sese invicem irretire conabantur, verbum paene proprium: nam & Noster ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐπαλλὰς πολυπλόκους commemorat D. M. X. & *Plato* simili structura,

Πλάτ-

rum. DIO. Tum tu plorare illos a me jube. POL. Et hæc ipſa, Diogenes, referam.

3. DIO. Divitibus autem, ſuaviſſime Pollucule, nuncia iſthæc a nobis. Quid, o vani, aurum cuſtoditis? quid autem vosmet ipſi cruciatis, rationem ineuntes uſurarum, & talenta ſuper talentis componentes, quos oportet uno obolo inſtructos huc venire paulo poſt? POL. Et illa dicentur ad eos. DIO. Imo etiam formoſulis illis ac robuſtis dicito, Megillo Corinthio & Damoxeno luctatori, apud nos nec flavam comam, nec grate torvos & nigricantes oculos, nec florem in facie amplius

φίας αὐτῆς. ΔΙΟ. σὺ δὲ οἰμώζειν αὐτοῖς παρ' ἐμοῦ λέγε. ΠΟΛ. ἡ ταῦτα, ὦ Διόγενες, ἀπαγγελῶ.

ΔΙΟ. Τοῖς πλουσίοις δὲ, ὦ φίλταλον Πολυδεύκιον, ἀπάγγελε ταῦτα παρ' ἡμῶν τί, ὦ μάταιοι, τὸ χρυσὸν φυλάττεσθε; τί δὲ τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς λογιζόμενοι τοὺς τόκους, καὶ τάλαντα ἐπὶ τάλασι συντιθέντες, οὓς χρὴ ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν μετ' ὀλίγον; ΠΟΛ. εἰρήσεται καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους. ΔΙΟ. ἀλλὰ καὶ τοῖς καλοῖς γε καὶ ἰσχυροῖς λέγε, Μεγίλλῳ τε τῷ Κορινθίῳ, καὶ Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ, ὅτι παρ' ἡμῖν οὔτε ἡ ξανθὴ κόμη, οὔτε τὰ χαροπὰ, [a] ἢ μέλανα ὄμματα, ἢ ἐρύθημα

[a] Ἡ] ὑπὸ. P. In enotando erratum ſuſpicor, & hoc pertinere ad φασὶ, quod paulo poſt ſequitur.

47. Ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν] Ἐτίθεσαν γὰρ Ἕλληνες εἰς τὰ σήματα τῶν τεθνηκότων ὀβολὸν, τὸ ναῦλον δῆθεν τῷ Χάρωνι. V.

Πάντα τοιαῦτα ἡμεῖς ἐρωτῶμεν ἄφυκλα, in Euthyd. p. 193. C. Eadem ratione dicitur ἐρωτᾶν λόγους, primum, *captioſas interrogationes nectere*, ex quibus conceſſis concluſiunculae deducantur; deinde, *argumentari*: *Diogen. L.* VI, 69. 71. de Cane cognomine: τοιούτους τινας ἤρατα λόγους. *Sext. Empir.* P. H. I. §. 20. ἴδωμεν δὲ ἐν ἄκατερος κατὰ τοὺς φαινομένων ἐρωτῶμεν λόγους· ad quae *Stephanus*, ut ſaepe ſolet, tricatur: paulo melius *Creſoll.* Th. Rhet. II. c. 6. Igitur, quum retineri conveniat ἐρωτᾶν, nihil eſt magis appositum, imo nihil certius, quam *Guyeti* conjectura, τοὺς νέους· nam revera juvenum ingenia tales interrogatiunculas anguſtas ac fallaces docendo corrumpebant. *T. H.*

37. Τὸν νοῦν] Τοὺς νέους ſcribe. *F. G.*

Τὸν νοῦν] *Vorſtius* τοὺς νέους. *Menagius* τὸν νέον, malunt. In libris nihil eſt ſubſidii. Sed ecce *Baſilium* Ep. I. ſic fere etiam loquentem, καὶ αἱ νῦκτες τὰς μυθημερινὰς φροντίδας ἀποδαλοῦσαι σὺν ταῖς αὐταῖς φαντασίαις ἐξεπατῶσι τὸν νοῦν. Vide tamen Dialogum ultimum, ubi poſtrema verba ſunt: ὅρα δὴ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾶν τὰ ὅμοια διδάξῃς. *M. du S.*

39. Οἰμώζειν] Ita Graecos loqui ſolitos, ut plorare juberent eos, quos a ſe contumelioſe dimitterent, notum eſt. Hac etiam voce uſus eſt in Tragopodagra, & in ſequenti dialogo contra Menippum bis, pluribusque aliis locis. *Horat.* II. Sat. V, 69. — *inveniet*que *Nil ubi legatum praeter plorare* — Idem in extrema Satyra lib. I. v. 91. — *Demetri*, *teque*, *Tigelli*, *Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras*. *Cicero* in Ep. ad Quint. Fratr. ἀλλ' οἰμωζέτω· *nos modo valeamus*. *G. C.*

Οἰμώζειν] Τὸ εἰδος Ἀττικὸν ἀρχαῖον τὸ συνθέσεως. leg. *Scholiaſt. Ariſtoph* ad illud Ἱππ. v. 431. κλαῖειν σε μᾶλλον κελεύων. Dictio in uſu frequentiſſimo apud *Lucian.* *J. B.*

47. Ἕνα ὀβολὸν] Atqui alii teſtantur mortuis duos obolos viatici loco dari ſolitos fuiſſe. Vide *Suid.* v. ὀβολοῦ, & v. φιῦ. *L. K.*

49. Μεγίλλῳ] *Horat. Dicat Opuntiae frater Megillae.* *F. G.*

Μεγίλλῳ τε τῷ Κορ.] Vide *Plat. de Leg.* III. *Noſter* de eodem κάλλιστ. c. 22. *M. du S.*

50. Δαμοξένῳ τῷ παλαιστῇ] Damoxenum Syracuſanum, ſed pugilem, novit *Pauſan.* VIII. p. 682. quamvis fortitudine virium excellens Nemeis ludis certaverit, atque adeo nihil obſtet, quominus vicinae Corinthi potuerit morari, haud tamen adfirmavero eumdem eſſe, quem memorat *Lucianus*. Tzetzes Chil. II. v. 602. Τῷ Δαμαξένου παλαιστῇ Λουκιανὸς ὁ Σύρος Μίμνηται· λέγων ἄριστον ὡς παλαισταῖς τυγχάνειν, Οὐδὲν ἧττον τῷ Μίλωνι, καὶ παλαισταῖς τοῖς ἄλλοις· Prave Δαμαξένου pejus *Damaxenis* Interpres: extra hunc locum alibi nusquam apud *Noſtrum*, ſi recte memini, occurrit Damoxenus. *T. H.*

52. Χαροπὰ] Χαρίεντα, ξανθὰ, γλαυκὰ, ὡσεὶ χαρῆ. *Heſych.* Φοινίκια ſimpliciter interpretatur *Schol. Ariſtoph.* male. *J. B.*

Ibid. Ἢ μέλανα ὄμματα] Dixi ad *Petron.* *J. B.*

Ibid. Ἢ ἐρύθημα] Ἐρύθημα, βάμμασι κόσμιον ἢ πυρρὸν ἢ μέλαν. ἐρύθημα, ἢ ῥίζα ἢ λεγομένη ἐρυθρόδανον. *Heſych.* verbo Ἐρυθαίνει, a quo *Suid.* qui adjungit: ἡ ῥοδάνης, ἢ ῥίζα ἐρυθρὰ, ἢ ἐρυθραίνουσι τὰ πρόσωπα αἱ γυναῖκες, ἄγχουσα λέγεται. Sed Erythrodanum ab Anchuſa diſtinguunt *Plin. Ruell Fuſch.* Erythrodanum Rubiam Latinis, Galiis *Garenſe*, in uſu eſſe fucandis foeminis non alibi legi; Anchuſa utuntur maxime, quam *orchaneie* vocant Galli. Iſta ſpecie non colore differunt, ut alibi docendum erit. *J. B.*

μα ὅτι ᾧ προσώπῳ ἔτι ἐστὶν, ἢ νεῦρα εὐτονα, ἢ ὦμοι καρίεραι· ἀλλὰ πάντα μία ἡμῖν κόνις, [a] φασὶ, κρανία γυμνὰ τῆς κάλλους. ΠΟΛ. ἢ χαλεπὸν ἡδὲ ταῦτα εἰπεῖν πρὸς τοὺς καλοὺς καὶ ἰσχυρούς.

adesse, aut nervos intentos, humerosve validos; sed omnia, quod ajunt, una Myconus, crania nuda pulcritudine. POL. Ne ista quidem molestum erit exponere apud pulcros & robustos.

ΔΙΟ. Καὶ τοῖς πένησιν, ὦ Λάχαν, (πολλοὶ δ' εἰσὶ, καὶ ἀχθόμενοι τῷ πράγματι, καὶ οἰκτειρόντες τὴν ἀπορίαν) λέγε μήτε δακρύειν, μήτ' οἰμώζειν, διηγησάμενον τὰ ἐνταῦθα ἰσοτιμίαν· καὶ ὅτι ὄψονται τοὺς ἐκεῖ

4. DIO. Porro pauperibus, o Lacon; nam sunt sane multi, & graviter ferentes illam rem, miserequeque deplorantes inopiam, dic, ne lacrimas neque ejulatum edant, enarrata, quae hic obtinet, conditionum æqualitate; idque etiam eos esse visuros, qui

[a] Φασὶ] εἰσὶ L.

54. *Μία ἡμῶν κόνις*] Alludit ad defunctorum cineres, inter quos nihil apparet discriminis. G.C.

Πάντα μία ἡμῶν κόνις, φασί] Ubi sermo fit de mortuis, quorum corpora vel rogo tradita in cinerem, vel naturae lege soluta in pulverem rediguntur, frequenter adhiberi solet κόνις: apud *Nostrum* D.M.XVI. Hercules σῶμα καὶ Ὀτῆς κόνις ἤδη γενόμενον· & XX. qui locus valde videri potest opportunus ad hunc fulciendum; Homeri τὰ ῥαψῳδῶν τὰ κεφάλαια καμαὶ ἔρριπται ἄσυντα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα ἐκ λήθου πολυς. *Aristid.* T. I. p. 138. B. κεφάλαι δὲ ἡ πρότερον χαριεστάτη, νῦν ἐν κόνει· ejus generis ex Anthologia sola proferri possent plurima. Nihil ergo videtur dubitandum, quin ad res inferorum accuratissime pertineat hoc dictum, & a vitii suspicione vel minima procul absit. *Erasmus* sane, non raro proverbiorum, quae veteribus ignota fuerant, architectus, hoc emblemate Chiliadas suas instruxit, *Omnia idem pulvis*, nullo tamen praeter *Lucianum* alio fidejussore dato: nec minus in Stromateo Magnus *Scaliger*, Πάντα μία κόνις ἐστί. At si, quibus incommodis haec verba premantur, consideratius examinaris, alia longe facies apparebit, multoque deformior, quam ut elegantiae Lucianeae respondeat. Primum φασὶ notum proverbium communique usu receptum demonstrat; cujus quis dixerit ullum inveniri vestigium in Πάντα μία ἡμῶν κόνις; non juvat illud incerti poetae Anthol. I. c. XIII. Ep. 14. Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδὲν, nisi quis simul eundem in censum referenda putet Πάντα γέλως, & Πάντα τὸ μηδὲν, quae ut proverbialem formam induere posse concedam, proverbia tamen esse vehementer nego: quod autem pro φασὶ ex C. Long. profertur εἰσὶ, nihil esse aliud arbitror, quam conjecturam sentientis, vulgatae lectioni nequaquam convenire φασί. Deinde quorsum illud ἡμῶν tam inepte interjectum? quod si quis objiciat familiarem ejusmodi dativorum, qui ornandae orationi serviant, usum, atque etiam exemplorum copia pugnet, humaniter, quaeso, ferat, nihil eum nos morari. Addam, quod an aliis sim facile persuasurus, haud scio, mihi non videri inter se congruere copulata μία κόνις· satis erat, κόνις πάντα· quam autem longe dissentiant, neque in idem hoc orationis membrum coïre possint μία κόνις, & κρανία γυμνὰ τῆς κάλλους, nemo erit attentior paulo, quin statim animadvertat. Nunc si difficultates eas simul omnes levem, vetusque adagium huic loco percommodum mutatione facillima reducam, nonnullam certe a *Luciano*, ejusque venustatis studiosis gratiam inibo. Scribendum itaque, πάντα μία Μύκωνος, φασὶ, κρανία γυμνὰ τῆς κάλλους, in quibus nihil est, quod ullam in partem offendat. Proverbii potestas explorata complectitur eas res, quae diversi generis atque ordinis sine ullo discrimine eundem in locum & conditionem coguntur: *Plutarch.* Symp. I. p. 616. B. περὶ δὲ τὰς καλακλίσεις παρόψεται τὰς διαφορὰς, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν λεγομένην μίαν Μύκωνον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον· quum scilicet promiscue convivae nullo dignitatis servato gradu ad mensam accumbere jubentur. Similiter *Clemens* posuit in re multum dissita Str. I. p. 355. C. ἐν ᾧ δὴ μία Μύκωνος (ita scriptum est per ω, ut aliis in locis saepenumero) ἡ πᾶσα πρὸς νόησιν γραφή. Eruditissimi Patrum mens est talis, Sacrarum literarum explicationem & sensus non omnibus esse pari modo accommodatos, velut aliquem confusae mixturae cinnum; sed alios Christianis infantibus & lacte sustentandis, alios convenire viris ac robustiore cibo firmatis; quare hominis esse perfecti τὰ τοιαῦτα διακρίνειν τε καὶ ἐκλέγειν, quod pro vulgato λέγειν reponendum duco. *Themistius* Or. XXI. p. 250. C. ἀκούετε ἐν τῷ νομοθέτου διοριζομένου τὰ μαθήματα (*Platonis*, cujus verba protulerat) ὡς ἔφασκε χρεὼν εἶναι τοὺς φιλοσόφους, καὶ μὴ ξυγχωροῦντος συγχεῖν μηδὲ ξυμφέρειν ἅπαντα ὥσπερ εἰς Μύκωνον μίαν· non poterat clarius exhiberi paroemiae nativa virtus, quam sane non percepit *Pierius* ad *Virgil.* AEn. III, 76. De origine multum abest, ut res aeque sit comperta: nam aliud *Zenobius* tradit C. V. n. 17. ubi quae *Sebastus* notat ab *Erasmo* jamdudum fuerant occupata in *Omnia sub unam Myconum*; aliud *Stephanus* in Μύκωνος, vel potius, quem descripsit, *Strabo* X. p. 746. A. ejus in verbis, quae profecto non sunt satis explanata, ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγόντων τὰ διαφέροντα τῇ φύσει, praeferam ex Codd. antiquis ἐπιγραφὴν, ut dicere voluerit, *sub unam inscriptionem*, seu *titulum*, quae

qui iſtic in vita ſunt divites, nihilo meliores ſe. Et Lacedæmoniis tuis iſta, ſi videtur, meo nomine exprobra, dicitoque moribus ſolutis eos a priſtina ſeveritate deſciviſſe. POL. Cave, Diogenes, de Lacedæmoniis quicquam dixeris; equidem non patiar: quæ vero ad alios mandaſti, renunciabo. DIO. Mittamus iſtos, quoniam ita tibi videtur: at tu, quibus ante dixi, perfer mandata mea.

πλεονέκτης ἢ ἀμείνους αὐτοῦ. ἡ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς ταῦτα, εἰ δοκεῖ, παρ' ἐμοῦ ὀπτίμησον, λέγων ἐκλελύσθαι αὐτούς. ΠΟΛ. μηδέν, ὦ Διόγενες, περὶ Λακεδαιμονίων λέγε· οὐ γὰρ ἀνέξομαί γε· ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφηθα, ἀπαγγελῶ. ΔΙΟ. ἐάσωμεν τούτους, ἐπεὶ σοι δοκεῖ. σὺ δὲ οἷς προεῖπον [b] ἀπένεγκαι παρ' ἐμοῦ τοὺς λόγους.

ΠΛΟΥ-

b Ἀπένεγκαι] ἀπένεγκε. O. Nihil intereſt, utrum probes. Similis variatio p. 299. v. 67.

quae diſpari ſunt natura, redigere: διηκριβῶσθαι quoque non mutavero, quamquam *Stephanus* habeat, probantibus duumviris eruditiſſimis *Caſaubono* & *Holſtenio*, διημφίσθαι. Sed *Euſtathio* quid fiet ad *Dionyſ.* Perieg. v. 525. qui, cujus veſtigiis tanquam certiſſimi ducis ſic inſiſtit, ut a verbis ejus latum unguem vix diſcedat, deſeruiſſe *Strabonem* videtur: ὅθεν ἐπὶ τῶν σὺν οὐ πολλοῖς μιᾷ ψήφῳ, ἤγουν ἐπὶ τῶν μιᾷ δίκῃ καθαδικασθέντων λέγεται τὸ Πάντ' ἀπὸ μίας Μύκονος, ἤγουν, πάντα ἐμοῦ ἀπὸ μίας βλαβὲν ἢ καθαδικάσω. Haec quidem unde ſint derivata, aut etiam derivari potuerint, ignoro, nec talem uſum in priſcis ſcriptoribus deprehendiſſe me memini: quid ergo? an, quum inveniret in *Strabone* ἀπὸ μίας γραφῆς ἄγειν, poteſtate vocis γραφὴ forenſi deceptus ex formula loquendi perperam intellecta miriſicam illam proverbii interpretationem conſtruxit? haud equidem ab hac ſuſpicione ſim alienus. Ad *Lucianum* ut redeam, is aptiſſime collocavit μίαν Μύκονον, ut apud inferos ſignificaret nullum eſſe nec formae nec virium diſcrimen, aequatoque jure cunctos inter ſe ſimiles ac pares. Neſcio tamen, an aliquid inſuper argutius occultetur: mentionem certe fecerat ξανθῆς κόμης, quae, tametſi in vivis pars pulcritudinis praecipua, nulla poterat amplius in nudo cranio reſidere extirpatis cum omni carne capillis. Jam vero calvities popularis morbus capita Myconiorum infamabat; adeo ut communi dicto Μυκόνιοι vocarentur calvi: notum eſt illud *Lucilii* apud *Donat.* ad *Terent.* Hec. A. III. Sc. IV. — *Myconi calva omnis juventus.* Sed hoc ſubtilius forte, quam verius. *T. H.*

55. Εἰσὶ] L. ſolus. Alii φασὶ. *M. du S.*

63. Λαε. . . . . ἐκλελύσθαι.] Hinc argumentum petit Cl. *Olearius*, quo probet de vetere Menippo non agi, quia juniori haec tempora conveniant; ad *Philoſtr.* p. 164. Sed nihil eſt, cur de ætate Senioris mortem proxime ſequuta, qualis hic fingitur, non poſſit intelligi. *M. du S.*

65. Ἐκλελύσθαι αὐτούς] Jam tum, quando vetuſtior Menippus erat in vivis, Lacedaemoniorum mores Diogeni, quippe ſectae durioris philoſopho, jure videri poterant effeminati, a ſeverisque Lycurgi inſtitutis longe diſcedentes: nam poſt Athenas devictas, quum voluptatum deſiderium & divitiae luxuriam atque avaritiam invexiſſent, labare paulatim coepit priſtina diſciplina, & vitiis indies creſcentibus locum cedere: qua de re docet *Plutarch.* in V. Ag. & Cleom. p. 796. C. 797. C. Exinde praeceps ivit Spartanae nobilitatis decus, neque unquam, quicquid ſubinde pauci majorum virtutis capaces fuerint conati, priorem in gradum reſtitui potuit. *Clearchus* Soleníis, Ariſtotelis diſcipulus, apud *Athen.* XV. p. 681 C. memorat Λακεδαιμονίους, οἳ τὴν παλαιὰν τῆς πολιτικῆς κόσμου συμπτῶσιν ἐξετραχηλίσθησαν. Haec eſt cauſa, cur & hujus & inferioris aetatis ſcriptores τὴν πόλιν τὴν παλαιὰν eum in modum ſaepe laudent, ut mutatae ac perditae opponant: *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 199. C. Ἀγαπᾶι τὴν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιάν. Quod ſi ad tempus ſerius deſcendas, nihil eſt his ipſis Lacedaemoniis, maxima ſaltem eorum parte, inquinatius: vide *Philoſtr.* V. A. T. IV. c. 27. Arguti ſenſus eſt *Apollonii Tyanenſis* epiſtola LXIII. ad Ephoros, qua miſſos ad ſe viros oſtendit ab habitu corporis & veſtitu molliſſimo pro Lacedaemoniis habiturum ſe non fuiſſe, niſi traditae literae Lacedaemonios declaraſſent. Patet igitur, quanti ſit facienda *Olearii* ſuſpicio ad *Philoſtr.* p. 164. n. 5. *juniorem Menippum eſſe, qui paſſim a Luciano perſtringitur in Mortuorum Dialogis, idque prodere videri initium primi eorum dialogorum. Praeterea*, inquit, *ſub finem Dialogi illius Diogenes Polluci injungit, ut Menippo praecipiat, Lacedaemonios ob corruptos mores ut reprehendat, quod his temporibus convenientius forte, quam Menippi antiquioris.* Vix tibi perſuadeas, accurate Dialogos iſtos eum perlegiſſe, qui Menippum ibi paſſim a Luciano perſtringi ſtatuit. *T. H.*

II.

ΠΛΟΥΤΩΝ, Η [a] ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

PLUTO, SEU CONTRA MENIPPUM.

ΚΡΟΙ.

Ου φέρομεν, ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα· ὥστε ἢ ἐκεινόν σοι κατάστησον, ἢ ἡμεῖς [b] μετοικήσομεν εἰς ἕτερον τόπον. ΠΛΟΥ. τίδ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται ὁμόνεκρος ὤν; ΚΡΟΙ. ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν, καὶ στένομεν, ἐκείνων μεμνημένοι τῶν ἄνω, Μίδας μὲν ὑτοσὶ, τὸ χρυσίου, Σαρδανάπαλος δὲ, τὸ πολλῆς τρυφῆς, [c] ἐγὼ δὲ, τὸ θησαυρῶν, ὑπογελᾷ, καὶ ἐξορχεῖδίζει, ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν· ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων ὑπαταράττει ἡμῶν τὰς [d] οἰμωγάς· καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. ΠΛΟΥ. Ἱτί ταῦτα φασὶν, ὦ Μένιππε; ΜΕ. ἀληθῆ, ὦ Πλούτων. μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀγεννεῖς, καὶ ὀλεθρίους ὄντας· οἷς οὐκ ἀπέχρησε

CROE.

1. NOn ferimus, o Pluto, Menippum istum canem juxta nos habitantem: quare aut illum aliquo abire coge; aut nos migrabimus in alium locum. PLUT. Quid autem vobis mali facit, qui perinde ac vos sit mortuus? CROE. Quando nos ploramus & gemimus, istorum reminiscentes, quæ supra adfuerunt, Midas hicce auri, Sardanapalus iste multæ luxuriæ, ego vero thesaurorum, irridet, & conviciatur mancipia nos & purgamenta piacularia vocitans: interdum etiam cantando obturbat nostros gemitus: in summa, molestus est. PLUT. Quid ista dicunt, Menippe? MEN. Vera, Pluto: odi enim eos, quippe ignavos & perditissimos, quibus non satis fuit vivere male, sed & mortui re-

a ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ] καὶ Μένιππον. C. Πλούτωνος ἢ Κροίσου. O. b Μετοικήσομεν] Ita O. B2. W. St. Edd. reliquae μετοικήσωμεν. c Ἐγὼ δὲ] Κροῖσος addit O. & Schol. d Οἰμωγάς] συμφοράς. O. Male: vide Necyom. §. 18.

80. Ἐγὼ δὲ Κροῖσος] Λυδὸς ὁ Κροῖσος Φρὺξ ὁ Μίδας Ἀσσύριος ὁ Σαρδανάπαλος. V.

74. Μετοικήσωμεν] *Alibi migremus*: μετοικήσομεν mendosam lectionem secutus est Interp. *J. B.*

Μετοικήσομεν] Mf. Ox. Ed. B2. W. St. & Hemst. melius quam quod in reliquis est μετοικήσωμεν. *M. du S.*

Μετοικήσομεν] Non est fastidienda plane lectio plurimarum Edd. μετοικήσωμεν, ac si dicant, *pace tua liceat nobis alio migrare:* nam & modo rogaverant Plutonem, ἢ ἐκεῖνόν σοι κατάστησον. Non multum refert, utrum praetuleris: malui tamen, quod Interprete rejecto mendosum pronunciat *Bourdelotius*, μετοικήσομεν· haec enim quasi comminatio mutandarum sedium expressius offendit, quanto opere Menippo nullum se vexandi genus abstinenti succensuerint: Necyom. §. 19. καὶ διασκίπτεσθαι μετοικεῖν ἐκ φέροντας τὸ Διογενοῦς· ibi Diogenes idem negotium gerit, quod hic Menippus. *T. H.*

90. Λυπεῖται γὰρ ὁ μικρῶν ς.] Adsimilis est *Platonis* sententia de senibus, qui non sine magno dolore delectabiles juvenilis aetatis fructus memoria repetunt, de Rep. I. p. 572. E. Οἱ ἐν πλείοσι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς οὐ τῇ νέότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀπαμιμνησκόμενοι, περί τε τἀφροδίσια, καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας καὶ ἄλλ' ἄττα, ἃ τῷ τοιούτων ἔχεται· καὶ ἀγανακτοῦσιν ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι· καὶ τότε μὲ ἐῦ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες. *T. H.*

95. Οὐδὲ παυσομένου] Videbatur olim ad orationis integritatem deesse πω, ὡς οὐδὲ πω παυσομένου μου, cui particulae nocuerit similitudo syllabae sequentis: nunc nihil esse puto, cur eam desideremus, & recte monenti *Berglero*, Graecae proprietatis peritissimo, adsentior ad *Alciphr.* I. Ep. 32. p. 132. Modo pro Ἀσσυρίων mallem Lucianus posuisset Σύρων, quod vocabulum, pariter ac Λυδοὶ & Φρύγες, non gentis solum, sed vilissimorum etiam mancipiorum habet testatem: eam elegantiam *Xenophon* non est adspernatus Περ. p. 538. v. 7. ubi scribit melius fore cives μετ' ἀλλή-

recordantur, ac mordicus retinere cupiunt res ſuperas: gaudeo propterea, dum dolore eos adficio. PLUT. At non oportet: dolent enim non parvis rebus privati. MEN. Tune etiam deliras, Pluto, qui calculum adjícias eorum ſuſpiriis? PLUT. Neutiquam: ſed nolim equidem ſeditionem vos movere.

2. MEN. Atqui, peſſimi Lydorum & Phrygum & Aſſyriorum, ita vobiſcum ſtatuite, me nullo pacto eſſe deſiturum: quocumque enim iveritis, perſequar ægre vobis faciens, occinens ac deridens. CROE. Iſtæc nonne contumelia eſt? MEN. Non eſt: ſed iſta, quæ vos faciebatis, dignos, qui adoraremini, vos gerentes, liberis hominibus inſultantes, mortisque omnino immemores. Ideo ergo plorate omnibus iſtis ſpoliati. CROE. Multis, Dii, magnisque poſſeſſionibus. MID. Quanto quidem ego auro! SARD. Et ego quanta luxuria! MEN. Euge, ita inſtituite: lamentamini quidem vos: ego vero illud, NOSCE TE IPSUM, ſæpius ingeminans occinam vobis; belle enim deceat iſtiusmodi gemitibus adcantatum.

βιῶναι κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντες ἔτι μέμνησθαι, καὶ περιέχονται τῶν ἄνω. χαίρω τοιγαροῦν ἀνιῶν αὐτούς. ΠΛΟΥ. ἀλλ' ἐχρῆν ὀλυπεῖν γὰρ καὶ μικρῶν στερέμνιοι. ΜΕ. καὶ σὺ μαραίνεις, ὦ Πλούτων, ὁμόψηφος ὢν τοῖς τούτων στεναγμοῖς; ΠΛΟΥ. εὖ γε. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐθελήσαιμι στασάζειν ὑμᾶς.

ΜΕ. Καὶ μήν, ὦ κάκιστοι Λυδῶν, καὶ Φρυγῶν, καὶ Ἀσσυρίων, ἴστω γινώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσόμενός μου ἔνθα γὰρ ἂν ἦτε, ἀκολουθήσω ἀνιῶν, καὶ καταγελῶν. ΚΡΟΙ. ταῦτα οὐχ ὕβρις; ΜΕΝ. οὐκ· ἀλλ' ἐκεῖνα ὕβρις ἦν, ἃ ὑμεῖς ἐποιεῖτε, προσκυνεῖσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσιν ἐντρυφῶντες, καὶ ζῶντα τὸ παράπαν καὶ μνημονεύοντες. τοιγαροῦν οἰμώζετε, πάντων ἐκείνων ἀφῃρημένοι. ΚΡΟΙ. πολλῶν γε, ὦ θεοί, καὶ μεγάλων χρημάτων. ΜΙΔ. ὅσα μὲν ἐγὼ χρυσοῦ. ΣΑΡ. ὅσης δ' ἐγὼ τρυφῆς. ΜΕ. εὖγε ἔτω ποιεῖτε· ὀδύρεσθε μὲν ὑμεῖς. ἐγὼ δὲ, τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ πολλάκις συνιέναι, ἐπάσομαι ὑμῖν. πρέποι γὰρ ἂν ταῖς τοιαύταις οἰμωγαῖς ἐπᾴδόμενον.

ΜΕ-

88. Περιέχονται] Ἀντέχονται. G.

ἀλλήλων τραπέζας, ἢ εἰ σωτάττοιτο αὐτοῖς Λυδὸς καὶ Φρὺξ καὶ Σύρος καὶ ἄλλος παντοδαπὸς βάρβαρος. Eurip. Alc. v. 675. Πόσιν Λυδὸν ἢ Φρύγα. . . . ἀργυρώνητον σέθεν; memorat Philoſtratus ἀνδράποδα Ποντικὰ ἢ Λύδια ἢ ὅσα Φρυγῶν, quorum toti greges Romam advehantur. T. H.

98. Ταῦτα οὐχ ὕβρις;] Attica loquendi formula gravem indignationem continens. Sophocl. Oed. in Col. v. 877. Ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ' ἦν; Ariſtoph. Ran. v. 21. Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ καὶ πολλὴ τρυφή; vide ejusdem Comici Plut. v. 887. Nub. v. 1302. Lyſiſtr. v. 659. Demoſth. in Ariſtog. p. 831. B. ὕβρις γὰρ τοῦτό γε. de Mal. Legat. p. 323. D. ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἔφασαν. Hos imitatus eſt Dionyſ. Halic. A. R. IV. p. 237. καὶ ἐδόκει τοῖς πλείοσιν ὕβρις εἶναι τὸ πρᾶγμα. Terentius expreſſit: quid eſt, ſi hoc non contumeliaſt? Andr. A. I. Sc. V. Nam iſtaec quidem contumelia eſt: Heautont. A. III. Sc. III. T. H.

III.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, [a] ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ.

MENIPPI, AMPHILOCHI ET TROPHONII.

ΜΕΝ.

Σφὼ μέντοι, ὦ Τροφώνιε, καὶ Ἀμφίλοχε, νεκροὶ ὄντες, οἶδ' ὅπως ναῶν κατηξιώθητε, καὶ μάντεις δοκεῖτε· καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων θεοὺς ὑμᾶς ὑπειλήφασιν εἶναι. ΤΡΟ. τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι, εἰ ὑπ' ἀνοίας

MEN.

1. VOs autem, Trophoni & Amphiloche, mortui quum sitis, nescio quo pacto templis estis honorati, vatesque videmini, & vani mortales Deos esse vos arbitrantur. AMPH. Quid ergo? nosne in causa sumus, si præ dementis isti ta-

a ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ] Deest in O. F.

11. Ὦ Τροφώνιε] Τροφώνιος ὑπὸ, ἴσως τὸ παρ' Ἕλλησι νομισθῆναι θεὸς, σπήλαιόν τι ζοφῶδες ὑποτελῶν λιμῷ ἐκεῖσε διαφθάρη, καὶ τὴν ζωὴν ἀθλίως κατέτρεψεν. Οἱ δὲ αὐτοῦ τοιούτου σπηλαίου μαντείας χάριν ἐσιόντες * εἰέρχοντα ἀπηγορευμένους τὰς ὄψεις, καὶ † ἀμειδεῖς διετέλουν ἐ ἀχρεῖ ἐ δύσκολοι τ' ἄπαντα τ' ζωῆς ‡ χρόνου· ἀφ' ὅ ἐκπεράσεως ἡ παροιμία κατὰ τ' τραχὺ τὸ ἦθος ἰχόντων ἐ δυσεντύπωτον καὶ δυσπροσιτῶν, ἐς Τροφωνίου μεμιάσθαι. V.

Τροφώνιος ἦν πάνυ φιλάνθρωπος ποιήσας ἔν οὐ Λεβαδείᾳ τ' Βοιωτίας ὑπόγειον οἴκημα, αὐτελῶν ἐμαντεύετο καὶ λιμοκτονηθεὶς ἐκπίπτων ἐγκαλουμένων δὲ δειμάντου τι τὰς μαντείας ἐτίλει. Εἰσήρχοντο δ' ἐντὸς οἱ χρησόμενοι, ἔχοντες οὐ ταῦν χρεῶν πόπανα, ἵνα τοῖς ἐκεῖ ἐμφιλοχωροῦσιν ὄφεσι δίδοντες, μηδὲν ὑπ' αὐτῶν δυχηρὸς πάσχωσιν. G.

Τροφώνιος ἐ Ἀμφίλοχος ἥρωες ὄντες ἐμαντεύοντο· λέγουσι δὲ ὅτι οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐτάφησαν, ἐπίφοβοι μαντευόμενοι. G.

* Εἰσήρχοντο ἀπαγορεύμενοι] Res ipsa, quod dudum conjectavi, postulat εἰέρχοντο. Tum V. ἀπαγορ. emendandi viam Grammaticae leges monstrabant. T. H.

† Ἀμειδεῖς] Ἀμυδεῖς. V. M. du S.

Hinc, quam reddidi, veram lectionem eruere fuit in proclivi. Alciphr. III. Ep. 3. 64. τὸν αἰσχρὸν καὶ ἀμυδῆ. T. H.

‡ Χρόνου] Χρόνον, ut jam olim esse corrigendum videram Not. ad Luciani Dial. restituit M. du Soul, & mox ἐ ante ἀπαμιλᾶ ex V. De Trophonio non dissimilia tradidit Nonnus Συναγ. Ἱστ. in principio. T. H.

11. Ἀμφιλ— . . . .] Trophonii antrum notius est quam ut de eo dicendum sit. Amphilochi vero templum non adeo notum cum sit, monendi sunt saltem juniores *Malli* extitisse. V. Ἀλεξ. c. 29. *Oropi* etiam Atticæ *vates Amphilochus pro Deo colitur*, verba sunt Livii XLV. 27. *templumque vetustum est fontibus vivisque circa amoenum.* De eodem Amphilocho alibi plura dicturus nunc desino. M. du S.

15. ΤΡΟ. τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι] Amphilochum in Dialogi capite omittunt O. & Ed. Fl. Error exinde natus, quod in hoc toto Colloquio mutam agere personam videatur: quare nihil erat causae, cur nomen ejus, qui nullum verbum faceret, in fronte ponerent. Jure tamen errorem dixi, quoniam hoc in loco sine controversia pro Trophonio substituendus est Amphilochus: ut alieniissima sunt, quae hic dicuntur, a persona Trophonii, quem, dum se heroëm esse contendit, & oracula vere consulentibus edere, falsè Menippus irridet, sic contra nihil obest, quo minus Amphilocho quantumvis vati a Luciano potuerit adscribi iste sermo, qui omnem illam divinitatis persuasionem suspori hominum ac dementiae tribuit. Quin etiam mox Amphilocho Trophonius indignatur tanquam causae communis desertori, Ἀμφίλοχος μὲ ὄντος ἐν ἰδίᾳ &c. neque is, quasi sua parum referret, disputationi sese amplius immiscet. Τί οὖν hic quidem interrogandi nota melius a sequentibus disjungetur, ut Dial. XXII. τί οὖν; ἐχρῶν ἀφ' οὗτο μὴ λάθωσιν; Amphiarao Trophonium & Amphilochum addit *Aristid.* T. I. p. 82. A. Ἀμφιάρεως μὲ ἡ ἐ Τροφώνιος ἐν Βοιωτίᾳ, καὶ Ἀμφίλοχος ἐν Αἰτωλίᾳ χρησμῳδοῦσί τε καὶ φαίνονται· οὗτοι δὲ (Ἀσκληπιάδαι, quos supra istorum honores extollit) παλαιοῦ τ' γῆς διάστουσι, ὥσπερ ἀετοὶ περίπολοι· ita legendum est διάστουσι pro vulgato ἀφιστάντουσι, quia manifesto respicit ad ἀετούς, qui διάστωντες appellantur; neque hoc *Cantero* latuisse versio prodit. Viden vero, quantum *Luciano* distet *Aristides*, homo superstitioni addictissimus: fama tamen tenuit, nusquam praesentiores apparere Deos, quam, quo Christianos omnium minime credulos ablegabat Celsus, εἰς Τροφωνίου, καὶ εἰς Ἀμφιάρεω, καὶ εἰς Μόψου ἴσθι φησὶν ἀνθρωποειδῶς θεωρεῖσθαι θεὸς, καὶ ὡς λέγει ὁ Κέλσος, ὁ ψευδόμενος, ἀλλὰ ἐ ἐναργῶς. Origen. in Celsi. VII. p. 355. T. H.

23. Κατέλ-

talia de mortuis opinentur? MEN. At non opinarentur, nisi & vivi vos tales præstigias præ vobis tulissetis, quasi futura præsciretis, & prædicere possetis rogantibus. TROPH. Menippe, Amphilochus hicce sciverit, quid sibi respondendum sit pro se. Ego vero heros sum, & oracula reddo, si quis descenderit ad me: haud sane videris unquam invisisse Lebadiam: non enim fidem negares istis.

2. MEN. Quid ais? ergo, nisi Lebadiam adiero, ornatusque linteis ridicule, offam manibus tenens irrepsero, per os

ἐκεῖνοι τοιαῦτα περὶ νεκρῶν δοξάζουσιν; ΜΕ. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐδόξαζον, εἰ μὴ ζῶντες ὑμεῖς τοιαῦτα ἐπετηδεύετε, ὡς τὰ μέλλοντα προειδότες, καὶ προειπεῖν δυνάμενοι τοῖς ἐρωμένοις. ΤΡΟ. ὦ Μένιππε, Ἀμφίλοχος μὲν ὅτῳ ἂν εἰδείη, ὅ, τι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ ἥρως εἰμὶ, καὶ μαντεύομαι, ἤν τις [b] κατέλθοι παρ' ἐμέ. σὺ δ' ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τοπαράπαν· εἰ γὰρ ἤπίστεις σὺ τούτοις.

ΜΕΝ. Τί φῄς; εἰ μὴ εἰς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω, καὶ ἐταλμύῳ ταῖς ὀθόναις γελοίως, μάζαν δὴ ταῖν χεροῖν ἔχων ἐσερπύσω

[b] Κατέλθοι] κατέλθῃ O.

24. Λεβαδείᾳ] Τόπῳ, ὃν ᾤ ἐμαντεύετο Τροφώνιος. G.

27. Ταῖς ὀθόναις] Τοιούτῳ γὰρ ἐχρῶντο τρόπῳ οἱ μαντεύόμενοι εἰς Τροφωνίου. G.

23. Κατέλθοι παρ' ἐμέ] Vulgatissima sunt μαντεύεσθαι ἐν vel εἰς Τροφωνίου χρηστήριον ἐπισκῆψαι ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίου, Aelian. V. H. III. c. 45. ubi Perizonius rationem illius verbi ἐπισκῆψαι nullus intellexit: καταβαίνειν εἰς Τροφωνίου, ἐκ Τροφωνίου προφήτας ἀναδιδῆναι, Diodor. Sic. XV. p. 485. D. Θέσπισμα ἐκ Τροφωνίου φάσκων, Eurip. Ion. v. 405. qui σηκὸς & θαλάμας eadem in fabula sacrum illud antrum appellat v. 300. 393. Rarius invenies καταβῆναι vel καταβῆναι ᾠδῇ Τροφωνίου, quod & Herodotus habet VIII. c. 134. & Pausan. IX. p. 791. ἅτοι ᾠδῇ τ Τροφώνιον μάντευσιν ἴρχεσθ· mox: ἐπειδὴ δὲ ἀνὴρ ἤρχηται ᾠδῇ τ Τροφώνιον. p. 792. ᾠδῇ Τροφώνιον εἰς Λεβάδειαν ἐλθοῦσιν εἶραζ ᾠδῇ σφίσιν τὸ ἄμπνα· ibidem: τ δὲ ἀναβάντα παρὰ τῦ Τροφωνίου. T. H.

27. Ἐταλμύῳ ταῖς ὀθόναις] Exsequitur hanc totam historiam Scholiast. Aristophan. ad Nub. Vide Philostr. & Lucian. Necyom. c. 22. J. B.

Ἐταλ. ταῖς ὀθόναις] Pausanias habitum consultorum describit in Boeot. p. 313. antrumque & reliqua. Philostratus etiam de ea re satis multa habet p. 362. M. du S.

Ἐταλμύῳ ταῖς ὀθόναις] Tam parum a Luciano discedit iisdem propemodum verbis expressus Maximi Tyrii locus Διαλ. XXVI. p. 261. ut praetermitti nullo modo debeat: Ἐν Τροφωνίου γε μὴν (ᾧ δὴ τῦτο μαντεῖον ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ ἱερὸν Τροφωνίου περὶ Λεβαδείαν πόλιν) ὁ δεόμενος συγγενόμενος τῇ δαιμονίᾳ, ἐνσκιδασάμενος ὀθόνῃ ποδήρει (Pausanias: χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν, καὶ ταινίαις τ χιτῶνα ἐπεζωσθαι) καὶ φοινικίδι, μάζας τε (μεμαραγμένας μέλιτι Pausan. μελιττούτας, ὅ ἐστι, μάζας μέλιτι δεδευμένας Suid. in Τροφώνιος) ἐν χεροῖν ἔχων, εἰσδύεται ὕστιος κατὰ χωμίου στενοῦ καὶ τὰ μὲν ἰδὼν, τὰ δὲ ἀκούσας ἅπερ καὶ αὐτὸς ὑποφήτης αὐτάγγελος. Oraculum autem Trophonii religiosa vaferrimarum praestigiarum pompa instructissimum tanta celebritate floruit, ut Dicaearchus Peripateticus, testibus Athenaeo atque aliis, περὶ τ εἰς Τροφωνίου καταβάσεως scribere non sit dedignatus; singularine libro, an, quod existimari non absurde potest, parte saltem majoris operis περὶ τῦ βίου τ Ἑλλάδος, haud temere decerno: idcirco miror equidem in Ἀναγραφῇ τ Ἑλλάδος jambica, quae huic philosopho tribui solet, post Lebadiam recenseri — ἱερὸν Τροφωνίου, Ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι. Hoc illum ut dixisse tibi persuadeas, qui descriptionem sacri totius accuratissimam ipse fuerat persecutus? Neque tamen Dicaearchi cura Plutarchum deterruit, quominus eodem in argumento versaretur, ut concinnatus a Lampria filio librorum ejus index ostendit: qui labor si ad nostram aetatem perdurasset, ut erat sane Plutarchus omnis antiquitatis, & praesertim religionum vetustarum curiosissimus, haberemus certe enarrationem non sacri tantum mirabilis, sed & sensus allegorici ac sublimioris exactissimam. Nunc, quanquam ex aliis multa poterant, & parum hactenus comperta in medium adferri, contentos esse nos oportet diligentia Pausaniae eo minus spernenda, quod sacerrimarum fallaciarum tot miraculis praesens spectator interfuerit Boeotic. c. 39. Meminit etiam, & satis graphice, Philostr. de V. A. T. VIII. c. 19. cujus tamen ibi locus unus ab Olearii temeritate & prave mutantis, & pessime vertentis obiter est vindicandus. Ad Trophonium, cujus personam astu non inferior agere potuisset, descendere constituerat Apollonius: renituntur antistites, apud alios ita dictitantes, se sacri cerimonias praestigiatori mago arguendas objecturos non esse; πρὸς δὲ τ ἄνδρα πλαττόμενοι ἀποφεύξεσθαι ἐκ ἂ καθαρὰς χρῶσαι· hic καθαροὺς ut reponeret

σω ἀφ' ὧ γνώμῃ, ταπεινῶ ὄντ[ω], εἰς τὸ σπήλαιον, οὐκ ἂν ἐδυνάμην εἰδέναι ὅτι νεκρὸς εἶ, ὥσπερ ἡμεῖς, μόνῃ τῇ γαστείᾳ διαφέρων; ἀλλὰ πρὸς τὴ μαντικῆς, τί δὲ ὁ ἥρως ἐστίν; ἀγνοῶ γάρ. TPO. ἐξ ἀνθρώπου τι καὶ θεοῦ σύνθετον. MEN. ὁ μήτε ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φῂς, μήτε θεός· καὶ συναμφότερόν ἐστι. νῦν οὖν ὅπου [a] σοι τὸ θεῖον ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε; TPO. χρᾷ, ὦ Μένιππε, ἐν Βοιωτίᾳ. MEN. οὐκ οἶδα, ὦ Τροφώνιε, ὅ, τι καὶ λέγεις· ὅτι μέντοι [b] ὅλ[ω] εἶ νεκρὸς, ἀκριβῶς ὁρῶ.

depreſſum, in ſpecum; nequeam ſcire te mortuum eſſe, quemadmodum nos, ſola præſtigiarum fraude diverſum? Verum, per artem divinandi, quid autem heros eſt? ignoro enim. TROPH. Ex homine quiddam & deo compoſitum. MEN. Quod neque homo ſit, ut ais, neque Deus; ſed ſimul utrumque. Nunc igitur quo tua iſta Dei dimidia pars abiit? TROPH. Oracula edit, Menippe, in Bœotia. MIN. Non capio, Trophoni, quid tandem dicas: at te quidem totum eſſe mortuum, accurate video.

IV. MER-

a Σῷ τὸ θεῷ] Σοὶ τὸ θεῖον. O. Tolerari poteſt, ſi reſingas, σοὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο ἡμ. b Ὅλ[ω]] Ὅλως. O. Haec ſaepenumero in Codd. confunduntur, ut dijudicari fere nequeat, utrum auctor dederit.

30. Νεκρὸς εἶ] Παρὰ ὑπόνοιαν. * Ὄφελον γὰρ λέγειν, ὅτι μαντεύει, εἶπεν, νεκρὸς εἶ. G.

* Ὄφελον] Scribebatur ὀφέλον. T. H.

ſenſum ſuaſiſſe notat, itaque Latine interpretatur: *ipſi autem Apollonio* (dicerent) *homines nefarios tantum & impuros oraculum conſulere:* hos ſacerdotes non tu jam modo mente captos a Trophonio rediiſſe ſtatues, qui tantum dedecus ultro fateantur? Ne longum faciam, voluit *Philoſtratus: ad Apollonium autem, quominus virum admitterent, cauſam interponebant dies nefaſtos & non puros ad oraculum conſulendum.* Ceterum iſtæ μάζαι vel liba ſubacta melle, quae manibus erat neceſſe praeferre Trophonium adituros, proprio nomine μαγίδες *Heſychius* hunc in modum emendandus: Μαγίδες, αἷς (niſi, quod ad *Pollucem* fui ſuſpicatus X, 81. n. 84. abſit vocabulum, quocum αἷς convenerit) ἀπομάττουσι τὴ καθαίρουσι τὴ μάζαι, ἃς καθαφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες a quibus *Etymologus* non diſſentit: neque aliae deſunt haud ſcio iisdem, an diverſa figura vel confectione praeditis appellationes: *Poll.* VI, 76. μελιττοῦτα μάζα Τροφωνίου, τὴ ἀρίστης τὴ ὑγιείας ὁμοίως. Modo βοῦς placentae genus cornutum deſcripſerat, offerri ſolitum Apollini, Dianae, Hecatae & Lunae: id quidem, *Etymologo* teſte, Trophonio non minus fuit conſecratum. Ἐστὶ βοῦς, inquit p. 204. τὴ εἶδος πλακοῦντος διδομένου τοῖς εἰς Τροφωνίου καθαίνουσι· rationem vocis, quam pro ſuo acumine, quippe Grammaticus, ſubtiliter enucleat, audire non erit moleſtum: διότι οἱ καθαιρόμενοι εἰς τὰ ἄδυτα μυκηθμῶν αἰσθάνονται· quid? an ad terribiles mugitus compeſcendos quaſi arte magica paratam prodeſſe voluit talem placentam? longe alium uſum μελιττούτοις certe *Philoſtratus* adſignat: μελιττούτας ἐπάγουσι ἐν ταῖν χερσὶν μειλιγμάτια ἱρπιτῶν, ἃ τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίματι· cui ſuffragantur *Suidas*, *Nonnus* ad *Gregor. Nazianz.* & *Scholiaſtes* noſter. Plura de Trophonio, ſi lubet, dabunt Illuſtris *Ez. Spanhemius* ad *Ariſtoph.* Nub. v. 507. ubi & *Scholiaſten* lege, *Jac. Periſonium* ad *AElian.* V. H. III, 45. *Fr. Oudendorp.* ad *Jul. Obſequ.* c. CX. T. H.

43. Ὀφθεὶς] O. P. L. In *J.* vero & *W.* ὁρίσας, quod in reliquis prave ſcribitur ὁρίσας. M. de S.

48. Τραπεζῶν] *Joh. Scheffer.* de Mil. Nav. II. c. 2. p. 139. ubi reperierit hoc loco πρυτανῶν, quod emendari jubet, equidem ignoro: neque rem ipſam ſatis explanate tradidit. Vid. *Poll.* I, 87. ad cujus locum *Jungermannus Luciani* non fuit oblitus. T. H.

Ibid. Τίθει] Prorſus in re pari verbis iisdem uſus eſt *Lucianus* Δ. Ἑταιρ. XIV. Proprietatem τῷ τιθέναι pro λογίζεσθαι, *ponere, referre in rationes* Iſ. *Caſaubonus* obſervavit ad *Theophr.* Char. c. 23. p. 163. idque adeo apud bonos ſcriptores ſatis eſt uſitatum: *Crates* in Ephem. Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δύο, ἰατρῷ δραχμὰς &c. cujus extat in *Diogen. L.* VI, 86. locus lepidiſſimus. *Dionyſ. Halic.* περὶ τῶν Ἀρχ. Ῥητ. Ὑπομν. p. 146. ex *Lyſia*: τὴ δήπου εἰς δύο παῖδας &c. χιλίας δραχμὰς ἑκάστῳ διαπεπόνηκεν. *Eriphus* Comicus apud *Athen.* III. p. 84. C. — τούτων δὲ ὀβολὸν ἕ πολὺ τίθημι, λογιοῦμαι γάρ — ideo *Barnabas* Ep. §. 13. ἐτέθη εἰς διακοσίους ſcripſit pro eo, quod Graeci Interpretes & Apoſtolus Paulus habent, ἐλογίσθη. Alias item ut ſaepe Latinis *ponere*, τιθέναι eſt, *numerare praeſentem, repraeſentare pecuniam*, καταβάλλειν: ſic τιθέναι & θεῖναι μετὰ τόκων, *Diogen. L.* IV, 14. *Harpocr.* in Μετὰ τόκων. *Eupolis* in *Poll.* IX, 59. θὲς ἑκατὸν δραχμάς· θὲς ἑτέρας μνᾶς. T. H.

49. Καὶ ἀκίσκου ὑπὲρ τῦ ἱστίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον] Vertunt: & *pro acu ad reſarciendum velum quinque obolos exolui.* Καταβάλλειν eſt frequenter *pendere, exolvere.* Sed καταβάλλειν ὀβολὸν ἀκίσκου, *pendere obolum pro acu* Graecis inſolens eſt loquendi genus, qui dicunt ὑπὲρ ἀκίσκου καταβάλλειν ὀβολόν. Olim itaque exiſtimavi locum hunc eſſe mendoſum, & *Lucianum* ſcripſiſſe πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέλαβον, aut πέν-

πε

IV.

MERCURII ET CHARONTIS. ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝΟΣ.

M E R C. Ε Ρ Μ.

1. RAtiones ineamus, Portitor, ſi videtur, quantum mihi jam debeas, ne quid denuo litigemus ſuper iſtis. CHAR. Ineamus ſane, Mercuri: melius enim certi quid eſſe definitum ea de re, minusque habet moleſtiæ. MERC. Anchoram tibi mandanti attuli comparatam quinque drachmis. CHAR. Magno dicis. MERC. Per Plutonem ipſis quinque drachmis emi; & ſtrophum adligando remo binis obolis. CHAR. Pone quinque drachmas & binos obolos. MERC. Et acum ad velum ſarciendum: quinque

Λογισώμεθα, ὦ πορθμεῦ, εἰ δοκεῖ, ὁπόσα μοι ὀφείλεις ἤδη, ὅπως μὴ αὖθις ἐρίζωμέν τι περὶ αὐτῶν. ΧΑ. λογισώμεθα, ὦ Ἑρμῆ· ἄμεινον γάρ [c] ὁρίσθαι περὶ αὐτῶν, ἢ ἀπραγμονέστερον. ΕΡ. ἄγκυραν ἐντειλαμένῳ ἐκόμισα πέντε δραχμῶν. ΧΑ. πολλοῦ λέγεις. ΕΡ. νὴ τὸν Ἀίδωνέα, τριῶν πέντε ὠνησάμην, καὶ τροπωτῆρα δυοῖν ὀβολοῖν. ΧΑ. τίθει [d] πέντε δραχμὰς, καὶ ὀβολὼ δύο. ΕΡ. καὶ κέρας ὑπὲρ τοῦ ἱστίου· πέντε ὀβολούς ἐγὼ

c Ὁρίσθαι] In hoc reponendo ſecutus ſum conſenſum O. P. L. idemque notatum reperi in margine *AtW*. Accedit priſcarum Edd. una litera deficiens ὁρίσαι, quod *S.* mutaverat in ὁρίσαι. d Πέντε] s. F. hic tantummodo.

48. Τροπωτῆρα] * Τροπωτὴρ ὁ κατέχων τὴν κώπην διερμός. *V.*

49. Καὶ ἀκίσραν] Ἀκίσρα ἡ βελόνη ἡ μείζων, † ἣν νῦν σακκοράφιον καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἤτοι συῤῥάπτειν τὰ διῤῥωγότα τοῦ ὀθόνης· τοῦτο γὰρ ἀκίσραν φασίν, ἐπεὶ ‡ ἡπτρια ἡ ἧπτις, καὶ ἀκίσρα ἡ ἀκιστὶς ὡς νῦν § ῥάπτας καλοῦσι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας. *V.*

* Τροπωτῆρ] Verbis totidem extant in Gloſſ. meis Mſſ. nec diſcrepat *Heſych.* in Τρόπωτοι, οἱ κατέχοντες τὰς κώπας διερμοὶ διῤῥάπτοντες. *T. H.*

† Ἣν νῦν] Iſta, ἣν νῦν σακκοράφιον (φην) καλοῦσι *M. du Soul* interpoſuit, quod, quoniam in *Etymologo* quoque legitur, eo minus videbatur repudiandum. Utrumque vocabulum σακκοράφιον & σακοράφιν recentioris aevi adnotavit *Car. du Freſne* in Gl. M. & I. Gr. *T. H.*

‡ Ἡπτρια καὶ ἧπτις] Exc. G. & C. ἡπ. καὶ ἧπ. In margine tamen aliter, ἠπίτριον καὶ ἡπτρια καὶ ἧπτις· καὶ ἀκίσρα καὶ ἀκιστρίς. *M. du S.*

§ Ῥάπτας] C. M. ῥάπτης. Reliqua pars Scholii, quae de feminis, in eo Cod. non legitur Graece, ſed Latine in margine: *Antiqui mulieribus utebantur ad hujusmodi ἐργασίαν.* Lege ἐργασίαν. *M. du S.*

Pro ἀκιστὶς Ed. A. repoſuit etiam *M. du Soul* ἀκισρὶς, conjecturam ſecutus an membranas, ignoro. Hujus Scholii pars quaedam eſt admodum depravata: ſed facile medicinam petere licet ab *Etymologo*, in quo totidem paene verbis hinc deſcriptum legitur p. 46. Ἀκίσρα, ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἣν νῦν σακκοράφιον καλοῦσιν· ἀκίσρα δὲ παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἤτοι συῤῥάπτειν τὰ διῤῥωγότα τῆς ὀθόνης· τοῦτο δὲ καὶ ἧπτρον φασίν. ἐπεὶ καὶ ἡπτρια καὶ ἧπτις, καὶ ἀκίσρια καὶ ἀκιστὶς, ὡς νῦν ῥάπτας καλοῦσιν. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας, καθὰ καὶ νῦν Σκύθαι. Eam ad formam hic quoque reponendum eſt, τοῦτο δὲ καὶ ἧπτριον φασίν, vel forte paulo plenius, τοῦτο γὰρ ἀκίσραν φησὶ καὶ ἧπτριον, ἐπεὶ καὶ ἡπτρια καὶ ἧπτις, καὶ ἀκίσρια καὶ ἀκιστὶς, ὡς νῦν ῥάπτας καλοῦσι. Ἡπίτριον autem, quod & *Suidas* habet in Ἡπίτρια, ῥάπτρια, dicitur; & ἠπιτρίον ab *Euſtath.* ad Od. K. p. 1647. ubi de verbis ἀκίσασθαι & ἀκίσασθαι plura notat. Ῥάπτης recentioribus uſitatum retulit in ſuum Gl. M. & I. Gr. *Car. du Freſne* ex Lex. Mſ. Cod. Reg. proferens: Ἀκισταὶ, ἃς νῦν ῥάπτας καλοῦσι· eundem vide in Ῥαίγαν & Ῥάφθω. *Thom. Mag.* in Ἀκίσης poſt allatum *Homeri* locum ex Βατραχομυομ. v. 183. addit, τὸ δὲ ῥάπτης, κοινόν· quod male omiſſum in Ed. Franequ. veteres habent: hinc ῥάπτρια apud *Heſych.* in Ἡπίτρια, & *Euſtath.* ad Od. Ξ. p. 1764. v. 60. *T. H.*

τι ὀβολῶν *quinque drachmis emi acum.* Λαμβάνειν & καταλαμβάνειν Graecis, inprimis *Ariſtophani*, ſaepe eſt *emere*, *comparare*, ut apud Latinos *ſumere*. *Cicer.* VII. ad Fam. ep. 23. *Tu autem ignarus inſtituti mei, quanti ego genus omnino ſignorum omnium non aeſtimo, tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſti.* Ibidem. *Eſt mihi gratiſſimum tanti a te aeſtimatum conſuetudinem vitae victusque noſtri, primum ut eam domum ſumeres. Horat. Quae parvo ſumi nequeunt obſonia captas.* Si quis tamen contendat a libris antiquis non eſſe recedendum, non valde repugnabo, ſi ſic diſtinguas: ἀκίσραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου, πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον, *acum ad*

ἐγὼ κατέβαλον. ΧΑ. ἡ τύτυς προστίθει. ΕΡ. ἡ κηρὸν ὡς ἐπιπλάσαι ᾗ σκαφιδίῳ τὰ ἀνεωγότα, ἡ [a] ἧλυς δὲ, ἡ καλώδιον, ἀφ' ὧ τ' ὑπέραν ἐποίησας, δύο δραχμῶν ἅπαντα. ΧΑ. εὖγε, ἄξια ταῦτα [b] ὠνήσω. ΕΡ. ταῦτά ἐστιν, εἰ μή τι ἄλλο ἡμᾶς διέλαθεν ἐν τῷ λογισμῷ. πότε δ' ἂν ταῦτ' ἀποδώσων φῄς; ΧΑ. νῦν μὲν, ὦ Ἑρμῆ, ἀδύνατον. ἢν δὲ λοιμός τις, ἢ πόλεμος καταπέμψῃ ἀθρόους τινὰς, ἐνέσται τότε ἀπερδάναι ἐν τῷ πλήθει τὸ διαλογιζόμενον τὰ πορθμία.

ΕΡ. Νῦν ἂν ἐγὼ καθεδοῦμαι τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύσαιμι. ΧΑ. οὐκ ἔστιν ἄλλως, ὦ Ἑρμῆ. νῦν δ' ὀλίγοι, ὡς ὁρᾷς, ἀφικνοῦνται ἡμῖν· εἰρήνη γάρ. ΕΡ. ἄμεινον οὕτως, εἰ καὶ ἡμῖν ὀφειλόμενον ὑπὸ σοῦ τὸ [c] ὄφλημα. πλὴν ἀλλ' οἱ γε παλαιοὶ, ὦ Χάρων, οἶδα οἵοι παρεγίνοντο,

obolos omnino perſolvi. CHAR. Et hos adſcribe. MERC. Tum ceram, qua oblinantur navigii patentes rimæ, & clavos itidem, & funem, unde hyperam confeciſti; duabus drachmis hæc cuncta. CHAR. Euge, vili iſta quidem pretio ſumſiſti. MERC. Hæc ſunt; niſi quid aliud nos præteriit in computatione: quando igitur iſta te redditurum ais? CHAR. Nunc quidem id, Mercuri, fieri non poteſt: quod ſi peſtis aliqua, aut bellum huc demiſerit confertos, licebit tunc lucri quiddam inde capere in majore turba fraudantem portoria.

2. MERC. Ergo nunc ego conſidebo, peſſima quæque precatus evenire, ut fructum ex iis percipiam. CHAR. Aliter non datur, Mercuri: nunc autem pauci, ut vides, adveniunt nobis: eſt enim pax. MERC. Præſtat ita ſe rem habere, etiamſi nobis protendatur a te debitum. Veteres tamen illi, o Charon, noſti

a Ἧλυς] Vitioſe F. ἥλω. b Ὠνήσω] Ita O. B2. W. P. S. Veteres Edd. depravate ὀνήσω. c Ὄφλημα] Ὀφείλημα O.

54. Τὴν ὑπέραν] Ὑπέρα τὸ τῦ κύφω τῦ ἰσοῦ χωνίον, ᾧ * ἀνίσται ἐξ ἀφετύσιτας γίγονε δὲ ἐκ τούτου παροιμία ἐπὶ τῶν ἃ δεῖ ἔχειν ἀφίντων, ἃ δὲ μὴ δεῖ κρατούντων. V.

60. Ἀθρόους] Ἀθρόων τινῶν κατελθόντων. V.

* Ὁ ἀνύτας] L. ᾧ ἀνῦται. M. du S.

Scripſi ἀνῆται ſecutus Suid. & Etymol. p. 778. Ὑπέρα τὸ ἐξαρτημένον τῦ κέρατος τῦ ἰσοῦ σχοινίον, ᾧ ἀνίστασι καὶ τείνουσιν abjiciendum eſt, quod additur, τὸ σχοινίον· Euſtath. ad Od. E. p. 1534. Οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν ὑπέραν σχοινίον ἡρμηνεύσαντες κέρατος τῆ κατὰ τὸν ἰστὸν, ᾧ ἀνίστασι καὶ διατείνουσι, προφέρουσι καὶ παροιμίαν ἐπὶ τῶν μὴ δεῖ ἔχειν ἀφιέντων, ἃ δὲ μὴ δεῖ κρατούντων, τὸ, ἀφίεσθε τὴν ὑπέραν, τὸν σόδα δώσοντες &c. Per negligentiam deſcriptoris proverbium hoc in Scholio deſideratur. In E. A. vitioſe τῦ κέρως· poſt γίγονε δὲ abfuit καὶ, & δὲ inter ἃ μὴ. T.H.

velum ſc. ὠνησάμην, *emi*, quod ἐκ τούτου repetendum, *quinque obolos ego pependi*. Ceterum in antiquo codice ad vocem ἀκέρας tanquam explicatio adſcripta eſt haec vox σακκαρράφιον. Sic poſteriorum temporum ſcriptores vocarunt ἀκέρας: ut notavit Etymologici magni auctor, quem vide in ἀκέρα. *J.G.G.*

Καὶ ἀκέρας ὑπὲρ τῦ ἰσίου] Haec *Thom. Magiſter* protulit in Ἀκεσής. *Benedictus* ita vertit, *Et pro acu ad reſarciendum velum* (nam *Micyllus* tantum dederat, & *pro reſarciendo velo*) *quinque obolos exolvi*; quaſi legi voluiſſet, καὶ ὑπὲρ ἀκέρας τῦ ἰσίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον. Nihil aliud ad hunc locum juvandum requiras, quam diſtinctionem mutatam, quae ſeparet male conjuncta, ut tandem, nequicquam tentata correctione, *Graevius* animadvertit: ἀκέρας perinde pendet ab ἐκόμισα, vel ὠνησάμην, ac mox κηρὸν & ἧλυς &c. Quare Mercurius iſta, πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον, paulum incitatior adjecit adfirmandi cauſa, ut Charon omittat de fide ſua, quaſi lucrum pretia mentiendo captet, quicquam ſecius ſuſpicari. *T.H.*

52. Κηρὸν ὡς ἐπιπλ. τῷ σκ. τὰ ἀνεωγότα] Ceram pice temperatam, quae navibus inducebatur, quum illuſtrant *Joh. Brodaeus* Miſc. IV. c. 13. *J. Fr. Gronov.* ad *Liv.* XXVIII. c. 45. hujus etiam loci meminerunt. Μάλθη, de qua *Feſtus* in *Maltha*, vocat *Hipponax* apud *Harpocr.* in V. Ἔπειτα μαλθῇ τὴν τρύπα παραχρίσας. Vid. *Scheffer.* de M. N. p. 42. 43. *Thom. Magiſter* in Ἀνέωγεν his *Luciani* verbis utitur. *T.H.*

54. Τὴν ὑπέραν] Omnes fere Grammatici ſimilem in modum, & recte interpretantur. Quos *funes, qui antennas ad malos deſtinabant*, *Caeſar* vocat de B. G. III. c. 14. Graecus haud inepte ὑπέρας vertit. *Opiferos funes Stewechium* ad *Vegetium* aliosque viros eruditos appellare video inductos *Iſidori* loco Orig. XIX. c. 4. *Opifera funes. quae cornibus antemnas dextra ſini-*

sti quales advenirent, strenui omnes, sanguinis pleni & saucii plerique: nunc autem vel veneno quis a filio sublatus, aut ab uxore, aut ex luxu tumefactus ventre & cruribus: pallidi quippe omnes & ignavi, neque similes istis: eorum autem plurimi propter opes veniunt insidiati sibi invicem, ut quidem videntur. CHAR. Valde scilicet expetendæ sunt. MERC. Proinde neque ego videri possim peccare, qui paulo acerbius flagitem debita a te.

ἀνδρεῖοι ἅπαντες, αἵματος [d] ἀνάπλεω, καὶ τραυματίαι οἱ πολλοί· νῦν δὲ ἢ φαρμάκῳ τις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπόθανεν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἢ ὑπὸ τρυφῆς ἐξοιδηκὼς τὴν γαστέρα, καὶ τὰ σκέλη· ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες, καὶ ἀγεννεῖς, καὶ οὐδὲ ὅμοιοι ἐκείνοις. οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν ἀφ' ὑπερβολῆς χρήματα ἔπεσιν ἐπιβουλεύοντες ἀλλήλοις, ὡς ἔοικασι. ΧΑ. πάνυ γὰρ θερπόμενά ἐστι ταῦτα. ΕΡ. ἐκεῖνο μὲν οὖν ἐγὼ δόξαιμι ἂν ἁμαρτάνειν πικρῶς ἀπαιτῶν τὰ ὀφειλόμενα σοῦ.

V.

PLUTONIS ET MERCURII. ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

PLUT. ΠΛΟΥ.

1. SEnem nosti, illum inquam valde provectum ætate, divitem Eucra-

Τὸν γέροντα οἶδα, τὸν πάνυ γεγηρακότα λέγω, τὸν πλούσιον Εὐκράτιδη,

[d] Ἀνάπλεω] Ἀνάπλεων P. V2. J. Marg. Alii. quod minus Atticum. Ἀνάπλεῳ F. A. H. ut sæpe scribitur in Codd.

sunt, suffuraque tendantur retroversa. Caute *J. Scheffer.* de M. N. p. 145. *Latinis sunt* opiferae, *si Isidoro credimus.* Mihi hyperae videntur in hoc vocabulo esse vestigia tam manifesta, ut, quin ita reponi debeat, minime dubitem. Nihil admodum hic juvat egregius *Isidori* Codex Groninganus, in quo, *Opis fera sunis &c.* Lege: *Hypera*, vel pro more ejus ætatis, *Hyfera*, *funis qui a c. a. d. s. tenditur retroverso.* Ἰσίδωρος & proverbii inde ducti meminit etiam *Moschopul.* περὶ Σχεδῶν p. 138. *T.H.*

55. Ἄξιος ταῦτα ὀνόσω] *Jungerm.* ad *Poll.* VII, 10. n. 58. ἄξιος hic esse οὐσιῶν, & præterea de vitio priscarum Edd. monet, in quibus erat *ὀνόσω*. *Lederlinus* ibidem castigatae *Benedicti* versioni substituit: *Recte fame, haec vili pretio emisti.* Illa duplex & contraria potestas in ἄξιος, quae τὸ πολυτελὲς & τὸ εὐτελὲς complectitur, ex *Stephano* vulgaribusque Lexicographis satis nota. *T.H.*

63. Τὰ κάλιστα ὠχόμην γ.] *Apud veteres etiam* (ὠχρᾶσθαι) *pro impraecari coeptum erat fumi.* Suidas: Ἐπιχρᾶσθαί σου τάδε, ἀντὶ τοῦ καλοῦσθαί σοι ἀρὰς ἀμετρήτους. Lucianus *epist.* XLVI. τὰ κάλιστα ὠχόμην γενέσθαι. Haec scribit *Goldastus* ad *Dosith.* §. 15. n. 120. *T.H.*

66. Εἰρήνη δ'] Nisi alia aliter suaderent, hinc putarem hosce Dialogos non nisi imperante Commodo scriptos; usque adeo me movet quod de pace hic, & mox de parentibus a filiis veneno necatis. Sed vide quæ in argumento aliam in partem a me dicta sunt. *M. du S.*

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ] Hic & sequentes non pauci dialogi, de hæreditatum captatoribus, cum tot sint numero, quibusdam emunctæ naris hominibus visus est in his nimius fuisse *Lucianus.* Adeo ut vel acutissimus ejus imitator *Fontenellius* id ei sub specie laudantis vitio videatur vertere. Cui hoc unum est quod reponam; *Luciano* veniam deberi, quod toties in hunc morem sit invectus, qui non turpissimus tantum per se, sed ejus ætate usitatissimus. Nihil enim Romæ iis temporibus frequentius fuisse probant Poëtarum, Historicorum, omnisque generis scriptorum illius ætatis perpetuæ ea de re querelæ. *Lactantium* unum, ne te morer, audi, qui dum Ethnicorum sui temporis enumerat vitia, hæc habet: *Et ut quae levia sunt atque usitata dicamus, qui hereditates capient, testamenta supponant, justos haredes vel auferant vel excludant; qui corpora sua libidinibus prostituant; qui denique immemores quid nati sint, cum fœminis patientia certent* &c. V. 9. *M. du S.*

82. Εὐκράτιδη] Hujus meminit idem *Lucianus* in Somnio sive Gallo sub finem. Est apud *Aristophanem* in Equit. Eucrates, qui quum molitor esset, & dives, tamen remp. administrabat. *G.C.*

ὦ παῖδες μὴ ὄκνει εἰσὶν, οἱ δὲ κλῆρον δὲ θηρῶντες, πεντακισμύριοι; ΕΡ. ναὶ, τὸν Σικυώνιον φῆς. τί δῆτα; ΠΛ. ἐκεῖνον μὲν, ὦ Ἑρμῆ, ζῆν ἔασον ὅτι τοῖς ὀγδοήκοντα ἔτεσιν, ἃ βεβίωκεν, ὀπιμετρήσας ἄλλα τοσαῦτα, εἴγε οἷόντε ἦν, καὶ ἔτι πλείω. τοὺς δέ γε κόλακας αὐτοῦ, Χαρῖνον τὸν νέον, καὶ Δάμωνα, καὶ τοὺς ἄλλους, κατὰ πάσαν ἐφεξῆς ἄπαγε. ΕΡ. ἄτοπον δὲ δόξει τὸ τοιοῦτον. ΠΛ. οὐδαμῶς, ἀλλὰ δικαιότατον. τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες εὔχονται ἀποθανεῖν ἐκεῖνον; ἢ τοῦ χρημά-

tem, cui liberi quidem non ſunt, hæreditatem vero qui venentur quinquaginta mille. MERC. Sane: Sicyonium illum nempe dicis: quid autem? PLUT. Eum, Mercuri, vivere ſine, ad nonaginta annos, quos vixit, admenſus totidem alios, ſiquidem fieri poſſit, & plures etiam. Verum adulatores ejus, Charinum juvenem, Damonem & ceteros detrahe per ordinem omnes. MERC. Alienum plane videri queat hoc tale. PLUT. Neutiquam; ſed juſtiſſimum: quam enim illi tandem ob cauſam optant obire eum, aut bonis ejus ſibi vindicandis inhiant nulla

ge-

a Οὐμώνιον] Οὐμωνὸν F.

Εὐκράτην] Fictum prorſus (ut multa in ſequentibus, ad Dialogum usque X.) videtur nomen. Sed Romæ, ea potiſſimum ætate, non deerant veri homines, quorum hic Eucrates perſonam gerit, quamvis *Lucianus* Græcis omnes nominibus inſigniat. *M. du S.*

84. Πεντακισμύριοι] Numerus infinitus pro finito, hoc eſt, ſeptem. *G.C.*

Πεντακισμύριοι] *Benedictus quinquageſies mille.* Quanto rectius Micyllus *quinquaginta millia?* *J.G.*

87. Ἐπιμετρήσας] *Julian.* Caeſar. p. 326. C. ἐπιμετρούντων ὑμῶν (τῶν θεῶν) τὰ βασιλείας μου τὸν χρόνον. De Hiskiae vita quindecim annis cumulata idem verbum apud Patres Eccleſiaſticos uſurpari ſolet. *T.H.*

6. Πολλὰ κἀκεῖνον τὸν μάλα ἀμφοτερολεῖ αὐτοὺς ἐπελπίζει] Vertunt: *ille etiam ſaepe ad nodum ſcite ipſos lactat & ſpe inani paſcit.* Sed ἐπελπίζειν qui uſurpet, aut qui in hac notione uſurpet, novi neminem. Perſuaſi itaque mihi legendum eſſe ἀπελπίζει, *ad deſperationem eos redigit*: ἀπελπίζειν enim eſt deſperare, & cum caſu quarto, ad deſperationem redigere. De Iolao qui reviruit vide *Hyginum* Fab. 103. *J.G.G.*

Ibid. Ἀμφοτερολεῖ] *Lactat, blandè.* *J.B.*

7. Ἐπελπίζει] Liceat mihi hic diſſentire ab Viro Clariſſimo, notante ad hunc locum, ſe, qui ἐπελπίζειν uſurpet, aut qui in hac notione uſurpet, noviſſe neminem; itaque ſe ſibi perſuaſiſſe legendum ἀπελπίζει. Noſter utique ἐπελπίζειν habet in Timone, Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες, ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες. Fateor, non in eadem, qua hic, ibi ponitur notione τὸ, ἐπελπίζειν. In eadem tamen, qua hic, notione id verbi agnoſcit *Suidas*, & ex auctore, quem non nominat, probat: Ἐπελπίζων, εἰς ἐλπίδας ἄγων. Τὰ μὲν αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσι· τὰ δὲ ὑποστρέφων αὐτοῖς ὀλίγα κέρδη. Caeterum non videntur bene quadratura, ἀμφοτερολεῖ ἢ ἀπελπίζει, quemadmodum legi vult V. Cl. quum e contrario optime, etiam huic loco, conveniat, *ſcite lactat & ſpe alit*, Eucrates nempe adulatores ſuos, eosque ἐπ' ἐλπίδι ἀεὶ ἔχει (ut loquitur *Noſter* in de Mercede Cond. c. VII. dum grandaevus exiguum tempus videtur fore ſuperſtes. Sic *Noſter* in Tragopodagra vſ. 29.

Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι.
Vana ſpe ſtulte lactati.

Euripides quoque in Phoeniſſis vſ. 399.

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
Spes vero lactat profugos, ut ajunt.

At, ne quid diſſimulem; *Thomas Magiſter* hoc in *Luciani* loco non ἐπελπίζει, ſed ἐλπίζει legit; ut liquet primo apud eum in voce Βουκολεῖ, deinde in ipſa voce Ἐλπίζω· ubi de hoc verbo ita; ΕΛΠΙΖΩ ὁ μόνον τὸ προσδοκῶ, ἀλλὰ & τὸ εἰς ἐλπίδας ἐμβάλλω. Λουκιανὸς ἐν τοῖς Νεκυικοῖς· Εὖ μάλα ἀμφοτερολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐλπίζει. Θουκυδίδης δὲ τῇ ὀγδόῃ· Ὅπόσοι τέως αὐτὸν Θεσσαλῶν ἐπήλπισαν, ὡς λήψοντ' Σικελίαν. Haec *Thomas*; qui ex ultimo tamen *Thucydidis* loco videtur vel τὸ, ἐπελπίζειν idem judicaſſe quod τὸ, ἐλπίζειν vel in *Luciano* revera legiſſe ἐπελπίζει, & ab editoribus corruptus eſſe; quod ſicut fieri quidem potuit, ita parum ad ſenſum refert, utrum in *Luciani* hoc loco ἐπελπίζει, an ἐλπίζει, vere legendum ſit, quum & ipſum ἐλπίζω, ſive Poëticum ἔλπω pro *ſpem facio, injicio, ad ſpem adduco*, uſurparint Veteres. Sic certe *Homerus* Odyſſ. B. vſ. 91.

Πάντας μὲ ῥ' ἔλπει ἐπιξείλας ἀνδρὶ ἑκάστῳ

Quod ἔλπει *Heſychius* ἐλπιδοποιεῖ *Scholiaſtes* vetus, & *Euſtathius* εἰς ἐλπίδας ἄγει exponunt. Pro ἐλπίζω, ut modo dixi, Poëtae ἔλπω, unde ἄελπτον *deſperans, non ſperans*; quae vox inſtauranda apud *Heſychium*: nam ubi legitur Ἀελπίοντες, μὴ ἐλπίζοντες ne dubita genuinum eſſe Ἀέλπτοιλς idque, ut innumera alia, ſumſi-

generis propinquitate conjuncti? Quod autem omnium eſt flagitioſiſſimum, talia quum optent, tamen eum obſervant in propatulo quidem; & quando ægrotat, quæ conſilia agitent, omnibus ſunt manifeſta: neque tamen eo minus ſe hoſtia facturos eſſe pollicentur, ſi melius habuerit: & plane varia quædam eſt & verſuta hominum iſtorum adulatio. Propterea hic quidem eſto immortalis, illi vero ante eum abeant fruſtrata inhiatione decepti.

95 των ἀντιποιῶνται ὑδὲν προσήκοντες; ὁ δὲ πάντων ἐστὶ μιαρώτατον, ὅτι καὶ τοιαῦτα εὐχόμενοι ὅμως θεραπεύουσιν, ἔργε τῷ φανερῷ· καὶ νοσοῦντος, ἃ μὲν βουλεύονται, πᾶσι πρόδηλα· θύσειν δὲ ὅμως ὑπισχνοῦνται, ἢν ῥᾴσων καὶ ὅλως, ποικίλη τις ἡ κολακεία τῶν ἀνδρῶν. Διὰ ταῦτα ὁ μὲν ἔστω ἀθάνατος· οἱ δὲ προαπίτωσαν αὐτοῦ μάτην ἐπιχαίροντες.

2. MERC. Ridicula patientur, male ſubdoli qui ſunt: multum & ille perbelle deludit eos, & ſpe vana lactat: imo etiam ſemper moribundo ſimilis valetudine

5 ΕΡ. Γελοῖα πείσονται, πανοῦργοι ὄντες· πολλὰ καὶ κἀκεῖνος εὖ μάλα διαβιβρώσκει αὐτούς, καὶ ἐπελπίζει καὶ ὅλως, ἀεὶ θανάτῳ ἐοικὼς

3. Προαπίτωσαν] Προαπίχανται. *V.*

7. Ἐπελπίζει] Ἀπατᾷ δὲ ὡς ἐλπίδας ἄγων ἢ ἐμβάλλων. *G.*

ſumſit *Heſychius* ex *Homero*, apud quem Il. H. vſ. 310. legitur:

Καί ῥ' ἔγων ποτὶ ἄστυ, ἀέλπτωλις σόον ἦμαι.

Habet quidem, fateor, *Suidas* ἀελπτῶν ſed ſine auctoritate; nec dubito, quin legendum ſit ἀέλπτων, quod ab ἄελπτος dixerunt Graeci, ut docet auctor Etymologici Magni. Nec num ἔλπτω dixerint, certo ſciri poteſt eo, quod *Heſychius* adfert ἔλπτον. *J. J.*

Ἐπελπίζει] V. *Jenſ.* Lect. Luc. V. *Hemſterh.* p. 7. *Thom. Mag.* ἐλπ— legiſſe videtur. Sic *Thucyd.* VIII, 2. Θεμιστοκλῆς ἐπήλπισεν ὡς λήψοιτο Σικελίαν. & *Od.* B. 91. N. 380. *M. du S.*

Ἐπελπίζει] Ἐλπίζει *Thomas Mag.* habet in Βουκολεῖν & Ἐλπίζω, utrum vitioſo codice deceptus, an ipſe male multatus a librariis, haud omnino mihi exploratum eſt. Si quis *Thomae* patrocinari velit, non inepte putet eum ſcripſiſſe, Ἐπελπίζω ἐ μόνον τὸ προσδοκᾶν, quod rectum eſſe mox patebit, & in *Luciani* verbis, καὶ ἐπελπίζει, quia ſubjectus *Thucydidis* locus, ubi literis expreſſis ἐπήλπισαν, prioribus, niſi ita refinxeris, convenire non videtur; quanquam obſtare nonnihil fateor iteratum illud ἐλπίζει in Βουκολεῖν· nec de menda quicquam ſubodoratus fuit *Nicol Loenſ.* Epiphyl. II. c. 23. Hoc utcumque fuerit exiſtimatum, in *Luciano* certe ἐλπίζει nullo modo tolerari poteſt: licet enim in Homero ſimplici verbo ἔλπειν addita ſit virtus activa ὡς ἐλπίδας ἄγειν, oratio tamen proſa illum uſum τῷ ἐλπίζειν conſtantiſſime repudiavit: recte ſive *Ammonius*, ſeu *Herennius Philo* & prorſus adcommodate: Ἤλπισαν δ' Ἐπήλπισαν διαφέρει· Ἤλπισαν μὲν γὰρ αὐτοί τινας ἐλπίδας ἴσχοντες περί τινος. Ἐπήλπισαν δὲ ἕτεροι ἑτέρους, ὡς ἐλπίδα ἄγοντες. Quamobrem vulgatae bonitatem lectionis optime contra *Graevium* aſſeruit Doctiſſ. *Jenſius*: alienum eſt ἀπελπίζει, atque abhorret a *Luciani* propoſito: neque eum errorem non facile vitaſſet Vir magnus, niſi mentis acies vel contentione fatigata, vel alibi fuiſſet occupata. Ipſum hoc ἐπελπίζειν, *ſpem facere, ſpe propoſita laetare & fruſtrari*, jam *Stephanus* adnotaverat Th. T. I. p. 1199. *Thucydidis*, *Luciani* & *Suidae* auctoritate munitum: ad *Thucydidis* locum, qui ſub initium eſt libri VIII. *Scholiaſtes* interpretatur, ὡς ἐλπίδας ἐμβάλλειν. In Grammaticis & *Suida* ſaepius occurrit explicandis proximae poteſtatis verbis appoſitum: Ἐψυχαγώγησε, ἐπήλπισε &c. *Bato* apud eundem in Πυθαγόρας Ἐφίσιος, αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσιν quam partem in Ἐπελπίζων omiſſo ſcriptoris nomine proponit. *Dion Caſſ.* p. 893. C. καὶ τῷ πολέμῳ, ᾧ μάλιστα ἐθαῤῥησε, ἀπαλλάξειν ἐπελπίσας. *Appian.* de B. P. p. 66. D. καὶ ἐπήλπισαν (Φαμμάκιον) περὶ πλείονων de B. Mithr. p. 216. πολλὰ περὶ Ἀσίας αὐτῷ ἐ τῶν ἐγγὺς ἐθνῶν ἐπελπίζοντες· ubi legendum αὐτὸν, ut apud *Joſeph.* A. J. XIII. c. 12. §. 2. XV. c. 7. §. 1. alioqui ſenſus foret; *multum in eo ſpei de Aſia finitimisque gentibus habentes repoſitum*; quod a ſequentibus & Appiani mente longe diſcrepat: nam *Gelenius* quidem Interpres plane aberrat: de B. Ann. p. 341. C. καὶ τοὺς ἔνδον ἐπελπίζων. Non aliter Graeci Pſ. CXVIII, 49. Μνήσθητι τοῦ λόγου σου τῷ δούλῳ σου, ᾧ ἐπήλπισάς μοι· illud paulo plus abit IV Reg. XVIII, 30. Καὶ μὴ ἐπελπιζέτω ὑμᾶς Ἐζεκίας πρὸς (vel ἐπὶ) Κύριον *& ne vos fruſtretur Ezekias ſpes veſtras ad Dominum convertendo.* Structura mutata diverſam huic verbo ſignificandi formam induit, ἐπελπίζειν τινι, *ſpem in aliquo collocare & repoſitam habere*: *Heliodor.* VII. p. 356. τὸ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδότα φαῦλον εὐμενεῖ ἀ τῇ παρὰ τ κρειττόνων ἐπελπίζειν· plenius *Socrates* H. E. VIII. c. 16. τοὺς ἐπηλπικότας ἐπὶ τῷ ἐξαυρισθῆναι. Fit autem aliquando, nihil ut a ſimplici ἐλπίζειν fere differat ἐπελπίζειν. *Pauſan.* IV. p. 342. καὶ ὁ μὲ ἐπήλπιζεν, Ἀθηναίων δωρησάντων ταύτῃ, κάθοδον ἐσιέναι σφίσιν ἐς Ναύπακτον finitimum eſt *Noſtri* ἐπελπίσαιμι in Tim. p. 132. v.

εἰκὸς ἐῤῥῶσθαι πολὺ μᾶλλον τ νέων. αἱ δὲ ἤδη τ κλῆρον ὀφ σφίσι διῃρημένοι βόσκουσι, ζωὴν μακαρίαν πρὸς ἑαυτοὺς τιθέντες. ΠΛ. ἴθι νῦν ὁ μὲν ἀποδυσάμενος τὸ γῆρας, ὥσπερ Ἰόλεως, ἀνήξησάτω· οἱ δ' ἀπὸ μέσων τ ἐλπίδων, τ ὀνειροποληθείσης πλοῦτου ἀπολιπόντες, ἥκέτωσαν ἤδη κακοὶ κακῶς ἀποθανόντες. ΕΡ. ἀμέλησον, ὦ Πλοῦτον· μεταμέλεσθαι γάρ σοι ἤδη αὐτοὺς κατ' ἕνα ἑξῆς· ἑπτὰ δέ, οἶμαί, εἰσι. ΠΛ. κατάσπα· ὁ δὲ ὡδὶ πέμψει ἕκαστον, αὖτις ὥσπερ νεηθὴς γενόμενος.

est multo quam juvenes firmiore; hi vero jam forte inter se divisa securi pascuntur vitam beatam sibi adscribentes. PLUT. Ergo igitur hic exuto senio, tanquam Iolaus, repubescat: illi autem a media spe, somniatis opibus relictis, detrusi jam veniant mali male mortui. MERC. At tu securo sis animo, Pluto: arcessam enim jam tibi eos singulos ordine: septem, opinor, sunt. PLUT. Detrahe: ille autem singulos prosequetur, pro sene denuo primæ pubertatis juvenis factus.

VI.

ΤΕΡΨΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ. TERPSIONIS ET PLUTONIS.

ΤΕΡΨ.

Τοῦτο, ὦ Πλοῦτων, δίκαιον, ἐμὲ μὲν τεθνάναι τριάκοντα ἔτη γεγονότα, τ δὲ ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα γέροντα Θεόκριτον ζῆν

TERP.

ISTane res, o Pluto, justa, ut ego vita discedam triginta natus annos, ubi, qui nonaginta superavit, senex Thucri-

a Ἐρωθήσεις] πρωθήσεις post F. aliae quaedam Edd. Recte J. Va. W. S. A.

12. Ἰόλεως] Ὁ τῦ Αἰακτ- πατὴρ τῦ Λοκροῦ, ὃς ἀφηρέθη ὑπ' ἐργήρ- τιλδυπῶσαι. G.

15. Ἀμέλησον, ὦ Πλοῦτον] Τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ, ὑπόμεινον. V.

*] Ἐκτ- L. Αἰακτ- sed Scholiastes confundit hunc cum Oileo & mox ὑπ' ἐργήρ. M. du S.

67. & *Scholiastae Pindari* ad L 2, 50. ἴσχατα ἐπιλπίζοντες. Haec certe fidem conciliant egregio Codici *Cass.* qui solus habet exquisitius, ᾧ ἅμα ἐπιλπίζων ὡς ἐ μεταβαλεῖται, in *Thucyd.* VIII, 54. nihil oberat, quominus *Pausaniae* placere potuisset, ὡς κάλοδ- ἴστεται σφίσιν. *T. H.*

9. Τὸν πλ. ὀφ σφίσι δ. βόσκειν] Si consideratius attendas, videtur istud orationis membrum nonnulla parte laborare. Memini, quum placeret, τ κλῆρον ἐλπίσι διῃρημένοι βόσκουσι· nam & praecedit ἐπιλπίζει, & paulo post λὸ μέσων τ ἐλπίδων sequitur. *Cicero* pro Cluent. §. 72. *Hic ille planus improbissimus, quaestus judiciario pastus, qui illi pecuniae, quam conciderat, spe jam atque animo incubaret.* Tum ἐλπίσι praeditum est tali dote, quae ad utrumque verbum διῃρημένοι & βόσκουσι apte congruat: proverbium non ignotum, Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι τὸν κενὸν βροτόν, notavit *Schol. Euripid.* ad Phoen. v. 399. Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγ- eodem spectat illud *Sophoclis*, Ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τὰς πολλὰς βροτῶν· quae fuerunt *Heraclito* observata de All. Hom. p. 453. τὰς ὑπνήμους ἐλπίδας, (ita legendum pro συμφήμους ἐλπ.) αἱ βόσκουσι τ βίον ἡμῶν· hinc eleganter Παμβώτις τύχη, ἐλπὶς παιδοτρόφ- apud *Hesychium* ex veteri Tragico: atque ut βόσκειν & βόσκεσθαι, sic & βουκολεῖν & βουκολεῖσθαι χρηταῖς, ἀγαθαῖς, vel κεναῖς, ἀστοργοις, ψεύδεσιν ἐλπίσι passim frequentantur. Quod si quis tamen vulgatum mordicus tenere malit, hoc pacto sensum capiet: *Hi vero jam forte inter se divisa pecudum ritu securi pascuntur, vitam beatam sibi attribuentes, rationibus suis adscribentes*, ea τῦ τιθέναι potestate, quam ad Dialogum superiorem exposuimus: βόσκειν vero de hominibus etiam usurpari, sed saepe cum contemtu quodam & contumelia, ut significetur eos pecoribus similes & abjectissimos esse, docet *C. A. Dukerus* ad *Thucydid.* p. 476. n. 37. Praeterea paulo inferius ἐπέστησαν, etsi non ignorem usum ejus verbi, in his etiam dialogis, de iis, qui vita juncti ad inferos descendunt, si scriberetur ἐλπίδεσιν, haud equidem adspernarer: ad eam nos conjectu-

critus vivit adhuc? PLUT. Juſtiſſima quippe, Terpſion, ſiquidem hic vivat neminem optans emori amicorum: tu contrà per omne tempus inſidiabaris ipſi, avide expectans haereditatem. TERP. Non enim oportebat, qui ſenex eſſet, neque amplius uti divitiis ipſe poſſit, abire vita, locumque cedere junioribus? PLUT. Tu quidem, o Terpſion, novae legis auctor, ut is, qui amplius divitiis uti nequeat ad voluptatem, moriatur: hoc autem ſecus a Fato & Natura conſtitutum eſt.

2. TERP. Quin illam igitur incuſo iniquae conſtitutionis: nam conveniebat hanc rem ordine quodammodo fieri, ſenior ut prius abiret, & deinceps qui aetate proximus eſſet, nullo autem pacto rationem in contrarium verti, neque in vita remanere decrepitum, cui dentes tres admodum ſint reſidui, vix videntem, ſervulis quatuor corpore curvato innixum, qui pituita naſum, gramiis oculos habeat oppletos, nihil amplius ſuave ſentiat, animatum quoddam ſepulchrum, ab adoleſcentem

ἔτι; ΠΛ. δικαιότατον μὲν ἴσως, ὦ Τερψίων, εἴγε ὁ μὴ ζῇ μηδένα εὐχόμενος ἀποθανεῖν τῶν φίλων· σὺ δὲ πάλαι πάντα τὸν χρόνον ἐπεβούλευες αὐτῷ, προεμάνων τὸν κλῆρον. TEP. εἰ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα, καὶ μηκέτι χρήσασθαι τοῖς πλούτῳ αὐτὸν δυνάμενον, ἀπελθεῖν τοῦ βίου, τοῖς χωρήσασι τοῖς νέοις; ΠΛ. καπὰ, ὦ Τερψίων, νομοθετεῖς, τὸν μηκέτι τοῖς πλούτῳ χρήσασθαι δυνάμενον πρὸς ἡδονὴν ἀποθνήσκειν· τὸ δὲ ἄλλως ἡ Μοῖρα καὶ ἡ φύσις διέταξεν.

TEP. Οὐκοῦν ταύτην αἰτιῶμαι τὴν ἀδικίαν τάξεως. ἐχρῆν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐξῆς πως γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον πρότερον, καὶ μὴ τοῦτον, ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτόν· ἀναπρέπειαν δὲ μηδαμῶς, μηδὲ ζῆν μὲν τὸν ὑπέργηρων, ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτρασιν ὀκλαδίαν κεκυφότα, κορύζης μὲν τὸν ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, ἡδέως ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον, ὑπὸ τῶν νέων

---

eturam vocabuli violentioris, quod commode jungatur cum λύπῃ μέσῃ τὴν ἐλπίδων, invitat ipſe Pluto, qui ſcilicet jam ante dixerit, καταπεπτωκὼς ἐφιξῆς ἅπαντας, & mox καταπέσῃ. Non videbantur aequo animo & ſponte ſua deſcenſuri, quos tanta ſomniatae felicitatis ſpes repente deſtitueret, ſed trahi eos obtortoque collo rapi oportebat: debuit ſane Mercurius aliquando per vim aſperius protrudere renitentes, ut perquam facete Noſter, quo nemo melius res inferorum ad unguem calluit, narrat Dial. XXVII. & Καταπ. c. 9. ἕλκειν αὐτὸν, & c. 11. σύρειν αὐτὸν διὰ τῆς πυλῶνος. Quod autem mox τὸν ὀνειροπολοῦντα πλοῦτον, id plane ſimiliter dixit ſcriptor aliquis (*AElianum* auctorem ſtylus indicat) apud *Suidam* in Κορυβαντιᾶν· μανῆναι μὲν ὀνειροπολοῦντες τὴν ἐπὶ κλύδωνος διαδοχήν. *T. H.*

11. Ὥσπερ Ἰόλαος] Hic cum ad decrepitam aetatem perveniſſet, Herculis precibus juventuti reſtitutus eſt, ut *Ovidius* fabulatur Metam. IX, 398.

— *dubiaque tegens lanugine malas*
Ora reformatus primos Iolaus in annos. *G. C.*

Ἰόλαος] V. *Ovid. Met.* IX. *Heſiod. ἀσπ.* initio. & *Hygin.* 103. *Scholiaſtes* hic turpiter erravit. *M. du S.*

14. Καπὸ καπᾶς] Sic idem paſſim: *Ariſtoph.* in Plut. *Ariſtaen. Heliod.* *J. B.*

19. Προθύσεις] Vox *Homero* familiaris, quam hic mendoſe pleraeque exhibent Edd. Sed recte eadem Συμπ. c. 35. V. Il. I. 445. *M. du S.*

40. Οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα] *In quatuor famulos incurvatus.* Idem Nigrino. *J. B.*

41. Κορύζης μὲν τὸν ῥῖνα, λήμης δὲ &c.] Hae vel praecipuae ſunt earum vocum, quarum uſu frequenti tam proprio quam figurato inſignis eſt *Lucianus* & notabilis: vix enim ullum alium reperias ſcriptorem, ubi toties recurrant. Multa *Stephanus* collegit Ind. Theſ. in Κόρυζα· alia *Gatakerus* ad *M. Antonin.* IX. §. 29. neutri tam ſedula fuit diligentia, ut *Luciani* penum exhaurire potuerit. Dicemus opportuniore loco. *T. H.*

43. Ἔμψυχόν τινα τάφον] Terpſion Thucritum ſenem decreptum *vivum ſepulchrum*, ſive *cadaver* appellat, qua proverbiali figura utitur *Sophocles* in Antigone. Huc pertinet etiam illud Mimi *Laberii* apud *Gellium: ſimilis ſepulchris nil niſi nomen retineo.* *G. C.*

Ἔμψυχόν τινα τάφον] Ex *Eraſmi* Chiliadibus deſcripta in *Vivum cadaver: Vivum ſepulchrum.* Pleraque *Gilb. Cognatus*, quae quidem paulo ſunt doctiora, aliis debet; quibus ſollicite demonſtrandis operam navare non eſt animus. Vultures *Gorgias* ingenii vitio tumide dixerat ἐμψύχους τάφους, damnatus propterea non ſolum, ſed irriſus etiam a ſeverioribus arbitris: vide *Longin.* περὶ Ὕψ. p. 18. & Comment. Quamvis ſubliminem figuram, ſi commode, flexu

γέων καλαγελώμενον, ἀποθνήσκειν δὲ καλλίστους, καὶ ἐῤῥωμενεστάτους παντὸς· ἄνω ποταμοῦ τοῦτό γε. ἢ τὸ τελευταῖον εἰδέναι ἐχρῆν, πότε καὶ τεθνήξεται τοῦ γέροντος ἕκαστος, ἵνα μὴ μάτην ἀν' ἑνὸς ἑκάστου

tibus derisum, dum interea moriuntur formosissimi robustissimique juvenes: hoc utique perinde est, quasi in caput flumina recurrant. Saltem denique sciendum erat, quando quisque senum esset obiturus, ne frustra quosdam observarent: nunc autem quod

45. Ἄνω ποταμοῦ τοῦτό γε] Παροιμία ἐστὶ λεγομένη, ὅτε τὰ ἐναντία τοῦ ἀφιλόπονον γίνεται, Ἄνω ποταμοῦ χωροῦσι πηγαί· ἐπὶ δὲ τοῦ πηγῶν ἐλάττονα ἄνω, κάτω δὲ μᾶλλον * χωροῦσι. V.

* Χωροῦσι] Supple τὰ ὕδατα. M. du S.

totius orationis adjuvante, ponatur, & ratione defendi & exemplis posse existimem, facile tamen dedero castigatius usurpasse *Lucianum* de *silicernio*, vel *sene capulari*, qualem, quum debilitatis animi corporisque viribus sepulcro quam vita longiore dignior est, non tantum τυμβογέροντα Graeci, praesertim Comici, sed & σορὸν & σοφίλλιον per convicium appellitare solent. T. H.

45. Ἄνω ποταμοῦ] Ἄνω ποταμοῦ χωροῦσιν αἱ πηγαί. Proverb. in ea quae accidunt ἐναντία τοῦ ἀφιλόπονον. Repetit de Merced. cond. Utitur *Æschyl. Eurip. Aristoph.* J. B.

Ἄνω δὲ ποταμοῦ] Mutilus videri possit hic locus; sed in ejusmodi proverbialibus locutionibus saepius invenias aliqua sui parte truncata afferri verba. *Euripidis*, ad quos alludit, versus scholium exhibet ex *Med.* 410. Proverbium, de quo fuse Paroemiographi, & ad eos *Andreas Schottus*, *Menag.* ad *Diog. Laert.* p. 193. p. 139. E. *Hesychius* observat *Æschylum* eo proverbio usum esse. V. *Hemsterh.* p. 31. παροιμία δὲ τῦτο (inquit *Scholiastes Euripidis* ad hunc locum) ἐπὶ τῶν εἰς τὸ ἐναντίον ἐκ παρὰ τὸ προσῆκον μεταβαλλομένων πραγμάτων. M. du S.

49. Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν] Leg. *Erasm.* J. B.

Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν πολλάκις ἐκφέρει] *Erasmus* prolato *Luciani* loco haec addit: *Id est, Nunc id evenit, quod vulgo dici solet, Plaustrum saepenumero bovem ipsum aufert. Translata metaphora a plaustris per declive retro labentibus, unaque secum bovem auferentibus.* Labitur, ut saepius, quam a quoquam hactenus animadversum fuit, in adagiis explicandis, ingens patriae nostrae decus, cujus errores magnis virtutibus compensatos illa literarum tum primum renascentium rudimenta satis excusant. Ἐκφέρειν ea, qua voluit, potestate sumtum mihi quidem non approbabit: hic certe, si rectum foret, vertendum erat, *plaustrum bovem saepe effert, ejusque funus ducit.* Tum neque illud satis commode, nec ad ingenium linguae Graecae, quod paroemiam hunc in modum integram reddat, ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν ἐλαύνει sequi debuerat Grammaticos praeeuntes, qui ἕλκει vel adjiciunt, vel supplendum esse monent: *Mich. Apostol.* C. IX. n. 66. Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν] Λείπει τὸ ἕλκει ἐπὶ τῶν ἀντιστραμμένους τι ποιούντων *Diogenian.* C. III. n. 30. nec Graeci tantum, sed & nostrates hoc ipso simillimo proverbio rerum ordinem inversum praeposterumque significare solent. Non alia *Luciani* mens; qui sane nihil hic discrepans indicare voluit ab istis praecedentibus, ἀναγριφιζὸς δὲ μηδαμῶς, & ἄνω ποταμοῦ τῦτό γε. Jam si hanc sententiam nostri Scriptoris, uti decet, pro explorata teneas, locum tueri nequit supervacuum illud, quin imo putidum, πολλάκις ἐκφέρει quis unquam iis verbis aut additis, aut ad integrandam paroemiam est usus? Quocirca, ut dicam, quod res est, vehementer suspicor, adsumentum hocce ab indole proverbii tam alienum deberi incauto lectori, qui, ubi funerum ducendorum mentionem fieri videbat, istiusmodi verbum nimis liberaliter adtexuit: resecueris inutilem caudam, quanto rotundius atque ornatius exibit oratio? Νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τοῦ βοῦν. Confer initium Dial. VIII. T. H.

53. Ἐπιχαίρετε] Melius ἐπιχαίνετε. J. B.

Ἐπιχαίνετε] *Bourdelotius* recte vidit legendum esse ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε, *alienis inhiatis*: & firmant excerpta Mf. vulgatum ἐπιχαίρετε est ab hoc loco alienissimum. J. G. G.

Ἐπιχαίνετε] Genuina haec lectio reperitur in Mf. Gr. P. L. & Ed. J. Usurpat etiam *Demosth.* p. m. 278. A. In reliquis corrupte ἐπιχαίρετε eodem vocabulo usus est sub finem *Dial. praced.* οἱ δὲ προαπόντων αὐτῶν μάτην ἐπιχαίνοντες. M. du S.

Ἐπιχαίνετε] Pro vulgato ἐπιχαίρετε tam promta emendatio, ut ne *Bourdelotium* quidem effugerit: suam ipse locutionem facile defendet *Lucian.* Dial. superiore, μάτην ἐπιχαίνοντες & in Tim. ἐπισχρότης μόνῳ τῷ χρυσίῳ. alterum vix Graecum; dicendum fuerat, ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐπιχαίρετε, quemadmodum in *Jamblichi* Protr. Μὴ γὰρ αὐτὴ ἐπισημῶν ἐστιν ἐπιλαμπρύνεται ἀγαθοῖς ἀλλοτρίοις, ὅτε ἐπιχαίρει κακοῖς τοῦ πέλας unde pessimum hominum genus ἐπιχαιρέκακοι sunt dicti. Ceterum est ad haeredipetarum materiam ita conveniens *Libanii* locus T. I. p. 947. A. ut describendi laborem subterfugiendum mihi non putem: Ἦν δέ τις ἀνὴρ ἐν Αἰγύπτῳ φιλοχρήματος ὅστις ἐπεκτήσατο φίλους, οἷς παῖδες ὄντες ἦσαν, ὅπως αὐτοῖς αὐτὸς εἴη παῖς γνήσιος δὲ ἐξ ἀπόρου πλούσιος εἰς τὰ τοῦ τελευτήσαντος εἰσιόντα, ἤχθετο τοῖς ἔτι ζῶσι τούτοις τοῦ πατέρων. Μακαρίζοντος δέ ποτε αὐτὸν ἀνδρὸς ἑτέρου τὸ αὐτὰ τοιοῦντος τύχης, δι' ἣν αὐτῷ πλοῦτος εἰς μέγας ἐκ πολλῶν ἀθροσθείη, μάτην γ', ἔφη, μὴ μακαρίσῃ μοι καλεῖν χρὴ ἂν τὴν αἰδῶ ἀπίλθουσιν εἰκῆ, ὧν εἰς τὰς οὐσίας ΕΚΕΧΗΝΕΙ *Philo Jud.* de Decal. p. 763. ὁ γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιτε-

χαίρων

quod proverbio vulgatur, Currus bovem ſæpe effert.

3. PLUT. Illa quidem, Terpſion, multo ſapientius gubernantur, quam tu putas. Quæ, malum, cauſa vos impellit, ut alienis inhietis, & orbis ſenibus vosmet adoptandos omnibus obſequiis ingeratis?

ξάπευον. νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει.

ΠΛ. Ταῦτα μέν, ὦ Τερψίων, πολὺ συνετώτερα γίνεται, ἢ σοὶ δοκεῖ. καὶ ὑμεῖς δέ τί παθόντες ἀλλοτρίοις [a] ἐπιχαίνετε, καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς;

a Ἐπιχαίνετε] Ita G. P. L. & F. Reliquae Edd. ἐπιχαίρετε.

χρῶ.

T.H.

54. *Εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς*] Εἰσποιεῖν Graecis eſt, adoptandum aliquem tradere in gentem aliam ac familiam; quo pacto ſenſu parum diſtat ab ἐκποιεῖν, niſi quod illud ad familiam iit referendum, in quam quis transire jubetur, hoc ad eam, unde in alienam poteſtatem exit: hic fori Attici uſus; ſæpe tamen liberior & amplior quaedam illi verbo virtus accedit. *Iſaeus* pro Euphil. apud *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 176. ἐπεὶ ξένον ὄντα τοῦτον εἰσποιοῦμεν ἀδελφὸν ἡμῖν αὐτοῖς. *Pauſan.* IV, p. 314. Μεσσήνιοι γὰρ οὐκ εἰσποιοῦσιν Ἀριστομένει Ἡρακλεῖ παῖδα ἢ Διΐ. *Heliodor.* IX. p. 449. τῷ βασιλεύοντι παῖδας ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσι. *Lucian.* Deor. Conc. §. 4. *Bacchus*, inquit Momus non mediocriter indignans, ὅλῳ φρατρίᾳ εἰσποίησεν ἡμῖν, *totum gregem in noſtrum Deorum ordinem intulit atque inſeruit.* Εἰσποιήσασθαι vero non pater tantum dicitur filium adſciſcens atque adoptans, ſed & judex talem adoptionem, ſi forte venerit in controverſiam, ſententia ſua confirmans: utrumque reperire licet apud *Iſaeum* tum in Actione pro Euphileto, cujus partem conſervavit *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 175. tum in ceteris orationibus, quae ſuperſunt, & omnes in haereditatum judiciis ac jure verſantur. Hinc intelligi poteſt, quid ſit τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖν ἑαυτόν. Verum praeterea ſingularis eſt ſignificandi vis in participio φέρων, quam orationis partem *Budaeus* ornatus magis cauſa, quam ſignificationis poni cenſet C. L. G. p. 393. haud multum diſſentiente *Stephano* in App. p. 78. Ad *AElian.* V. H. VIII, 14. agnoſcunt παρίλκειν illud Atticum *Faber* & *Kuhnius*; hic tamen, ut erat Graeci ſermonis callentiſſimus, inſuper obſervans *ſaepius ſignificare* ſua ſponte, data opera, *& ubique orationi pro rei ſubſtratae indole emphaſin addere: Perizonius*, hac quidem in eruditionis parte *Kuhnio* multum inferior, notat *abundare tali in conſtructione hoc participium, vel potius declarare impetum quendam aut certum conſilium agendi id, quod agitur.* Nihil eſt horum, quod non ſuis in locis aptam ſedem inveniat: haud raro ita collocatum offendes, ut illibato ſenſu abeſſe poſſe videatur: *Manetho*, quem ceteroquin elegantiae Graecae arbitrum non capiam V, 21. Μύθοις ἐρωτικοῖσι φέρων παρίθηκα γελοῖα. *Sopater* apud *Stob.* p. 312. Homero ſatis non fuit principem vocare patrem, ἀλλὰ καὶ ἦπιον φέρων ἐπέθηκε τῷ πατρί. *Demoſth.* de Pace p. 61. C. argentum, ſi in alteram librae lancem impoſueris, οἴσεται φέρον, καὶ παρίλκυσε τὸ λέγειν ἐφ' αὑτό. niſi transpoſita legi malis, οἴσεται, καὶ παρίλκυσε φέρον quem uſum, ſed rarius, ineſſe quoque memini participiis ἄγων & ἄρας. Aliquando verbis junctum, quae vehementiorem motum continent, vim incitandi ac propellendi adjuvat: velut in iſtis, *φέρουσα ἐνέβαλε Herodot.* VIII. c. 87. *φέρουσα ἐμβάλλειν, ἐπεῖσαι ἑαυτὸν, ἐκπραχθήσῃ φέρων, φέρων ἑαυτὸν ἄφηκεν, ὤθησεν ἑαυτὸν φέρων* cujusmodi ex ſcriptore noſtro multa ſubminiſtrabit Index. Sed quam diverſa praeterea verborum genera complectatur, depromtis ex uno *AEſchine* exemplis oſtendere lubet: in Timarch. p. 25. v. 4. Ἀπαγαγὼν γὰρ αὐτοὺς (ita de judicibus loquentem Demoſthenem facit) λέγει περὶ Τίμαρχον αἰτιῶν ἐπέσπασα φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον in Cteſiph. p. 65. v. 25. καὶ εἰς τοῦτο φέρων ἀφίκησε τὰ πράγματα, ὥς &c. cum quo convenit illud *Libanii* T. I. p. 707. A. τοιγαροῦν εἰς τοῦτο μετέθηκα τὰ πράγματα φέρων. p. 66. v. 25. Callias Chalcidenſis ἀδικήσας Φίλιππον κακῶς λάβρας ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις· quomodo *Plutarch.* T. II. p. 4. B. plerique parentes in quodcumque inciderint pravum mancipium τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς. P. 74. v. 6. Demoſthenes τὴν κατὰ γῆν (ἡγεμονίαν) ἄρδην φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις. v. 23. προσίμιξε φέρων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκεύῳ τῇ πόλει in quorum fane nonnullis tantundem fere valet, atque *ultro* & *dedita opera*. Sunt etiam locutiones, ubi propenſionem animi, agendique ſtudium apertius declarat: ſicut in illo *Longini* p. 198. Ὁ πᾶς αὐτοῖς (Homero, Platoni, Demoſtheni) αἰὲν ἐν βίῳ φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια· & *Clementis* Strom. VII p. 727. D. qui athletarum aliquem ita fuiſſe precatum refert: Jupiter, ſi mihi cuncta ſunt diligenter ad obeundum certamen praeparata, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. *Achill. Tat.* I. p. 25. οὕτως ἐχαρίσατο φέρων αὐτῷ τὸν ἵππον parum diſcedit apud *Plutarch.* T. I. p. 633. B. quum piratae τοὺς μὲν ἄλλους διέφθειρον ἡγεμόνας, Πομπήιον δὲ φέροντες αὐτοὺς μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐκεχείρισαν· & *AElian.* H. V. VI. c. 1. Hinc jam porro ejusmodi verbis adnectitur, ut inſinuandi ſeſe applicandique ad aliquem & commendandi ſpeciem praeferat: *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXI. p. 315. καὶ τίνι φέροντες ἑαυτοὺς ἐπιτρέψομεν; *Plutarch.* T. I. p. 155. D. Οὕτω δὲ φέρων ὁ Περικλῆς τοῦ δήμου προσήνεγκεν ἑαυτόν. *Julian.* Or. VII. p. 231. B. Ἀλλά σε μέν, ὦ θεῶν πάτερ, ἐμαυτὸν φέρων ἀναθήσω· frequenter autem ad eos pertinet, qui in doctorum ſe fidem ac diſciplinam tradunt: eo loquendi more delectatus *Eunapius*: de Porphyrio p. 14. προσέθετο φέρων ἑαυτὸν Plotino: p. 34. AEdeſius ὅλος ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἀνέθηκε φέρων εἰς τὴν ἐκείνου σο-

τὺς ; τοιγαροῦν γέλωτα ἐφλισκάνετε, πρὸς τῶν ἐκείνων καλοῦντόμενοι· ἡ τὸ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεται. ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνους ἀποθανεῖν εὔχεσθε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτοῖς. καινὴν γάρ τινα ταύτην τέχνην ὠπτινευήκατε, γραῶν ἡ γερόντων ἐρῶντες· ἡ μάλιστα εἰ ἄτεκνοι εἶεν. οἱ δὲ ἔντεκνοι ὑμῖν ἀνέρασται. καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν

propterea merito risum debetis ab iis defossi; resque illa plerisque jucundissima accidit: nam quantum illos obire optatis, tantum omnibus est gratum, si vos ante moriamini. Novam profecto illam artem excogitastis, vetularum & senum amorem, tum maxime, si prole careant; nam quibus liberi sunt, illi amore vestro vacant. Quanquam multi jam eorum, qui non aman-

πομπίλω παιδιάν. p. 49. ἐπίδικον ἑαυτὸν φέρων τῇ χάριτι τῇ ὁδῷ· *Damasc.* apud *Suid.* in Σεβηριανός· τὸ Πρόκλῳ φέρων ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι· atque eum in modum est fere capiendum, quod *Porphyrius* apud Euseb. H. E. VI. c. 19. de Origene scripsit; πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξοκείλας τέλμημα, ᾧ δὴ φέρων αὐτόν τι ἐς τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκπεπλάδηκε quorum, quia summus *Valesius* aberravit, vertendo sensum explanabimus: *ad barbaram Christianorum & audacem disciplinam velut in scopulum impactus adhaesit, cui agglutinatus seque turpiter vendidit, suamque in philosophiae cultu solertiam.* Poteramus, si liberet, in pluribus exemplis lapsus eruditorum hominum patefacere. Nunc quando haec potestas ad vultures haeredipetas transit, significantur scilicet irrepere blando lenocinio, seseque ingerere, ut *Petronius* ait loco percommodo c. 140. *Philumene, quae multas saepe haereditates officio aetatis exterserat, tum anus & floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis senibus: Cicero* pro Caecin. §. 13. *atque etiam se ipse inferebat & intrudebat:* ubi nescio quam recte aliis *ingerebat*, aut *inferebat* placuit. Saepius ita *Noster*: πρὸς Ἀπαιδ. c. 19. εἰ μὴ σαυτὸν φέρει ταῖς τῶ γέροντος ἐκτίνου ἀγκάλαις παρυπάγρευμα· quae huic loco sunt simillima. In Lapith. paulo aliter c. 22. (τοῖς πολὺ σὺ πλουσιωτέροις) ὁδὶ πάντοτε φέρων ἑαυτὸν ἐπίδηλα. Ex his liquido apparere arbitror, quam elegans sit & apposita *Luciani* verborum sententia: *Vos autem, malum! quid est causae, cur alienis inhietis, ac subdole irrepentes vos orbis senibus adoptandos ingeratis.* Nolim tamen ita quis existimet, quasi varietas illas significandi figuras in participio φέρων solo residere censerem: hoc dixi, ab uno motus incitatioris capite, prout diversis orationum formis ac verbis aliis aptatur, prodire diversos, structura diducente, potestatis eleganter immutatae rivulos, quorum cursum ac virtutem consequi non licet, nisi circumscriptione quadam utaris ad interiores sententiae recessus excutiendos. *T. H.*

62. Τῶν ἐρωμένων] Tacent libri scripti editique: quibus etiam invitis, si *Luciani* mentem, & institutum orationis ordinem sequaris, particula negans videbitur inserenda, τῶν οὐκ ἐρωμένων potior est Codicibus ipsa sententiae vis perpensa: *Rem quandam & artem,* inquit, *excogitastis novam, vetularum ac senum amorem, tum quidem maxime si prole careant: nam quibus liberi sunt, eos non curatis, neque amore prosequimini. Atque adeo jam multi eorum, qui non amantur, comperta vestri amoris versutia, etiamsi liberos habeant, odisse se tamen illos fingunt, ut & ipsi amatores nanciscantur.* Liquet, credo, quos dixerat ἐρασθέντας, οὐκ ἐρωμένους mox appellari: tum ἃς δ' αὐτοὶ ἐρασθεὶς ἴσχυσι consistere nequit, nisi legeris οὐκ ἐρωμένων. Σωιόντες an συνιόντες scribatur, parum refert: hoc tamen librorum in gratiam praetuli. *T. H.*

63. Συνίοντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν] Scribendum Mf. suadente, συνιόντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν. *qui intelligunt vestras artes* aut *astutiam.* *J. G. G.*

Συνίοντες] Συνιὼν— G. P. & Coll. Sed vide finem Dialogi sequentis. *M. du S.*

67. Διαφορήσαντες] Sic legit Interpres; sic reposuimus, cum male antea διαφορήσαντες. *J. B.*

Διαφ—.] Antiquam hanc & genuinam, ut putamus, lectionem reposuimus. Extat autem in G. P. L. Fl. Ald. J. H. B. & Fr. Mutarunt P. S. & A. & fecerunt διαφορή— V. Nigr. c. 14. *M. du S.*

Διαφορήσαντες] Haud ineptum erat, quod Interpretibus & *Bourdelotio* arrisit, διαφορήσαντες, & probae notae verbum, *AElian.* de Anim. VIII. 11. τὸ πρόσωπον τῇ ἰρωμένου καθαίρειν, ἡ διαφορεῖν αὐτῷ θριξὶν πάμπολλα, & huic rei apprime conveniens, ut Polystratus ostendit Dial. IX. παντοῖα μοι δῶρα προσήγετο ἀπαντοχόθεν τῆς γῆς κάλλιστα. Cur tamen lectionem priscam moveremus, causa fuit nulla; praesertim quum membranae veteres nihil innovarent: διαφορήσαντες ergo qui divitem spe tabularum honorifice semper fuerant prosecuti, & perpetuo quasi satellitio stipaverant. Verum exemplum prodidit *Plinius* VIII. Ep. 18. Domitii Tulli, qui, *quum se captandum praebuisset, reliquit filiam haeredem, frustratus improbas spes hominum, quos sic decipere, pro moribus temporum, prudentia est.* *T. H.*

70. Ἀποσμυγίντες] In cod. Mf. εἰ δὲ ὑποτρύσι τοὺς ὀδόντας καταγελασθέντες, *illi vero derisi frendent dentibus,* quod multo magis mihi probatur quam, quod in editis extat, λυπσμυγίντες, *dolore ardentes:* est enim valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum. *J. G. G.*

Ἀποσμυγίντες] Glossema est quod in Mf. Gr. P. & L. legitur καλαγελασθέντες. Genuina haec quam omnes impressi agnoscunt. Aliud paulo est quod legitur in Ἐτ. Δ. VII. σὺ δὲ ἐκεῖθεν μὴ ἀπεμύκτισας, sed eodem fere redit. Certe λυπμύττω *emungere* est, (vide *Ir.* 2. c. 24.) quod in utraque lingua eleganter admodum ad eos transfertur, qui cum pecuniam variis artibus ab aliquo expresserunt in sinu rident, & sibi plaudunt. Sed tum legendum foret λυπμύγντες, nisi forte hic figura,

amantur; intellecta veſtri amoris calliditate, etſi liberos habeant, illos odiſſe ſe fingunt, ut & ipſi amatores nanciſcantur: verumtamen in teſtamentis excludi ſolent, qui jam olim ſatellitum more fuerant ſectati; liberi autem & natura, ſicuti juſtum eſt, potiuntur omnibus: iſti vero infrendunt dentibus emuncti.

ἐρωμένων [a] σωιέντες ὑμῖν τὴν παιδοποιίαν τοῦ ἔρωτος, ἢν δὲ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισοῦσιν αὐτοὺς πλάττοντες, ὡς δὴ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσιν. εἶτα ὁ μὲν ταῖς διαθήκαις ἀποκλείονται μὲν οἱ πάλαι [b] δορυφορήσαντες· ὁ δὲ παῖς, ἢ ἡ φύσις, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, κρατοῦσι πάντων· οἱ δὲ ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας [c] ἀπομυγέντες.

TEP.

[a] Σωιέντες] Ita G. C. P. ἀνύτες F. Reliquae Edd. σωύτες. [b] Δορυφορήσαντες] Δωροφορήσαντες P. S. A. [c] Ἀπομυγέντες] Καταγελασθέντες G. P. L.

70. Ἀπομυγέντες] Καταγελασθέντες. V.

ſigma, ut in quibusdam fit, inſertum dicas. Si hæc non placet, aliam addam conjecturam: ὑποσμύχομαι uti ex *Suida* & *Heſychio* videre eſt, metaphorice *urere* eſt. Apud *Simonidem* σμύχω *de tempore* dicitur, quod omnia abſumit. *Grot.* 143. & apud *Theocrit. de Amore Flor.* 269. Vid. *Od.* Γ. 195. Δ. 672. ἀπισμυγερῶς. Si itaque levi mutatione velis ὑποσμυγέντες pro ἀπ— ſubſtituere, optime ſic etiam ſenſus ſe habebit, aut ſaltem ſatis commode. Si quis nunc, quid ſentiam, roget; dicam. Primo καταγελασθέντες merum gloſſema mihi videtur, in textum ab iis illatum qui verbum *Luciani* qualecunque tandem fuerit, ut ſibi incognitum repudiabant. Secundo, *emungendi* mihi ſenſus, quod & gloſſema admittit, perplacet; atque adeo, aut ἀπομυγέντες, ut legitur; aut, ſi per Grammaticos non liceat, ἀπομυγέντες omnino legendum putem. *M. du S.*

Ἀπομυγέντες] Pluribus in libris extat hujus vice καταγελασθέντες, certiſſimum genuinae vocis, qualiscumque a *Luciano* fuerit profecta, interpretamentum; qua de re dubitationem omnem tollit *Scholiaſtes Voſſianus*. Niſi animum alibi Praeſtantiſſimus *Graevius* habuiſſet occupatum, qua erat ingenii perſpicacia, pro Junone nebulam amplecti refugiſſet. Quando autem valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum pronunciat, id eo quidem magis eſt conſiderandum, quia in Luciano certe nuſquam, ſi exceperis hunc locum, occurrit. *H. Stephanum* nulla vitii tetigit ſuſpicio, ut qui explicationem, eamque non unam, tentarit Theſ. T. III. p. 891. Ejus ſententia, hoc in genere momenti non mediocris, in medium proferri meretur: Ἀπομύχω, Deuro, igni abſumo. *Metaphorice utitur* Lucian. *in dial. Terpſ. & Plut.* ὑπερίουσι τοὺς ὀδόντας ἀπομυγέντες, cum ſtridore dentium infrendent, & prae dolore ardeſcunt, ſeu exardeſcunt. *Niſi malis* Extabeſcentes, Macerati & confecti dolore: *nam* σμύχω *ſignificat non ſolum uro, verum etiam macero.* Haec ille: ſed antequam explorati quid conſtitui poſſit, enodanda venit paulo diligentius natura verbi & propria ſignificandi vis. Illam veteres poſuerunt non in igne luculento, qui late flammam conſpicuam ſpargat, ſed in eo, qui caecis intra viſcera corporum alimentis nutritus ſenſim ſerpit proxima corripiens, fumoque ſe tantum prodit. Idem paene verbum & pronunciandi modo, & ſignificatione Belgae ſervamus. Licet *Homerus* aliquantulum, utpote poëta, legem eam migraverit Il. I, 649. — κατά τε σμύξει πυρὶ πᾶσαν, vim tamen nativam recte *Scholiaſtes* declarat, ex eoque *Euſtath.* p. 781. Ἐστὶ δὲ σμύξαι τὸ καῦσαι, ἢ καπνὸν ὡς πυρὸς ἀναδῦναι, ἢ ἐπὶ τύφου λέγεται· ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ χάλαω ὑποσμύχειν ἢ φθόνου εἰληπται· ἐπιῶδαι δὲ καὶ τὸ σμυγερὸν, ἤτοι ἐπίπονον &c. Conferunt autem τὸ τύφειν, quemadmodum & fecit *Schol. Sophocl.* ad Antig. v. 1021. exponens τὸ ἡρέμα ὑποσμύχειν non equidem intercedo, quamquam & nonnihil diverſa ſit utriusque virtus, & per diverſas orationis figuratae ſemitas propagata. Radix vero ſignificandi prima in compoſito ἀσμύχειν admodum graphice depingitur a *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 816. D. Εἰ πῦρ ἀχύροις ὑποκαυθείη τίνος μὲ ἐνδοθεν ἀσμύχει τῇ καύσει τὰ ὑφαιρεθέντα, φλὸξ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον οὐκ ἐκδίδοται, ἀλλὰ θερμός τις καπνὸς βιαίως ἐνδοθεν στροβιζόμενος διεξέρχεται· paulo dilutius a *Phil. Jud.* de V. M. p. 662. B. reſtant, inquit, everſae Sodomae documenta, ἡ καπνὸς, ἡ ἔτι ἀναδιδοῦσα φλὸξ ἀμαυρὰ, καθάπερ ἀσμυχομένου πυρός. Hinc clare conficitur, parvam in *Artemidoro* labem infidere II. c. 10. ubi primum εἶναι καιόμενοι καθαρῷ πυρὶ & μὴ συμπίπτοντες fauſta portendunt: tum contra οἱ δὲ σμυχόμενοι καθαρῷ πυρὶ, ἢ καιόμενοι καὶ συμπίπτοντες &c. πᾶσι πονηροί· non convenit εἶναι σμυχομένοις καθαρῷ πῦρ quapropter fulgor illo puri ignis addita negatione reprimendus eſt, ac propemodum extinguendus, ὡ καθαρῷ πυρί. Medici traducunt ad febres ſive πυριετοὺς, quorum alii ſunt θερμοὶ & ἀσκαεῖς, alii μαλακώτεροί τε & οἷον σμυχόμενοι apud *Galen.* lib. I. πρὸς Γλαυκ. Θεραπ. *Heliodorus* ſemel ſignificatione propria II. p. 79. καλάμους, αὖτη τινες ἔτι σμυχόμενοι παρειλήφθησαν, ἀψάλμους, translata ſaepius uſurpavit: de animi doloribus & interno cruciatu I. p. 33. ὡς παλαί γε σμυχόμενος ἐμαυτῷ, ἢ τὸ πρᾶγμα δ' ὑποψίας ἔχον ἀπορίᾳ τε ἀλόγῳ συνεχόμενον· ubi

ΤΕΡ. Ἀληθῆ ταῦτα φής. ἐμοὶ γὰρ Φό-

4. TER. Vera ſunt, quæ dicis: ecce enim

ubi nemo diffitebitur aptius accedere particulam σμυχόμενον ὑπὸ ἐμαυτῷ iram & aemulationem, ſed pectore preſſam atque intus reductam notat VIII. p. 374. ὁ δὲ ἐν φύσει μὲν τὴν εὐνούχων ζηλοτυπίαν νοσῶν, σμυχόμενος δὲ ἐν πάλαι κατὰ τῦ Θιαγένους. Verum dignus eſt, quem priſtino nitori reddamus, locus lib. X. p. 484. καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ μὲν ἱπποκόμος τῇ Χαρικλείᾳ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲ ἐπὶ τὰς βαμβούς ἐν τὴν ἐπ' αὐτῶν πυρκαϊὰν ἐνδικνύμενος, πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος. posteriora ne verterent, Interpretes deterruiſſe credo difficultatem, quam tamen tollere Vat. Cod. ope pronum eſt, modo περὶ, quod is praebet, pro περὶ adſciscamus: poſſes τῷ πάθει quaſi per ἐπεξήγησιν appoſitum ſervare; ſed rejectum liberabit orationem ingrato tractu, & ſententiae vim atque acumen argutius adſtruet: *ipſe majore, quam in aris ardebat, ſolicitudinis aeſtu confectus.* Denique locutio rarior inſolentius eſt formata VII. p. 342. ἡ δὲ Χαρίκλεια σεσηρός τι ἐν καλεσμυγμένον ὑποδείψασα, *Chariclea vero ringens, & torvius, ut tectam indignationem facile proderet, in illam intuita.* Extat illud καταπαθμύχειν de amoris aeſtu, quo animus contabeſcit apud *Theocrit.* Eid. III, 17. de maerore VIII, 90. Ὡς δὲ καλεσμύχθη, τὸ ἀνιτράπελο φρένα λύπα· & in *Phalaridis* Ep. 144. ἀλλ' ἔτι ἐν τῇ ἐκείνης (uxoris defunctae) δαίμονα, εἴπερ αἰδοῖτό σε ἔτω καλασμυχόμενον, ἀνιᾶσθαι μὲ εἰκὸς, αὐτὴν δὲ (vel αὐτήν τε) τὴν πλείστα μὲ ὠφελήσασαν τὸν ἄνδρα &c. eum in modum ſi verba nulli Interpretum intellecta levi manu refingantur, & diſtinguendo legitimum ordinem accipiant, ſenſum habebunt expeditum. *Heſychius* quem Lexicographi ſolent morem, ad vim linguae pandendam parum accommodatum, ſecutus exponit Σμύξαι & Καλασμύξαι, μαρᾶναι, καῦσαι, ἐμπρῆσαι· neque tamen non eſt commodum illud μαραίνειν, quod in virtute verbi declaranda veteres aliquando ſolent adhibere: continetur enim in τῷ σμύχειν ille quidem caecus ſub cineribusque latens ignis, ſed ita ſimul comparatus, ut carpat, conſumat lentoque morſu tabefaciat; quam poteſtatem figuratae loquendi formae maxime ſpectandam praebent. *Apollon. Rh.* III, 446. ubi Medea limis Jaſonem adſpectat amore capta Κὴρ ἀχὶ σμύχουσα — adjuvandus eſt, auctore *Suida* in Σμυχόμενον, binarum literarum acceſſione *Scholiaſtes*: τῇ λύπῃ τὴν ψυχὴν καιομένη ἐν ἀναλίσκουσα· nam ἀλίσκουσα, quod vulgatur, ab explicando verbo σμύχειν prorſus alienum: v. 761. — ἔνδοθι δ' αἰεὶ Τῷ' ὀδύνη σμύχουσα — eximie *Virgilius*, ut, quem fuit imitatus, ſuperaſſe videatur: *Vulnus alit venis & caeco carpitur igni.* In compoſitis, & Ἀφσμύχειν, *Gregor. Nyſſ.* T. II. p. 196. τῶ πάθους οἱονεὶ πυρός τινος ἔνδοθεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς διασμύχοντος. *Suid.* Διασμύχων, Ἀφξύων, Ἀφκαίων· ſed ibi, *Heſychio* duce, reficiendum eſt Ἀφξύειν· & Ἐκσμύχειν, *Agath.* Anth. VII. Ep. 76. Ἧς μὲ ἐκσμύχουσι μελαδύνες· ſed maxime ſolet ὑποσμύχειν frequentari: *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 828. C. καλασθεντύειν ἔνδοθεν τὴν ὑποσμύχουσαν τὴ τῇ καρδίᾳ μνησικακίαν· *Georg. Metrop. Nicom.* in S. Deip. Ingr. in Templ. p. 1116. B. ὑπὸ τῆ ἀφανῶς ἔνδοθι ὑποσμυχούσης φλογὸς πυρπολόμενον. *Kuſterum* laudo, qui *Eunapio* reſtituit; ejus enim eſſe, quae *Suidas* promit in Θλαδίας, nullus ambigo: ἦν δὲ βαρὺς ὁ σαθμὸς τῦ ὑποχθονίῳ χρυσὸν ὑποσμύχων αὐτῶν τὰ ἐντοσθεν legebatur ὑποσμήχων. Eadem labes *Baſilii Seleucienſis* Interpretem *Pantinum* mirifice decepit de Mirac. Thecl. II. p. 206. ὅπερ (ἴλαιον) τῇ αἰτήσας ἔτι ἐν ἐπαλειψάμενος ἔ ἐν τὸ πάθος ὑπεσμηχε· τῆ μὲ ἰάσεως ἔτυχε, τῆ δὲ ἀσθενείας οὐκ ἀπηλλάγη *cujus ille copiam ſibi fieri poſtulans, ſeſeque eo inungens (quo etiam aegritudinem ſuam una abſterſit) ſanitatem nactus:* ex illa verſione coguoſce, quantum errorem ſaepe unius literae vitium pariat; reddideris ὑπέσμυχε, ſtatim extat nativus orationis color: *Quod oleum quum ille poſtulaſſet, eoque in loco inunxiſſet, ubi malum ipſum urebat. Heſychio* ſimul opem feramus: Ὑποσμόγει, (melius ὑποσμύχει) θλίβει, ἀνιᾷ, καλαπονεῖ, ἐκ μεταφορᾶς τῶ τραυμάτων· ubi quamvis olim exiſtimarim haud inepte περὶ τραυμάτων poſſe legi, ut de vulneribus Scriptor neſcio quis verbum illud uſurparit, nunc tamen antepono ἐκ μεταφορᾶς τῶ καυμάτων· ſequitur in Eodem; Ὑποσμύχουσα, ἔνδον ἰρυθίζουσα· *Suidas* amplius: ἐνδιρυθίζουσα, ὑποκαίουσα, θλίβουσα, καταπονοῦσα· totidem vocabulis *Etymologus*, niſi quod διρυθίζουσα· nimirum veteres Gloſſographi, unde haec fuerunt deſcripta, dederant hic διρυθίζουσα, alter ἔνδον ἰρυθίζουσα, quod in *Suida* leviter corruptum. Quae adduximus exempla manifeſte monent, eorum in cenſum τὸ σμύχειν cum ſuo comitatu referri oportere, quae ligatae orationis terminis apud antiquos fere concluſa recentiores, quorum artis erat rariſſima quaeque, etiam repugnante ſevera ſcribendi norma, conſectari, in uſum communem revocarunt: vix enim in omni Scriptorum turba, quae Chriſti aetatem anteceſſit, totidem hujus verbi veſtigia deprehendas, quot ex inferioribus modo a me parce, nam longe plura ſunt ad manum, fuerunt prolata. His itaque conſideratis arduum non eſt definire *Luciani* verborum ſenſum aliquem haud plane abſurdum: *Hi autem dentibus infrendent interno ac caeco dolore macerati:* verum quantumlibet congruere videatur, non deſunt argumenta, quae huic lectioni ſtatus controverſiam optimo jure moveant. Omitto uſum Aoriſti ſecundi, nusquam certe aliibi, niſi memoria fallat, mihi obſervatum. Primum indoli τῦ σμύχειν non ita videtur convenire λὸ, ut in unum vocabulum commode coaleſcat: utique ſcripſiſſet potius ὑποσμωγίστες creberrimae conſuetudinis auctoritate munitum: eadem ratione inductus malo in *Zoſimo* IV. p. 264. ὡς δὲ πλέον ὑπεσμύχετο τῇ τῆ κόμης ἐπιθυμίᾳ Theodoſius pro ἐπεσμύχετο. Deinde cur non ὑποσμυχόμενος; aptius ſane multoque magis ad hunc locum appoſitum, ut fatebuntur, qui legitimum orationis Graecae curſum aure docta callent. Tandem magnum eſt corruptelae latentis documentum interpretatio καταγιλασθέντες, quam qui vocabulo, quodcumque in *Luciano* reperiret, appoſuit, hoc quidem vulgatum λὸ ὑποσμωγίστες reperiſſe nequa-

quam

enim Thucritus a me profecta quot dona χρυσῶ πόσα κατέφαγεν, ἀεὶ τεθηλέτω δο-

quam credi poteſt; tanto enim intervallo utraque diſſident, ut ad quandam communis ſignificatus adfinitatem nulla machina conciliari queant. Criticen ergo reſtat ut advocemus, ſi quid auxilii ſolvendo nodo conferre poſſit: blanditur enimvero mirifice perpulcra Eruditiſſimi Viri *L. Kuſteri* conjectura, qui reſcribendum monuit unius literulae detrimento ἀπομυγίντες fateor equidem in eo verbo florem eſſe Comicum, ab iisque poëtis decerptum, quos ſtudioſe *Noſtrum* lectitaſſe conſtat. Quanquam nunc rarius inveniatur, tot Scenae antiquae monumentis abſumtis, *Pollucì* tamen nihil eſt cauſae, cur fidem denegemus adfirmanti II, 78. ἤδη δέ τινες τῶν κωμικῶν τὸ ἐπὶ κάρδιᾳ ἐξαπατᾶν ἀπομύττειν εἶπον accuratius proprietatem ſignavit, quam Grammatici: *Heſych.* Ἀπομύττειν, ἐξαπατᾶν, γοητεύειν quod poſterius ſine dubio pertinuit ad illuſtrandum aliquem Comici locum, ubi miris praeſtigiis deluſus ſenex auro emungebatur: *Euſtath.* ad Od. Ε. p. 1761. Ἀπομύξαί τινα τὸ ἐξαπατῆσαι. Neque aliter intellexerunt προμύσσειν in *Hippocrat.* Παραγγ. p. 26. Κρίσσον ἐν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν, modo ne vitio ſit ſcriptum pro ἀπομύσσειν quamvis ibi quominus pro *ludibrio habere, ludificari* accipias, nihil obſtet. Congruit Latinorum *emungere*, quod eſt *per dolum & aſtutis technis defraudare:* ut de Comoedia ſumtum ſcias, notiſſima ſunt *Plauti Terentiique* loca: idem *Horatii* ſenſus de A. P. v. 238 — *audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Lucil.* apud *Nonium* p. 36. *Quovis poſſe me emungi bolo.* Veteres aemulatus *Apollin. Sidon.* VII. Ep. 2. *Non parvo etiam corollario facilitatem credulitatemque munificentiae ſocrualis emungens.* IX. Ep. 7. *Quidam* &c. *ſcribam tuum ſen bibliopolam copioſiſſimo velis nolis declamationum tuarum ſchedio emunxit:* ut *Hieronymum*, imitatorem antiquitatis non ſegnem, praeteream. Atque adeo haud ſcio, an in *Caecilii* verſu apud *Ciceronem* de Amic. §. 99. quandoquidem Pal. primus, *atque unxeris*, ſuppeditat, legendum ſit, *Hodie me ante omnes Comicos ſtultos ſenes Verſaris atque emunxeris lautiſſime.* Hinc ſimul patet, quanti ſit facienda *J. Gebhardi* obſervatio Ant. Lect. II. c. 23. in *Terentio Nonioque* p. 103. *Emulſi* & *emulgere* Pal. Cod. fide reponentis. Quamobrem eleganter ἀπομυγίντες, *ab eo, qui teſtamento nequiſſimos vultures excluſerat, deluſi atque emuncti:* quod ſane dici merito poterant, quibus nec opinantibus ereptus eſſet haereditatis bolus, quam improba ſpe jamdudum creviſſent. Verum hoc pacto necdum apparet, quid *Scholiaſten* deduxerit ad ſuum illud καλαγελασθέντες quam enim explicuimus poteſtas ab iſta non parum diſſidet. Igitur ἀπομυγίντες vel alia virtute, *illudendi* nimirum *ſubſannandique*, accepit, vel in exemplari ſuo legiſſe cenſendus eſt ἐπιμυγέντες. Prius licet auctoritate veterum fere deſtituatur, nihil tamen habet, quod genio linguae ſit contrarium; praeſertim ſi interpreteris *adducto naſo*, vel etiam, *excuſſo per nares ſpiritu irridere*: ad confirmandum facit ſimile verbum ἀπομυκάσθαι, atque ille *Clementis* ἀπομυκτισμὸς Paed. II. c. 6. *Qui ſermones*, inquit, *impudicos ac turpes non refugiunt, ſevere ſunt compeſcendi:* τοὺς χραμβοὺς αἰσχρολογίᾳ ἐπισομισέον ἐς ὄψιν δριμυτέρῳ ἐς πρόσωπον ἀποσφῇ, καὶ τῷ ἀπομυκτισμῷ καλουμένῳ ποδάκις δὲ ἐς λόγῳ τραχυτέρῳ ubi *ſubſannationis* explicatio adeo placuit, ut *Potterus* etiam ἀπομυκτηρισμὸν reponi potius voluerit: ego non diſceſſerim a vulgato, quod a μυκτὴς ſive ἀπόμυκτος prono curſu derivatur. *Timoni* in Sillis, teſte *Diogen. L.* II, 19. dictus fuit Socrates Μυκτὴρ, ῥητορομυκτὴς, ἀττικὸς ἰφικράτης hac enim medicina iſte locus indiget. Quin *Lucianus*, quo minus dubitemus, offert ipſum illud verbum ἀπομυκτίζειν Ἐτ. Δ. VII. Neque tamen diffiteor non aberraturum forte, qui voci inuſitatae *faſtidiendi* virtutem, *corrugatisque naribus*, ut ſordida ſolemus, *averſandi* tribuerit; quae ſane tum *Luciani*, tum *Clementis* inſtituto ad amuſſim quadrat: ita veteres in *Horatii* formula loquendi, *naſo ſuſpendere adunco*, vel irriſionem & faſtidium junxerunt, vel utrum melius conveniret, dubitarunt: neſcio autem, an ex *Clemente* remedium ferri poſſit corruptis *Suidae* verbis, quae merito *Kuſterus* habuit ſuſpecta, Ἀπομυρίζω, ἀποσμίζω, legendo Ἀπομυκτίζω, ἐπισμίζω. Sed alterum ἐπιμυγίντες ut *Scholiaſtes* invenerit, probabilius exiſtimo: valet enim ἐπιμύσσειν, Grammaticis monſtrantibus, *irridere, ſubductoque naſo & excuſſo illudere: Suid.* Ἐπίμυξεν, ἐξεμυκτήρισεν, ἦχον ἀφ' ἧς ῥινῶν ἐκπέμπει *Heſych.* in quo quidem utrum ordine continuo, Ἐπίμυξεν, ἐπεμυκτήρισεν, ἐπεμύχθισεν, ἐξεφαύλισεν, an ſeparatim ſit ſcribendum, Ἐπίμυξεν, ἐπεμυκτήρισεν. Ἐπεμύχθισεν, ἐξεφαύλισεν non ſatis exploratum habeo: ad *Homerum* certe reſpexit Il. Δ, 20. Θ, 457. — αἶψ' ἐπίμυξεν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη ubi quemadmodum intelligi deberet iſtud verbum, antiqui diſſenſerunt: hos, quibus *muſſitandi compreſſique labiis ingemendi* poteſtas arriſit, ſecutus eſt *Scholiaſtes* parvus: *Heſych.* Ἐπεμύξατο, ἐπεσήναξεν, ἐπεγόγγυσεν illos, qui *deludere, cum acerbo riſu atque indignatione inſuper habere* reddiderunt, *Heſychius:* neutris ſuae opinionis tuendae ratio defuit, quandoquidem illud ἐπίμυξεν vel a μύζειν repeti poterat, vel a μύττειν, quae, tametſi ab eadem radice μύειν propagata, diſtare notandi proprietate jam admonuit accuratiſſimus *Sylburgius* ad *Clenard.* p. 519. Similem obſervare licet in ſolo μυχθίζειν ſignificandi diſcrepantiam: apud *Aeſchylum* utique Pr. V. v. 742. Σὺ δ' αὖ πάχναις κἀναμυχθίζῃ, quin ſit, *ducto per nares ſpiritu ingemiſcere, atque indignationem teſtari*, vix in dubium voces: eo ſpectat *Heſychii* Μυχθισμὸς, στεναγμὸς nec alio fonte manantia μυττάζειν & μυτιλιάζειν. Idem tamen *irridere*, & *adunco naſo ſubſannare* deſignat: *Heſych.* Μυχθίζουσι, μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι neque aliter *Suidas* explicuit *Meleagrum* Anth. VII. Ep. 107. Φλέγω καὶ τί μάταια γελᾷς, ἢ σιμὰ σισηνῶς Μυχθίζεις; τάχα που σαρδόνιον γελάσεις. In *Theocriti* Eid. XX. pro μυθίζοισα utrum v. 11. an 13. ſupponi debeat μυχθίζοισα, parumper haeſito; quamvis animum inclinent ad poſteriorem locum producta *Meleagri* verba. Clare *Origenes*

δοκῶν, ἢ ὁπότε ἐσίαμι, ὑποφύων, ἢ μύχιόν τι, καθάπερ ἐξ ὠοῦ νεοττὸς ἀτελὴς, ὑποκρώζων, ὥστ' ἔγωγε, ὅσον αὐτίκα οἰόμενος ὀπιθήσειν αὐτὸν τῷ σορῷ, ἐπεμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με οἱ ἀντερασταὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ· ἢ τὰ πολλὰ ὑπὸ φροντίδων ἄγρυπνος ἐκείμην, ἀριθμῶν ἕκαστα, ἢ διατάττων. ταῦτα γάρ μοι ἢ μάλιστα ὀπιθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀγρυπνία, ἢ φροντίδες· ὁ δὲ, τοσοῦτόν μοι δέλεαρ καλαπιὼν, ἐφειστήκει διαπλαμῶν πρώιον ὑπογελῶν.

consumsit semper mox morituro similis, & , quando intrarem , altum gemens, ex imoque pectore , quasi ex ovo pullus imperfectus , crocitando suspirans. Ego autem , qui non dubitarem, quin jamjam inscensurus esset scandapilam , mittebam multa , ne me superarent æmuli amatores magnitudine munerum ; ac pleramque ex curis insomnis jacebam dinumerans singula, disponensque : imo hæc ipsa mihi mortis extitit causa , insomnia inquam , & curæ : hic vero , tanta mihi esca deglutita , adstabat , quum terræ mandarer pridie, multo cum risu.

ΠΛ. Εὖγε, ὦ Θυκρῖτε, ζώης ὁπομύστου, πλουτῶν ἅμα, ἢ τοιούτων καλαγελῶν· μηδὲ πρότερόν γε σὺ ὀπιθάνοις, ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας. ΤΕΡ. τοῦτο μὲν, ὦ Πλοῦτον, ἢ ἐμοὶ ἥδιστον ἤδη, εἰ ἢ Χαριάδης προεθνήξεται Θυκρίτου. ΠΛ. θάρρει, ὦ Τερψίων· ἢ Φείδων γὰρ, ἢ Μέλανθος, ἢ ἅπαντες προελεύσονται αὐτῷ ὑπὸ ταῖς

5. PLUT. Euge , Thucrite , vitam producas quam longissime , divitiis simul abundans, & tales deridens ; neque ante tu quidem moriaris , quam fueris profecutus omnes istos adulatores. TERP. Id quidem , o Pluto , & mihi jam gratissimum erit , si etiam Chariades ante Thucritum sit moriturus. PLUT. Bono sis animo , Terpsion ; etenim & Phidon , & Melantus, & plane cuncti eum prævertent sub iisdem curis

genes in Cels. IV. p. 187. ἀλλ' οὐκ οὖγωμαι , ἐκεῖνα μᾶλλον γελᾶν ὡς μῦθον , ἀλλὰ θαυμάζειν ὡς τὸ μῦθο φιλοσοφούμενον· ταῦτα δὲ μόνῃ τῇ λέξει τὴν διάνοιαν ἐκπεφευγότα μυχθίζειν ubi sententiae nexus qualem vim postulet , haudquaquam obscurum est. Verum minime negligendus est impressae maculae similitudine notabilis *Hesychii* locus , Ἐπισμυκτὸν , ἐπιμυκτηρισμόν. Quamcumque in partem versaveris ἐπισμύχειν , nunquam inde extundes potestatem τῷ ἐπιμυκτηρίζειν idcirco nihil occurrit expeditius, quam ut vitiato codice deceptus *Hesychius* dederit ἐπισμυκτὸν , quod scribendum fuerat ἐπιμυγμόν nisi tamen quis , me non invito, propius ad literas corruptae vocis , poëticam formam praeferat ἐπιμυκτὸν , cujusmodi multa praesertim ab Ionibus frequentantur, ἀλητὸς, λοιδορὸς in *Hesychio*, ἁρμοὺς, ἀσπαστὸς, χαντὸς, ἰδητὸς, κλισὸς & λητὸς *Herodoto*, μασὸς, ὀρχησὸς. Nunc si *Scholiasten* secutus probaveris in *Luciano* ἐπιμαγίνης, sensus orietur a priore nonnihil diversus : neque enim ad testatorem amplius , a quo fuerint egregie ludificati , sed ad alios istos pertinebit, de quibus modo Noster , τοῖς πολλοῖς γέλωτα γενέσθαι , quorum plenis cachinnis pessimi captatores excipiuntur : *Hi vero dentes prae dolore collidunt a cunctis ob destitutam haereditatis per insidias petitae spem irrisi ac ludibrio habiti.* Porro , me quidem arbitrum si capias , mutandum erit quoque ὑποκρώσσειν in ἐπικρώσσειν illud insolens , atque etiam a *Stephano* neglectum praepositionem habet indoli verbi simplicis minus apte respondentem : hoc & usu crebro & ratione nititur. *Hesych.* Ἐπισμῶν , τοὺς ὀδόντας τρίζων· pari modo *Tymnes* III. Anth. c. V. Ep. 31.— ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιθρύχουσα. *T. H.*

85. Ζώης ἐπιμύστου] In plurimis hujus formae vel jungendis vel separandis varia librariorum est atque incerta ratio ; neque utrum praeferas quicquam refert. Quod editur in *Thucydid.* I. c. 1. ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντι μοι *Dionysius* habet ἐπιμακρότατον de Comp. Verb. p. 42. Hic nihil Edd. mutant ; alibi secus : ut in Macrob. §. 1. ἐπιμύκτου ὑμᾶς βιῶναι. §. 2. ἐπιμύκτου δύνασθαι βιῶναι. *Aristaen.* II. Ep. 21. Ἀλλ' ὦ Δελφίδιον, ἐρῶν πρόκριτον ἀγαθὸν, ζώοις ἐπιμύκτου, τῷ ζώοις. *Philostr.* Her. c. 9. ἢ δικαίους ἐποίει , βιῶναί τε ἐπιμύκτου. *Jos. Wassius* Add. praefationi Clariss. *Dukeri* ad *Thucydidem* insertis solutum scribendi morem in similibus probat, quem sane membranae quo vetustiores, eo accuratius observare solent. *T. H.*

87. Ἡ προπέμψεις] Certissimus , ut mihi quidem videtur , est naevus in voce προπέμψεις , pro quo legi posset προπέμψας at verum *Luciani* arbitror προπέμψῃς. Neque alium , quam hunc , verborum horum sensum intelligo ; *Euge , o Thucrite , vivas diutissime , dives simul & tales deridens ; neque certe prius moriare , quam ubi praemiseris omnes adulatores.* *J. J.*

Προπέμψεις.] De hoc & similibus supra affatim dictum puto ad Τῳ c. 19. Neque est cur scripturam optimam sollicitemus. *M. du S.*

Ego-

ris hinc deducti. TER. Ista laudo: vitam producas quam longissime, Thucrite.

κύτταις φροντίσιν. ΤΕΡ. ἐπαινῶ ταῦτα· ζώης ὅτι μακροτάτου, ὦ Θούκριτε.

VII.

ZENOPHANTÆ ET CALLIDEMIDÆ.

ΖΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΟΥ.

ZEN.

ΖΗΝ.

1. TU autem, o Callidemide, quomodo mortem oppetiisti? me quidem, quum parasitus essem Diniæ, & plus quam satis erat ingurgitassem, fuisse suffocatum nosti: aderas enim mihi morienti. CAL. Aderam, Zenophantes: de me vero, prorsus quiddam præter opinionem evenit. Nec tu credo non nosti Ptœodorum senem. ZEN. Orbum illum, ac divitem, quocum te plerumque noveram una esse. CAL. Illum ipsum semper observabam promittentem, me relicto hære-

95 Σὺ δὲ, ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι παράσιτος ὢν Δεινίᾳ, πλέον ἢ ἐχανὲ ἐμφαγὼν, ἀπεπνίγην, οἶδα· παρὴς γὰρ ἀποθνήσκοντί μοι. ΚΑΛ. παρῆν, ὦ Ξηνόφαντες. τὸ δ' ἐμὸν παραδόξόν τι ἐγένετο· οἶδα γὰρ καὶ σύ που Πτωόδωρον τὸν γέροντα. ΖΗΝ. [a] τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ἤδειν συνόντα; ΚΑΛ. ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, [b] ὑπισχνούμενός [c] ἐμοὶ τεθνή-

ξεσθαι.

a Τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον] Τὸν γέροντα, τὸν α. τὸν πλούσιον. Zq. ὃν σε &c. P. b Ὑπισχνούμενος] Ὑπισχνούμενον P. c Ἐπ' ἐμοὶ] Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ. J.

Προσίμιον] Eruditiss. *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 486. n. 4. prolato hoc loco adjungit: *quod fortassis alii usitatius dicerent* προσίμιον atque id ipsum rescribi voluit *Jonsius*. Sed merito lectioni vulgatae suppetias venit politissimus *Hopkinius* Lect. Tull. III. c. 13. *T.H.*

92. Ὑπὸ ταῖς αὐτοῖς φροντίσιν] Vereor, ut Interpretes elegantiam praepositionis habuerint perspectam. Capiendum est, quasi dixisset: omnes omnino ante eum huc advenient earumdem curarum auspiciis; iisdem illos curis comitantibus ac deducentibus. Illustrant similes loquendi formulae, ὑπὸ μάστυσιν, ὑπὸ κέρκοις ἀνατρόποιο, ὁ ἐκατομβεὺς ὑπὸ κέρκοι, πρεσβύται ὑπὸ φωτὶ πολλῷ, ὑπὸ δεξιὸν vel λαμπρὸν ἡμιβόλιον apud *Heliodor.* IV. p. 192. VII. p. 314. X. p. 519. ὑπ' αὐλοῖς ἀρχεῖσθαι, ὑπ' αὐλῷ δ' τυμπάνου εὔρυθμον βαίνειν *Lucian.* Δ. Θ. II. χοροὺς ὑπὸ τοῦ μέλει τούτῳ στρέφεσθαι σανίδων δ' παρθένων *Dion Chrys.* p. 407. A. venuste *Nostr* in Tim. p. 160. ἀλγηδὼν ὑπὸ τιτύγι τῇ δακτύλῳ quod aliis ignoratum *Tanaquillo Fabro* non latuit. Sic Latine licet efferre non tantum *ad tibias*, sed & *sub tibiis* Graecorum imitatione: *Auctor Copae: Crispum sub crotalo docta movere latus*: neque aliter *Propert.* II. El. XXXI, 35. *Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.* Ex his simul mens patebit *Apollonii Rhodii* III, 3. Μηδείης ὑπ' ἴυγγι, *Medeae numeris auspicibus et ductu*; & v. 971. ὑπὸ πνοιῇσιν ἴμασθε. Nisi genitivum in hac phrasi saepius adjungerent Graeci, ὑπ' αὐλητῶν, ὑπὸ φορμιγγῶν, mallem fere apud *Dion. Chrys.* p. 286. C. διθύραμβος ὢν ὁ Διόνυσος, ᾧ ὑπὸ κιθαρῳδῷ δ βροντῇ γενόμενος, pro ὑπὸ κιθαρῳδοῦ δ βροντῆς. *T.H.*

97. Δεινίου] Vide de Dinia in Toxaride. *G.C.*

5. Ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι] Videtur verbum excidisse in his, ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, quae sic transtulerunt, *id mihi fore pollicens*, ut *meo bono quamprimum moreretur.* Sed *Lucianus* reliquerat, puto, ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ τεθνήξεσθαι, *me haerede instituto brevi moriturum.* *J.G.G.*

Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ] Acute conjecerat Cl. *Gravius* reponendam hic vocem κληρονόμῳ, quae in vulgatis deest. Reperitur autem in praestantissima Ed. J. Librariorum negligentiae imputandum existimo, quod in viri eximii nota, ἐπ' ἐμοὶ pro ἐπ' ἐμοὶ legitur. Nullam etiam video causam cur hac in parte a scriptura recepta, nulla addita ratione, discedere voluerit. Necessario autem leg. ὑπισχνούμενος, uti in P. recte scriptum est. *M. du S.*

Ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι] Quod a *Luciano* reflictum putat *Gravius*, totidem literis exhibet Juntina: neque negari potest, probam esse locutionem: *Artemidor.* I. c. 81. τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον οἱ νοσοῦντες

ξεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μῆκιστον ἐπεγίνετο, ᾠ ὑπὲρ τ' Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, ὁπίτομόν τινα ὁδὸν ὁπὶ τ' κλῆρον ἐξεύρον πριάμῳ γὰρ φάρμακον ἀνέπεισα τ' οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν (πίνει δ' ὁπτικῶς) ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, ᾠ ὀπιδοῦναι αὐτῷ· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν. ΖΗΝ. τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας.

de, se moriturum. Quum autem illa res in longissimum protraheretur, Tithonumque senex annis excederet, compendiosam quandam viam ad hæreditatem excogitavi: emto nimirum veneno induxi servum a poculis, simulatque Ptœodorus petiisset bibere (bibit autem copiose) largius infusum in calicem paratum ut illud haberet, porrigeretque ipsi: hoc si fecerit, adjuravi me ipsum manumissurum. ZEN. Quid ergo factum? aliquid enim valde inopinatum narraturus videris.

ΚΑΛ. Ἐπεὶ τοίνυν λυσάμβοι ἤκομεν, δύο ἤδη ὁ μειραξίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων, ἥ μὲ τῷ Πτοιοδώρῳ, τ' ἔχυσαν τὸ φάρμακον, ἥ δ' ἑτέραν ἐμοὶ, σφαλεὶς ὐκ οἶδ'

2. CAL. Postquam ergo loti adsumus; duos jam puer calices in promtu habens; alterum pro Ptœodoro veneno infectum, pro me alterum, errore deceptus nescio quo pacto

11. Ἐπιεικῶς] Πάνυ. G.

eruditum arbitrabantur, ſi vocabula in angulo quodam antiquitatis remoto deliteſcentia & ſcenae libertati condonata ſtudioſius eruerent, ſcriptisque ſuis quaſi teſſellas inſererent. Veniam merebatur temperata certisque finibus circumſcripta haec licentia; Lexiphanum effraenis libido Luciani virgulam cenſoriam. Facilius autem in βρινθύειν ſignificandi vim exemplorum ope declares, quam abſtruſam originem aperias. Grammatici notationem repetunt a Βρινθίῳ vel Βρινθείῳ unguenti Lydii genere aeſtimatiſſimo, quod *Pollux* teſtatur VI, 104. vetuſtatem & rei & nominis *Sappho* confirmat ab *Athenaeo* producta XV. p. 690. E. Recte *Heſychius* & *Etymol.* Βρίνθιον, μῦρον τι πακχίον, ὡς ἡ Βάκχαρις· οἱ δὲ ἀνθινὸν μῦρον. Βάκχαρις enim, ne quis errorem Viri Doctiſſimi ſecutus labatur, ut docent *Schol. AEſchyl.* ad Perſ. v. 41. *Erotianus* & *Galenus* in Gloſſ. Hipp. Λυδὸν vel Λύδιόν τι μῦρον. Quum vero ab herbis & floribus, eorumve radicibus, unde conficiebantur, nomen unguenta traherent, idem eveniſſe huic βρινθίῳ nihil eſt cur dubitemus: βρίνθις certe vel βρίνθαξ Cypriis erat θρίδαξ aut θριδακίνη auctore *Nicandro* apud *Athen.* II. p. 69. B. & *Heſychio*: idem βρινθιᾶν commemorat radices quasdam, quae mulierum genas rubro colore inficiant: *Etymologus* praebet Βρινθίαν, tanquam ſi diminuta foret vox a βρινθᾶν, quod ipſe ſuppeditat in Γίττιον p. 230. βρίνθᾳ, βρίνθιον ἴσι δὲ καὶ πολυπλόκους μύρους eamque ob cauſam notavit antiqua manus ad *Clementis* Paedag. II. p. 177. βρίνθιον λέγί τινες ἄνθους εἶδος. Qualis autem fuerit βρίνθος, ut Cypriis, ſola lactuca, an apud Lydos aliosque diverſum herbae florisve genus, mihi quidem definire non eſt in promtu; multoque minus an Arcadica Βρύνη, cujus ex *Pauſania* meminit *Stephanus*, nomen huic germini acceptum retulerit. Porro colligere licet ex eo, quod medici nusquam appellationem hujus unguenti aut parandi modum tradant, uſum ejus jampridem interiiſſe, tametſi *Pherecrates* apud *Athenaeum* βρινθίου velut aetate ſua noti fecerit mentionem. Recta eſt ſcribendi ratio βρίνθιον, βρίνθειον & βρίνθιον, derivandi normae non minus quam conſuetudini reſpondens; nam quod *Luciani Schol.* habet ad πρὶ τὸ ἐπὶ M. Σ. prope finem βρίνθιον, niſi de induſtria, quo melius ad τὸ βρινθύειν congrueret, ita finxerit, vitio laborare cenſeo; ideoque magis, quia *Etymologus*, quem & ipſum veteres ſecutum deſcripſit, βρίνθιον praefert. Jam illum eſſe fontem verbi βρινθύειν Grammaticis, quibus idem, quod in vernaculo ſermone Varroni, juſtius objici poteſt, minime conceſſero: repugnat tum sincera interpretandi lex, tum contorta & abhorrens ſignificationis explanatio: audi modo, quem colorem illinat *Helladius* apud *Phot.* p. 870. Βρινθύεται δὲ τὸ ἀλαζονεύεται· γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ βρίνθιον, ὅ ἐστι μύρον. οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι ἐν βρινθυόμῳ μύρῳ χρῆσθαι εἰώθεσαν· qua quidem inani probabilitatis ſpecie haud ſcio, an quisquam originum Graecae linguae peritus capi poſſit. Verum *Helladii* verba plenius exſcripſit *Etymol.* p. 212. in Βρινθύεται· non alius enim eſt Βυζαντινός (ita legendum non Βισαντῖνος· alibi paulo rectius Βυζαντῖνος) quam hic ipſe Helladius oriundus urbe Antinoo vel Beſantinoo. Mihi videtur in βρίνθος primaria fuiſſe virtus tumoris & ὄγκου, quae quaſi materies ſubjecta ſe porrigit ad diverſos, quibus diffunditur, ſignificandi ductus: poteram, niſi longum, multaque ſimul alia dilucidare neceſſe foret, firmare non levibus argumentis: nunc tantum facilem ab hac radice translatae poteſtatis propagationem conſiderari velim. Haec, tamen eſt ratio, cur in *Heſychio* τύμβου, quae vox ad illam explanandam bis adhibetur, neque cum *H. Stephano* in τύφου, nec cum *Guyeto* in θυμοῦ mutari patiar. Βρίνθος certe apud *Athen.* XIII. p. 611. E. pro *faſtu tumido* & *arrogantia contemtoria* ponitur: *recitabo*, inquit, *ex oratione Lyſiae in AEſchinem Socraticum, etſi longiora* λέξω τὸν βρίνθον ὑμῖν τὸν πολὺν, ὦ φιλόσοφοι· hoc ille ſubactus, ſi quisquam, in libris veterum evolvendis, & idem diligens ſingularium vocum captator ex latibulo quopiam antiqui ſcriptoris depromſit. *Euſtathii* quoque locus ad Il. Θ. p. 691. procul dubio vel *AElio Dionyſio*, vel *Pauſaniae* debetur: τὸ βρίνθος ἐπὶ ὑπερηφανίας παρὰ τῷ Κωμικῷ· ἐξ οὗ τὸ βρίνθιον, μύρόν τι ἐκεῖνο (retinuit, credo, ex vitiato exemplari: praeſtaret Λυδὸν vel Λύδιον) ἀπεμνημόνευσεν ἐξ οὗ ῥῆμα τὸ βρινθύεσθαι, ἤγουν καλλωπίζεσθαι ἀλαζονικῶς. Satis placet illud ἐξ οὗ aeque pertinens ad τὸ βρίνθος, quam τὸ βρίνθιον at quando auctoritatem Comici profert, clare oſtendit alienam ſe obſervationem excerpſiſſe; ſaltem in *Ariſtophanis*, quem eo titulo plerumque ſolet indicare, quae ſuperſunt, quasque ſolas legit *Euſtathius*, fabulis nusquam occurrit βρίνθος. Fuerit etiam lectum alicubi ἡ βρινθύς, niſi me fallit in *Heſychio* corrigendo conjectura, Βρινθύς, πνεῦμα, τύμβος, καὶ ὄγκος, ὁ ἐν βρίνθος· me judice deterius eſt, quod editur Βρινός. Hinc prono alveo defluunt βρινθύειν & βρινθύεσθαι, quam formam is, quem nominavi, Lexicographus itidem habet; non ſecus atque a πλήθος exiſtunt πληθύειν & πληθύνειν. Jam ut perſpicias, quam varie Grammatici verbum hoc exponant, operae pretium eſt eorum interpretationes in unum

con-

oſtentationem gerit, quantam inſcitiam, & rixandi libidinem, & vanam gloriam, quæſtiones impeditas, diſputationes ſpinoſas, & ſententias perplexe involutas: imo etiam inutilem laborem valde multum, nugasque non paucas, & quisquilias, ac minutas diſceptatiunculas: quin & per Jovem nummulos iſtos aureos, & præterea ſuavi-

ὅσῳ μὴ ϒ [a] ἀλαζονείαν νομίζει, ὅσῳ δὲ ἀμαθίαν, ϗ ἔριν, ϗ [b] κενοδοξίαν, ϗ ἐρωτήσεις ἀπόρους, ϗ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐνοίας πολυπλόκους, ἀλλὰ ϗ μαλαιοπο-
ρίαν μάλα πολλὴν, ϗ λῆρον οὐκ ὀλίγον, καὶ ὕθλους, ϗ μικρολογίαν· νὴ Δία καὶ χρυσίον [c] γε τυτί, καὶ ἡδυπάθειαν δὲ, ϗ ἀναι-

a Ἀλαζονείαν] Sic *W. P. S.* vetuſtae Edd. ἀλαζονίαν. b Κενοδοξίαν] Καινοδ. O. c Γε] Abeſt in O.

congerere: μεγαλοφρονεῖν, ὑπερηφανεύεσθαι, ἐπαίρεσθαι, σεμνύνεσθαι, θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι, ἀξιοπιστεύεσθαι, δυσχεραίνεσθαι, προσποιεῖσθαι, ἐναβρύνεσθαι, τρυφᾶν, ἀλαζονεύεσθαι, λυπεῖσθαι, διὰ θυμὸν μαίνεσθαι, μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ, θρύπτεσθαι. in quibus citius curam, quam copiam deſideres: nullum tamen eſt tot verborum, cujus vis & ratio non facile deducatur ab illa radice, quam propoſui, tumoris & ὄγκου neque diffiteor, quantumvis ſatis magno diſcrimine diſſidere videantur, eam eſſe τῆς βρενθύσεως ſtructurae diverſitatem, ut varios illos poteſtatis leviter inflexae colores pro indole ſententiae non adſpernetur. Non una vice *Ariſtophanes* uſurpat: notiſſimus de Socrate locus in Nub. v. 361. Ὅτι βρενθύεταί τ' ἐν ταῖσιν ὀδοῖς, ϗ τὼ ὀφθαλμὼ διαβλέπει. *Scholiaſtes* quum ſcribit, λάσιον μύτης σεαυτὸν ἐν τῷ χήμαλι, ϗ ταυρηδὸν ὁρᾷς, prius ad βρενθύεσθαι, alterum pertinere cenſendum eſt ad διαβλέπειν τὰ ὀφθαλμώ. *Diogen. L.* II, 28. antequam eum ipſum Comici verſum ponat, ita praefatur: τοῦτο δ' αὐτῷ τὸ ὑπερόπτικον ϗ μεγαλόφρον ἐμφαίνει ϗ Ἀριστοφάνης λέγων ὅτως· alludunt itidem *Plato* Conv. p. 1206. quem *Athenaeus* expreſſit V. p. 216. A. & *Antoninus* VII. §. 66. quod ab Elegantiſſ. *Menagio* praetermiſſum *Gatakerus* adnotare non neglexit. Ut autem dubitare nemo poteſt, quin iſthac deſcriptione Socratem irridere voluerit *Ariſtophanes*, ſic ſpeciem hominis expingi arrogantis, & alios contracto ſupercilio deſpicientis res ipſa loquitur. Paulum alter ſcarabaeus in Pac. v. 26. — ὑπὸ φρονήματος βρενθύεταί τε ϗ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ μέγα φρονῶν, inquit *Schol. magnificum ſe facit, multumque ſibi arrogat*: quo pacto *Athen.* XV. p. 669. B. ἵνα μὴ ὁ Οὐλτιανὸς βρενθύηται, ὡς μόνῳ ἀναστάσας τὰ κοττάβια. Lyſiſtr. v. 887. Χ' ἃ δυσκολαίνει πρὸς ἐμὲ ϗ βρενθύεται, de uxore moroſa, quae maritum faſtidio habet, ac ſuperbe tractat. Simili modo *Liban.* Decl. VII. p. 320. B. οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι σωμᾶς αὐτοῖς, *quam ſuperbas iras gerere conſuetum habeant.* Orat. XV. p. 437. C. ϗ οἱ μὲ ἠσέλγαινον, ὀδὲ ἐβρενθύετο. Saepius *iracunde indignari, ipſo vultus & oris habitu indignationem profiteri*: περὶ τῶν ἐπὶ Μ. Σ. c. 37. ἅπαντες δ' ἂν ἀπαλλάττοντο λαβόντες, ἵτι ϗ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλείω ἔδωκας. *Athen.* IX. p. 383. F. μὴ καί τις αὐτῶν (μαγειρῶν) τὰ ὀκ Δυσκόλου Μενάνδρου βρενθύομος λαβὼν εἰσαγάγῃ τάδε. *AElian.* de Anim. V, 36. avis aſterias, εἴτις ὄνον καλέσειεν αὐτὸν, ὀδὲ βρενθύεται ϗ ἀγχινακτεῖ. Singularius formulam loquendi concinnavit Noſter in Tim. c. 54. βρενθυόμδός τι πρὸς αὐτὸν, *vultu compoſito ac ſevero meditabundum incedere*, qui locus eſt ad hunc conferendus. Magis eſt vulgatum, ut ἐπὶ adſciſcat: *Athen.* XIV. p. 625. B. niſi potius ipſius Heraclidae Pontici, hominis eruditiſſimi, ſint verba: οἱ Ἴωνες ἐπὶ ταῖς τῶ σωμάτων εὐεξίαις βρενθυόμδοι, ϗ θυμοῦ πλήρεις. *Themiſt.* Or. XXIII. p. 291. A. ἡκάσατο δὲ αὖ τινος τῶ ἐμῶν ἐπιτηδείων ὑψηλολογουμένου ϗ βρενθυομένου ἐπὶ τοῖς σωματώμοις &c. Orat. XXIX. p. 346. B. ſi labem exiguam elueris, ſenſus, qui *Petavium* fugit, egregie conſtabit: Ἐπὶ γὰρ αὐτοῖς τοῖς ὀλίγοις βρενθύομαι ἴσως ϗ αὐθαδίζομαι· ϗ ἐπεσόμισεν ἄν με Σωκράτης, ὡς ἀλάζονα ὄντα· *at ego me forte ob iſta pauca ſuperbus effero, mihique multum tribuo: imo tum Socrates mihi, tanquam jactatori importuno, os obturaret.* Rarioris uſus eſt illud *Plutarchi* pro Nobil. §. 8. ἐξετάζωμεν, πότερον ἐκεῖνος (Ἀριστείδης) τοσοῦτον προυπολάκισε τὴν εὐγένειαν, ὅσον σὺ βρενθύει· & *Zachariae Schol.* initio Dial. de Opif. Mund. Καὶ νῦν βρενθυόμδος εἶναι σοφὸς &c. Haec argumento ſunt, quod parce priſci ſcriptores, βρενθύεσθαι a recentioribus uſu creberrimo fuiſſe tritum. Cui placuerit in primis, *Theodoretum* reperio: vide, ne dubites, nam nihil eſt cauſae, cur plura deſcribam, Prol. Ἐκ. θεραπ. p. 463. D. Serm. V. p. 557. D. VI. p. 571. B. X. p. 628. D. I. Αἰρετοκακομ. c. 2. ut alia praeteream. Apud *Agathiam*, ſcriptorem pro ea aetate nitidum ac purum, multo ſaepius occurrit, quam notatum eſt a *Suida*, qui, quod exemplum primo loco poſuit, *Theophylacto* debet Hiſt. I. c. 3. Ὁ δὲ σοβαρούμενος πολλῷ μᾶλλον καὶ βρενθύετο, οἷα προπηλακιζόμενος τῷ ἀναξίῳ τῶ δωρήματος. Idem Ep. 69. βρενθύεται τῷ κάλλει. Finem obſervationi noſtrae *Heſychius* emendatus faciat: Βρεναιάται, δυσχεραίνει, προσποιεῖται· expeditum eſt Βρενθύεται· niſi quis religioſius ordini literarum adhaerens praeferat, Βρενδίεται, vel Βρενδεῖται· nam infra ſane legitur, Βρενδεῖν, θυμοῦσθαι, ἐρεθίζειν. In eodem malim, Βρενθύνεται, ἀξιοπιστεῖ, ἐπαίρεται, σεμνύνεται, quam ἀξιοπαθεῖ, βαρεῖται· quanquam de poſteriore non contendero. *T. H.*

16. Ἀλαζονείαν] W. r. In aliis ἀλαζονίαν. *M. du S.*

19. Ἐννοίας πολυπλόκους] Hinc Philoſophorum πλοκαὶ, quas πλεκτάνας vocavit Vit. Auct. c. 22. & alibi. *J. B.*

20. Καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον ϗ ὕθλους ϗ μικρολογίαν νὴ Δία, ϗ χρυσ.] Verterat *Mart. Bolerus* & *curioſitatem*. Id mutaturus *Benedictus* reddidit & *rerum minimarum diſquiſitionem*. At ſane jam ſatis expreſſit

ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μαλακίαν· εὖ [a] λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα θεμιτρύπλεις αὐτά. καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου, καὶ τὸ τύφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνων εἶναι τῶν ἄλλων. ὡς εἴγε πάντα ταῦτα ἔχων [b] ἐμβαίοις, ποία πεντηκόντορος ἀνδρῶν ἂν σε; ΦΙΛ. ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτὰ, ἐπείπερ οὕτω κελεύεις.

ter vivendi voluptatem, impudentiam, iram, luxum & mollitiem; neque enim me fallunt, quantumcumque ſtudioſe prætegas ſea. Tum porro mendacium depone, atque inflatam arrogantiam, eamque de te opinionem quaſi melior ſis aliis: etenim ſi cum iſtis omnibus conſcendas, quæ te quinquaginta remorum navis accipiat? PHIL. Depono igitur iſta, quandoquidem ita jubes.

9. MEN.

a Λέληθε] Λέληθας. O. quod minime rejiciendum. b Ἐμβαίοις] Ἐμβαίης O. idque verum puto. Prope accedit F. ἐμβαίης, cujus vice reliquae omnes ἐμβαίοις.

28. Πεντηκόντορος] Ναῦς ὑπὸ πεντήκοντα ἀνδρῶν κατασκευαζομένη. V.

hoc philoſophi vitium per tria proxime antecedentia, quæ non ſunt ab hoc poſtremo diverſa. Itaque non miror patrem notaſſe videri nunc intelligere *avaritiam*, ut ſic potius diſtinguatur τὴν ὕθλους· τὴν μικρολογίαν τὴν Δίαν, τὴν χρυσίον, & non modo tacite aurum hinc inde ab diſcipulis corraſerit, ſed etiam oſtentet animo inſitam inſignem avaritiam & cupiditatem colligendi amplius, quam apud vivos celatam nuditas mortis nunc aperit. Mox ubi ſequitur ποία πεντηκόντορος abiurde vertunt *quæ quinqueremis*, quaſi bellicum quid apud inferos, quum ipſe Charon in Contemplantibus teſtetur ſe ſolum διαπεραιοῦν ἴλιγγι. *J.G.*

33. Μυῶ] Coll. P. & L. In Impreſſis μυῶν. *M. du S.*

36. Πίλιναι τῆς ναυπηγικῆς] Pro πίλιναι ναυπηγικὴν eſt illa loquendi forma propria fere Atticorum: *Xenoph.* Symp. p. 521. v. 10. ἀντεφίλει τῇ ἀρχηγίδι τροχὸς τῆς κεραμεικῆς. *Theophr.* Char. Eth. c. V. Θαυμάσιος δὲ τρογγύλων λιθίνων, τῆς βαλανείας τῆς σκολιᾶς ἐν Λακεδαίμονι. *Epicharmus* in Scirone: πηλίνων λαπίς. *Aristoph.* in Γηρᾳ· λαπὶς δὲ μαγειρικῶν. *Alexis*: — Ἀριστογείτονα Τὸν ῥήτορ' εἶδον λάρνακι ἠμφιεσμένον Τῶν ἀνθρακικῶν — Poſteriora ſubminiſtrat *Pollux* X, 87. 104. 111. *T.H.*

37. Ἐπικόπτω] Sic vocat truncum, ſuper quo aliquid diſſecatur: vox in uſu rariſſimo. *J.B.*

Ἐπικόπτῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενον] Valde obſcure vertitur ſic, ut verba longe recedant a Graecis: *Menippus iſte ſumta ſecuri qua naves fabricant, eam reſecabit ſcanſorio navis tabulato ſuppoſitam.* Pro ἐπικόπτῳ in Miſſ. eſt ἐπικόπτῃ ſed aut legendum eſt ἐπικοπτάτῳ, aut ἐπίκοπον pro ἐπικόπανον uſus eſt *Lucianus*, ſicut illo *Menander* in Meſſania, ut auctor eſt *Pollux* Onomaſt. X, 24. Sic autem vocabatur τράπεζα μαγειρική, in qua ſecabant in fruſtra carnes aſſandas, vel coquendas: pro ἐπικόπανον veteres addit dixiſſe ἴλιον, ξάνιον, ἐπίξηνον dictam eſſe iſtam menſam coquorum ἴλιον, quia ex oleis conficiebatur, auctor eſt *Heſych.* quamvis alios ἴλιον ſcribere doceat, & aliunde petere hujus vocis originem: vide in ἰλιαῖος. Apud *Pollucem* ſtultiſſime vertitur *ilion olearia cella*: vide & lib. VI. cap. 13. ubi eadem repetit *Pollux*. Ceterum in prius laudato capite pro ἐπικόπανον Mſ. ut hic *Lucianus*, prae ſe fert ἐπίκοπον, ſed non in verbis *Menandri*, quæ ſtatim ex ejus Meſſania affert; nec in lib. VI. c. 13. Utrumque veteres videntur uſurpaſſe ἐπίκοπον, & ἐπικόπανον, ſed tamen non vetuſtiſſimi; recentiora enim ſunt vocabula. Sane non niſi apud novae Comoediae ſcriptores ἐπικόπανον reperiri, & quidem *Menandrum Pollux* tradit locis in laudatis. Sed ἐπίκοπον veteres quoque uſos diſcimus ex *Euſtathio* ad Odyſſ. B. v. 237. ubi ἐπίξηνον exponit ἐπίκοπον. Τὸ δὲ περιόδιον κεφαλὰς ἀντὶ τοῦ πρωτοτόμους. ἢ ὡς ὁ ἐπίξηνον ἤτοι ἐπικόπῳ ἤτοι ἐπικοπείῳ δύντες ὕστε κοπῆναι qui locus admodum facit ad hujus noſtri *Lucianni* explicationem. Vide quoque antiqua Scholia ad hunc locum *Homeri*, in quibus male legitur προτόμους ἐκ ἐπιξύνῳ, ἤγουν ἐπικόπῳ, ὥστε κοπῆναι, pro ἐπιξύνῳ. Sic & male legitur apud *Heſych.* ἐπίξυλον pro ἐπίξηνον, τὸ παρ' ἰσίοις ἐπίκοπον. Ἀναβάθρα eſt ſive *ſcala*, qua in navem altiorem, aut *tabula*, qua in lintrem aut ſcapham pervenire commode poſſumus. Utitur hoc vocabulo alibi quoque *Lucianus*. Verte Lucieni locum: *Menippus iſte capta ſecuri, qua naupegae utuntur, eam reſecabit, utens pro menſa, ſeu trunco, qua ſecanda imponuntur, tabula, qua ſcapha conſcendatur.* *J.G.G.*

Ἐπικόπῳ] Hujus & loci & vocabuli meminit *H. Stephan.* Theſ. T. II. p. 354. Ἐπίκοπον, inquit, *ſubſtantive, Lignum quod ſupponitur quum quid ſecuri ſecatur, ut* Budaeus *interpretatur apud* Lucian. *in Dial. Char. & Merc.* λαβὲ πέλεκυν &c. *loquitur autem ibi de barba. Poteſt tamen & pro menſa accipi, ſupra quam lanii & coqui carnes concidunt, ut* ἐπικόπανον. *Antiquam autem eam vocem eſſe* Euſtathius *tradit, eique ſynonymum* ἐπίξηνον, *at* ἰδιώτας *vocari* ἐπικόπους.

Ari-

9. MEN. At barbam iſtam quoque deponat, Mercuri, gravem ſane & hirtam, ut vides: quinque minas pili minimum pendunt. MERC. Recte mones; & iſtam remove. PHIL. Quis autem erit, qui detondeat? MERC. Menippus ille, capta ſecuri nautica, præcidet eam pro codice uſus ſcala navali. MEN. Minime, Mercuri:

MEN. Ἀλλὰ χὴ τ' πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω, ὦ Ἑρμῆ, βαρύν τε ὄντα, χὴ λάσιον, ὡς ὁρᾷς· πέντε [c] μυῶν τρίχες εἰσὶ τὰ πλάχιστον. ΕΡ. εὖ λέγεις· ἀπόθω χὴ τοῦτον. ΦΙΛ. χὴ τίς ὁ ἀποχειρων ἔσται; ΕΡ. Μένιππος οὗτοσί, λαβὼν πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν, [d] ἀποκόψει αὐτὸν, [e] ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. ΜΕΝ. Οὐκ, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλὰ

[c] Μυῶν τρίχες εἰσὶ] Μυῶς εἰσι τρίχες. C. P. L. μυῶν τριχῶν εἰσι. O. F. Forte fuerit a *Luciano*, ὥστε μυῶς εἰσι τριχῶν etſi nec repudiandum ſit τρίχες. [d] Ἀποκόψει] Ἐπικόψει. L. [e] Ἐπικόπῳ] Ἐπικόπτῳ G. P. *AIW.* ubi praeterea notatum: Ἐπικόψῳ *forſan legendum.*

Ariſtophanis *autem* Scholiaſtes ἐπίξηνον *eſſe dicit* (ad Acharn. v. 317.) μαγειρικὸν κορμὸν, ἐφ' ᾧ τὰ κρέα συγκόπτουσι. Euſtathius *exponens Homericum illud* Od. B, 237. παφάρθμοι κεφαλὰς, *ſubjungit*, προτιθέντες, ἢ ὡς τὸ ἐπίξηνον, ἤτοι ἐπικόπιον, ἤτοι ἐπικαρμίον ξύλον, ὅ ἐστι κοπῆναι, *in trunco in quo carnes concidi ſolent. Sed fortaſſe non minus* ἐπίκοπον *ſubſtantive dicitur, quam* ἐπίκοπος *quemadmodum apud* Poll. ἐπίξηνον, *& apud* Scholiaſtem Ariſtophanis ἐπίξηνος *Praeterea in altero ſubintelligi poſſe videtur* κορμὸς, *aut* τράπεζα, *aut tale quid, in altero* ξύλον, *aut aliquid aliud. Sicut vero eam* ἐπίξηνος *dicitur, quam* ἐπίξηνον, *ita eam* ἐλεὸς *quam* ἐλεὸν, *ut* Euſtathius *annotat.* Poſtea de ἐπικοπάνῳ profert, quae *Pollux* ſcripſit V, 90. X, 101. Fundum fere vides eorum, quae a *Graevio* ſunt explicata: paucis quid hoc de vocabulo ſit tenendum declarabo. Ἐλεὸν apud Homerum, vel ἐλεὺς, hoc enim numero ſolum occurrit Il. I, 215. Od. Ξ, 432. τράπεζαν eſſe μαγειρικὴν ſive *menſam coquinarem* veteres conſentiunt: eorundem auctoritate maſculinum genus accipimus; quamvis alioquin pro neutro faciat τέλεον *Ariſtophanis* in Equ. v. 152. 169. & ab utrovis aeque repeti poſſit *Poetae* ἐλεῦς· non aliter *Pollux*; nam & IV, 123. ubi rariorem vocis uſum exponit, Ἐλεὺς δ' ἦν τράπεζα ἀρχαία, ἐφ' ἣν πρὸ θύσεως ἃς τις ἀνάγκας τοῖς χορδαπαῖς ἀπεκρίνατο, membranis ſi obtemperemus, Ἐλεὼν erit revocandum. *Philopono* tamen vel *Cyrillo* ὁ Ελεὺς, τῷ ἐλεῷ, *Eleus fluvius, menſa.* Hinc ἐλεοδύται Delii διὰ τὸ τοῖς ἐλεοῖς ὑποδύεσθαι ἀφιεμένους ὑπὸ τοῦ θύοντος teſte Athen. IV. p. 173. A. quem deſcripſit *Euſtath.* ad Il. I. p. 773. v. 43. Dubitat *Harpocration*, an Ἐλεοπάσται *Lyſiae*, quos alii τοὺς τὰ ἴλια κόπτοντας, τῷ ι παραπεπλασμένῳ, interpretabantur, indidem ſint derivandi: μήποθεν δὲ ὠνόμασται τὸ ἐλεὸν, ὅπερ ἐστὶν ἐκτὸς ξυλινὸν, γίγνηται τόμος· ubi quid ſibi velit ἐκτὸς prorſus omiſſum a *Suida*, minime perſpicio; niſi quis reponi probet ἔρμα, vel, quod verius exiſtimo, ὅπερ ἐστὶ κόρμα ξύλινον. De ἐλεοῖς plura *Jungermann.* ad *Poll.* X, 101. n. 44. Idem cenſetur ἐπίξηνον ſaepius in *Ariſtophanis* Acharn. v. 317. 354. 364. 365. uſurpatum: neque repugno, modo paulum accuratius, illam eſſe *culinariam*, hanc, ut *Suetonius* ait in Claud. c. 15. *menſam lanioniam* ſtatuas: *AEſchyl.* Agam. v. 1286. Βωμοῦ πατρῴου μ' ἀντ' ἐπίξηνον μόνης Θερμῇ κατέσφαγμαῖς· quorum mihi *Stanlei* verſio multo magis, quam infelix emendandi conatus placet. Ξέστιον adjungit *Pollux* origine par, ſed multo minus obvium, & Comoediae novae vocem ἐπικόπανον *Menandri* verba vel integra poſſunt ſervari, ut initium jambi faciant, vel, quod fere malim, ita legi, — ἠγεῖται μ' ὅλως Ἐπικόπανόν τι — *Codicem me plane lanionium putat, prout creberrimis me contundit plagis*: nam nihil eſt futilius ea explicatione, qua ſibi blanditur ad *Menandri* Reliquias *Philargyrius* ille *Cantabrigienſis*. Ἐπικόπανον autem an ἐπίκοπον dicas, nullum intereſt diſcrimen: plus una vice meminit *Euſtath.* ad illud Od. Γ, 443. — βοῦν ἐπικόψων, ἀντὶ τοῦ ἐπάνω τοῦ τραχήλου πλήξων· ὅθεν ἐπίκοπον ὠνόμασε τοὺς παλαιοὺς τὸ ἐπίξηνον, ὅπερ ἰδιωτικῶς ἐπικόμμιον λέγεται· & ad Od. Λ. p. 1692. ἐπάνω ἐμοῦ, ὡς εἰπεῖν ἐπί τινος ἐπιξήνου, ὅ ἐστιν ἐπικόμμου· cujus vocabuli infima Graecorum aetate vulgati rationem pandit Ariſtophanis Scholiaſtae κόρμους μαγειρικοὺς, quos *lanionum codices* ex ulmis maxime confectos appellat *Juvenalis* antiquus Commentator ad XI, 141. *Etymol.* Ἐπίξηνον, ξύλον ἐφ' ᾧ κρέα κόπτουσι, τὸ νῦν ἐπίκοπον ὠνόμασε Ἀριστοφάνης ὁ Δημαδώτης· de *Ariſtophane* liquet; *Demoſthenis* locum hactenus quaero. Hinc in *Heſychio* reficiendum arbitror, Ἐπίξηνον, ξύλον ἐφ' ᾧ τὰ κρέα τεμνόντες ἐκκεῖται, ὃ νῦν τὸ κρεανόπτον, vel ἐπίκοπον ξύλον· nihil enim obſtat, quo minus hunc in modum ſuppleatur, ut recte monuit *H. Stephanus*: ſic ἐπίκοπον σανίδιον, *tabella, ſuper quam aliquid inciditur*: *Paulus AEgin.* VI. c. 67. Leonides, ut ἐχίου ῥαιώσει mederetur, ὑπέλιον ἀσπαλίνας τ' ἀνθρώπου σμίλῃ κατ' ἐπικόπου σανιδίου τινὸς ἢ σκληροῦ δέρματος τὸ ἄχιστον ἐξέτεμνε. Porro, quod *Heſychius* habet, Ἐπίξυλον, τὸ ἐπὶ τοῦ προφέρειν τῶν ὑφαινομένων ἱματίων, καὶ τὸ παρ' ἐνίοις ἐπίκοπον, *Graevio* mutanti nondum adſentior. Idem: Κρίων, ἐπίκοπον, κρεοδόχον λέβητα· veterum expoſitionem tradit Homericae vocis κρεῖον ſive κρέιον duplicem; hi *codicem coqui lanionisve* accipiebant, alii *labetem, in quo car-*

λὰ πρίονά μοι ἀνάδος· γελοιότερον γὰρ τοῦτο. EP. ὁ πέλεκυς ἱκανός. MEN. εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γὰρ νὴν ἀναπέφηνας, ἀποθέμενος αὐτοῦ τὴν κινάβραν. [a] βάλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τὴν ὀφρύων; EP. μάλιστα· ὑπὲρ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας [b] ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ [c] ἀνατείνων ἑαυτόν. τί τοῦτο; καὶ δακρύεις, ὦ κάθαρμα, καὶ πρὸς θάνατον ἀποδειλιᾷς; ἔμβηθι δ' ἐν. MEN. ἓν ἔτι τὸ βαρύταλον ὑπὸ μάλης ἔχει. EP. τί, ὦ Μέ-

verum ferram mihi porrige; nam hoc quidem magis ridiculum. MERC. Securis est satis idonea. Euge; homini nunc quidem similior evasisti, dejectis ibi sordibus hircinis. MEN. Vinne paulum etiam demam de superciliis? MERC. Omnino: super ipsam enim frontem ea sustulit, nescio cujus rei grátia sese tam superbe erigens. Quid hoc? etiam lacrimaris, scelerate, & ad mortem expaveſcis? quin ocyus inscende. MEN. Unum adhuc gravissimum sub ala tenet. MERC. Quid-

a Βάλει] Me. βούλει. P. b Ἐπῆρκεν] Ὑπῆρκεν O. c Ἀνατείνων] Ἀνατείνειν O. prave.

42. Τὴν κινάβραν] Κινάβρα, ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγει δυσωδίαν * τοῦ πάντας σιαίνειν· ἴσως δὲ ἡ κινάβραν λίγει τὴν πήραν. V.

* Πάντας σιαίνειν] Τὸ πάντας σιαίνειν Exc. G. τῷ ω. σ. V. De voce σιαίνειν vide Schol. ad Tim. p. 113. M. du S.

Haec vel Scholiorum descriptor vel Clericus ita concinnaverat, ut aliquem habere sensum viderentur: neque tamen eo magis, quid huc faciant, intelligas. Persuadeo mihi σιαίνειν verbum recentioris esse Graecitatis, quod corruptum ex σικχαίνειν significet *fastidium creare*, quale solet odor ingratus ac teter; at *fastidire*, *aversari σιαίνεσθαι· Cyrilli* Gl. Σιαίνομαι, *tedo* (*Taedeo*) Σιαντία, *fastidia*. Σιαντὸς, *teter*. Iisdem fere vocibus utitur ad σικχαίνεσθαι eiusque derivata explicanda. Fallitur *Cangius* Gl. M. & I. Gr. in Σιάνειν nam *Nicephori* & *Joannis Moschi* σιανθεὶς non aliunde debet, quam ab hoc ipso σιαίνεσθαι repeti: utrique loco potestas adsignata plane convenit: aliena est, quam ille dedit, interpretatio, *captata animi aequalitate*. Videndum ergo, an in Schol. nostro ad Tim. p. 113. restitui commode possit, ἀπὸ τοῦ Διὰ σιαίνειν, *propter illam συγκοπὴν* nimirum vultúsque tristitiam, qua festum illud Διάσια celebratur. Hic autem voluitne dicere? κινάβρα *proprie hircorum fetor: praeterea notat quemvis tetrum odorem, & quod omnibus fastidium excitet*, sive malis, *omnes fastidiant*: an potius parva mutatione legi praestat? λίγει δυσωδίαν αὐτὸν πάντας σιαίνειν, *ait* Lucianus *gravi fetore philosophum cum omnibus esse fastidio*. Qui porro venit in mentem huic homini, ut κινάβραν forte vocari *peram* suspicaretur? quid dici poterat absurdius? haec tamen Etymologi verba non multum discrepantia recognosce: Κινάβρα, ἔστι κυρίως ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγεται καὶ ἁπλῶς ἡ δυσωδία· ἢ καὶ ἡ πήρα· quibus, aliisque pluribus, inducor fere, ut credam non Etymologum a Scholiasta, sed ab Etymologo nostrum Scholiasten saepe describi: de pera certe vix quisquam, quid sit κινάβρα declarans, cogitare posset, nisi ad hunc locum commentaretur. T. H.

carnes coquantur. Tum etiam, si lectioni receptae tuto fidimus, μάλκιλλα a Pariis τὸ ἐπικόπανον vocari *Hesychius* ostendit: illi autem conjecturae, qua suspicatus fui in eodem restitui posse Ἐπίκοπον, ἐπικόρμιον, Πάφιοι aut Πάριοι, pro Ἐπίκορον, ἐπίκαπον, parum tribuo, quia forte probabilius emendes, Ἐπίκορον, ἐπίκαρτον. *Scaligero* subscribo Glossas corrigenti, Cala, ἐπικοπὶς, ἐπιγλυφίς. Ergo Lucianus ad praecidendam tam grandem philosophi barbam scala navali Menippum uti voluit vice codicis aut trunci lanionii, eoque magis, quod securis robustum aliquod lignum, non levem tabulam postularet. T. H.

40. MEN. Εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γὰρ νὴν ἀναπέφηνας] Locus & vitio laborat, & prava distinctione; quam ob rem ignoscendum est eruditis hominibus, qui nihil hic viderunt. Primum lege ἀνθρωπικώτερος, itaque verte, *Euge vero; nunc homini similior evasisti, foetidis sordibus ibi depositis*. Ἀναπέφηνας intellexerunt, quasi actionem contineret; perverse: aliud norma Graecae linguae, atque ipse *Lucianus* suadent. Θ. Δ. IV. §. 1. σὺ δ' ἄλλος ἤδη ἀναπέφηνας· Κατάπλ. c. 24. πῶς καθαρὸς ἐξ ὑπαρχῆς ἀναπέφηνας; *Xenoph.* Socr. Apol. p. 411. v. 9. οὔτε θύων τισὶ καινοῖς δαιμονίοις, οὔτε ὀμνὺς, οὔτε ὀνομάζων ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα. *Suidas*: Ἀναπέφηνα, ἀπεδείχθην, ἢ ἐγὼ ἀνέπεφηνα. Nihil moror Philopatridis consarcinatorem. §. 3. ipse rectius §. 18. Praeterea ἀποθέσθαι in hoc dialogo nunquam dicitur, ut virtus verbi medii postulat, nisi is, qui, quae habet ipse, deponit atque a se projicit: modo, τὰ πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθαι, &, ἀπόθου δὴ τοῦτον. Ἕρμ. c. 5. πᾶσαν δὲ ὑποστιμίσεως ἀφορμὴν ὁπόθεν ἀποθέμενος. Sic πᾶσαν ἀποθέμενον μανίαν τιμῶσαι μὲ τοὺς αὐτοκράτορας in Pall. Tarach. Prob. & Andron. p. 248. Hinc sponte sequitur, quomodo sit capiendum αὐτῷ, tanquam si locum, ubi sordes excussae jacebant, digito monstraret. Deinde Menippo male tribui, quae Mercurii personae conveniant, manifesto, dummodo sententiam consideratius perpendas, patebit. Securis loco ferram Menippus ad deradendam philosophi barbam risus causa poscit: verum, inquit Mercurius, Menip-

pi

Quidnam, Menippe? MEN. Adulationem, Mercuri, quæ multum in vita utilitatis ipsi adtulit. PHIL. Quin tu igitur, Menippe, depone mentis & linguæ libertatem, illudque doloris expers & generosum, ac risum: tu nimirum solus reliquorum rides. MERC. Neutiquam: quin potius ista retine, quippe levia, portatuque facilia, & ad hancce navigationem percommoda.

10. Tu vero, Rhetor, pone verborum futilem illam & infinitam adfluentiam, oppi libidinem jocandi petulantem aliquantulum reprimens, securis satis est idonea: tum Menippus dicto audiens utitur securi. Hoc peracto ministerio sermonem continuat Mercurius: *optime sane; nunc tu, philosophe, multo humanior appares, postquam teterrimam illam spurcitiem deposuisti.* Exinde Menippus iterum: *Vin tu, Mercuri, ut paullulum etiam de superciliis demam?* quae sane leporis Comici sunt plenissima. Sic igitur personas digere: Ep. Ὁ πίλιχνος ἱκανός· Εὖγε· ἀνθρωπικώτερος γὰρ νῦν ἀναπέφηνας ἀπαθὴς αὐτῆς τῆς κινάβρας. Men. Βούλει μικρόν &c. Egregio sane donatum tonsore philosophum! Similiter p. 225. v. 15. τι τοῦτο; sermo intermissus a Vulcano, postquam caput Jovis securi diviserat, repetitur. *T. H.*

41. Ἀνθρωπικώτερον ἀνάπ.] Sic apud *Athen.* ἀνθρωπίνως λαλεῖν p. 383. B. *M. du S.*

42. Αὐτῆς] Id est, αὐτόθι, ἐνθάδε. *F. G.*

Ibid Τὴν κινάβραν] Alarum aut reliquarum partium excitatur odor ad libidinem incensis. Hinc *Horatius* anum hujusmodi dicit *hircum in alis habere.* Lysimachus apud *Plautum* in Mercat. Jam plenus aetatis, animaque foetida Senex hircosus—. *G. C.*

43. Ἀλλὰ τὸ μίτωπον ἐπῆρκεν] Inanem fastum philosophorum, qui quidem sapientiam solo vultu simulant, quando veteres irrident, id quod fieri solet saepissime, supercilia potissimum vellicant; usque eo, ut notam illorum ac designationem complectantur istae loquendi formulae οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, *Menander* apud *Donat.* ad *Terent.* Andr. A. II. Sc. 5. οἱ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες *Eusseb.* D. E. p. 106. C. οἱ σεμνοπροσωπεῖν τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες *Artemidor.* Procem. lib. I. p. 3. De ipso Platone *Amphis* apud *Diogen. L.* III, 28. Ὥσπερ καχλίας σεμνῶς ἐπῃρκὼς τὰς ὀφρῦς. *Alciphr.* I. Ep. 34. Ἐξ ἧς φιλοσοφῶν ἐπεινόησας σεμνός τις ἐγένου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας· ubi praeter hunc *Luciani* locum commoda notavit *Bergler.*, quaedam tamen a *Desid. Heraldo* praecepta ad *Martial.* I. Ep. 25. Quod autem in Ox. libro legitur ὑπῆρκεν, probari nequit, nisi duabus literis interjectis expolias, ὑπερῆρκεν· verum nihil est causae, cur obvium illud ἐπῆρκεν, & Nostro familiare sollicitetur. Si quid mutandum foret, exigi mallem ἑαυτὸν, quamvis enim haud negem recte dici ἀνατείνειν ἑαυτὸν, oratio tamen exit rotundior, si ἀνατείνων referatur ad ταύτας τὰς ὀφρῦς. Ita *Lucian.* in Tim. c. 54. ἐκπετάσας γοῦν τὸ πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας· & *Etymologus* esse contraria monet ὑποκαθεῖναι & ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς. Hoc est illud *Ammiani* de rege Chnodomario XVI. c. 12. *arduae subrigens supercilia*; & p. 143. *elatus in arduum supercilium.* *T. H.*

44. Ἐπῆρκεν] Vide B. πρ. c. 7. ὡς ὀλίγου τὸ ξύλον. *M. du S.*

48. Ὑπὸ μάλης] Quicquid clam & occulte, non propatulo, vel fit, vel gestatur, sub ala proverbio etiam fieri dicitur: quo usus est *Demosth.* contra Aphob. Φιλόδημ. Οὐχ εἷς, εἰδὲ δύο ταῦτ' ἴσασιν, εἰδ' ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μίσῃ πολλῶν παρόντων· *non unus, neque duo ista norunt, neque sub ala, ut aiunt, provocatio facta est; sed in medio foro, multis praesentibus.* Ita dicitur alibi ab eodem *Luciano* ὑπὸ κόλπου, *sub sinu.* *G. C.*

Ὑπὸ μάλης ἔχει] *Erasmus* in Adagio, *Quae sub alis fiunt*, incredibilem hujus phraseos explicationem tantoque viro indignam attulit, jure merito propterea castigatus ab *H. Stephano* in Anim. cujus operae praeclarae non meminerat *H. Valesius*, quum ad *Amm. Marcellin.* XXVI. p. 512. iisdem, quibus *Stephanus*, exemplis usus *Graecos* ὑπὸ μάλης *de re furtiva & occulta solere dicere* observat. Nos alias ad *Thomam Magistrum* plura. *T. H.*

49. Κολακείαν] Ita Ox. Reliqui κολακείαν. *M. du S.*

55. Γε] Hoc pro vulgato γὰρ ex MS. Ox. repositimus. *M. du S.*

d Κολακείαν] Ex O. Edd. omnes κολακεύειν. e Γε] Sic O. Cunctae Edd. γὰρ quod si retineretur deleri omnino debebat ὄντα.

παρισώσεις, ἢ ῥᾳδίως, καὶ βαρβαρισμούς, ἢ τἆλλα βάρη τῶν λόγων. PH. [a] ἦν ἰδού, ἀποτίθεμαι. EP. εὖ ἔχει. ὥστε λύε τὰ σπόγγια, τὴν ἄποβάθραν [b] ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνασπάσω· πέτασον τὸ ἱστίον, εὔθυνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον· εὖ πάθωμεν.

Τί οἰμώζεῖε, ὦ μάταιοι, ἢ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σύ, ὁ δεῖτίως τὴν πώγωνα δεδηγμένος; ΦΙΛ. ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, ἀθάνατον ὤμην τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν. MEN. ψεύδεται· ἄλλα γὰρ ἔοικε λυπεῖν αὐτόν. EP. τὰ ποῖα; MEN. ὅτι μηκέτι δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα, μηδὲ νύκτωρ ἐξιὼν, ἅπασι λανθάνων, τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν καλυψάμενος, περιέσται ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιτυπεῖα· ἢ ἑῴθεν ἐξαπατῶν τὸς νέους ὅπι τῇ σοφίᾳ ἐγγύριον λήψεται. ταῦτα λυπεῖ αὐτόν. ΦΙΛ. σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἄχθῃ ἀποθανών; MEN. πῶς, ὃς ἔσπευσα ὅπι τὸν θάνατον, καλέσαντος μηδενός.

posita, paria paribus æquata, comprehensiones sententiarum, barbarismos, ceteraque orationum pondera. RHET. Ecce enimvero, pono. MERC. Bene habet: solve itaque retinacula: scalam nauticam attollamus: anchora subducatur: expande velum: dirige, portitor, clavum. Bene nobis sit.

11. Quid ploratis, inepti, tuque maxime, philosophe, cujus jam modo barba fuit evastata? PHIL. Hoc scilicet, Mercuri, quod immortalem opinabar animam esse. MEN. Mentitur: nam alia sunt, quæ credas eum pungere. MERC. Qualia? MEN. Quod non amplius coenabit apparatas coenas, neque de nocte egressus, clam omnibus, palliolo caput obvolutus, circumibit in orbem lupanaria; nec summo mane decipiens juvenes sapientiæ prætextu argentum accipiet: hæc urunt eum. PHIL. Tu autem, Menippe, non doles te mortuum esse? MEN. Egone, qui festinavi ad mortem citante nemine.

12. Ve-

a Ἦν ἰδού] Ἤνιδη P. εἶεν, ἰδού B2. quod sine dubio editoris. b Ἀνελώμεθα] Ἐλώμεθα. O. Ortum ex simili praecedentis vocabuli terminatione vitium.

59. Καὶ βαρβαρισμούς] Ἐν ἀμφιβολίαν περιφερόμενον τῶν λόγων χάριτος ἔσεται· ὡς τὸ, * οἱ δὲ δύο σκοπεῖτε, ἢ τὸς παρεληλύθοτας. V.

66. Διεθρυμμένος] Πεπορθημένος. V.

73. Χαμαιτυπεῖα] Ἡμερεῖα. V.

* Οἱ δὲ δύο * σκε. . . .] Videtur hic aliquis locus citatus fuisse. J.C.

Ex *Homeri* Od. M, 73. ut indicavit *M. du Soul.* Porro περιφερόμενον τὸν λόγον habuit E. A. prave: quum *V.* praeferat τῶν λόγων, huic aptandum fuerat περιφερομένων, non contra. Ceterum quomodo pertineat haec adnotatio ad βαρβαρισμούς, nemo facile pervidebit: Eruditiss. itaque *Duterus* ad *Thucyd.* p. 297. n. 63. fortassis loco non suo positam observat, & alio referendam: *Certe melius*, inquit, *convenisset illis, quæ legantur in* Lucian. *Dial. Junonis & Latonæ* p. 243. v. 22. hujus Ed. οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἢ μὲν αὐτῶν —— ὁ δ' Ἀπόλλων· cui libens adsentior. Similis orationis figura p. 242. v. 92. Ejusmodi quiddam, adductis etiam iisdem Homeri verbis, repetes in G. ad p. 239. T.H.

59. Παρισώσεις] *Quare aut paria esse debent posteriora superioribus, extrema primis, aut, quod etiam est melius & jucundius, longiora.* Cicer. de Orat. III, 48. In Orat. c. 25. *paria paribus relata, & similiter conclusa, & immutatione quasi quæsitas vermutates* parce adhibendas aut fugiendas esse ait. Πάρισα haec vulgo vocabant: vide *Philostr.* p. 497. Meminit iteum *Noster Δεμωνδ.* c. 8. M. du S.

Ibid. Βαρβαρισμούς] Ridicule hoc dictum. Praeterea *A. Gellius* V, 20. negat eam vocem apud ullum idoneum auctorem Graecum inveniri. Sed *Luciani* jam aetate linguae Graecae castitas vix ullibi reperiebatur. Vide in hanc rem plura in Ῥητ. c. 17. B. πρ. c. 10. & 23. M. du S.

60. Ἦν, ἰδού] Rhetor ait: ἦν, ἰδοὺ ἀποτίθεμαι. sed scribendum ἦν' ἰδοὺ, *ecce*: quod alibi quoque sæpiuscule apud nostrum occurrit, sed sæpius corruptum. Dicitur pro ἰνὶ ἰδοὺ. J.G.G.

Ἦν, ἰδού] Secutus est Eruditiss. *Graevius H. Stephanum* Th. L. Gr. T. I. p. 1104. Ἦν ἰδοὺ, inquit, *apud Lucian. eadem significat. initio Anachars. Sed ego tam in hoc loco quam in caeteris scribendum puto* ἦν' ἰδοὺ *posita post* ν' *apostrophi nota: nec enim dubito, quin elisum sit* ι *adverbii* ἰνὶ, *quod* οὐκ τῷ Ἀθηναίου τοῦ ἰδοὺ *perinde ac si diceretur* ἰνὶ ἰδοὺ. Ego, quanquam, utrum probes, haud sane multum refert, secus sentio, ut opportuniore loco declarabo. T.H.

62. Τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα] *Polyaen.* IV. c. 6. p. 374. ἄλλοι μὲ ἀνίστων τὰ προμήκια, ἄλλοι δὲ ἀνέλυον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνεμαῶντο. Quam hic

λέ-

12. Verum interea dum cædimus ſermones, nonne clamor aliquis auditur tanquam a terra vociferantium? MERC. Sane, Menippe, neque ab una tantum regione: etenim hi in concionem coëuntes læti rident cuncti ob Lampichi mortem: ejusque uxor comprehenſa tenetur a mulieribus, & infantes teneri pariter & ipſi a pueris impetuntur largis lapidibus: alii Diophantum rhetorem laudant Sicyone, qui funebri oratione cohoneſtat exſequias hujus Cratonis. Atque etiam profecto Damaſiæ mater gemitus ciens præit leſſum cùm feminis in funere Damaſiæ: te vero nullus, o Menippe, lacrimis proſequitur, quieteque jaces ſolus.

Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ὦ χαιρήτις ἀκούεται, ὥσπερ τινῶν ἀπὸ γῆς βοώντων; ΕΡ. καὶ μάλα, ὦ Μένιππε, οὐκ ἀφ' ἑνὸς γε χώρου· ἀλλ' οἱ μὲν ἐς τὴν ἐκκλησίαν συνελθόντες ἅσμενοι γελῶσι πάντες ἐπὶ τῷ Λαμπίχου θανάτῳ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ συνέχεται πρὸς τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ παιδία νεογνὰ ὄντα, ὁμοίως κεχηνότα ὑπὸ τῶν παίδων βάλλεται ἀφθόνοις τοῖς λίθοις· ἄλλοι δὲ Διόφαντον τὸν ῥήτορα ἐπαινοῦσιν οἱ Σικυῶνι ἐπιτάφιους λόγους διεξιόντα ἐπὶ Κράτωνι τούτῳ. καὶ νὴ Δία γε, ἡ Δαμασίου μήτηρ κακύουσα ἐξάρχει θρήνου σὺν γυναιξὶν ἐπὶ τῷ Δαμασίᾳ· σὲ δὲ οὐδείς, ὦ Μένιππε, δακρύει, καθ' ἡσυχίαν δὲ κεῖσαι μόνος.

12. Verum interea dum cædimus ſermones, nonne clamor aliquis auditur tanquam a terra vociferantium? MERC. Sane, Menippe, neque ab una tantum regione: etenim hi in concionem coëuntes læti rident cuncti ob Lampichi mortem: ejusque uxor comprehenſa tenetur a mulieribus, & infantes teneri pariter & ipſi a pueris impetuntur largis lapidibus: alii Diophantum rhetorem laudant Sicyone, qui funebri oratione cohoneſtat exſequias hujus Cratonis. Atque etiam profecto Damaſiæ mater gemitus ciens præit leſſum cùm feminis in funere Damaſiæ: te vero nullus, o Menippe, lacrimis proſequitur, quieteque jaces ſolus.

13. MEN. Nequaquam; ſed audies canes jam jam miſerabiliter ululantes mei cauſa, corvosque flebilem in modum aliis concrepantes, quando frequentes ſepelient me. MERC. Fortem te præſtas, Menippe. Sed quoniam in portum appulimus,

MEN. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκούσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον ὠρυομένων οἰκτίστου ἐπ' ἐμοί, καὶ τῶν κοράκων τυπτομένων τοῖς ῥαιστῆρσιν, ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. ΕΡ. γενναῖός εἶ, ὦ Μένιππε. ἀλλ' ἐπεὶ καταπεπλεύκαμεν ἡμεῖς, ὑμεῖς δὲ ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον,

c Γυναιξὶν] Ταῖς γυναιξίν. Margo *A1W.* d Ὠρυομένων] Ὠρυομένων. O. F. quaſi ab ὠρύομαι.

ἀποδάρμα, paulo ante dixerat ἀναδάρμα· idque jam obſervatum a *Paul. Leopardo* Em. XIV. c. 10. & *C. A. Dukero* ad *Thucydid.* IV. c. 12. n. 41. nec *Stephanum* in Theſ. Luciani loca fugerunt. *Pauſan.* X. p. 860. διὰ τὰ ἀποδάρματα κατιόν· *Poll.* VIII, 120. μήτε ἀποδάρματα, μήτε ἄγκυραν εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. Alia dabit Vir Illuſtris ad *Callim.* H. in Del. v. 22. *T.H.*

72. Τοῦ ἱματίου τὴν κεφαλὴν καλυψάμενος] *Petron.* c. VIII, p. 33. *Tarde, imo jam ſero intellexi me in fornicem eſſe deductum: execratus itaque aniculae inſidias operui caput, & per medium lupanar fugere coepi in aliam partem:* ibi vide Commentatores. *T.H.*

73. Περίεσται] Futurum, uti ſupra Ep. D. X. αὐτίκα μάτηρ ἐς τιμωρίαν τῇ μητρί. Saepius hoc fieri videas. *M.du S.*

74. Ἐπὶ τῇ σοφίᾳ] Sequentibus adjunxi ἀργύριον λαβεῖν ἐπὶ τῇ σοφίᾳ ſecus atque Interpretes fecerunt. *T.H.*

77. Ἐπισάσα] Conſule *Diogenem Laertium* p. 162. B. qui Menippum ait laqueo ſibi necem conſciviſſe. *M.du S.*

84. Συνάχεσθαι] *Illius uxor conſtringitur a mulieribus*, quaſi nempe ſuffocanda. Male hic locus verſus eſt, *illius uxorem mulieres circumſtrepunt.* *J.C.*

Συνάχεσθαι] Niſi verſionum architecti legerint, aut in animo habuerint συνηχεῖται, unde petitum ſit illorum, *uxorem mulieres circumſtrepunt*, exputare non poſſum. Suſpicabar olim συναγχεῖται vel ἀπάγχεται melius convenire ſaevienti in uxorem tyranni feminarum turbae, quomodo *Lambinus* in *Polybio* I. p. 119. pro ὑπὸ τῶν λιμοῦ συναγομένους legebat συναγχομένους, *fame ſuffocatos* ad *Corn. Nepot.* Ham. n. 35. Nunc ſatis contentus ſum ſcriptura vulgari: ſignificat enim *comprehenſam conſtrictamque teneri: Porphyr.* in *Euſeb.* Chron. p. 60. καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν ὑποπλων ἐν τῷ γυμνασίῳ διὰ τὴν μοιχείαν συνεχόμενον ἀπώλετο. Quod autem de uxore Lampichi liberisque narrat *Lucianus*, eundem exitum a Locrenſibus Dionyſii junioris habuerunt. *Strabo* VI. p. 398. *AElian.* H. V. IX, 8. *T.H.*

86. Βάλλεται ἀφθόνοις] Sic paſſim. *J.B.*

87. Διόφαντον] *Cicer.* in Bruto p. m. 215. C. Diophanis meminit Mitylenaei, Graeciae illis temporibus diſertiſſimi. Lacedaemonius antiquus ſcriptor. LLoyd. *M.du S.*

90. Ἐξάρχει] Narrat eadem *de Luctu.* *J.B.*

Ἐξάρχει τῷ θρήνου] Protulit *Deſ. Herald.* ad *Martial.* II. Ep. 11. Mox θάπτωσι με unde *Cuperus* expiicatus fuerit de ſepultura per ignem eſſe ſapiendum, ignorare me fateor: eum vide Obſ. lib. I. p. 48. *T.H.*

94. Ὀλίγου] Sic lego, ut Dial. XXIII. pro ὀλίγων, quod in plerisque eſt. Recte tamen *P.* & *S.* *M.du S.*

3. Πάν-

ριον, εὐθεῖαν ἐκείνην προϊόντες· ἐγὼ δὲ καὶ ὁ πορθμεὺς ἄλλους μεταπεμψόμεθα. ΜΕΝ. εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ, προΐωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. τί οὖν ἔτι καὶ μέλλετε; [a] πάντως δικασθῆναι δέησει· καὶ τὰς καλαδίκας φασὶν εἶναι βαρείας, τροχούς, καὶ γύπας, καὶ λίθους. δειχθήσεται δὲ ὁ ἑκάστου βίος.

vos abite ad tribunal, recta illac progressi: ego vero & portitor alios arcessemus. MEN. Prospera sit vobis navigatio, Mercuri. Nos autem pedem promoveamus: quid ergo vos amplius cunctamini? omnino judicium subire oportebit: & poenas aiunt esse graves, rotas, vultures, saxa. Exponetur autem palam uniuscujusque vita.

XI.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ. CRATETIS ET DIOGENIS.

ΚΡΑΤ.

ΜΟιριχον τὸν πλούσιον ἐγίνωσκες, ὦ Διόγενες, τὸν πάνυ πλούσιον, τὸν ἐν Κορίνθῳ, τὸν τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα; ὃν ἀνεψιὸς Ἀριστέας, πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἰώθει ἐπιλέγειν, Ἦ μ' ἀναείρῃ καὶ ἐγώ σε;

CRAT.

1. MOerichum opulentum illum noras, Diogenes, illum divitiis adfluentem, domo Corinthium, cui multæ erant onerariæ naves, cujus consobrinus Aristeas, & ipse dives, Homericum illud solebat dictitare, Aut tu tol-

[a] Πάντως] Defuit in Edd. Addidimus ex G. C. P. sententiae plenius instruendae causa.

11. Τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο] Ὅμηρος εἰσάγει πολλαχοῦ τοὺς Ὀδυσσέα ἢ Αἴαντα· φησὶν ὁ Αἴας πρὸς Ὀδυσσέα, ἢ κουφότερόν μοι, [*] ἢ κουφίζῃς με. Αἰνεῖται δὲ καὶ ὁ Λουκιανὸς ἀλλαχοῦ τοῦ ἔπους, ὡς τοῦ † Ἀριστέου λέγοντος, ἢ κουφότερόν μοι, ἢ κουφίζῃς με· τουτέστιν, ἢ προκόμιστόν μοι, ἢ προκομίζῃς με. *V.*

[*] Ἢ κουφίζῃς] Sic E. A. Κουφίσῃς ubique & προκομίσῃς scripserat *M. du Soul.* Eo usu posita sunt haec verba, quem in recentiore Graecorum habent lingua. *T. H.*

† Ἀριστέου] L. Ἀριστίου. Sed tamen Ἀριστεὺς est etiam in C. *M. du S.*

11. Πάντως] G. Coll. & P. ut Dial. XV. In reliquis deest. *M. du S.*

Ibid. Δικασθῆναι δέησει] Vocem unam addit Mf. πάντως δικασθῆναι δέησει. πάντως vulgo deest. *J. G. G.*

7. Μοιριχον] Ficta credo haec nomina. *M. du S.*

10. Πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν] Perperam in Aldina, Salmuriensi & aliis editionibus, praeterquam in Florentina, post voculam ὤν ponitur signum interrogationis Grœcum; eoque deceptus fuit Interpres. At non interrogat Crates, ut & nihil respondet Diogenes. Quin si hæc per interrogationem dicta essent, signum istud in fine orationis foret collocandum. *J. J.*

11. Τὸ Ὁμηρικόν] Legendum ὃς ante τό. Certe medica manu eget locus hic depravatissimus. *M. du S.*

11. Ἦ μ' ἀναείρῃ' ἢ ἐγώ σε] Sunt Ajacis verba ad Ulyssem colluctantem Il. Ψ. v. 724. *J. G. G.*

20. Οἱ μάντεις εἴτε ἀπὸ τῶν ἄστρων &c.] Si commodum videatur illud εἴτε, cur non tertio quoque loco εἴτε Χαλδαίων παῖδες· nam ἀστρα nescio an alios, me quidem non mediocriter offendit; quorsum enim spectat, aut quem sensum reddit, impedita structura, quodammodo tolerabilem? Priore loco οἴτε Juntina praefert: hoc ipsum in sequentibus etiam adscitum cursum orationis interruptum expediet, ἢ οἱ μάντεις οἴτε ἀπὸ τῶν ἀ. τ. τὸ μ. οἴτε ἀ. τῶν ὀ. οἴτε Χ. π. ἀλλὰ ὁ Πύθιος αὐτὸς παρῄνει &c. Mecum facit *H. Valesius* ad ista *Marcellini* XXVIII. p. 581. *Iisdemque subseruntur genitalium exterum interpretes controversi, hinc praefecturas profusius largientes & sepulturas divitum matronarum*, hunc in modum scribens: *Simile est, quod narrat Lucian. in Dial. Mort. cum Moerichus & Aristeas viri ditissimi se mutuo captarent, ac se vicissim heredes instituissent palam scriptis testamentis, vates & Astrologos & somniorum interpretes & Chaldaeos, Apollinem quoque Pythium ab utroque consultum modo huic, modo illi obventuram hereditatem praedixisse*: quae ita sunt comparata, ut facile, qualem animo lectionem fuerit secutus, ostendant. Saepe autem fraudulenti vates, quibus ex spe lucri futurorum praedictio pendebat, insidiis testamentariis interveniebant: egregius est *Plinii* locus I. Ep. 20. *T. H.*

22. Χαλδαίων παῖδες] Sic Necyom. c. 6. *Eunap.* Æd.

tolle me, aut ego te. DIOG. Quid ita, Crates? CRAT. Mutuis obsequiis captabant alter alterius hæreditatem ætate æquales: & testamenti quidem tabulas in propatulo proponebant, Aristea Mœrichus, si prius decederet, domino relicto suorum omnium; Mœricho vicissim Aristeas, si ante eum abiret: hæc quidem in testamento erant scripta: illi vero observabant sese invicem antecedere alter alterum adulatione conantes. Vates etiam, sive ab astris conjectarent futura, sive ex somniis, sive Chaldæorum imbuti disciplina, quin & ipse Pythius modo Aristeæ tribuebat victoriam, modo Mœricho; lancesque nunc ad istum, mox ad illum vergebant.

2. DIOG. Quem ergo exitum res habuit, Crates? est enim audire operæ pretium. CRAT. Ambo mortem obierunt eodem die; hæreditates autem ad Eunomium & Thrasyclem inopinato pervene-

ἀνάειρ', ἢ ἐγώ σε. ΔΙΟ. τίνος ἕνεκα, ὦ Κράτης, ἐθεράπθυον ἀλλήλυς; ΚΡΑ. ὦ πλήρυ ἕνεκα ἑκάτερος, ἡλικιῶται ὄντες· ἐν ταῖς διαθήκαις ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο, Ἀριστέαν μὲν ὁ Μοίριχος, εἰ προαποθάνοι, δεσπότιν ἀφιεὶς τῶν ἑαυτοῦ πάντων, Μοίριχον δὲ ὁ Ἀριστέας, εἰ προαπέλθοι αὐτοῦ. ταῦτα μὲν ἐγέγραπτο. οἱ δὲ ἐθεράπθυον ἀλλήλυς ὑπερβαλλόμθυοι τῇ κολακείᾳ. καὶ οἱ μάντεις, εἴτε ἀπὸ τῶν ἄστρων τεκμαιρόμθυοι τὸ μέλλον, εἴτε ἀπὸ τῶν ὀνειράτων, ὥσπερ Χαλδαίων παῖδες, ἀλλὰ καὶ ὁ Πύθιος αὐτὸς, ἄρτι μὲν Ἀριστεῖ παρεῖχε τὸ κράτος, ἄρτι δὲ Μοιρίχῳ. καὶ τὰ τάλαντα ποτὲ μὲν ὀπὶ τοῦτον, νῦν δ' ἐπ' ἐκεῖνον ἔρρεπε.

ΔΙΟ. Τί οὖν πέρας ἐγένετο, ὦ Κράτης; ἀκοῦσαι γὰρ ἄξιον. ΚΡΑ. ἄμφω τεθνᾶσιν ὀπὶ μιᾶς ἡμέρας· οἱ δὲ κλῆροι ἐς Εὐνόμιον καὶ Θρασυκλέα ἀφῖκθον, ἄμφω συγγε-

δ Εἴτε] Οὔτε *J.* αἴτε Margo *AIW.* ε Ἀριστεῖ] Ἀριστέᾳ G. L. Ed. Steph.

Æd. *J. B.*

24. Ἀριστεῖ] Mirum cur Ἀριστεῖ, cum dixerit Ἀριστέαν. *J. B.*

Ἄρτι δὲ Ἀριστεῖ] Miratur *Bourdelotius* cur Ἀριστεῖ dicat, cum Ἀριστέαν appellarit; & merito miratur. Mſ. ostendit hoc vocabulum esse mendose in editis exaratum, cum pro Ἀριστεῖ scribit Ἀριστέᾳ, ut scribendum est. *J. G. G.*

Ἀριστέᾳ] Ex MS. Gr. & L. editionum mendum sustulimus, quæ omnes præter *Stephan.* legunt Ἀριστεῖ. Vide tamen, an non *Lucianus* de *Aristeo* aliquo Corinthio loquatur: plures enim *Aristei* Corinthii apud *Thucydidem* occurrunt, Aristeas nullus. *M. du S.*

Ἀριστεῖ] Ut Ἀριστέᾳ reponatur, quia Ἀριστέας ante dictus fuerit, magno opere contendunt nostri Commentatores, a quorum sententia valde dissidet *Steph. Berglerus*, dignus propter peritiam Græcarum literarum non vulgarem, cujus in hac causa ratio habeatur. Ad *Alciphr.* I. Ep. 1. ubi leguntur οἱ βορεῖς haec notat: *Pro οἱ βορέαι, quasi a βορεὺς per metaplasmum; ut & Aratus* ἀνέμοιο βορῆος Διοσ. v. 351. *Sic Lucianus in Dial. Crat. & Diog.* Ἀριστεῖ *formavit, eum nominans, qui non* Ἀριστεὺς, *verum* Ἀριστέας *vocabatur, sed hoc non sine allusione ad* ἀριστεύς. Illam allusionem, haud quidem alienam, etsi non præstem, ceteris tamen non invitus accedo: est enim talis nominum, præsertim propriorum, formae mutatio neutiquam insolens, & aliquando temere ab eruditis viris tentata. Quem Μελάνθιον *Homerus* plerumque appellat, idem Μελανθεὺς Od Υ, 255. Φ, 176. Ἀμοιβεὺς & Ἀμοιβέας non differunt, quod posterius in *AEliani* V. H. III, 30. contra *Schefferum* recte defendunt *Kuhnius* ac *Perizonius*, & dudum ante utrumque *J. Fr. Gronovius* Obs. IV. p. 240. Proconnesius Aristeas, peregrinantis, quum vellet, animae miraculo nobilis, Ἀριστεῖος dicitur a *Strab.* XIII. p. 881. A. *Paus.* V. p. 392. *Jamblich.* V. Pyth. §. 138. *Tatiano* p. 136. *Clem. Alex.* Str. I. p. 333. D. refingi volunt *H. Stephan.* ad Maxim. Tyr. Diss. XXVIII. p. 282. *Casaubon.* & *Scherpezeel.* ad *Strab. Hoeschel.* ad *Origen.* contra Cels. p. 113. *Rutgers.* V. L. VI, 14. *Potter.* ad *Clem.* quibus cunctis supervacuae curae gratiam facimus. Quem *Herodotus* nominat Ἀριστέαν τὸν Ἀδειμάντου Κορίνθιον, illum semper Ἀριστέα *Thucydides* & *Plutarch.* T. II. p. 871. A. Non ergo licuerit *Luciano*, si liberet, formam ejus nominis variare? Verum ne quis causetur, quod a diversis scriptoribus factum fuit, uni, idque intra paucos versus, non esse obtrudendum, *Apollodorum* adducam, qui II. p. 97. minore intervallo, quum posuisset Ἀλκαῖος, mox subdit πάλιν ἐξ Ἀλκέως ab Ἀλκεύς. Ceterum hae lances dubiae, & quorsum vergant incertae, secus atque illae Jovis Homericae, unde has adumbravit *Noster*, quae Achillis Hectorisque fata exigebant Il. Χ, 209. *Theogn.* v. 157. Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει ἄλλοτε ἄλλῃ. *T. H.*

25. Καὶ τὰ τάλαντα] *Et hereditas modo ad illum, modo ad hunc vergebat.* *J. B.*

γενεῖς ὄντας, οὐδὲ ὡς ποτὲ προμαντευομένους οὕτω γενέσθαι ταῦτα. Διαπλέοντες γὰρ ἀπὸ Σικυῶνος εἰς Κίρραν, καὶ μέσον τὸν πόρον πλαγίῳ προσπεσόντες τῷ Ἰάπυγι, ἀνετράπησαν. ΔΙΟ. εὖ ἐποίησαν.

runt, utrosque cognatos, nullo unquam mentis præsagio divinantes hæc ita fore: Mœrichus enim & Aristeas quum Sicyone trajicerent Cirrham, medioque cursu in obliquum Japygem incidissent, eversa navi perierunt. DIOG. Bonum factum.

Ἡμεῖς δὲ, ὁπότε ἐν τῷ βίῳ ἦμεν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων· οὔτε ποτὲ εὐξάμην Ἀντισθένει ἀποθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τὸν βακτηρίας αὐτοῦ (εἶχεν δὲ πάνυ καρτερὸν ἐκ κοτίνου ποιησάμενος) οὔτε, οἶμαι, σὺ, ὦ Κράτης, ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα, καὶ τὸν πίθον, καὶ τὸν πήραν χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν. ΚΡΑ. οὐδέν γάρ μοι τούτων ἔδει· ἀλλ' οὐδὲ σοί, ὦ Διόγενες. ἃ γὰρ ἐχρῆν, σύ τε Ἀντισθένους ἐκληρονόμησας, καὶ ἐγὼ σοῦ, πολλῷ μείζω καὶ σεμνότερα τῶν Περσῶν ἀρχῆς. ΔΙΟ. τίνα ταῦτα φῄς; ΚΡΑ. σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήθειαν, παῤῥησίαν, ἐλευθερίαν. ΔΙΟ. νὴ Δία, μέμνημαι τοῦτον ἅπαντα

3. Verum nos, quando in vita eramus, nihil tale cogitabamus de nobis invicem: neque unquam optavi Antisthenem emori, ut hæreditatem nanciscerer ejus baculi: habebat autem admodum robustum, quem ex oleastro ipse confecerat. Neque tu, puto, Crates, cupiebas hæres esse, mortuo me, bonorum, dolii, peræque choenices lupinorum duos habentis. CRAT. Quippe nihil mihi istis erat opus: at nec tibi, Diogenes: quam enim decebat tu ab Antisthene adeptus es hæreditatem, ego a te, multo majorem graviorisque momenti quam Persarum imperium. DIOG. Quæ tu bona dicis? CRAT. Sapientiam, frugalitatem parvo contentam, veritatem, loquendi fiduciam, animi libertatem. DIOG. Me-

33. Εἰς Κίρραν] Κατ' ἀντικρὺ Κίρρας ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ ἡ Σικυών. Ἡ δὲ Κίρρα ὄρος ὀξὺ κατὰ τὴν Φωκίδα. V. ὅπου νῦν τὸ χρυσὸν φασί. C. addunt.

34. Τῷ Ἰάπυγι] Ἀνέμῳ. G.

35. Εὖ ἐποίησαν] Ἀντὶ τοῦ ἔπαθον, Ἀττικῶς. G.

40. Ἐκ κοτίνου] Ἐξ ἀγριελαίου. V.

31. Προμαντευομένους] *Thom. Mag.* in Βούλομαι vitiose προμαντεύομαι & ἔτως. *T. H.*

32. Διαπλέοντες] Subint. Ἀριστέας ὁ Μόριχος. *F. G.*

33. Ἐς Κίρραν] Dico alibi. Hanc Phocidis urbem *Pausanias* ab *Homero* scribit vocari Crissam. *Strabo* & *Ptolem* diversis faciunt. *J. B.*

Κίρραν] Prope Delphos. *M. du S.*

μακίου σχολὴν ἄγοντος ἀφαιρεῖσθαι τῆς παιδιᾶς χρώμενον ἀναλύσειν τὸ καθηδυπαθεῖν τὸ πολυτελέστατον, ὡς Ἀντιφῶν εἶπεν, ἀπάλαμνα τὸν χρόνον· eamque poteſtatem pluribus verbis confert adfixa praepoſitio κατά. Καταφορτίσειν, κατακυβεύειν τῶν πατρὸς τὴν οὐσίαν, καταπιπαιδεραστηκέναι τὸν οἶκον, καθιππότροφεῖν, καταδαφοδοκεῖν, καταριστᾶν, καταγυμνάσασθαι, vide *Heſych.* in Κατεγυμνάσατο, καταπωλεῖν, καταφροντίζειν *Ariſtophani* Nub. v. 855. ad quem legendus eſt *Schol.* Nonnihil hinc diſſidet *Syneſii* ratio de Prov. I. p. 105. B. μείζω συμφορὰν ἐπενόησε τῷ βασιλείας ἐκπεπτωκέναι τὸν ἄνδρα, ἐκείνως ἂν αἰσθέσθαι δημοσιεύσειν τὴν πολιτείαν ἐπὶ μείζονι ὑποθέσεως, καὶ καθηδυπαθήσειν τὴν ἐξουσίαν· quoniam ſcriptoris ſui mentem omnino perperam accepit *Petavius*, ne alios in errorem trahat, explanare libet: *eo indignius ferebat Typhonis uxor regno maritum excidiſſe, quod ſe potiretur, in majore rerum argumento ſe liberius exiſtimaret ac palam poſſe flagitioſam vivendi conſuetudinem exuere, & potentiam luxui impendere ac deliciis:* quanquam nervos orationis Graecae multum interpretatione Latina debilitari facile concedam. *Suidas* ex ſcriptore neſcio quo profert: τὸν τῆς ἐξουσίας καιρὸν καθηδυπαθοῦντα ἱκανῶς· notatque genitivum etiam adnecti; cujus ſtructurae quod ponit exemplum, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου; extat ſane in *Baſilii* Hom. ad Div. p. 60. C. ἀλλ' ὁ μὲν ἴζης χρόνος, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου καὶ τῆς τρυφῆς ἀφῤῥίων· ubi miror equidem ex tot Codicibus, ad quos *Baſilium* exegerunt Benedictini, nullam enotari variationem; quum tamen vel invitis membranis ac *Suida* non dubitandum videatur, quin refingi praeſtet τὸν βίον· nam alteram illam lectionem ſi loco cedere prohibeas, utique foret interpretanda, *per luxum ac voluptates immoderatas inſultare vitae:* quod ab eloquentiſſimi patris mente non parum diſcrepat. Vereor autem, quod Alexander gloriatur, ſe μικρὰ τὰ ἰσπήια δόξαντα ἐπὶ τὴν ἑῴαν μᾶλλον ὁρμῆσαι, ut Romanos, illos rerum dominos, ſuffragatores habeat: multa diſputat in contrariam partem *Livius* IX, 17. in iſto nobili diverticulo, quo quaeſivit, *quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit:* ibi non pauca reperies, quae ad hunc Luciani dialogum collata voluptati erunt. Omnino confer *Arrian.* initio lib. VII. *T. H.*

95. Ἦν μὴ] Sic omnes libri noſtri pro ἤ. *M. du S.*

97. Ἰταλιώτης] Incurriſſe videri poteſt Lucianus in regulam a Grammaticis praeſcriptam, quae ut Σικελὸς & Σικελιώτας, ſic etiam Ἰταλὸς atque Ἰταλιώτας diſcernit: hanc enim normam ſi ſequi voluiſſet, Scipio non Ἰταλιώτης, ſed Ἰταλὸς dicendus erat. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 5. Verum eam legem optimi ſcriptores migrare ſaepe ſolent; proque Siculis Σικελιώτας poſuit *Diodor. Sic.* tum XI. p. 279. D. tum alibi non raro; de quo more copioſius alio loco dicemus. *T. H.*

10. Οὕτως] Commodius, mea quidem ſententia, legeretur ὅτως. ſed libri omnes aliter. *M. du S.*

12. Καὶ ἡμεῖς] Καὶ ex MS. Ox. *M. du S.*

ΑΛ. ὁρᾷς, ὦ Διόγενες· ὑ πρόδοξον δὲ, εἰ ἄν-
θρωπος ὢν ἀπέθανον. ΔΙΟ. ὑκοῦν ὁ Ἄμ-
μων ἐψεύδετο, λέγων ἑαυτῷ σε εἶναι υἱόν· σὺ
δὲ Φιλίππου ἆρα ἤδα; ΑΛ. Φιλίππου δη-
λαδή· ὑ γὰρ ἂν ἐτεθνήκειν Ἄμμωνος ὤν.
ΔΙΟ. ᾠ μὴν κἀκεῖ τὸ Ὀλυμπιάδος ὅμοια
ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ, κἀ [a] βλέ-
πεσθαι σὺν τῇ εὐνῇ· εἶτα ὕτω σε τεχθῆναι· τὸν
δὲ Φίλιππον [b] ἐξηπατῆσθαι, οἰόμενον [c] πα-
τέρα σε εἶναι. ΑΛ. καγὼ ταῦτα ἤκουον,
ὥσπερ σύ· νῦν δὲ ὁρῶ, ὅτι ὐδὲν ὑγιὲς ὔτε ἡ
μήτηρ, ὔτε οἱ τοῦ Ἀμμωνίων προφῆται
ἔλεγον. ΔΙΟ. ἀλλὰ τὸ ψεῦδος αὐτοῦ
οὐκ ἄχρηστόν σοι, ὦ Ἀλέξανδρε, πρὸς τὰ

ALEX. Res apparet, Diogenes: nec valde mirandum, si homo natus mortem obii. DIOG. Igitur Ammon mentiebatur te prædicans ſuum eſſe filium, quum tu interea Philippi fores. ALEX. Quippe Philippi: neque enim Ammone genitus deceſſiſſem. DIOG. Atqui etiam de Olympiade ſimilia quædam ferebantur, draconem cum ea rem habere & conſpici in lecto; tum ita te fuiſſe prognatum, Philippum vero deceptum, qui opinaretur ſe tibi patrem eſſe. ALEX. Et ego non ſecus iſta, quam tu, audiebam: nunc video nihil veri nec matrem, neque Ammoniorum vates dixiſſe. DIOG. Verum mendacium eorum non inutile tibi, Alexander,

a Βλέπεσθαι] Κλέπτεσθαι O. b Ἐξηπατῆσθαι] Ita recte Θ. Emendandum erat cunctarum Edd. vitium, ut Grammaticae legibus ſatisfieret. c Πατέρα σου] Πατρ' ἑαυτοῦ σε εἶναι. O.

18. Ὅμοια] Quorſum pertineat, quove referendum ſit, exputare nequeo: nam quae ſimilia, aut quibus ante narratis, de Olympiade ferebantur? experiamur an minimae mutationis beneficio ſenſus verborum eniteſcere queat: ᾠ μὴν κἀκεῖ τὸ Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο; δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ &c. *ut vero de Olympiade qualia ferebantur? draconem cum ea conſueſcere:* haec, puto, conveniunt Diogenis admirationem irriſoriam fingentis perſonae. Ὅμοιος, autem, ποιος & οἷος frequenter ſimilem uſum habere notum eſt: Dial. Mort. XXII. ἀγγελοι, ὅμοιοι ἄνδρα διατρέφουσιν. Magnis viris apud antiquos & fortitudinis admirandae laude praeſtantiſſimis illa ſingularis honoris praerogativa fuit attributa, ut draconum, atque adeo Deorum (hi enim nullius aeque animalis ſpecie celari gaudebant) filii perhiberentur: ex tali concubitu gens orta Ὀφιογενῶν, teſte *AElIano* de Anim. XII, 39. De Auguſto quid mandare memoriae ſuſtinuerit Aſclepiades Mendeſius, vel inter AEgyptios homo nugaciſſimus, traditum a *Sueton.* c. 94. Sed exempla, quae magno ſunt numero, congerere nihil attinet. Alexandri ortus quam varie fuerit a ſcriptoribus expoſitus, enarrat *Plutarchus* in initio vitae ejus: quosdam ſane non puduit Philippum infandi concubitus ſpectatorem agenti rimas januae admovere, ideoque poſt orbatum oculo male curioſo, qui voluntantem cum uxore draconem fuerat conſpicatus. Olympias vero rumorem pudicitiae ſuae noxium averſata dicere ſolebat argute: Οὐ πεπόνηται με Ἀλέξανδρος πρὸς τὸν Ἥραν· quod dictum ut ipſi ſit honorificum, Alexandri certe ſtultitiam parentem draconem non adſpernantis perſtringit: inde *Draconigenam* appellat *Apollin. Sidon.* Paneg. Anthem. v. 80. 121. ubi vide *Savar.* *Livius* quidem non continuit ſe, quin ſcriberet XXVI, 19. *vetuſtique famam* (Scipio Africanus) *in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus perſaepe viſam prodigii ejus ſpeciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapſam.* Equidem, ſi quis me roget, quid ſentiam, nullus intercedo, quo minus anguinae ſtirpis fulgore nobiliſſimi viri ſuperbiant: neque tamen conjectorem acutiſſimum perhibebo, qui divinarit, quodnam genus ad eorum matres draconis pelle tectum in cubicula lectosque ventitarit: haud difficilius dracones, quam alias Deorum formas ſubeundo ſimulabant. Sequuntur binae lectiones Cod. Ox. quarum prior κλάπτεσθαι pro βλέπεσθαι, ut forte probatorem inveniat, haud magni momenti videtur: quamvis enim interpreteris, *occulte verſari in lecto conſpectum aliorum ſubterfugientem*, eratque ſane draconum ejusmodi furtivus acceſſus, & emiſſitiis teſtium oculis minime fidens, quippe qui repente, ut *Livius* ait, hominum interventu evolverentur, ne ſic quidem ſatis erit expeditum: aliud exiſtimarem, ſi praeberet κυλίνδεσθαι, verbum opportuniſſimum, ex cujus corruptela neſcio profecto, an nata fuerint, ſupponentibus quod quisque menti Scriptoris optime congruere putabat correctoribus, iſta duo minoris pretii βλέπεσθαι & κλάπτεσθαι· altera quidem egregie placet πως' ἑαυτοῦ σε εἶναι. Dial. XVI. Δύο ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸ αὐτὸ Ἡρακλέα, τὸν μὲν ἐκ Ἀμφιτρύωνος, τὸν δὲ ἐκ τοῦ Διός fic paulo aliter apud *Cornut.* de Nat. Deor. c. II. Jupiter peperit τὸν Διόνυσον ἐκ τῆς ἰδίου μηροῦ ἐκπαμπάλου ἐκ τοῦ Σεμέλης. T. H.

19. Ἐξηπατῆσθαι] Mireris profecto editorum diligentiam. Sed ἐξηπατῆσθαι, vel ἐξηπατῶσθαι ſcribendum, dicerent γραμματοδιδάσκαλοι παῖδες. At hoc in loco ἐξηπατῆσθαι ſuadent praecedentia; veluti & hoc maluit Interpres, reddens, *Atqui de Olympiade ſimilia ferebantur,*

dex, ad res gerendas fuit: multi enim meo succumbebant, Deum esse te rati.

2. At cedo mihi, cui illud tantum imperium reliquisti? ALEX. Nescio sane, Diogenes: nam nihil antequam morerer mandavi quicquam de eo, nisi hoc solum, quod animam agens Perdiccæ annulum tradidi. Interea tu quid rides, Diogenes? DIOG. Quid scilicet aliud, quam in memoriam revocavi, qualia faceret Græcia, te suscepto jam modo imperio adulati, præfectumque eapientes & imperatorem adversum barbaros: nonnulli etiam duodecim Diis adjungebant, templaque & sacra faciebant tanquam serpentis filio.

πράγματα ἐγένετο· πολλοὶ [d] γὰρ ὑπέπιπτον θεὸν εἶναί σε νομίζοντες.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τίνι δὴ τοσαύτῃ ἀρχὴν 3 καταλέλοιπας; ΑΛ. οὐκ οἶδα, ὦ Διόγενες· οὐ γὰρ ἔφθασα διακῆσαί [e] τι περὶ αὐτῆς, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι ἀποθνήσκων Περδίκκᾳ τὸν δακτύλιον ἐπέδωκα. σὺ δὲ ἀλλὰ τί γελᾷς, ὦ Διόγενες; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην, οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς, ἄρτι σε παραλαβοῦσα τὴν ἀρχὴν κολακεύουσα, καὶ προσάτην αἱρεμένη, καὶ τραπηγὸν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους· ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς δώδεκα θεοῖς προσῳκίζον, [f] καὶ νεὼς ᾠκοδομοῦντο, καὶ θύοντες ὡς δράκοντος υἱῷ.

4 Ἀλλ'

[d] Γὰρ] Δ' ὑπῆρχον. O. [e] Τι] Τινι O. quod placet. [f] Καὶ νεὼς ᾠκοδομοῦντο] Οἰκοδομοῦντες σοι νεώς. O.

sum, draconem eum ea consuetudinem habuisse, & in lecto visum fuisse. deinde te ex hoc concubitu editum in lucem venisse: porro deceptum Philippum, qui se tuum patrem existimaret. *J. F.*

Ἐξαπατῶσθαι] Sic Mss. Ox. recte. Omnes impressi ἐξαπατᾶσθαι, quod merito Clariss. *Jensio* displicuit. *M. du S.*

24. Οἱ τὸ Ἀμμωνίων προφῆται] *Incolae nemoris*, ut *Curt.* ait IV. c. 7. §. 20. *quos Hammonios vocant, dispersis tugurriis habitant: medium nemus pro arce habent triplici muro circumdatum. Diodorum* paene de verbo ad verbum vertit XVII. p. 589. A. Sic & *Herodoto* III. c. 26. οἱ ἀπ' Ἀμμωνίους ὀνομαζόμενοι τραπεύεσθαι, quos Cambyses cum ipso oraculo funditus deleri jusserat: Excerpt. *Diodor.* p. 249. *Ephorus* apud *Plutarch.* T. I. p. 447. F. refert Lysandrum, quum frustra Pythiam ac Dodonidas auro tentasset, εἰς Ἄμμωνος ἀποπειρᾶσθαι, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς πολίταις πολὺ χρυσίον δόντα. Hi cives Ammonii sunt in arce vel circa vicatim degentes: quamvis enim commemoret *Diodorus* τὰς περιπλοκὰς Ἄμμωνος πόλεως p. 588. D. illae tamen ab ipso templo diei admodum itinere aberant. Tota fere gens sacra, &, non secus ac Delphi, cerimoniis fanique religioni vacans: unus tamen prae reliquis aetate atque honore insignis, qui personam Jovis Ammonis gerens oracula reddebat: eum egregie προφήτην vocabant; *Plutarch.* Alex. p. 680. D. *Diodoro* ὁ προφητεύων ἅπας περιεύτρεφον τὴν ἡλικίαν. Formula, quam responsa daturus adhibebat, a *Platone* traditur Alcib. II. p. 458. E. ἄλλο μὲ ἐδὴ λαμπρύνειν τὸ προφήτην, τὸ γὰρ θεὸν σὲ ἰέναι δηλονότι, καλέσαντα δὲ αὐτὸν Ἀθηναίους (sic malo quam ut vulgatur) φάναι, τάδε λέγει Ἄμμων atque ita *Arrian.* A. A. VII. p. 305. aliique plures. Poterat ergo *Noster* forte non deterius scripsisse, ὁ τὸ Ἀμμωνίων προφήτης. Ceterum Etearchi regis Ammoniorum mentio est apud *Herodot.* II, 32. δωτῆρας & τυράννους appellat *Diodorus.* *T. H.*

Ibid. Προφῆται] Narrat *M. Fœlix* Oct. *J. B.*

26. Οὐκ ἄχρηστόν σοι] Alexander apud *Curt.* VIII, 8, 15. *Obtulit nomen filii mihi* (Ammon) *recipere ipsis rebus, quas agimus, haud alienum fuit.* Ibi *Freinshemius* ad hunc sensum vergentia *Luciani* loca collegit. Paulo post ἔφθασα διακῆσαι legas, an διακῆσαι, σὺ an τοῦ parum refert: hoc tamen in usu frequenti: *Apollodor.* II. p. 105. Clymenus διακηδεῖ τελευτῶν Ἐργίνῳ τῷ παιδὶ ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον αὐτοῦ. *Chrysipp.* apud *Athen.* IV. p. 159. B. διακῆσαι τοῖς οἰκείοις θάψαι ὅτως utrobique de moribundis positum. Inter testes autem annuli Perdiccae traditi *Lucianus* ab Eruditiss. *Freinshemio* non est omissus ad *Curt.* X, 5, 4. *T. H.*

34. Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην] Non concinnus est in responsione Diogenis sensus, nisi legas, Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὅτι ἀνεμνήσθην, &c. Ὅτι videtur excidisse; idque considerat Interpres: *At quid rides, Diogenes?* Diog. *Quid autem aliud rideam, quam quia in mentem venit eorum, quae Graeci fecerunt,* &c. *J. F.*

Ibid. Ἢ ἀνεμνήσθην] Vid. *Jensium.* *M. du S.*

38. Τοῖς δώδεκα θεοῖς] Sic ipse Alexander Dial. praeced. dixerat, εἰ δὲ θεὸς ἐθέλεις τοῖς ἀνθρώποις. *M. du S.*

Τοῖς δώδεκα θεοῖς προσιδύντες] Vide *Kuhnium* ad *Aelian.* V. H. II, 19. V, 12. Elegans dictum Pytheae, quum de Alexandro duodecim Diis adjungendo pisephisma Demadis turpissimum in suffragia mitteretur, refert *Plutarch.* Apophth. p. 187. E. Orta ab Athenienfibus, in quamcumque partem incubuissent, nimium vehementibus adulatio ceteros etiam cito contigit: quare Babylone Graecorum οἱ πρεσβεῖς αὐτοὶ τε ἐστεφανωμένοι Ἀλεξάνδρῳ προσῆλθον, καὶ ἐστεφάνουν αὐτὸν στεφάνοις χρυσοῖς, ὡς θεῖοι δῆθεν εἰς τιμὴν θεοῦ ἀφιγμένοι, teste *Arriano* A. A. VII. p. 305. V. *Diogen. L.* VI, 63. *T. H.*

42. Τρί-

Ἀλλ' εἰπέ μοι, ποῦ σε οἱ Μακεδόνες ἔθαψαν; ΑΛ. ἔτι ἐν Βαβυλῶνι κεῖμαι τρίτῳ ταύτῃ ἡμέραν· ὑπισχνεῖται δὲ Πτολεμαῖος ὁ ὑπασπιστὴς, ἢν ποτε ἀγάγῃ σχολὴν ἀπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐνθάδε, εἰς Αἴγυπτον ἀπαγαγών με θάψειν ἐκεῖ, ὡς γενοίμην εἷς τῶν Αἰγυπτίων θεῶν. ΔΙΟ. μὴ γελάσω, ὦ Ἀλέξανδρε, ὁρῶν [a] καὶ ἐν ᾅδου ἔτι σε μωραίνοντα, καὶ ἐλπίζοντα [b] Ἄνουβιν, ἢ Ὄσιριν γενέσθαι; πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὦ θειότατε, μὴ ἐλπίσῃς· οὐ γὰρ θέμις ἀνελθεῖν τινα τῶν ἅπαξ διαπλευσάντων τὸν λίμνην, καὶ [c] εἰς τὸ εἴσω τοῦ στομίου παρελθόντων· οὐ γὰρ ἀμελὴς ὁ Αἰακὸς, οὐδ' ὁ Κέρβερος εὐκαταφρόνητος.

Ἐκεῖνα δὲ ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ, πῶς φέρεις, ὁπότ' ἂν ἐννοήσῃς ὅσην εὐδαιμονίαν ὑπὲρ γῆς ἀπολιπὼν ἀφῖξαι, σωματοφύλακας, καὶ ὑπασπιστὰς, καὶ σατράπας, καὶ χρυσὸν τοσοῦτον, καὶ ἔθνη προσκυνοῦντα· καὶ Βαβυλῶνα, καὶ Βάκτρα, καὶ τὰ μεγάλα θηρία;

3. At quæso, ubi te Macedones sepeliverunt? ALEX. Etiamnum Babylone jaceo tertium istum diem: promittit autem Ptolemæus satelles, si quando otium agat a turbis, quæ nunc urguent, se in Ægyptum me delatum humaturum ibi, ut unus fiam Ægyptiorum Deorum. DIOG. Non ego rideam, Alexander, quum te video in Orco quoque desipientem, sperantemque fore, ut Anubis aut Osiris evadas: at tu tamen ista, divinissime, ne speres: fas enim non est, sursum redire quemquam eorum, qui semel trajecerunt hanc paludem, & citra ostium illud sese penetrarunt; neque enim Æacus est negligens, nec talis Cerberus, quem facile contemnas.

4. Istud autem perlibenter didicerim a te, quo animo feras, quum cogitando percenses, quanta felicitate in terra relicta huc adveneris; corporis custodes inquam, satellites, satrapas, auri tantum numerum, populos adorantes, Babylonem, Bactra, im-

a Καὶ] Adjungendum videbatur ex O. b Ἄνουβιν] Hunc in modum O. Edd. omnes Ἀνουβιν. c Γενίσθαι] Γενήσεσθαι O. Utrumque probum. Dial. XI. οὐδὲ ποτὲ προμαντευομένους ὅτω γενέσθαι ταῦτα. d Ἐς τὸ εἴσω] Ita recte O. P. *f.* 72. Margo *A1W.* Reliquae Edd. εἰς τὸ εἴσω.

60. Καὶ τὰ μεγάλα θηρία] Τοὺς ἐλέφαντας λέγει. *V.*

42. Τρίτην] Suspecta mihi haec vox: certe ad trigesimum usque diem insepultum jacuisse Alexandrum legimus apud *AElian.* V. H. XII, 64. *M. du S.*

43. Πτολεμαῖος] Vide *Freinshem.* ad *Curt.* X, 10, 20. & doctos Commentat. ad *AElian.* V. H. XII, 64. *T.H.*

45. Ἐς Αἴγυπτον] Quod & factum est: vide *Lucan.* IX, 154. X, 20. In vitrea theca asservatum cadaver Augustus conspexit. *Sueton.* Octav. c. 18. & *Dion Cass.* LI. p. 454. citante *H. Prideaux* Part. II. p. 588. cum olim in aurea conditum fuisset: P. I. p. 451. *M. du S.*

49. Ἄνουβιν] Scribendum Ἀνουβιν, ut recte B. Πρ. c. 16. Correpta est prima; *Latrator Anubis.* *J. J.* Ἀνουβιν] Ita recte Ox. in reliquis Ἀνιουβιν. Vid. B. Πρ. c. 16. *M. du S.*

Ἀνουβιν] Junguntur Ἴσιδι, Ὀσίριδι, Ἀνούβιδι in App. Marm. Oxon. n. 2. Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι in Op. *Gruteri* p. 84, 3. & apud *Sponium.* Alexander autem in Ægypto, Memphi certe & Alexandriae, pro Deo cultus: *Lucan.* X, 272. *Summus Alexander regum, quos Memphis adorat.* Longe discrepabat a nostri Diogenis sententia *Theocritus*, quippe poëta cocliique regionum peritus, qui Eid. XVII, 18. aedem auream Ptolemaeo Philadelpho in Jovis aula construxit — ὥδε δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς Ἐδρᾶσε Πέρσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρης· pro quo posteriore vocabulo αἰολομίτρης posuit *H. Stephan.* Th. T. II. p. 259. G. Eundem honorem, quem numerosissimo bestiarum gregi tribuerant Ægyptii, deinceps regibus suis Alexandri successoribus jure quidem denegare non potuerunt: insaniam eorum superstites nummi testantur. *T.H.*

52. Ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου] *Neque enim fas est quemquam reverti, qui semel paludem transmiserit, atque intra specus hiatum descenderit.* In verbis ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου posset quidem intelligi τόπον· at non dubito, quin Lucianus scripserit εἰς τὸ εἴσω τοῦ στομίου, ut Dial. sequ. καθάλλεσθαι εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους. In editionis quoque Florentinae exemplari, in pergamenum impresso, video doctam manum in vocula τὸ extrivisse literam ν. *J. J.*

Τὸ εἴσω] Ita optime Ed. *J.* & St. Mf. Ox. & P. non, ut in reliquis est, τὸν. Vid. περὶ Πενθ. c. 5. *M. du S.*

53. Ἀμοιβὸς] Quia janitor erat Orci. Vid. Dial. XX. initio & fine. *M. du S.*

55. Ἐκεῖ-

immanes belluas, honorem, & gloriam; idque præterea, insignem esse curru vectum, religatum tænia candida caput, purpuream vestem fibula substrictam gerentem: non illa te pungunt mentem subeuntia? Quid lacrimaris, inepte? nonne ista te docuit sapiens Aristoteles non putare certa, quippe fortunæ dona?

γέα, ἢ τιμὴν, ἢ δόξαν· ἢ τὸ [e] ἐπίσημον εἶναι ἐλαύνοντα, ἀναδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον· ἃ λυπεῖ ταῦτά σε ὑπὸ τὴν μνήμην ἰόντα; τί δακρύεις, ὦ μάταιε; ἢ δὲ ταῦτά σε ὁ σοφὸς Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσε μὴ οἴεσθαι [f] βέβαια εἶναι τὰ ἀπὸ τῆς τύχης.

5. ALEX. Sapiens omnium iste adulatorum perditissimus? me solum sine ad Aristotelem quæ spectant scire, quam multa petierit a me, quales literas miserit, quam fuerit abusus meo doctrinarum ambitioso studio, dum blande assentatur, laudatque nunc ob pulcritudinem, quasi & illa pars sit boni; nunc ob res gestas & divitias: etenim illud etiam esse bonum ducebat, ut nullo pudore deterritus oblatas a me opes acciperet: præstigiator, Diogenes, plane, & mirus artifex. Illum adeo percepi fructum ex ejus sapientia, ut doleam

ΑΛ. Σοφὸς ἁπάντων ἐκεῖνος καλάκων ἐπιπληκτότατος ὤν; ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀριστοτέλους εἰδέναι, ὅσα μὴ ἤτησε παρ' ἐμοῦ, οἷα δὲ ἐπέστελλεν, ὡς δὲ καλεχρήτο μου τῇ περὶ παιδείαν φιλοτιμίᾳ θαττόνων, ἢ ἐπαινῶν ἄρτι μὲ [g] ἐς τὸ κάλλος, ὡς ἢ τοῦτο μέρος ὂν ἀγαθοῦ, ἄρτι δ' ἐς τὰς πράξεις, ἢ τὸ πλοῦτον. ἢ γὰρ οὖ ἢ τοῦτ' ἀγαθὸν ἡγεῖτ' εἶναι, ὡς μὴ αἰσχύναιτο ἢ αὐτὸς λαμβάνων. γόης, ὦ Διόγενες, ἄνθρωπος, καὶ τεχνίτης. [h] πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε ἀπολέλαυκα αὐτοῦ τὸ σοφίας, τὸ λυπεῖσθαι ὡς ἐπὶ με-

e Ἐπίσημον εἶναι ἐλαύνοντα] Bene F. & V2. sine distinctionis nota, quam ceteræ Edd. adsumserunt. f Βέβαια] F. solemni errore βαίωια. g Ἐς] O. πρὸς, & mox ἐπὶ τὰς πράξεις· utrumque male, & contra Græci sermonis scriptorisque nostri usum. h Πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε] O. ἀλλὰ ⊕ τοῦτό γε· quod probo.

55. Ἐκεῖνος] Melius *Luciani* consuetudini quadrat ἐκεῖνο. *T.H.*

62. Ταινίᾳ λευκῇ] Sic Dial. sequ. *J.B.*

65. Οἰδὲ ταῦτα &c.] Interpretes ita ceperunt, quasi hac orationis structura fuisset scriptum: οἰδὲ Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσέ σε ταῦτα, τὸ μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι τὰ ἀπὸ τῆς τύχης aptius ad hunc sensum τοῦτο convenisset, quam ταῦτα· ut mox, τοῦτό γε τὸ λυπεῖσθαι· nunc ταῦτα fieri non potest, quin idem sit, quod modo, ἃ λυπεῖ ταῦτά σε, illa nimirum, quae recensui, luxuriae & superbiae instrumenta; atque adeo copulari deceat, ταῦτα μὴ αὐτὰ βέβαια εἶναι. Eam ob rem orta mihi fuit suspicio, num forte τὰ ἀπὸ τῆς τύχης lectoris ingenio debeantur, ut clarius explicaret ταῦτα, margini adfixa: ceteroquin cur ordinem orationis expeditum multoque apertiorem insuper habuisset *Lucianus*? οἰδὲ, vel ἀλλὰ ταῦτά σε τὰ ἀπὸ τῆς τύχης ὁ σ. Ἀρ. &c. *T.H.*

68. Κολάκων ἐπιτριπτότατος] Sic in Tim. Aristotelis φιλοχρηματίας, θαττόνων, κολακείας ubique perstringit. *J.B.*

69. Ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀρ. εἰδέναι] Quanquam structurae norma constet, ut p. 344. v. 86. ἐκεῖνος ζῷ ἔασον p. 366. v. 70. ἔασον με ἔχειν, sententia tamen tam langulda videtur atque inepta, ut a *Luciano* profectam esse difficulter persuaderi mihi patiar: quid enim est post intortum illud acerbius convicium ἁπάντων ἐκεῖ-

νος κολάκων ἐπιτριπτότατος, aut quomodo tantae vehementiae respondet, *me solum sine quae ad Aristotelem spectant scire?* Quum vitium sentiret *Kuhnius*, succurrere conatus est laboranti loco pro εἰδέναι reponendo δώσειν ad *Diogen. L.* VIII, 30. *sine modo, ut recenseam aliquid de Aristotele.* Solerter excogitatum; neque tamen ejusmodi, ut repertae veritatis persuasione mentem feriat: aliud latere quiddam crediderim, quod olim forte fidelior membrana deteget. Mirum autem non est, Alexandrum hic asperius invehi in Aristotelem, cujus magistri sui jam dudum, antequam ad plures abiret, reverentiam omnem deposuisset: literas ad Antipatrum profert *Plutarch.* p. 696. D. ubi scripserit: τὴν δὲ σοφιστὴν (Callisthenem ab Aristotele commendatum: vid. *Diogen. L.* V, 10.) ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν &c. ἀντικρὺς δ' ἐν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλη. & p. 706. A. ad Cassandrum, ταῦτα ἐκεῖνα, inquit Alexander, σοφίσματα τοῦ Ἀριστοτέλους εἰς ἐκάστην λόγον. Invidiose vero *Athen.* XII. p. 537. F. non est quod miremur, ait, aetate nostra Herculem haberi voluisse Commodum, ejusque Dei insignibus ornari, Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοτελικοῦ τοσούτοις αὐτὸν ἀφαμαυοῦντος θεοῖς. *T.H.*

73. Ἄρτι μὲ εἰς τὸ κάλλος &c.] Adduxit *Thom. Magist.* in Ἄρτι, & quod statum sequitur, ὡς μὴ αἰσχύνοιτο ⊕ αὐτὸς λαμβάνων in Ὡς, perverse tamen praemisso titulo dialogi Diogenis & Herculis. *T.H.*

μεγίστοις ἀγαθοῖς [a] ἐκείνοις, ἃ καληριθμήσω μαρῷ γε ἔμπροσθεν.

ΔΙΟ. Ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσεις; ἄχος γάρ σοι ἡ λύπης ὑποθήσομαι· ἐπεὶ ἐνταῦθά γε ἑλλέβορος ἡ φύεται, σὺ δὲ καὶν τὸ Λήθης ὕδωρ χανδὸν ὑποπασάμενος πίε· καὶ αὖθις πίε, καὶ πολλάκις. οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ ὑπὲρ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. καὶ γὰρ καὶ Κλεῖτον ἐκεῖνον ὁρῶ, καὶ Καλλισθένη, καὶ ἄλλους πολλοὺς ὑπὲρ σὲ [b] ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο, καὶ ἀμύναιντό σε, ὧν ἔδρασας αὐτούς. ὥστε ἢ ἑτέραν σὺ ταύτην βάδιζε, καὶ πῖνε πολλάκις, ὡς ἔφην.

amissis, quasi maximis bonis, rebus illis, quas denumeraſti paulo ante.

6. DIOG. At ſcin' tu, quid facias: remedium enim tibi doloris ſuggeram, quandoquidem hicce loci helleborus non naſcitur. Tu ergo Lethes aquam ore patulo ductam bibe, iterumque bibe & ſæpius; ſic enim deſines propter Ariſtotelis bonorum amiſſionem dolore cruciari. Verum & Clitum illum video, & Calliſthenem aliosque multos in te irruentes, ut diſcerpant, atque ulciſcantur injurias a te illatas. Quare tu alteram illam viam ingredere, & bibe ſæpius, ut dixi.

XIV.

[c] ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ALEXANDRI ET PHILIPPI.

Φ Ι Λ. PHIL.

ΝΥΝ μέν, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶ-

1. NUnc ſane, Alexander, inficias haud iveris te filium eſſe meum; ne-

[a] Ἐκείνοις] Ea voce, quam O. praebuit, *Lucianum* auxi. [b] Ὁρμῶντας] *F.* ὁρῶντας· quod, niſi typothetarum errori ſit adſcribendum, *Francini* ἀδιαλείψεις eſt. [c] A. K. Φ.] Verſo ordine O. Φ. Ε Α.

87. Καὶ ἡδὲ Κλεῖτον] Τὸν σωματοφύλακα, ὃν μεταξὺ συνεχούμενον τῷ δορὶ διέτειρε. [*] Καλλισθένη δὲ τὸν φιλόσοφον, ὃς λίαν συγκαθειρχθεὶς ὑπ' Ἀλεξάνδρου διεφθάρη. *V.*

[*] Καλλισθένη] C. interponunt hic Κλειτοσθένη, mendoſe; nam ibidem & Καλλισθένη comparet. *M. du S.*

82. Οἶσθα ὃ δράσεις] Ἀττικώτερον eſt dicere, οἶσθ' ὃ δρᾷσον, ut apud *Ariſtoph.* Equ. v. 1155. ubi vide *Schol.* *L. K.*

89. Ὁρμῶντας] Ed. *F.* ὁρῶντας. Sed praeſtat vulgata, quam firmat etiam Ox. *M. du S.*

93. Οὐκ ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ &c.] Hoc exemplum poſuit *Henr. Stephan.* Anim. in Libr. de D. A. p. 32. ut morem Atticorum probaret ad negationem fortius intendendam duas tresve particulas negantes cumulantium: plura dabit *Steph. Bergler.* ad *Alciphr.* p. 215. *Olearius* ob ignoratum vulgatiſſimae ſtructurae modum merito caſtigatus a *L. Bos* in Ep. ad Hebr. XII, 19. *T. H.*

98. Ὡς χρήσιμον] Exiſtimet aliquis vel ὡς ſupervacuum eſſe, vel οἰόμενον εἶναι, vel denique ſcribi non abſurde poſſe ὡς χρησιμώτατον. Verum ſciendum eſt eum ſaepe locum tenere particulam ὡς, quem ſine orationis detrimento facile relinquere queat: de Luct. §. 24. τοὺς γονέας τῶ τετελευτηκότος πείθουσι γιγνώσκειν ὡς οὐκ ἀηδῶς μὰ Δι' ὑδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους. alibi plura dicentur. In opinione divinae ſtirpis excitanda & fovenda plures aſtum Alexandri agnoſcunt. *Arrian.* A. A. VII. p. 311. Ὅτι δὲ εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὐτῆ ἀνέφερεν, ἐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ μέγα αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ ἐ σόφισμα ἦν τυχὸν εἰς τοὺς ὑπηκόους τῦ σεμνοῦ ἕνεκα. *T. H.*

8. Γέρρα οἰσύϊνα] *Crates viminea*: quid gerræ, docet *Joſeph.* 3. Excid. erant veluti ſcuta quadrangula, ἰτέαι, de quib. alibi: ἰτεῖνας vocat *Heſych.* quem vide: lege *Lucian.* de Hiſt. Confcr. c. XXIII. *J. B.*

Γέρρα οἰσύϊνα] Has ipſas voces ponit *Etymol.* atque explicat p. 619. v. 18. Si *Luciani* verba putes, quod veriſimile videtur, ſolum eo referendum eſt illud interpretamentum, σκηπαστήρια ταῦτα πολεμικὰ, ἐ κυνηλατηρῆ δὴ, ὡς αἱ ἀσπίδες, ἀλλὰ τετράγωνα· cetera minus quadrant. Οἰσύϊναι ἀσπίδες ex *Thucyd.* IV, 9. ad-

nequaquam enim mortuus fores, ſiquidem Ammonis eſſes. ALEX. Nec ipſe ignorabam, pater, me Philippi Amynta nati filium eſſe: ſed interpretabar in meam partem oraculum, conducibile ratus ad res gerendas. PHIL. Quid ita? conducibile tibi videbatur præbere temet decipiendum a prophetis? ALEX. Non illud dico: ſed barbari ſtupore perculſi me formidabant, nullusque amplius reſiſtebat, arbitrati cum Deo ſe pugnare.

2. PHIL. At quos tu deviciſti bello vinci dignos viros, qui cum ignavis ſemper manum conſeruiſti, qui arcus, peltas minutas, ſcuta denique viminea præ ſe projiciunt? Græcos ſuperare labor erat, Bœotos, Phocenſes, & Athenienſes: tum Arcades gravis armaturæ, Theſſalum equitatum, Eleorum jaculatores, Mantinenſium cetratos milites, aut Thracas, Illyrios, quin etiam Pæonas ſubjicere, hoc præclaratum: Medos autem, Perſas & Chaldæos

95ναι· ὁ γὰρ ἂν ἐτεθνήκεις, Ἄμμωνος γε ὤν. ΑΛ. ἀλλ' αὐτὸς ἠγνόουν, ὦ πάτερ, ὡς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου υἱός εἰμι· ἀλλ' ἐδεξάμην τὸ μάντευμα, ὡς χρήσιμον ἐς τὰ πράγματα οἰόμενος εἶναι. ΦΙΛ. πῶς λέγεις; χρήσιμον ἐδόκει σοι τὸ παρέχειν σεαυτὸν ἐξαπατηθησόμενον ὑπὸ τῶν προφητῶν; ΑΛ. ὁ τοῦτο· ἀλλ' οἱ βάρβαροι καταπλάγησάν με, καὶ οὐδεὶς ἔτι ἀνθίστατο, οἰόμενοι θεῷ μάχεσθαι· ὥστε ῥᾷον ἐκράτουν αὐτῶν.

ΦΙΛ. Τίνων ἐκράτησας σύ γε ἀξιομάχων ἀνδρῶν, ὃς δειλοῖς ἀεὶ συνηνέχθης, τοξάρια, καὶ [d] πελτάρια, καὶ γέρρα οἰσύινα προβεβλημένοις; Ἑλλήνων κρατεῖν ἔργον ἦν, Βοιωτῶν καὶ Φωκέων καὶ Ἀθηναίων· καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτικόν, καὶ τὴν [e] Θετταλὴν ἵππον, καὶ τοὺς Ἠλείων ἀκοντιστάς, καὶ τὸ Μαντινέων πελταστικόν, ἢ Θρᾷκας, ἢ Ἰλλυριούς, ἢ καὶ [f] Παίονας χειρώσασθαι, ταῦτα μεγάλα. Μήδων δὲ, καὶ Περσῶν, καὶ Χαλδαίων, καὶ χρυ-

d Πελτάρια] *Scholiaſt.* πελτίδια. *Etymol.* p. 712. v. 18. ἀσπιδίσκια μικρὰ πελτάρια λεγόμενα. *e* Θετταλὴν] G. P. L. Θετταλικήν. Alterum amat *Noſter*: Θεσσαλός τινος φίλος Δ. E. I. *f* Παίονας] Sic pleraeque vetuſtae: perperam *H. P.* Παίονας.

7. Σαυνοφόρους] Σαυνοτοξόφους. *V.*
Τοξάρια] Ἀκόντια. *V.*
8. Καὶ πελτίδια] Μικρὰ ἀσπίδια. *V.* τετράγωνα. *G.*
Καὶ γέρρα] † Περσικὰ μὲν ἐστιν ὅπλα κυρίως τὰ γέρρα καλαχρηστικῶς δὲ ἅπαν τὸ σκέπασμα, εἴτε διφθέρινον, εἴτε ἐξ ἄλλης τινὸς ὕλης γέρρον ἐλέγετο. *V.* μικρὰ ἀσπίδια. *C.*
Οἰσύινα] Εἰδοῦς ἰτέας. *G.*

† Περσικὰ] Haec eadem in Etymologo leguntur. Doctior erat Scholiaſtae noſtri de γέρρου adnotatio ad Toxar. ubi plura nobis dicenda erunt. *T. H.*

adnotavit *Poll.* VII, 176. X, 176. *Luciani* locus utriusque ſcriptoris Commentatores eruditos non fefellit, uti nec *H. Stephan.* ad *Xenoph.* K. Π. p. 24. v. 13. De gerris autem ſcuto Perſico luculenter agit *Barn. Briſſon.* de Regn. Perſ. III. p. 290. 291. *T. H.*
Ibid. Οἰσύινα] Vid. Not. ad Ἁλιευτ. c. 21. *M. du S.*
10. Καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτ.] Haec ita diſtinxerant in prioribus Edd. quaſi praecedentibus adhaererent: ſeparavi, ut ad verbum χειρώσασθαι eſſe referenda liquidius conſtaret. In his vertendis mirum eſt aberrare potuiſſe Interpretes: ſuas res adverſus fortes viros ac bellicoſos geſtas commemorat Philippus, ut inſtituta comparatione Alexandri victorias ab imbelli hoſte reportatas deprimat. Viciſſim Alexander paulo poſt patrem perſtringit, ſe procul abfuiſſe teſtatus a pravis artibus, quibus ille potius quam vera virtute bellica Graecos ſuperarit: ea ſpectant iſta amarulenta: ὅμως δὲ λαμπρὰς αὐτοὺς, καὶ προδοσίαις ἀνοσίοις τὰς πόλεις &c. nam Philippus revera inter Graecos ob haec facinora male audiebat, nihilque eorum eſt, quod inprimis a *Demoſthene* ipſi non fuerit objectum. *T. H.*
11. Τὴν Θετταλὴν ἵππον] Mſ. Θετταλικὴν ἵππον. Scio αἷμος σκύθης & ſimilia: ſed *Lucianum* haec obſoleta non amare id quoque ſcio. *J. G. G.*
Θετταλικήν] Praeter G. etiam P. & L. Alibi tamen Noſter Θετταλὸν de equa, Ζεὺξ. c. 6. τὸν Θήλειον δὲ, ἵππον γε τοσαύτης, εἶναι μάλιστα οἱ Θετταλοί· οἱ δὲ ἄλλοι ἵπποι μείονες αὐτῶν. Forſan, cum de equitatu ſermo eſt, aliter ſolebant efferre: certe Ζ. τρ. c. 21. ἵππων Θρᾳκικῶν. *M. du S.*

χρυσοφόρων ἀνθρώπων καὶ ἁβρῶν, οὐκ οἶδα, ὡς πρὸ σοῦ μύριοι μὲν Κλεάρχῳ ἀνελθόντες ἐκράτησαν, οὐδ' εἰς χεῖρας ὑπομεινάντων ἐλθεῖν ἐκείνων, ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι φυγόντων.

auro nitentes homines ac molles non meministi ante te a decem illis millibus, qui cum Clearcho in Persidem sunt profecti, esse superatos, quum ne manus quidem gradumque conferre sustinerent, sed antequam telum ad eos perveniret, in fugam se darent.

ΑΛ. Ἀλλ' οἱ Σκύθαι γε, ὦ πάτερ, καὶ οἱ Ἰνδῶν ἐλέφαντες οὐκ εὐκαταφρόνητόν τι ἔργον. καὶ ὅμως ὁ [a] Διαστήσας αὐτούς, οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας, ἐκράτουν αὐτῶν· οὐδ' ὀμόσας πώποτε, ἢ ὑποχόμενος ἐψευσάμην, ἢ ἄπιστον ἔπραξά τι τῆς νίκης ἕνεκα. καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ, τοὺς μὴ ἀναιμωτὶ παρέλαβον· Θηβαίους δὲ ἴσως ἀκούεις ὅπως μετῆλθον. ΦΙΛ. οἶδα ταῦτα πάντα. Κλεῖτος γὰρ ἀπήγγειλέ μοι, ὃν σὺ τῷ δορατίῳ διελάσας μέλαξυ δειπνοῦντα ἐφόνευσας, ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε.

3. ALEX. Attamen Scythæ, pater, & Indorum elephanti haud sane contemnendi; quos equidem, non factione mota divisos, nec emta proditione victoria, superavi tamen: neque pejeravi umquam, promissamve fidem fefelli, aut perfidum aliquid designavi vincendi causa. Græcos porro, hos sine sanguine mihi adjunxi; Thebanos autem forte inaudivisti quibus suppliciis sim persecutus. PHIL. Novi isthæc omnia: Clitus enim renunciavit mihi, quem tu spiculo trajectum inter cœnam trucidasti, quia me ad tuas res gestas comparatum laudare instituerit.

Σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καλαβαλὼν, κάνδυν, ὥς φασι, μελενέδυς, καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ

4. Tu præterea Macedonica chlamyde projecta, mutato, ut aiunt, in candyn Persicam habitu, & tiaram rectam capiti imposuisti, & adorari a Ma-

[a] Διαστήσας] G. P. & *Scholiast.* Ἀφιστάσας utrumque aeque commodum, ut quid *Lucianum* auctorem habeat dijudicare sit difficile.

23. Οὐ Ἀφιστάσας] Οὐ [*] Ἀφιχίσας ὁ Φίλιππος χρήμασι παρίχων ἑαυτὸν ἐνέβαλεν εἰς ταῖς πόλεσιν. *V.*

[*] Διασχίσας] C. διαστίχισας· λέγεται γὰρ ὅτι Φ. Lege διαστίσας, quod & in textum multarum Editionum irrepsit. *M. du S.*

35. Κάνδυν] Ἰμάτιον. *V.*

Videtur in hoc corrupto vocabulo duplex lectio confusa διαστίσας & διασχίσας. *T. H.*

16. Χρυσοφόρων] Dico alibi. *J. B.*

Χρυσοφόρων] Commode: hac enim per contumeliam velut inusta mollitiei nota Persas Medosque victores Graeci significabant: Epigr. apud *Lycurg.* in Leocr. p. 163. Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι Χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν. Simul hinc patet delendum esse καὶ, quod praecedit χρυσοφόρων *T. H.*

17. Μύριοι] Vide *Xenophontis* ea de re libros ab omnibus legi dignos. *M. du S.*

23. Οὐ Ἀφιστάσας] Idem codex pro ὁ Ἀφιστάσας, αὐτούς, scribit, ὁ Ἀφιστάσας αὐτοὺς, *eos non divellens*, sive *diducens*: sed in vulgata sententia eadem est. *J. G. G.*

Οὐ Ἀφιστάσας] In MS. suo invenit Cl. *Graevius* Ἀφιστάσας pro Ἀφιστάσας, & ita legit quoque in suo codice *Scholiastes*. Sed recte judicat Vir Cl. in vulgata eamdem esse sententiam. Quin & in hoc usu διϊστάναι est frequentissimum pro Ἀφιστᾶν, χωρίζειν, Ἀφιχωρίζειν quemadmodum passim hoc verbum interpretatur *Hesychius*. *J. J.*

24. Προδοσίαις] Tangit patris cauponium, de quo *Demosth.* alii. *J. B.*

31. Δορατίῳ] Venabulum, hastam, sarissam, lanceam, αἰχμὴν vocant; quibus *Luciani* δορατίον addidit *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 1, 52. *T. H.*

32. Ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε] *Luscinius: eo quod nomen meum celebrarat & meas res gestas cum tuis conferre auderet.* Admodum lenta. *Benedictus* accuratior: *eo quod me collatis utriusque rebus gestis, laudare ausus fuisset.* Sed cur elegantiam Graecam obscurant & malunt circumire, quam mera & nuda verba auctoris sequi? Quod non aliunde profectum, quam quod auctores earum non cogitarent *Ciceronem* dixisse, *Isocrates majore mihi ingenio videtur, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur; Justinum, Lydorum reges fuere variis casibus memorabiles;*

Macedonibus, ab hominibus liberis volebas, quodque omnium erat maxime ridiculum, æmulabare mores devictorum: nam omitto dicere, quæ alia perpetraris, dum in eandem caveam cum leonibus includis eruditos viros, nuptiasque tales celebras, & Hephæstionem ultra modum diligis: id unicum laudavi tantummodo relatum, abstinuisse te a Darii uxore formosa, ejusque matre, & natarum curam habuisse: hæc enim regia sunt.

Μακεδόσιν, ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίους· καὶ, τὸ πάντων γελοιότατον, ἐμιμεῖτο τὰ τῶν νενικημένων. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅσα ἄλλα ἔπραξας, ὁπόταν συγκαθαιρεθείων παιδευμάτων ἄνδρας, καὶ γάμους [b] τοιούτους γαμῇς, καὶ Ἡφαιστίωνα ὑπερφιλῇς. ἓν ἐπῄνεσα μόνον ἀκούσας, ὅτι ἀπέσχου τῆς Δαρείου γυναικὸς καλῆς οὔσης, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν θυγατέρων ἐπιμεληθῇς· βασιλικὰ γὰρ ταῦτα.

5. ALEX. Ad pericula vero subeunda promtum animum, pater, non laudas, nec quod in Oxydracis primus desiluerim intra murum, totque acceperim vulnera? PHIL. Non laudo, Alexander; non quod pulcrum esse non putem etiam vulnerari aliquando regem, & pro exercitu pericula suscipere; sed quod tibi tale inceptum minime conducebat: deus enim quum videbare, si quando vulnerarereris, viderentque te portatum prælio efferri, cruore manantem, ingemiscentem vulnere, hæc utiAΛ. Τὸ φιλοκίνδυνον δὲ, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπαινεῖς, καὶ τὸ ὑπὲρ Ὀξυδράκαις πρῶτον καθάλαι εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ τοσαῦτα λαβεῖν τραύματα; ΦΙΛ. οὐκ ἐπαινῶ τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε· οὐκ ὅτι μὴ καλὸν [c] εἶναι οἶμαι καὶ τιμώσκεσθαί ποτε τὸν βασιλέα, καὶ προκινδυνεύειν τοῦ στρατοῦ· ἀλλ' ὅτι σοι [d] τοιοῦτο οὐκ ἐσυμφέρετο· θεὸς γὰρ εἶναι δοκῶν, εἰ τοσαῦτα τρωθείης, καὶ [e] βλέποιέν σε φερόμενον τοῦ πολέμου ἐκκομιζόμενον, αἱμάσσοντα ῥέοντα, αἱμάσσοντα ὅπου τοῦ τραύματος, ταῦτα

les; nullus tamen fortuna Candauli comparandus. Et sic alii. *J.G.*

34. *Μακεδονικὴν χλαμύδα*] Consule *Spanhem.* de Pr. & U. N. A. p. 457. Mollior enim erat & habebatur Persarum vestis, ut supra in hoc dialogo dixit; & iterum, quamvis de Parthis jam, ex eodem constat; Ἀλεξ. c. 27. *Θηλυχίτωνα ἀνὴρ* pro Partho. *M. du S.*

35. *Κάρδιν*] *Χιτῶνα Περσικὸν στρατιωτικὸν* lege *Suid. Hesych.* dico ad *Heliod.* lib. 7. de tænia dictum antea. *J.B.*

36. *Τιάραν ὀρθὴν*] Vid. eundem *Spanhem.* p. 466. *M. du S.*

37. *Ὑπ' ἰλλάθων*] Admodum displicet illud *ὑπ'*. Ego delendum censeo. *M. du S.*

40. *Λέουσι*] Temere vulgari fabulam, qua Lysimachum leoni objectum ab eo scribunt, ait *Curt.* VIII, 1. *Justinus* tamen ei fidem facit XV, 3. *M. du S.*

41. *Γάμους τοιούτους*] Seponere non possum levem vitii suspicionem in vocabulo secundo: debuisse videtur *Lucianus* designare conditionem nuptiarum, quas improbabat: nemini obtrudo, quod in mentem venit, *γάμους ἀθύτους*. Quae hic Alexandro nuptiae vitio vertuntur, eas ipse verbis plane similibus laudi sibi ducit in illa elaboratissima oratione apud *Arrian.* VII. c. 10. *γάμους δὲ ὑμῖν τοὺς αὐτοὺς γεγάμηκα, καὶ πολλῶν ὁμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς.* Hac etiam in parte, ut in plerisque aliis, a *Luciano* dissentit *Plutarchus* Alexandri vel in primis admirator *περὶ τ' Ἀλ. T. ἢ Ἀ. Or.* I. p. 329. E. 330. A. *T.H.*

47. *Ἐν Ὀξυδράκαις*] Communem historicorum opinionem secutus est Noster, quam refutavit *Arrian.* VI. c. 11. Alexandrum in Mallis audacissimum facinus edidisse docens. Utrosque Mallos & Oxydracas in hac historia conjunxit *Diodor. Sic.* XVII. p. 613. D. & 614. C. *κυβέλατο μὲν ἔτι ὀκτὼ μόνας ἐς τὴν πόλιν.* Vide *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* IX, 4, 26. *T.H.*

40. Ἄνδρας] Καλλισθένην καὶ † Λύσανδρον. *V.*

† Λύσανδρον] Nota Callisthenis historia: quanquam de ejus poena & morte valde dissentiant: vid. *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 8. n. 21. sed quem Lysandrum, caveae leonum itidem includendum, indicet, non reperio. *Suidas* in Καλλισθένης Neanchum Tragicum illi adsociavit: an pro eo memoriola vacillans *Scholiastae* nobis Lysandrum suggessit? *T.H.*

47. ‡ Ὀξυδράκαις] Ἐθνος. *V.*

‡ Ὀξυδράκαις] Hoc Ed. A. vitium correxit *M. du Soul. T.H.*

b Τοιούτους] P. τοσούτους. c Εἶναι οἶμαι] O. οἴομαι εἶναι. d Τοιοῦτο] O. τὸ τοιοῦτον recte. e Βλέποιεν] Sic O. *V2. S. A.* vitiose in ceteris *βλέπειν.*

τα γέλως ἦν τοῖς ὁρῶσι· καὶ ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευδόμαντις ἐλέγχεο, καὶ οἱ προφῆται κόλακες. ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν ὁρῶν τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν λειποψυχοῦντα, δεόμενον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; νῦν μὲν γάρ, ὁπότε ἤδη τέθνηκας, οὐκ οἶει πολλοὺς εἶναι τοὺς τῇ προσποιήσει ἐκείνῳ διαπερῳμένους, ὁρῶντας τὸν νεκρὸν τοῦ Θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξωθηκότα κατὰ νόμον σωμάτων ἁπάντων; ἄλλως τε καὶ [a] τὸ χρήσιμον, ὃ ἔφης, Ἀλέξανδρε, τὸ ἀπὸ τούτου κρατεῖν ῥᾳδίως, πολύ σε τῆς δόξης ἀφῃρεῖτο τῆς κατορθωμένων· πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ Θεοῦ γίνεσθαι δοκοῦν.

que ridendi materies erat futura ſpectantibus, & Ammon impoſtor, falſusque vates arguebatur; prophetæ vero adulatores. Et quis non riſiſſet, ſi videret Jovis filium animo deficientem, implorantem medicorum operam? Nunc vero, quum jam mortuus es, non tu cenſes multos eſſe, qui ſimulationem divinitatis iſtam acerbioribus jocis proſcindant, quum vident cadaver Dei porrectum, putreſcens jam ac tumidum ex lege corporum omnium. Præterquam quod illa, quam dicebas, Alexander, utilitas, quaſi eam ob cauſam facili victoria potireris, multum tibi detraxit gloriæ rerum egregie geſtarum: nihil enim non videbatur minus & infra dignitatem, quod a Deo fieri videretur.

ΑΛ. Οὐ ταῦτα φρονοῦσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ἐμοῦ, ἀλλ' Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ ἐνάμιλλον τιθέασί με. καίτοι τὸν [b] Ἄορνον ἐκεῖνον, οὐθ' ἑτέρῳ ἐκείνων λαβόντε, ἐγὼ μόνος ἐχειρωσάμην. ΦΙΛ. ὁρᾷς ὅτι ταῦτα ὡς υἱὸς Ἄμμωνος λέγεις, ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτόν; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐδὲ τὸν τύφον ἀποβαλῇ, καὶ γνώσῃ σεαυτόν, καὶ συνῇς ἤδη νεκρὸς ὤν.

6. ALEX. Non iſta de me ſentiunt homines, ſed cum Hercule & Baccho comparant: quin imo Aornum, illam inacceſſam avibus rupem, quum neuter illorum ceperit, ego ſolus ſubegi. PHIL. Viden', iſta te tanquam Ammonis filium dicere, qui Herculi & Baccho æquiparas te ipſum: nonne te pudet, Alexander, nec faſtum dediſces, teque ipſe cognoſces, & jam intelliges te mortuum eſſe?

ACHIL-

a Τὸ χρήσιμον ὃ] O. τοῦτο ἃ χρήσιμον ἔφης unde *M. du Soul* fingebat, τοῦτο ὃ χρ. ἔφης. b Ἄορνον] G. P. L. Ἄορνιν.

57. Ἄμμωνος] Οὕτω Ζεὺς παρὰ * Λίβυσι πρὸς τούτων Ἀλιξικακοῦ χρησμὸν διαπράξασθαι ἦλθε, καὶ ἄκουσα, Υἱὸς μοῦ εἶ. G.

* Λίβυσι] Debuerat Λιβύσι· ſed quae ex G. Exc. promuntur, plerumque notae ſunt non optimae, & nonnunquam vix bene Graeca; quale quod mox ſequitur χρησμὸν διαπράξασθαι ἦλθε. T. H.

63. Ἐπικερτομοῦντες] Jam irriſa fuerat, atque objecta Alexandro vivo praeſentique ſtirpis ementiendae ſuperbia: *Arrianus* eodem hoc uſus verbo VII. c. 8. Macedones οὐκοῦν σιγῇ ἔχοντες ἐκαρτέρησαν, ἀλλὰ πάντας μὲν ἀπαλλάττειν τὴν σφετερίαν (σφετέραν) ἐκέλευον, αὐτὸν δὲ μὴ τῷ πατρὶ σφετερίσασθαι τὴν Ἄμμωνα δὴ τῷ λόγῳ ἐπικερτομοῦντες. T. H.

69. Πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς] Mentem *Luciani* non ceperunt interpretes, in his verbis, πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ Θεοῦ γίνεσθαι δοκοῦν, quae ſic ſunt interpretanda: *Omne enim id videtur minus, quod a Deo creditur geri.* Dixit id multum imminuit gloriam tuam & res geſtas, quia venditabas te Deum eſſe, ſeu Dei filium. Id enim quod a Deo geri creditur contra homines, quia Deus omnia poteſt, & longe viribus omnium hominum eſt potentior, non tanti faciunt homines, nec putant virtuti adſcribendum, ſed potentiæ divinæ omnibus humanis opibus majore. Vertunt: *Nam etſi hæc a Deo geri viderentur, Diis tamen longe inferiora agere viſus es.* Vides quam male. J. G. G.

Πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς &c.] Interpretes merito caſtigavit *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* IV, 7, 30. ubi, poſitis *Luciani* verbis monet: *Senſum non ceperunt interpretes; eſt autem hic:* quicquid enim egiſti, id omne, ſiquidem ut a Deo geſtum aeſtimari debebat, imperfectum longeque infra dignitatem poſitum cenſebatur. *Et patet ratio: nam ab homine victas eſſe nationes, expugnatas urbes, everſa imperia ſi narres, quilibet profecto cenſebit, eum hominem inter ceteros excelluiſſe aut ſi Deo, vel etiam angelo tribuas, nemo certe magnopere*

XV.

ACHILLIS ET ANTILOCHI.

ANT.

1. QUalia pridie, Achilles, ad Ulyſſem a te ſunt dicta de morte, quam humilis animi minimeque digna utrisque præceptoribus Chirone & Phœnice! auſcultabam enim, quando dictitabas malle te in terra vitam degentem mercenariam operam præſtare cuipiam inopum, cui victus copia non abundet, quam omnibus imperare mortuis: iſta abjectum aliquem ignavumque Phrygem, ultra quam decorum ſit, vitæ cupidum forte fas erat proloqui; at Pelei filium, heroum omnium promtiſſime ſe periculis offerentem tam demiſſa de ſe cogitare pudendum plane, & multimodis diſcrepans a rebus in vita geſtis; ut qui, quum liceret inglorium in Pthiotide diuturnumque regnum poſſidere id *mirabitur*, *cum omnes ſciant*, nullas eſſe hominum adverſus Deos vires, *ut loquitur Juſtin.* II, 12, 10. *T. H.*

73. Ἄορνον] Ἄορνυ Mſ. non ἄορνον, ſed utroque modo ſcriptum hoc vocabulum inveniri, & in uſu eſſe docuit *Euſtathius* ad *Dionyſium Periegeten*. *J. G. G.*

Ἄορνον] Ἄορνυ etiam P. & L. habent; ſed aliter cæteri tum hic, tum Ἑρμ. c. 4. & Ῥητ. c. 7. *M. du S.*

Τὴν Ἄορνον] *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 704. Vid. ad Ῥητ. Διάλ. §. 7. Multa de hac celeberrima petra contulerunt *Raderus* & *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 11, 2. ubi inter *Aornon* & *Aornin* Codices non minus, quam editi libri fluctuant. Herculi autem Liberoque ſaepe conferri Alexandrum docebit idem *Freinshem.* ad *Curt.* IX, 2, 29. *T. H.*

79. Συῆς] Fl. nullum ſubſcripſit jota, quod omnes reliquae citius, quam oportebat, arripuerunt: verum addenda fuerat litera per injuriam vicinae ſimilis extrita συσῆς, ut γνώσῃ, δαμαθήσῃ. *T. H.*

80. Οἷα πρόφρων] Dialog. ex his verſib. Odyſſ.

> Μὴ δή μοι θάνατόν γε παραίνεε φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
> Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητεύμεν ἄλλῳ
> Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
> Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Cætera item ex variis locis *Homeri*. *J. B.*

ANT.

80. OΙα πρόφρων, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸν Ὀδυσέα σοι εἰρῆσθαι περὶ τῆς θανάτου ὡς ἀγενῆ καὶ ἀνάξια τῶν διδασκάλων ἀμφοῖν, Χείρωνός τε καὶ Φοίνικος; ἠκροώμην γάρ, ὁπότε ἔφης βούλεσθαι ἐπάρουρον ὄντα θητεύειν τῳ τινι τῶν ἀκλήρων, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, μᾶλλον ἢ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἀγενῆ τινα Φρύγα δειλὸν, καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος φιλόζωον ἴσως ἐχρῆν λέγειν· τὸν Πηλέως δὲ υἱὸν, τὸν φιλοκινδυνότατον ἡρώων ἁπάντων, ταπεινὰ οὕτω περὶ αὐτοῦ διανοεῖσθαι πολλὴ αἰσχύνη, καὶ σφαντιότης πρὸς τὰ πεπραγμένα σοι ἐν τῷ βίῳ· ὃς, ἐξὸν ἀχιλεῖ ἐν τῇ Φθιώτιδι πολυχρόνιον βασιλεύειν,

84. Ἐπάρουρος ὤν] Argumentum hujus dialogi ex *Homero Lucianus* derivavit Od. Λ, 488. utque erat in principem poëtarum paulo iniquior, abſtinere non potuit, quin animadverſionis, tectae quidem atque ingenioſae, maculam ipſi adſpergeret; ſecutus hac in parte *Platonis*, quem tamen ipſum alibi non mollius tractat, judicium: is enim initio lib. III. de Rep. hos verſus in primis aliosque ſimiles, tanquam ad frangendum animi robur idoneos, expungendos eſſe cenſuit. Quod de Pelidae magiſtris modo Noſter, a *Platone* quoque ſumtum p. 612. C. Ἀχιλλεὺς θεῖός τε ὢν καὶ Πηλέως σωφρονιστοῦ τε ἐκ τρίτου ἀπὸ Διὸς, καὶ ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος &c. Firmat autem vulgatam *Homeri* lectionem ἐπάρουρος, cujus duplicem ſignificatum, ut ex *Euſtathio* & *Heſychio* patet, veteres expoſuerunt, ἐπίγειον ſcilicet, vel κεκτημένον ἐπιμέτρια ſive τὴν γῆν ἐργαζόμενον quum aliis ſcribendum videretur, Βουλοίμην κε παρουρος ἐὼν, id eſt, φύλαξ, εἰς φυλακήν τινα τεταγμένος μισθωτικῶς, teſtibus *Etymol.* p. 353. & *Euſtath.* p. 1695. Eundem *Homeri* locum, ſed alia ratione, *Dion Chryſ.* adhibuit Or. IV. p. 67. B. Facete *Lucilius* apud *Non.* p. 519. *Nunc paucis malim ac ſapientibus eſſe probatum*, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Mox θηλὸν non equidem improbo; quia hac tamen acceſſione indigere non videtur ἀγενῆ τινα Φρύγα, conſiderandum eſt, an praeſtet θῆλυν. *T. H.*

λεύειν, ἐκὼν προείλω τ μ᾽ ἢ ἀγαθῆς δόξης θάναλον.

ΑΧ. Ὦ παῖ Νέστορος, ἀλλὰ τότε μὲν ἄπειρος ἔτι τ ὀνταῦθα ὤν, ἡγοῦμαι τὸ βέλτιον ἐκείνων ὁπότερον ἦν ἀγνοῶν, τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τῆς βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελὴς, εἰ καὶ [a] ὅτι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι· μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοίμια· καὶ οὔτε τὸ κάλλος ἐκεῖνο, ὦ Ἀντίλοχε, οὔτε ἡ ἰσχὺς πάρεστιν, ἀλλὰ κείμεθα ἅπαντες ὑπὸ τῷ αὐτῷ ζόφῳ ὅμοιοι, καὶ κατ᾽ οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντες· καὶ οὔτε οἱ τῶν Τρώων νεκροὶ δεδίασί με, οὔτε οἱ τῶν Ἀχαιῶν θεραπεύουσιν· ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς, καὶ νεκρὸς ὅμοιος, ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. ταῦτά με ἀνιᾷ, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ θητεύω ζῶν.

ΑΝΤ. Ὅμως τί ἂν τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰρ ἔδοξε τῇ Φύσει, πάντας ἀποθνήσκειν ἅπαντας. ὥστε χρὴ ἐμμένειν τῷ νόμῳ, καὶ μὴ ἀνιᾶσθαι τοῖς διατεταγμέ-

re, ultro prætuliſti conjunctam cum pulcra laude mortem.

2. ACH. Neſtoris fili, tunc equidem inexpertus rerum inferarum, ignarusque utrum ex duobus præſtaret, miſeram iſtam gloriolam anteponebam vitæ: nunc vero jam tandem intelligo, illam eſſe infructuoſam, quicquid etiam ſuperi garriant, inter mortuos autem æqualia honoris jura: neque forma illa, Antiloche, nec robur adeſt; ſed jacemus omnes ſub eadem caligine ſimiles, & nulla parte alter ab altero diverſi: neque Trojanorum umbræ pertimeſcunt me, neque Achivorum obſervant: verum æqualitas juris exacta, mortuique ſimiles, ignavi fuerint an fortes. Iſta me torquent, & graviter fero, qui mercenariam vitam non agam.

3. ANT. Attamen quid facias, Achilles? hoc enim ita viſum fuit naturæ, ut omnino moriantur omnes. Quamobrem legi obtemperandum eſt, neque oportet gravari

[a] Ὅτι μάλιστα] Ita *W.* ὁτιμάλιστα F. quomodo ſolent ejusmodi voculae in vetuſtis Codd. & antiquis Edd. ſcribi. Reliquae Edd. ὅ, τι μάλιστα.

2. Ἐκείνη] Reſpicit ad vocem δόξα, quam in animo habebat *Lucianus*, non ad δοξάριον, qua uſus erat. *J.C.*

Ibid. Ὅ, τι μάλιστα] Perperam in omnibus libris excuſis, quos vidi, ſcribitur εἰ καὶ ὅ, τι μάλιστα, οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσιν, cum ὅτι ſcribendum ſit; ὅτι μάλιστα, ut ὅτι τάχιστα, *maxime, celerrime: licet maximopere celebrarint homines.* *J.G.G.*

Ὅτι μάλιστα] Sola Fl. ὁτιμάλιστα, qui mos eſt ſcribendi vetuſtarum Edd. exinde cunctae corruptius ὅ, τι μάλιστα. Quanquam dixerat τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον, tamen hic, quaſi δόξαν ſcripſiſſet, ſubjecit ἐκείνη μὲν ἀνωφελὴς· qualia multa veteres uſurpant vel per incogitantiam oblata, vel variandae orationis ergo ſtudio quaeſita: vide *Daviſ.* ad *Cicer.* de N. D. II. p. 199. *Duker.* ad *Thucydid.* II. p. 127. n. 53. *T.H.*

9. Ἰσηγορία δὲ ἀκριβὴς] Manium, apud quos *Lydus Dulichio non diſtat Croeſus ab Iro*, ut venuſte canit *Propert.* III. El. 3. ἰσηγορίαν & ἰσονομίαν, ſalvo tamen προοιμίας cujusdam jure, ubique Noſter commendat; propterea laudatus a *Barthio* ad ſimilem *Claudiani* locum in *Ruſin.* II, 474. *Senec.* de Ir. III, 43. *Venit ecce mors, quae nos pares facit. Sil. Ital.* XIII, 776. — *Croeſi mox advolat umbra, Dives apud ſuperos, ſed mors aequarat egenis.* Verum propius ad *Luciani* jocos accedit *Plaut.* Trin. A. II. Sc. IV, 92. Ingentem hujusmodi ſententiarum cumulum, qui talibus delectatur, in veterum ſcriptis facile reperiet. *T.H.*

16. Ἄλλως τε, ὁρᾷς] Legitur in editis: Ἄλλως τε, ὁρᾷς τὰ ἑταίρων ὅσοι περὶ σὲ ἴσμεν ὧδε; μὴ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται πάντας φέρει δὲ ὦ δαιμονίαν ἐκ ἡ κοινωνία τῶν πραγμάτων. Sed qui hunc locum inſpexerit attentius, animadvertet, ſcribendum & diſtinguendum eum ſic eſſe: Ἄλλως τε ὁρᾷς, τὰ ἑταίρων ὅσοι περί σε ἴσμεν ὧδε. μὴ μικρὸν δὲ καὶ Ὀδυσσεὺς ἀφίξεται. πάντας φέρει δὲ ὦ δαιμονίαν καὶ ἡ κοινωνία τῶν πραγμάτων. *Vides alioquin, quanta turba ſociorum tuorum ſimus hic. Non longe poſt autem huc veniet quoque Ulyſſes. Omnino ſolatium affert ſocietas earumdem rerum.* Nam *ſolamen miſeris ſocios habuiſſe malorum.* In fine dialogi haeret quoque macula, quam ante complures annos eluimus, ſed nunc nobis adſtipulari Mſ. gaudemus: ſic enim in illo legitur: σιωπᾷν γὰρ καὶ φέρειν δίδακται ἡμᾶς, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλωμεν, ὥσπερ σὺ, τοιαῦτα εὐχόμενος. *Fixum nobis eſt tacere, ferre, & tolerare, niſi velimus ludibrio eſſe, ut tu, ſi optaremus talia.* Nam δίδωσι ἡμῖν, quod in editis eſt, reſpuit omnino ſenſus hujus loci. Quis enim illis hoc dedit, & conceſſit? Imo dicit ſibi deliberatum eſſe, & ſibi firmam ſtare ſententiam omnia potius facere, quam inanibus quo-

vari jussa : atque etiam vides , sodalium quot circa te simus ; Ulysses autem jamjam aderit omnino : adfert quippe solatium societas rei malæ , & quod eam non ipse solus perpetiaris. Vides Herculem & Meleagrum , aliosque viros admirandos , qui , puto , non cupiant sursum in vitam redire , si quis eos emiserit mercedem merituros apud inopes paupercúlosque homines.

4. ACH. Qualis sodalem decet est hæc admonitio : me tamen nescio quomodo memoria rerum per vitam actarum angit ; ni fallor , & vestrum unumquemque : quod si minus fatemini , tanto pejores estis , qui taciti eodem dolore adficiamini. ANT. Minime , sed meliores , Achilles : nullum enim esse proloquendi fructum videmus : silere igitur , & ferre ac tolerare casum constitutum est nobis , ne risum insuper debeamus , quemadmodum tu , talia optantes.

Ἀνεπιδεεῖς] Ejus, quam *Thomae Magiſtri* liber praetulit, lectionis ἀτελεῖς nullum extat in noſtris veſtigium: ipſa tamen indicio eſt, quod ante nos ſuſpicari diximus, hunc dialogum male fuiſſe a deſcriptoribus habitum. Quum autem interpretatur ἀτελὴς, ὁ ἀμύητος, id quidem ut ſatis eſt ad hujus loci ſententiam conveniens, ſic magno opere vereor, ne a conſuetudine Graeci ſermonis abhorreat: equidem memini non diſſimili ſtructura ſcribi a *Dionyſ. Hal.* A. R. VIII. p. 506. v. 38. Εἰ δὲ ἁμαρτὼν τῆς πείρας ἀτελὴς τοῦ ἔργου ἀναχωρήσειεν ſed alia eſt & poteſtas & ſignificandi ratio. Forte quis exiſtimet, ita defendi poſſe ἀτελεῖς, ſi eum in modum intelligatur, ut Latinorum *inmunis*: in *Gloſſis* alterum alterius explicationi inſervit vocabulum. Tum ſenſus erit, isque minime contemnendus: *ſed inmunes ſumus rerum iſtarum omnium: ſed oneribus illis ac functionibus ſitiendi eſuriendique ſumus levati.* Qui hanc elegantiam non capiebant, videri poſſunt mutaſſe. Nos interea, dum certius fundamentum detegatur, lectione vulgata erimus contenti. *T.H.*

35. Μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ] Non eſt, *ne tibi contradicas*, ut *Benedictius*; ſed, cum multum circumiveris, te veluti fugiens, in te ipſe incidas. *J.C.*

Περιπίπτῃς σεαυτῷ] *Budaeus* C. L. G. p. 431. poſitis *Luciani* verbis addit: *revolvatur & circumagatur*: quod proprie pertinet ad explanandum περιῇς. Modo in *Gregorii Nazianz.* loco, ὅτως ἀνάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ παγίαχόθεν ἑαυτῇ περιπτυσσα, reddiderat: *in ſemet ipſam incurrens, ipſa ſibi contraria.* Eſt autem περιπίπτειν ἑαυτῷ, quando quis iis argumentis & probationibus utitur, quibus in ſe converſis facile refutetur, eoque pacto in ſemet ipſe incurrens abſurdi convincatur: hoc ſane ejus eſt, qui adverſo capite pugnantia locutus ſibi contradicit: qua in cauſa Chironem verſari Menippus demonſtrat. Exempla hujus virtutis plura reperies in *Budaeo* p. 533. *T.H.*

41. Ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον β.] Subint. δίαιτα μεταβολὴν ζητεῖν. *F.G.*

Ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον β.] Non intelligenda cum *Guyeto*, ſed haec ordine continuo praecedentibus absque diſtinctionis ſigno ſunt adjungenda. Vide Notas ad Dial. XVII. *T.H.*

43. Ὅπερ, οἶμαι, καὶ φασὶ] *Gataker.* ad *M. Antonin.* IX. §. 6. haec Lucianea protulit adjecta *Benedicti* verſione tanquam proba: *Illud nimirum, ut cum ſis ſapiens, quemadmodum opinor, & vulgo praedicant, praeſentibus rebus ſis contentus.* Secutus fuerat priores; quos tamen, quia formam orationis Graecae minus attenderant, a Scriptoris noſtri mente deerraſſe puto, dum ad Chironem referunt, quae ſententiae

XXVII.

DIOGENIS, ANTISTHENIS, ET CRATETIS.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

DIOG.

1. ANtisthenes & Crates, ocium agimus: quare quid vetat, quominus abeamus recta ad descensum Averni ambulaturi, visurique eos, qui deorsum veniunt, quales tandem sint, & quid eorum unusquisque faciat? ANT. Eamus eo, Diogenes: etenim spectaculum fuerit jucundum hos eorum lacrimantes videre, illos supplicantes, ut dimittantur, quosdam ægre descendentes, & quamvis in caput proturbet Mercurius, tamen restitantes, & supino corpore renitentes sine ulla proficiendi spe. CRAT. Ego enimvero persequar vobis, quæ vidi, quum descenderem, per viam. DIOG. Narra quæso,

ΔΙΟΓ.

ΑΝτίσθενες, καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν· ὥστε τί ἐκ ἄπιμεν εὐθὺ τῆ καθόδῳ παρεπαπησόμενοι, ὀψόμενοι τὰς καταβάσεις, οἵοί τινές εἰσι, καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ; ΑΝΤ. ἀπίωμεν, ὦ Διόγενες. καὶ γὰρ ἂν τὸ θέαμα ἡδὺ γένοιτο, τὰς μὲν δακρύοντας αὐτῶν ὁρᾶν, τὰς δὲ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι· ἐνίους δὲ μόλις καταβαίνοντας, καὶ ὅτι τράχηλον ὠθοῦντος τοῦ Ἑρμοῦ ὅμως ἀντικαίνοντας, καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντας, ἐδὲν δέον. ΚΡΑΤ. ἐγὼ γοῦν καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον, ὁπότε κατήειν, κατὰ τὴν ὁδόν. ΔΙΟΓ. διήγησαι, ὦ Κρά-

tiae proverbialis more fuerant efferenda. Nihil est apud veteres isto monito ad conciliandam animi tranquillitatem accommodatissimo familiarius, ἀγαπᾶν, σίργειν δὴ τὰ παρόντα· τὸ τίθεσθαι τὰ παρόντα· ἀρέσκεσθαι τοῖς παροῦσι, τῇ παρούσῃ καλαστάσει· sic ut paroemiae communis imaginem saepissime gerat: vide *M. Antonin.* X, 1. Ad illam normam versionem exegi. *T.H.*

44. Σωιτὸν] Eximiam hanc sententiam minus apte Menippo suo tribuit *Lucianus*, utpote qui sibi ipse, ut supra visum est Dial. XXI. mortem consciverit. *M. du S.*

48. Ἄπιμεν εὐθὺ τῆ καθόδῳ] Haec jungenda, non παρεπαπησόμενοι εὐθὺ τῆ καθόδῳ. Πρώτην εὐθὺ τῆ Φρυγίας, πλοῦν εὐθὺ τῆ Ἑλλάδος, τρίτην εὐθὺ Βαβυλῶνος & plura *Noster* habet. Ita vero scribunt Attici, non ἐπ' εὐθείας vel εὐθύς, quod, monente *Phrynicho* p. 24. solius temporis significatione gaudet: quanquam posterius pro altero nonnunquam vitiose positum reperiatur. Ex membranis emendavimus in *Poll.* IX, 12. εὐθὺ τῆ ἀγορᾶ ἀπιθῦν ficuti Segm. 47. εὐθὺ τῆ ἀρωμάτων, *recta in forum aromatarium*: quam ob rem merito Codicibus adsentitur Praestantiss. *Dukerus* ad *Thucydid.* VIII. c. 88. neque aliter est scribendum in *AElian.* de Anim. I. c. 2. εὐθὺ τῦ κίρτου ἄγων. Hoc de genere *Kuhnius* ad *AElian.* V. H. IX, 18. τὸν ἰτέαν ἄλλον τὸν εὐθὺ τῦ ἄδου, & in Ind. notavit accuratius *Perizonio*, qui non solum εὐθὺς & εὐθὺ prorsus eadem habuit, sed & εὐθὺ pro *ex adverso*, *e regione*, non distinxit: vide *H. Vales.* ad *Euagr.* H. E. III. c. 28. *Plato* in primo Lysidе: Ἐπορεύομην μὲν ἐξ Ἀκαδημείας εὐθὺ Λυκείου mox: Ἐξ Ἀκαδημείας πορεύομαι εὐθὺ Λυκείου alibique saepe. Haec quum sint satis nota, atque in aperto posita, jure mireris *Olearium* in *Philostr.* V. A. T. VII. p. 280. v. 25. ὁ μὲν (Διογένης) εὐθὺ Χαιρωνείας ἦκεν, verti voluisse, *statim post pugnam Chaeroneam accedens*, quum fine ulla dubitatione vertendum sit, *recta Chaeroneam tendens*. Omitto Chaeroneam pro *Chaeronensi* negligentius scriptum. *T. H.*

56. Ὅμως ἀντικαίνοντας & ὑπτίους ἀντερείδοντας, ἐδὲν δέον] *Micyllus: reluctari tamen & resupinos obniti nulla necessitate aut commodo suo.* Equidem nihil plane nunc agitur de commodo descendentium, & nullus huic voci locus in hac oratione dari potest. Itaque Benedictus eo animadverso postremas tres voces abscidit. Sed nihilo plus huc convenit illa necessitas. Non enim modo ipsis necesse non est obniti, sed contraria necessitas ipsis incumbit quiete & cupide descendendi. Sed nec Graeca quidquam de necessitate. Verte: *resupinos obnitentes, quum id fieri non oporteret, non sic faciendum esset.* Ut de Saltatione: ἀκαλλὲς ἐκίνουν ὀλίγον τινὶ ἀνθρώπῳ εἰς ἐδὲν δέον καλλωπισμόν. Hermotimo: διεξιὼν αὐτὰ & ἀκριβολογούμενος ἐδὲν δέον. Et alibi, ubi recte attenderunt. Sic & alii, ut *Demosthenes* Olynthiac. 3. πλέω ἢ χίλια & πεντακόσια τάλαντα ἀναλώσαντες εἰς ἐδὲν δέον. *J.G.*

Κράτης· ἔοικας γάρ τινα παγγέλοια [a] ἐρεῖν.

Crates: nam videre quædam perridicula dicturus.

ΚΡΑΤ. Καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν ἐς αὐτοῖς δ' ἐδείκνυμεν, Ἰσμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος ὁ ἡμέτερος, καὶ Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος, καὶ [b] Ὀροίτης ὁ Ἀρμένιος. ὁ μὲν οὖν [c] Ἰσμηνόδωρος, ἐπεφόνευτο γὰρ ὑπὸ λῃστῶν ὡδὶ τὴν Κιθαιρῶνα, ἐς Ἐλευσῖνα, οἶμαι, βαδίζων, ἔστειέ τε, καὶ τὸ τραῦμα ἐν ταῖν χεροῖν εἶχε· καὶ τὰ παιδία τὰ νεογνὰ, ἃ καλελοίπει, ἀνεκαλεῖτο, καὶ ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τὴν τόλμης, ὃς Κιθαιρῶνα ὑπερβάλλων, καὶ τὰ νῦν τὰς Ἐλευθερὰς χωρία πανέρημα ὄντα ὑπὸ τὸν πολέμων, διε-

2. CRAT. Et alii quidem multi una nobiscum descendebant, & in iis insignes Ismenodorus ille dives noster, & Arsaces Mediæ præfectus, & Orœtes Armenius. Ismenodorus ergo (nam trucidatus erat a latronibus juxta Cithæronem, Eleusinem, ut puto, iter faciens) gemebat, vulnusque in manibus habebat: tum infantes parvulos, quos reliquerat, voce ciebat, suamque ipsius incusabat audaciam, qui, ubi Cithæron erat superandus, Eleutherisque loca proxima bellis prorsus evastata transeun-

a Ἐρεῖν] Εἰρακέναι C. P. quod recepta lectione non commutaverim. Evanuerant in aliquo Codice literæ τοῦ ἰρεῖν· restituit librarius verbum, quod convenire loco putaret. b Ὀροίτης] A. P. L. Margo *Alii.* Ἡρώδης. c Ἰσμηνόδωρος] Μηρόδωρος P. male: alterum hominem Thebanum decet, quippe Bœotorum proprium ab Ismeno flumine.

70. * Ἀνεκαλεῖτο τὴν τόλμης] Καὶ αὐτὸν ἠτιᾶτο τὴν τόλμην. G.

* Ἀνεκαλεῖτο] Exhibui manum Doctiss. *M. du Soul:* apparet tamen explicare *Schol.* voluisse ἑαυτῷ ἐπεμέμφετο τῆς τ. *T.H.*

63. Ἰσμηνόδωρος] Thebanus Crates; ergo & hic Ismenodorus. *M. du S.*

64. Ἀρσάκης] Ficta an vera hæc sint nescio. *M. du S.*

Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος] Nominum hujus dialogi propriorum usus apud Græcos non infrequens: neque tamen certos homines, verasque res gestas a *Luciano* denotari censeo. Si quid aliunde ductum, id omne scenae novae comicis crediderim deberi; cujus documentum aliquod paulo post adferetur. De Arsace moveri poterat dubitatio: quamvis enim fortissimus Parthici regni conditor a *Justino* matura senectute, ab *Ammiano* placida morte decessisse narretur, *Syncellus* tamen, ut ab *H. Valesio* observatum ad *Marcellin.* XXIII. c. 6. diversos auctores secutus occisum esse tradidit: genus autem mortis ita describit *Suidas*, ut a narratione *Luciani* non multum abire videatur: Ἀρσάκης Πάρθων βασιλεύς, ὃς δόλῳ πληγεὶς ὑπὸ τῆς μάχης κατὰ τὴν πλάθρων ἀπεθάνατο· quae quidem undecumque depromta, *Suida* saltem judice, ad primum Arsacen spectare, ex sequentibus est manifestum. Verum ego, qui potuerit appellari Μηδίας ὕπαρχος hic Arsaces, non video: praeterea τὸ ἐπὶ τῷ Ἀρσάκῃ πρὸς τὸ Καππαδοκίᾳ συμβολῆς quis alius ullam fecit mentionem? Quare probabilius existimo, dum certiora promantur, haec esse a Luciano, fabularum artifice perquam idoneo, vel conficta, vel ex comoedia nova derivata. *T.H.*

71. Κιθαιρῶνα] De Cithaerone pauca tetigi ad *Ael.* VIII. p. 307. Hic autem Eleutherarum urbis situm accurate definit: nam Thebis per Plataeas iter facienti in regionem Atticam superandus erat Cithaeron, qua parte demissior flexuque leni interruptus viam planiorem ostendebat. *Herodoto* vocantur αἱ ὑπώρειαι αἱ Κιθαιρωνίδες, αἱ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι, τὰς Βοιωτοὶ μὲν πρὸς κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς κεφαλάς IX. c. 27. Apud *Thucydid.* III. c. 24. Plataeenses, qui de nocte obsessa urbe eruperant, ut hostes fallerent, viam, quae Thebas ferebat, ingrediuntur, simulque vident τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα ἐς Δρυὸς κεφαλὰς τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων διώκοντας. Ad ipsum Cithaeronis pedem, superatis angustiis, occurrebant Eleutherae, campusque urbi subjectus, Oenoen Atticae pagum, ut ex *Harpocratione* constat in Οἰνόη, contingens: qua de re diligenter, ut solet, *Pausan.* I. p. 93. Ideo memorat *Arrian.* Ἀ. Ἀ. I. p. 18. Thebarum τὰς πύλας τὰς φέρουσας ἐπ' Ἐλευθέρας τε καὶ τὴν Ἀττικήν· cum his consentiunt, quae scribit *Strabo* IX. p. 631. B. 582. C. Soli *Aristophanis Scholiastae* ad Acharn. v. 242. quae ceteris Ἐλεύθραι, dicuntur unius literae discrimine Ἐλευθεραί, πόλις Βοιωτίας haud inepte, si quis attendat ad vulgatam nominis originem, quam fluxisse docet *Stephanus* ἀπὸ Ἐλευθῶς τοῦ Ἀσωπίλαν matrem, si quis scire desideret, Aethusam Neptuni filiam indicabunt *Pausan.* IX. c. 20. & *Schol. Hesiodi* ad Theog. v. 54. Μνημονεύει γυναικὸς Ἐλευθῶς μυθίσκου· digna est, quam ex Ed. *Tanaquelli* Ven. proferamus integriorem, adnotatio: Ὁ δὲ Ἐλευθὼ δήμου πόλεώς ἐστι τῆς Βοιωτίας ἀπὸ τινὸς βασιλίσσης οὕτως τῆ-

cunda, binos tantum ſervos ſecum duxerit; idque quum phialas quinque aureas & cymbia quatuor ſecum haberet.

3. Arſaces autem jam ætate provecta, & ſane non illiberali facie, barbaricum in morem indignabatur, ægreque ferebat ſe pedibus ire, ac poſtulabat equum ſibi adduci: ſimul enim cum eo equus obierat, dum uno ictu uterque caderent perfoſſi a Thrace quodam peltaſta in congreſſu cum Cappadoce ad fluvium Araxem. Etenim Arſaces in hoſtem ferebatur, ut narrabat, longe ante alios provectus: Thrax autem impetum excipiens pelta, ſubmiſſo corpore,

δύαιν, δύο μόνους οἰκέτας [d] ἐπήγετο· ᾗ τοῦτα, φιάλας πέντε χρυσᾶς, ᾗ κυμβία τέτταρα μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων.

Ὁ δ' Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἤδη, ᾗ νὴ Δία οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν, ἐς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο, ᾗ ἱππαγωγεῖσθαι πεζὸς βαδίζων, ᾗ ἠξίου ἵππον αὐτῷ προσαχθῆναι· ᾗ γὰρ ὁ ἵππος αὐτῷ συνεξεθήκει, μιᾷ πληγῇ ἀμφότεροι ἀμφοτέρωσε παρέντες ὑπὸ Θρᾳκός τινος πελταστοῦ, ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τῷ Ἀράξῃ πρὸς τὴν Καππαδόκην συμπλοκῇ. ὁ μὲν γὰρ Ἀρσάκης ἐπήλαυνεν, ὡς ἐδηγεῖτο, πολὺ τῶν ἄλλων προὔπεξορμήσας· ὑποδὺς δὲ ὁ Θρᾴξ, τῇ πέλτῃ μὲν ὑποδὺς, ἀπὸ-

[d] Ἐπήγετο] Ἰσήγετο prave MS. *Bourdel.*

81. Ἀμφότεροι ἀμφοτέρωσε παρέντες] Ἀντὶ τοῦ, ἀμφοτέρων ἀμφοτέρωσε. *G.*

πάλιν ὕστερος ὀνομασμένος, υἱὸν Ἀπόλλωνος ᾗ Αἰθούσης τῆς Ποσειδῶνος. Ἔστι δὲ ὄρος, ὡς φασιν, ἐν Βοιωτίᾳ τοῦ ὄρους. Οὕτω δὲ λέγεσθαι, ὅτι ἐκεῖ ὁ Διόνυσος τὴν μανίαν ἐπαύσατο ἐν ἠλευθερώθη. Inde Bacchus Ἐλευθερίου, *Heſychio* teſte, niſi praeferatur Ἐλευθερεύς, & Eleutheris cultus & Athenis: eo enim ſacra Dei primum magno Athenienſium malo rejecta, deinde oraculi teſtimonio commendata Pegaſus Eleutheris traduxit: quae ab antiquo Comici Enarratore enucleatius expoſita *Pauſaniae* non parum lucis adferunt I. p. 7. 93. Merito autem imprudentiſſimae temeritatis accuſandus Iſmenodorus, qui Thebis Eleuſinem petens periculoſum iter nullo fere comitatu ſuſceperit: erant enim haec loca, quae Cithaeronem adjacebant, idque jam olim ab heroum usque aetate, latronibus infeſta: nunc eo magis, quia ſub hoc ipſum tempus Attici Boeotique fines continuis bellis fuerant devaſtati. In *Dicaearchi* Excerptis praecipuam habet commendationem via, quae Oropo ducit Tanagram πασῶν καθαριούσα τῶν ἀπὸ τῶν κλεπτῶν (ita legendum, non κλεπτῶν) φόβων quod ſcilicet rarum alias illo in tractu. Paulo poſt, qua Plataeas itur Tanagra, ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἔρημος ᾗ λιθάδης, ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὴν Κιθαιρῶνα, ᾗ λίαν δὲ ἐπισφαλής· ſi non alio quam ad latrocinia poſſit referri, ut videbatur *H. Stephano*, ſcriberem potius, λίαν δὲ ἐπ. vel ᾗ λίαν δὲ ἀσφαλής nunc ſenſu diverſo intelligendum arbitror, quamvis in Cithaeronem erigeretur, praecipitiis tamen non valde fuiſſe periculoſam. Apud *Diogen. L.* II, 136. Menedemus, Alexini uxorem comitatur ὡς Δελφῶν ἴσως Χαλκιδῶν αὐλαδουμένην κλοπιάς τε ᾗ τοὺς καθ' ὁδὸν λῃστάς· hoc iter praeter adverſum Cithaeronis latus erat faciendum. *T. H.*

72. Ἐλευθερεῖς] Athenas Thebis petenti pagus hic, caede Perſarum nobilis, in via erat, qui locus, regnante tum Philippo aut Alexandro, latronibus infeſtior erat. *M. du S.*

74. Ἐπήγετο] Mſ. ἐπήγλο. *J. F.*

75. Φιάλας . . . ᾗ κυμβία] Junxit *Demoſthen.* in Mid. p. 628. E. Δοὺς τὰ ἀγοραῖα σοῦ κυμβία ἓ ῥυτὰ ᾗ φιάλας ὀνομάζων· iterumque p. 625. A. Midias ad iter ſecum portat χλανίδας ἓ κυμβία ἓ κάδους. Vid. *Athen.* XI. p. 482. A. & qui vel illum, vel eosdem, quos ille, Grammaticos exſcripſit, Macrob. *Saturn.* V, 21. *T. H.*

Ibid. Κυμβία] Εἶδος φιαλιφαλάου, πλοίου, ᾗ πόλεμίου. duas ultimas ſpecies habet *Heſych.* *J. B.*

77. Ὁ δὲ Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἤδη, ᾗ νὴ Δία, οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ἤχθετο] Latinus interpres: *Arſaces autem (ſenior enim jam erat per Jovem pro barbarico illo ritu facie non inhoneſta) graviter ferebat.* Abhorret a Graecae linguae genio haec locutio, οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ut & ab indole Latinae linguae, *pro barbarico ritu non inhoneſta facie eſt.* Aliter interpungendum eſt, ſi velis *Lucianum* emendate & humane locutum eſſe; ſic autem diſtingue, οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν, εἰς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο, *non illiberali facie, barbaro more ferebat aegre, ut ſolent barbari:* hoc eſt εἰς βαρβαρικὸν, quod non male verterunt, *barbarico ritu*, ſed male conjunxerunt cum facie. Sic εἰς τὸ ξυμμαχικὸν apud *Thucyd.* lib. 6. eſt *pro ſocietate inita.* Paullo ante κύμβια ſunt pocula cymbae forma. Conjungit ea quoque cum phialis *Demoſth.* Orat. in Mid. *J. G. G.*

De *Thucydidis* illa phraſi εἰς τὸ ξυμμαχικὸν jure merito diſſentit Eruditiſſ. *Dukerus*, quem vide p. 512. n. 9. *T. H.*

79. Ἡγεμάκτει πεζὸς βαδίζων] Perſis enim nobilioribus vel tantillum fine equis in via conſpici infamiae dabatur. V. *Xenoph* Cyrop. L. IV. & VIII. extremo: quod & apud Medos obtinuiſſe a vero non abhorret: immo ab iis mutuatus erat Cyrus. V. L. I. *M. du S.*

87. Τὸν

ἀποσείεται τ' Ἀρσάκεω κοντόν· [a] αὐτὸς δὲ ὑποθεὶς τ' σάρισαν αὐτόν τε ἀμφιπείρει, καὶ τ' ἵππον.

amolitur Arſacæ contum: tum ipſe e veſtigio objecta ſariſſa eum ſimul & equum transfigit.

ANT. Πῶς οἷόν τε, ὦ Κράτης, μιᾷ πληγῇ τοῦτο γενέσθαι; KPAT. ῥᾷστα, ὦ Ἀντίσθενες· ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν εἰκοσάπηχύν τινα κοντὸν προβεβλημένος· ὁ Θρᾴξ δὲ, ἐπειδὴ τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τ' προσβολὴν, καὶ παρῆλθεν αὐτὸν ἡ ἀκωκὴ, ἐς γόνυ ὀκλάσας, δέχεται τῇ σαρίσῃ τ' ἐπέλασιν, καὶ τιτρώσκει τ' ἵππον ὑπὸ τὸ στέρνον, ὑπὸ θυμοῦ καὶ σφοδρότητος ἑαυτὸν ἀμφιείραντα· διελαύνεται δὲ καὶ ὁ Ἀρσάκης ἐς τ' βουβῶνα ἀμφοτέρᾳ ἄχρις ὑπὸ τ' νωτίνην. ὁρᾷς οἵοντι ἐγένετο; οὐ δι' ἀνδρὸς, ἀλλὰ δι' ἵππου μᾶλλον τὸ ἔργον. ἠγανάκτει δὲ ὅμως, ὁμότιμος ὢν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἠξίου ἱππεὺς κατιέναι.

4. ANT. Quî poteſt, Crates, uno ictu hoc confici? CRAT. Facillime, Antiſthenes; hic enim irruebat, viginti cubitorum conto projecto; Thrax vero, poſtquam pelta demovit ictum, ſic ut cuſpis eum præteriret, tum genu nixus excipit ſariſſa prælata impetum, & vulnerat equum ſub pectus, qui præ ardore, curſuſque vehementia ſemet ipſe in telum induebat: eadem Arſaces opera transfoditur per inguen penitus usque ſub ipſas nates. Vides quid, quoque modo acciderit, non viri, ſed equi potius facinus. Attamen moleſte ferebat, pari ſe cum aliis eſſe loco, volebatque eques deſcendere.

Ὁ δέ γε [b] Ὀροίτης ὁ ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἀπαλὸς τὼ πόδε, καὶ οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο. πάσχουσι δ' αὐτὸ

5. Orœtes autem privatæ fortunæ homo, pedibusque debilis admodum ne ſtare quidem humi, nedum ingredi poterat: ac-

a Αὐτὸς] Adſcivi, quod *Graevius* ex Mſ. notavit. Priores Edd. οὗτος. b Ὀροίτης] Ἡρώδης A. L.

96. Τῇ σαρίσῃ] Λόγχῃ Μακεδονικῇ. G.

99. Ἐς τ' βουβῶνα] Βουβῶνα περὶ τὸν γαστέρα τόπος. V.

87. Τὸν Ἀρσ. κοντόν] Eleganter deſcribit congreſſum Parthi equitis & Thracis peltaſtæ. Scythæ, Parthi, Sarmatæ, Alani prælongis ex equo contis pugnabant: ideo κοντοφόροι, pro quo prave ſcribitur ἀκοντοφόροι apud *Dion. Caſſ.* XL. p. 127. C. ut manifeſto liquet ex p. 130. E. eorundem meminerunt in deſcribendo infelici cum Parthis Craſſi prælio *Plutarch.* in Craſſ. p. 558. 559. & *Appian.* de B. Parth. p. 240. 241. ubi reperies iſta Lucianeæ phraſi proxima, πόδας ἀμφοτέρους προσεληλαμένους πρὸς τοὔδαφος· quemadmodum in Philopœm. p. 359. B. διελαύνεται ἀμφοτέρῃς ὁμοῦ τοὺς μηροὺς ἰκτίνους ὑπ' μασχάλης· confer *Suidam* in Ἐξίχε. *Pondera conti Sarmatici Silius* habet XV, 687. ubi plura ſuppeditabit Eruditiſſ. *Drakenborch.* Talem equitum ornatum pugnandique morem uſu docti adſciverunt poſtea Romani, ut conſtat ex *Arriani* Tacticis. *T. H.*

Ibid. Οὗτος δὲ ὑποθεὶς τὴν σαρίσαν] Cogitabam olim οὗτος δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισαν αὐτόν τε ἀμφιπείρει τ' ἵππον. *ſic vero ſubjecta ſariſſa ipſum & equum perfodit:* ſed nunc conjecturæ prætero lectionem Mſ. αὐτὸς δὲ ὑποθείς. *J. G. G.*

88. Σάρισαν] *Sariſſam* vocat etiam latine *Livius* XXXVII. 42, 2. & *Sariſſophoros.* *M. du S.*

92. Εἰκοσάπηχυν . . . κοντὸν] Longioribus equites uſos eſſe haſtis non ignoro, quod & nummi Caſtoris & Pollucis oſtendunt, & locus a *Suida* v. Δόλιχον allatus. Verum longe humanam menſuram hæc excedit. Apud *Polyænum* Strat. II. p. 146. C. tamen memorantur ſariſſæ XVI. cubitos longæ. *M. du S.*

5. Ὀροίτης] Angl. Ἡρώδης. *J. B.*

Ὀρ. ὁ ἰδιώτης] De Oroete ſatrapa, qui Polycratem cruci affixit, *Noſter* in Ἔκφρ. c. 14. de quo *Herodotum* conſule III. 130. . . Sed quis hic ſit privatus, haud facile expiſcabere. Poſt necem enim Polycratis, cum aliquandiu Oroetes ſatis proſpera uſus eſſet fortuna ſub magis, Dario jam imperante, per proprios ſatellites occiſus eſt. De alio itaque hic *Lucianus.* Sed quo pacto ἰδιώτης, qui ſupra *Armenius* dictus eſt, hoc eſt, Armeniæ rex aut ſatrapa? Corruptum locum cenſeo; niſi forſan privatus aliquis Oroetes extiterit mollitie inſignis, de quo mihi non conſtat. *M. du S.*

Ὁ δὲ γε Ὀροίτης ὁ ἰδιώτης] Fateor ſtructuram eſſe verborum talem, quae mendae ſuſpicionem facile commoveat. Parvula mutatione lenius oratio procedet: ὁ δὲ γε Ὀροίτης ὢν ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἀπαλὸς τὼ πόδε οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο· quanquam ne ſic quidem illud ἰδιώτης ſatis placet; videtur enim hujusmodi quiddam ſententiæ poſtulare: ὁ δὲ γε Ὀροίτης

accidit autem hoc ipsum plane Medis omnibus, quum descenderint ab equis; ut qui per spinas incedunt suspensis pedibus, vix progrediuntur. Quare quum prostratus jaceret, nullaque machina surgere vellet, optimus Mercurius in humeros sublatum portavit usque ad Charontis cymbam: ego vero ridebam.

ἀτεχνῶς Μῆδοι πάντες, ἐπὴν ἀποβῶσι τῶν ἵππων, ὥσαφ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες ἀκροποδητὶ μόλις βαδίζουσιν. ὥστε ἐπεὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο, καὶ οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἀνίστασθαι ἤθελεν, ὁ βέλτιστος Ἑρμῆς ἀράμενος αὐτὸν ἐκόμισεν ἄχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον· ἐγὼ δὲ ἐγέλων.

6. ANT. At ego, quum descenderem, ne immiscui quidem me ceteris, sed relictis plorantibus illis, ubi adcucurreram ad cymbam, ante alios occupavi locum, quo commode navigarem: in trajectu vero hi quidem lacrimabantur & nauseabant, ego contra valde oblectabar iis.

ANT. Κἀγὼ δέ, ὅτε κατήειν, οὐδ' ἀνέμιξα ἐμαυτὸν τοῖς ἄλλοις· ἀλλ' ἀφεὶς αἰμώζοντας αὐτούς, προσδραμὼν ἐπὶ τὸ πορθμεῖον, προκατέλαβον χώραν, ὡς ἂν ἐπιτηδείως πλεύσαιμι. καὶ τῷ πλῷν δὲ, οἱ μὲν ἐδάκρυόν τε καὶ ἐναυτίων· ἐγὼ δὲ μάλα ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς.

7. DIOG. Tu Crates, tuque Antisthenes istiusmodi nacti fuistis itineris socios: mecum Blepsias danista ex Piræëo, Lampis Acarnan mercenarii militis præfectus, & Damis ille dives Corintho una descenderunt: Damis scilicet per filium venene-

ΔΙΟ. Σὺ μέν, ὦ Κράτης, καὶ Ἀντίσθενες, τοιούτων ἐτύχετε ξυνοδοιπόρων· ἐμοὶ δὲ Βλεψίας τε ὁ δανειστὴς, ὁ ἐκ Πειραιῶς, καὶ Λάμπις ὁ Ἀχαρνὰν, ξεναγὸς ὤν, καὶ Δάμις ὁ πλούσιος ἐκ Κορίνθου, συγκατῆσαν· ὁ μὲν Δάμις, ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἐκ φαρμάκων ἀποθανών·

ε Πειραιῶς] Πίσης A. P. L. Margo *Aliter* absurde.

24. Βλεψίας τε ὁ δανειστής] Γρ. Βλεψίας δὲ ὁ δανειστικός. *G.*

25. Ξεναγός] Ὁ ξένους στρατιώτας ξυνάγων ἐπὶ μισθῷ τοὺς αὐτοὺς εἰς τὸ πόλεμον. *V.* Ὃς μισθῷ τοὺς στρατιώτας συνάγει. *C.*

τας ἱππεύειν ἰδιώτας ἐ πάνυ ἁπαλοὺς &c. alioquin *ἰδιώτας* addideris, ut Oroeten privatae conditionis nota distinguat ab Arsace, qui magnae dignitatis ac Mediae praefectus. Quod autem in uno alteroque libro scribatur Ἡρώδης, non alia ratione factum est, quam qua Parthorum rex Orodes, a quibusdam Ἰρώδης, *a Polyaeno* VII, 41. & *Plutarcho* in Anton. p. 930. F. 932. D. Ἡρώδης appellatur. Ceterum Medorum Persarumque morem, quibus, praesertim si liberi locique honestioris essent, in publicum prodire, nisi equo vectis, paene fuit turpe, jam *Brissonius* adnotavit de R. P. lib. III. ex *Xenophonte*: eo parasitus *Libanii* spectavit Decl. VII. p. 317. C. ὅτε καιρὸς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, τρέχειν ἐκπήδησα κατὰ τοὺς Μήδων ἀλάζονας ὁ πάντα ῥᾴστος, καὶ ἐφ' ἵππου σιλλάβους εὐτρεπῶς οὔτως ἐπὶ γιαῦ παρὰ τὸ κιβληκόται. De Parthis, qui istos vitae cultu imitabantur, *Justin.* XLI, 3. *Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt: super illos ire, consistere, mercari, colloqui.* Hac tamen consuetudine labefactati pedes sic debilitabantur, ut firmo stabilique gressu incedere non possent: cujus vitii causas in Scythis, illis praecipue, qui sedibus incertis vagantur, explanavit *Hippocrat.* περὶ A. Y. T. p. 292. 293. Ὑπὸ τῆ ἱππασίης, inquit, αὐτέους κίδμαλα λαμβάνει, ὅτε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσὶν ἐπίλαι ἀπαχωλοῦνται, καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία. De Hunnis, quos negat *Zosimus* IV. p. 224. εἰς γῆν πίπτειν τοὺς πόδας οἴους τε εἶναι ἑδραίως, plura docent ad *Amm. Marcellin.* XXXI. c. 2. *H. Valesius*, & *Sirmond.* ad *Apollin. Sidon.* Carm. II. v. 266. Etsi vero Armenium supra dixerit Oroetem, Μήδους πάντας tamen hic commemorat sub eo nomine complexus, quod fieri saepe solet, Persas, Parthos & Armenios moribus vivendique genere non admodum dissimiles. *T.H.*

20. Ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς] Scribi potuisset ἐτερπόμην ἐπ' αὐτοῖς, qua de re notavimus ad Nigr. p. 45. v. 26: sed nec minus commode retineas hoc in loco ἐν αὐτοῖς· illa enim particula nonnunquam ejusmodi verbis adstruitur. *Lucian.* de Gymn. in fine: ἐ πάνυ ἀρεσκόμενοι ἐν τούτοις. *Julian.* Misop. p. 338. A. εὐφραινομένους ἐν τοῖς μίλεσι. *Micyllus* & *Benedictus* intellexerunt, *inter illos sedens*, omnino perperam. *T.H.*

24. Βλεψίας . . Λάμπις . . Δάμις] Aut obscuri aut ficti homines. *M. du S.*

Ibid. Ἐκ Πειραιῶς] Angl. Πίσης. *J.B.*

θανών· ὁ δὲ Λάμπις, δι' ἔρωτα Μυρτίου τῆς ἑταίρας ἀποφάξας ἑαυτόν· ὁ δὲ Βλεψίας, λιμῷ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι, ᾗ ἐδήλου ὠχρὸς ἐς ὑπερβολὴν, καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον Φαινόμενος. ἐγὼ δὲ, καίτοι εἰδὼς, ἀνέκριτον ὃν τρόπον [a] ἀποθάνοι· εἶτα τῷ μὲ Δάμιδι αἰτιωμένῳ τὸν υἱὸν, οὐκ ἄδικα μέντοι ἔπαθες, ἔφην, ὑπ' αὐτοῦ, ὃς τάλαντα ἔχων ὁμοῦ χιλία, καὶ τρυφῶν αὐτὸς, ἐνενηκονταέτης ὤν, ὀκτωκαιδεκαέτει νεανίσκῳ τέτταρας ὀβολοὺς παρεῖχες. σὺ δὲ, ὦ Ἀχαρνὰν (ἔστενε γὰρ κἀκεῖνος, καὶ καθηράτο τῇ Μυρτίῳ) τί αἰτιᾷ τὸν ἔρωτα, σαυτὸν δὲ οὐχ ὃς τοὺς μὲν πολεμίους οὐδὲ πώποτε ἔτρεσας, ἀλλὰ φιλοκινδύνως ἠγωνίζου πρὸ τῶν ἄλλων. ὑπὸ δὲ γυναίου τυχόντος παιδισκαρίου, καὶ δακρύων ὀπλάσιον, καὶ στεναγμῶν ἑάλως ὁ γενναῖος. ὁ μὲν γὰρ Βλεψίας αὐτὸς ἑαυτοῦ κατη-

no sublatus; Lampis ob amorem Myrtii meretricis vi sibi illata: Blepsias autem fame miser dicebatur extabuisse; idque satis indicabat, ut qui pallidus mirum in modum, atque attenuatus exactissime conspiceretur: ego vero, quamquam scirem, exquirebam, quo pacto obiisset. Tum Damidi accusanti filium, atqui non injusta passus es, inquam, ab eo tu, qui talenta quum possideres admodum mille, inque luxu ipse viveres nonaginta natus annos, octodecim annorum juveni quatuor obolos præbebas. Tu vero, Acarnan (gemebat enim & iste, dirisque Myrtium prosequebatur) quid insimulas amorem, non temet ipsum? qui hostes nunquam exhorruisti, sed periculi securus prælium inibas ante alios, a vulgari meretricula, lacrimisque fictis & suspiriis captus es vir tam fortis. Nam quod ad Blepsiam adtinet, se ipsum accusabat primus

[a] Ἀποθάνοι] Ἀποθάνοιεν L.

30. Ἀπεσκληκέναι] * Καὶ ἐξηράνθαι. *V.*

* Κατιξηράσθαι] Vitium Ed. A. κατιξήρασθαι correxerat etiam *Matth. Sladus.* *T. H.*

28. Ὁ δὲ Λάμπις δι' ἔρωτα Μυρτίου &c.] Scortum nobile hujus nominis in deliciis habuit Ptolemaeus Philadelphus, ut narrat *Athen.* lib. XIII. Sed puto non fuisse eandem illam meretricem, quae Lampidi causa mortis fuit, si rationem temporum habuit hoc loco *Lucianus*; vel dicendum foret, Ptolemaeum vetulis fuisse delectatum. Nam commorientem Lampidi illi Diogenem facit *Lucianus*, qui simul ad inferos descendebant: Diogenes autem, ut ait *Laertius* ex *Demetrio* in Homonymis, eodem tempore mortuus est, quo Alexander, hoc est, Olympiade 114. Philadelphus vero regnare coepit circa Olympiadem 123. Computa & invenies, non potuisse Myrtium illam Lampidis minorem fuisse annis 50. regnante Philadelpho. *J. P. a G.*

30. Ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι] Ὁ ἄθλιος est scribendum, ut paulo post ὁ μάταιος, vel ἀθλίως· alterutrum venustas orationis Graecae flagitat. Proprie vero λιμῷ ἀπεσκληκέναι· nam fames extenuatum corpus contabefacit; atque adeo *fame miserum in modum emori*. De formula loquendi, ipsoque hoc loco tractat *H. Stephan.* Th. G. L. T. III. p. 816. *Alciphronis* quae ponit verba suppeditaverat *Eustathius* ad Il. ϒ. p. 1295. v. 39. nunc *Bergleri* curae debemus, ut propius inspiciendi sit copia: extant scilicet lib. III. Ep. IV. sed paulum aliter, quam fecerat *Eustathius*, distincta: ἐγὼ δὲ ἀποσκλῆναι κινδυνεύω, τῷ λιμῷ κεντούμενος sequitur inferius: ὡς νῦν ἐγὼ σοὶ καὶ ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμηρός. Verum Epistola priore, quod magis ad *Lucianum* accedat, legitur, μὴ δὴ ἂν φθάσωμαι λιμῷ καλασκλῆναι· ut vir Graece callentissimus egregie restituit. Grammatici simpliciter exponunt ἀποθανεῖν. *Hesych.* Ἀπίσκλη, ἀπίθανεν· Ἀποσκλεῖν (leviter vitiatum in *Suida*, Ἀποσκλαίει) ἀποξηραίνει, ἀποθάνει· ubi reponendum ἀποξηραίνεσθαι, ne *Stephanum* audiamus, qui tantilla menda deceptus τῷ ἀποσκλῆναι significationem activam tribuere non dubitavit. Ea virtute *Comicus* Vesp. v. 160. mihi Delphis oraculum consulenti Deus respondit, Ὅταν τις ἐκφύγῃ μ' ἀποσκλῆναι τότε. Ratio non dissimilis est in ἀναιθῆναι, ἀφαυανθῆναι. *Aristoph.* Ecclesiaz. v. 146. Δίψει γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι & ἐκαφαυανθῆναι γελῶντα Ran. v. 1121. *Athen.* VII. p. 290. E. τοὺς ἀκροωμένους ἐπίσης ἐπιλανθανομένους τῆς τροφῆς διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαυανθῆναι· lib. IX. p. 401. F. ὃ' ἂν μὴ ᾖ σὺ ζητῶν τὸν σίναγρον ἀφαυανθῆς· poterat scripsisse, ἀποσκλαίης. Taceo consignatam a *Scholiaste* variam lectionem in *Sophoclis* Philoct. v. 951. Ἀλλ' ἀναιθῶμαι pro, ἀλλ' αὖ θανοῦμαι. *T. H.*

33. Ἀποθάνοιεν] Ita recte L. In reliquis ἀποθάνοι sed omnes interrogari ab eo praestat. Ne dicam incertum, ad quem referas, si unum tantum interrogantem facias. *M. du S.*

36. Ὁμοῦ]

mus multæ dementiæ, quod opes custodiret nulla sibi necessitudine junctis hæredibus, sempiternum se victurum ineptissimus ille putans. Mihi enimvero non vulgarem delectationem præbuerunt tunc gementes.

8. Sed jam ad Orci ostium sumus: contueri oportet & prospectare e longinquo venientes. Papæ: multi sane diversique, & omnes lacrimarum pleni præter istos recens natos & infantes: quin & valde senes lamentantur. Quid hoc? num quis incantatis veneficiis inductus eos tenet vitæ amor?

9. Illum equidem ætatis provectissimæ hominem interrogare volo. Quid lacrimare id ætatis mortuus? quid indignaris, optime: idque senex quum huc adveneris? an forte rex erat? MEND. Haudquaquam. DIOG. At certe satrapa. MEND.

γόρει φθάσας πολλὴν ἢ ἄνοιαν, ὅτι χρήματα ἐφύλαττε τοῖς μηδὲν προσήκουσι κληρονόμοις, εἰς ἀεὶ βιώσεσθαι ὁ μάταιος νομίζων. πλὴν ἔμοιγε ἡδὺ ἢ τυχοῦσαν τερπωλὴν [b] παρέχον τότε γενόμενος.

Ἀλλ' ἤδη μὲν ὅπι τῷ κομίῳ ἐσμέν· ἀπελέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόρρωθεν τοὺς ἀφικνουμένους. βαβαί· πολλοί γε, καὶ ποικίλοι, καὶ πάντες δακρύοντες πλὴν τῶν νεογνῶν τούτων, καὶ νηπίων. ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ γεγηρακότες ὀδύρονται. τί τοῦτο; ἆρα τὸ φίλτρον αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου;

Τοῦτον ἔγωγε τὸν ὑπέργηρων ἔρεσθαι βούλομαι. τί δακρύεις τηλικοῦτος ἀποθανών; τί ἀγανακτεῖς, ὦ βέλτιστε, καὶ ταῦτα γέρων ἀφιγμένος; ἦπου βασιλεὺς ἦσθα; ΠΤΩ. οὐδαμῶς. ΔΙΟ. ἀλλὰ σατράπης; ΠΤΩ. οὐδὲ τοῦ-

[b] Παρέχον τότε] Ita *F.* & *W.* Reliquae pejus παρέχοντό τε.

36. Ὁμοῦ] Versionem purgavimus Interpretum errore, quibus ὁμοῦ ἔχειν τάλαντα χίλια fuit, *talenta mille habere coacervata*. Frequens apud Atticos ὁμοῦ numeris adjunctum, & significans *circiter, admodum:* ut in illo *Demosthenis* loco in Aristog. p. 836. B. quem adnotavit *Harpocr.* in Ὁμοῦ· Εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. ubi *Wolfius* a *Valesio* reprehensus, quod *omnino* reddidisset. Habet autem ideo potestatem eam, quia τοπικόν est Atticis, sive adverbium locale; neque minus, ut solet hoc genus, χρόνου δηλωτικόν. Τὸ ὁμοῦ, inquit *Schol. Aristoph.* ad Equit. v. 245. λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· quod autem addit, ὡς ἐν Εἰρήνῃ, Καὶ μὴν ὁμοῦ ἐστιν ἤδη, omnino declarat, nunc una vocula plus, quam oporteat, in ea fabula legi v. 512. Καὶ μὴν ὁμοῦ ἐστιν, ἤδ' ἐγγύς· ejecto Scholio vel rescribendum est, quod antiquus Enarrator praebet, vel cum Mss. Vatic. ὁμοῦ ἐστιν ἤδη. Vide *L. Bos* Obs. Crit. c. IV. p. 14. Non aliter usurpant ὁμοῦ τι, de quo *Is. Casaubon.* ad *Strab.* VI. p. 425. Verum hoc in loco male vulgo verti *Lucianum* jam ante nos observavit *L. Bos* Anim. c. VII. p. 34. *T.H.*

37. Ὀκτωκαιδεκαέτει] *Juveni illi octodecim annos nato.* *J.B.*

43. Ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου] Haec tam prope sententia verbisque absunt a Thrasonidae querela in *Menandri* Μισουμένῳ, ut, quin *Lucianus* fuerit imitatus, dubitari ferme non possit. Comici locum debemus *Arriano* in Epict. III. p. 351. Παιδισκαρίου μοι καὶ παιδιδούλων· ἀτιλὴς, Ὃν οὐδεὶς πώποτε τῶν πολιτῶν — Pro ἀτιλὴς oportere legi ἀτελὴς, quia continuo sequitur, παιδισκαρίου δοῦλος εἶ, ἢ παιδισκαρίου ἀτελοῦς, ut recte viderunt *Wolfius* & *Berglerus* ad *Alciphr.* II. p. 271. non conjectura est, verum certa fide constat ex *Clem. Alex.* Strom. II. p. 463. τὸ γὰρ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλη σκηνῇ, Παιδισκαρίου μοι, φησὶν, ἀτιτάλης καταδεδούλωκεν. Est etiam παιδισκαρίου ἀτιτάλης in *Alciphr.* III. Ep. 27. pro quo *Noster* τὸ τυχὸν παιδισκαρίον. Ut autem ἐπίπλαστα δάκρυα, sic in eodem *Menandri* Μισουμένῳ, Ἀπαμφιεῖ γὰρ τὸ κατάπλαστον τοῦτο μοῦ (an σοῦ;) Καὶ λανθάνειν βουλόμενον ἡ μίθη ποτέ· quae a *Suida* conservata V. Ἀπαμφιεσαντες, in Comici Reliquiis *Clericum* fugerunt. *T.H.*

45. Ὁ δὲ βλέψιας αὐτὸς, ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας, πολλὴν τὴν ἄνοιαν] Dele duo commata, ut loquuntur, post αὐτὸς & φθάσας, quae in omnibus editionibus conspiciuntur, & interpretare: *prior ipse se accusavit multae dementiae.* *J.G.G.*

49. Παρέχοντό τε γένοντες] Amabo, quid hic loci est τῷ τε. Nec id profectum est a *Luciano*, qui scripsit, τερπωλὴν παρέχον τότε γένοντες, *attulerunt mihi voluptatem tunc gementes.* *J.G.G.*

Παρέχον τότε] Sic *W.* Ed. uti & *Graevius* vidit esse legendum, & secutus est deinceps Cl. *Hemsterhusius.* *M. du S.*

56. Ἆρα τὸ φίλτρον] Quamvis Edd. consentiant, non tamen dubito, quin melius sit ἆρα τί φίλτρον. *T.H.*

58. Ὑπέργηρον] Vid. Dial. VI. §. 2. ubi omnes Edd. recte ὑπέργηρων, cum P. B. & Fr. hic peccent: eademque opera elegantissimam decrepiti senis descriptionem habebis. *M. du S.*

τῦτο. ΔΙΟ. ἆρα ὢν ἐπλούτεις, εἶτα ἀπὸ σε τὸ πολλὴν τρυφὴν ἀπολιπόντα [a] τεθνάναι. ΠΤΩ. οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλ' ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐννενήκοντα· βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον, ἐς ὑπερβολὴν πλωχὸς ὢν, ἄτεκνός τε, καὶ προσέτι χωλὸς, καὶ ἀμυδρὸν βλέπων. ΔΙΟ. εἶτα τοιοῦτος ὢν ζῆν ἤθελες; ΠΤΩ. ναί· ἡδὺ γὰρ ἦν τὸ φῶς· καὶ τὸ τεθνάναι δεινὸν, καὶ φευκτέον. ΔΙΟ. παραπαίεις, ὦ γέρον, καὶ μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρεών· καὶ ταῦτα ἡλικιώτης ὢν ζ. προθυμέως. τί οὖν ἄν τις ἔτι [b] λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπότε οἱ τηλικοῦτοι φιλόζωοι εἰσίν; οὓς ἐχρῆν διώκειν τὸ θάνατον, ὡς τὸ ὂν τῷ γήρᾳ κακῶν φάρμακον. ἀλλ' ἀπίωμεν, μὴ καί τις ἡμᾶς ὑπίδηται ὡς ἐπίδρασιν βουλεύοντας, ὁρῶν περὶ τὸ τόμιον εἱλυμένους.

Neque istud. DIOG. Num ergo divitiis adfluebas? idque adeo dolorem tibi creat, quod multo luxu relicto mortem obieris. MEND. Nihil tale: sed annos quidem attigi propemodum nonaginta: vitam vero inopem calamo piscatorio ac linea sustentabam insigniter egenus, prole carens, præterea claudus, hebetique visu. DIOG. Tum tu talis vivere sustinuisti? MEND. Sanequam: jucunda quippe erat lux; mori contra grave ac fugiendum. DIOG. Deliras, senex, & juveniliter atque inepte fato adversaris, quum tamen annis ipsum Charontem æques. Quid jam dicat aliquis de juvenibus, ubi id ætatis homines vitam amplexantur, quos oportebat consectari mortem, tanquam senilium malorum remedium? Verum abeamus, ne quis nos suspectos habeat fugæ cogitatæ, dum videt circa hoc ostium obversantes.

ME-

a Τεθνάναι] Ἰέναι C. b Λέγοι] Omnes Edd. λέγει excepta *B2.* quam secuti sumus.

64. Ἀπολιπόντα . . . . .] Γρ. * Ἀπολιπόντα ἴέναι. οὐδὲν τοιοῦτον. ἀλλ' ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐννήκοντα. *G.*

* Ἀπολιπόντα ἴέναι] Corrupti Codicis varia lectio. *T. H.*

73. Τὸ χρεών] Εἱμαρμένον. *V.*

66. *Βίον ἄπ. λιὸ κ. ὀ.*] Nota piscatorum paupertas, & proverbio dictus ἁλιέων βίος: ea de re quædam observans *Burmann.* ad *Ovid.* Met. III, 585. hunc etiam *Luciani* locum adtulit. *Dicaearch.* de Anthedoniis: ἁλιεῖς ἀπ' ἀγκίστρων & ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ σαρφόρας καὶ σπόγγους τὸν βίον ἔχοντες. *T. H.*

70. Ἦδη] *Euripidis* putem. Vide Iphig. Aul. v. 1250. & 1218. & Hp. M. v. 281. & Fragm. *Grot.* p. 47. *M. du S.*

73. Μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρ.] *Budaeus* C. L. G. p. 934. interpretatur, *Ita mortem horres, ut adolescens.* Non credo ejusmodi poteſtatis exemplum aliud certum proferri posse: longe diversum est apud Græcos μειρακιεύεσθαι πρός τινα, atque ex illo genere, quod facilius intelligatur ab homine perito Græcæ proprietatis, quam exacte vertendo explanetur. Ibidem aberravit Vir magnus in istis *Plutarchi*, ὥσπερ Ἰσοκράτει καὶ Ἀναξιμένει τοῖς σοφισταῖς ἁβρομειρακιόμενος· quod non est, *quasi apud Sophistas glorians, & se se jactans adolescentis licentia*; sed, *cum Isocrate atque Anaximene Sophistis juveniliter ac jactabunde contendens concertansque.* Illa vis in compositis ex ἁβρὸς verbis sæpe viros egregie doctos fefellit. *T. H.*

74. Τί οὖν ἄν τις λέγοι] Una vocula hic auctiores sunt editiones veteres, legentes, τί οὖν ἂν τις ἔτι λέγοι. Cæterum quis aures Græcæ phrasi adsuetas habens, non illico offendatur audiens, Τί οὖν ἄν τις λέγοι, nec solœcum deprehendat? Non puto ita scripsisse tersissimum scriptorem; qui haud dubie dedit λέγοι. Id genius hujus linguæ postulat. Sensus autem, *Quid igitur quis amplius de juvenibus dicat, ubi id ætatis homines vitæ amantes sunt?* Adjecta particula ἄν, præcipue in interrogationibus, sed & in aliis loquendi formis, vel Præsens Optativi, vel Imperfectum, Aoristumve Indicativi, vel etiam Optativi exigit. Quoties τί δ' ἂν πάθοιμι in hoc scriptore? Sed & statim Dial. sequentis initio, Τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἔτ' ἂν ἐπῶν ἔχοις. *Cæterum non jam amplius dicere possis.* & sub finem Dial. XXX. ἐ δ' ἂν δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν. & hunc in modum millies alibi. Imperfectum ita habes in Contempl. c. 4. Ἡ τύφη δ' ἔστιν ὅτε σοφοὺς ἄνδρας ἐψεύδετο ἄν; Aoristum in Necyomantia c. 17. εὖ οἶδα, ὅτι οὐκ ἂν ἐκαύσω γελῶν. paullo post, πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλας. Vide quæ supra notavimus. *J. J.*

Λέγοι] Cl. *Jensius* & *B2.* In reliquis prave λέγει. *M. du S.*

Τί οὖν ἄν τις λέγοι] *Gataker.* ad *Antonin.* IV. §. 50. *Luciani* verba proferens posuit λέγοι· certe λέγοι vel λέγῃ scribendum est. *T. H.*

83. Ὅμοια] Melius Mf. ἅπαντι δ' ἡμῶν ὁμοίως τὰ ὁμοιωτικὰ

XXVIII.

MENIPPI ET TIRESIÆ. ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΕΙΡΕΣΙΟΥ.

M E N.

1. TIreſia, cæcusne ſis, non amplius dignoſcere facile: cunctis enim nobis perinde oculi ſunt vacui: ſolum reſtant oculorum cava loca. Ceterum dicere nequeas, uter Phineus ſit, an Lynceus. Jam vatem fuiſſe, & utrumque te ſolum, marem ac feminam, ex poëtis audiviſſe memini. Per Deos itaque te obteſtor, expone mihi, utrum expertus fueris ſuavius vitæ genus, quum mas fores, an femina? TIR. Potior erat magno intervallo, Menippe, vita feminini ſexus, quippe magis negotiorum expers: tum dominantur in viros mulieres, neque eas bello vacare neceſſe eſt, neque ad murorum pinnas ſtantes excubare, neque in concionibus altercari, neque in judiciis verſari.

2. MEN. Non tu audiviſti, Tireſia, Euripidæ Medeam, qualia dixerit deplorans muliebre ſecus tanquam miſeras, atque intolerandum ex puerperiis dolorem ſuſti-

M E N.

Ὦ Τειρεσία, εἰ μὲν ὁ τυφλὸς εἶ, οὐκέτι διαγνῶναι ῥᾴδιον· ἅπασι γὰρ ἡμῖν ὁμοίως τὰ ὄμματα κενά· μόνον δὲ αἱ χῶραι αὐτῶν· τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεύς. ὅτι μέντοι μάντις ἦσθα, καὶ ὅτι ἀμφότερα ἐγένου μόνος, ἀνὴρ καὶ γυνὴ, τὸ ποιητῶν ἀκούσας οἶδα. πρὸς τῶν θεῶν τοιγαροῦν εἰπέ μοι, ὁποτέρου ἐπειράθης ἡδίονος τὸν βίον, ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα, ἢ ὁ γυναικεῖος; [d] ΤΕΙΡ. ἀμείνων ἦν πολλῷ, ὦ Μένιππε, ὁ γυναικεῖος· ἀπραγμονέστερος γάρ. καὶ δεσπόζουσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες· καὶ ὅτε πολεμεῖν ἀνάγκη αὐταῖς, οὔτε παρ' ἔπαλξιν ἑστάναι, οὔτ' ἐν ἐκκλησίᾳ διαφέρεται, οὔτ' ἐν δικαστηρίοις ἐξετάζεται.

MEN. Οὐ γὰρ ἀκήκοας, ὦ Τειρεσία, τὰ Εὐριπίδου Μηδείας, οἷα εἶπεν οἰκτείρουσα τὸ γυναικεῖον, ὡς ἀθλίας οὔσας, καὶ ἀφορήτου τινὰ τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων πόνον ὑφισταμένας; ἀτὰρ εἰπέ

c Ὁμοίως] Ita G. P. L. *J.* & Margo *AIW.* Ceterae Edd. ὅμοια. Porro vereor, ut recte notaverit *Bourdelotius* ſcripti Codicis lectionem: κεναὶ μόναι χῶραι forte, κεναὶ μόναι δὲ αἱ χ. d TEIP. ἀμείνων ἦν] O. *F.* ὁ γυναικεῖος. ἀμείνων ἦν. T. ὢ θεοτελῶ &c. quam lectionem, demta diſtinctione, non mirabor, ſi quis praeferendam putet.

ματα κενά. Vulgo, ὅμοια τὰ ὄμματα κενά. *J. G. G.*

Ὁμοίως] Sic omnino ſcribendum cum Ed. *J.* & Mſſ. Gr. P. & L. pro vulgato ὅμοια minus concinno; quod & *Vorſtium* acute conjeciſſe video. *M. du S.*

Ὅμοια τὰ ὄμματα κενά] Credi poterat excidiſſe καὶ propter ſimilitudinem pronunciandi, καὶ κενά ſed praeferri non aegre fero ὁμοίως a Codd. adjutum. *Apollon. Rh.* II, 254. Phinei vocat κενὰς γλήνας, id eſt interprete *Scholiaſta*, τοὺς κενοὺς & τυφλοὺς ὀφθαλμοὺς, ut OEdipi *vacuos orbes Stat.* Theb. I, 53. & *vacua ora leonum* VII, 276. *T. H.*

Ibid. Μόνον δὲ αἱ] MS. κεναὶ μόναι χῶραι. *J. B.*

85. Τὶς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τὶς ὁ Λυγκεύς;] Phineus fuit vates oculis captus: vid. *Apollod.* Biblioth. lib. 1. Lynceus ὀξυδερκέστατος. *Eurip.* Med. *J. G. G.*

89. Ὁπότε ἀνὴρ.] Uno ductu in Fl. Ed. & Mſ. Ox. ἢ ὁ γυν. ἀμείνων ἦν, quod non probo. Scrupulus tamen reſtat, quod haec duo non eodem modo effert; nam poſt ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα quis non putet dicturum ἢ ὅταν γυνὴ, quo ferme modo Ἀλ. c. 19. Verum Lucianeus ſtylus eſt. Vide Προμ. c. 4. εἰς ἀκρόασιν σοφιστικὴν, εἴθ' εἰ σὺ παιωνογόητος εἰ τοῖς λόγοις & alia multa, quae taedium afferrent, quaeque Lectorem monitum ſemel non latebunt. *M. du S.*

90. Ἢ ὁ γυναικεῖος;] Malim, ἢ ὁπότε γυνή· τὸ ὁ γυναικεῖος ex ſequentibus iſtic repetitum videtur: ἀμείνων &c. ὁ γυναικεῖος. *F. G.*

92. Καὶ διοπτάζουσι] Dixi alibi. *J. B.*

97. Μηδείας] Legendi omnino verſus, quos tangit, apud *Euripidem* ipſum in Med. a v. 230. ad 251. quorum hic finis:

— ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. *M. du S.*

εἰπέ μοι (ὑπέμνησε γάρ με τὰ τοῦ Μηδείας ἰαμβεῖα) ἢ ἔτεκες ποτὲ, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, ἢ στεῖρα καὶ ἄγονος διετέλεσας ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ; TEIP. τί τοῦτο, ὦ Μένιππε, ἐρωτᾷς; MEN. οὐδὲν χαλεπόν, ὦ Τειρεσία. πλὴν ἀπόκριναι, εἴ σοι ῥᾴδιον. TEIP. οὐ στεῖρα μὲν ἦμην, οὐκ ἔτεκον δ' [a] ὅμως. MEN. ἱκανὸν τοῦτο· εἰ γὰρ καὶ μήτραν εἶχες, ἐβουλόμην εἰδέναι. TEIP. εἶχον δηλαδή. MEN. χρόνῳ δέ σοι ἡ μήτρα ἠφανίσθη, καὶ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη, καὶ οἱ μαστοὶ [b] ἀπετάκησαν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἀνέφυ, καὶ πώγωνα ἐξήνεγκας; ἢ αὐτίκα ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ ἀνεφάνης; TEIP. οὐχ ὁρῶ, τί σοι βούλεται τὸ ἐρώτημα· δοκεῖς δ' ἂν μοι ἀπιστεῖν, εἰ ταῦθ' οὕτως ἐγένετο. MEN. οὐ χρὴ γὰρ ἀπιστεῖν, ὦ Τειρεσία, τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ καθάπερ τινες. Verum dic mihi (nam admonuerunt me isti Medeæ jambi) peperistine aliquando, quum mulier eras, an sterilis & partus expers degisti in illo vitæ statu? TIR. Quid illud, Menippe, rogitas? MEN. Nihil explicatu difficile, Tiresia: quin responde, si tibi promtum. TIR. Haud sterilis eram, neque tamen peperi. MEN. Satis est: nimirum an matricem habuisses, volebam scire. TIR. Habebam scilicet. MEN. Temporis autem tractu tibi matrix evanuit, pars muliebris obstructa fuit, mammæ emarcuerunt, & virile membrum succrevit, barbamque protulisti, an statim ex femina masculus evasisti? TIR. Non video, quid tibi velit quæsitum illud: nisi quod videre mihi non credere hæc ita fuisse facta. MEN. Videlicet, Tiresia, non decet diffidere talibus, sed

a Ὅμως] Ὅλως O. P. L. Causa non est, cur placeat. b Ἀπετάκησαν] Edd. priores ἀπετάθησαν.

6. Ἀπόκρινε] Αἰτι τῦ ἀφαχάφιζε. V.

5. Οὐδὲν χαλεπὸν ὦ Τειρεσία] Interpres: *nihil acerbi, Tiresia*: imo: *non grave est quod quaero*, seu, *difficile explicatu*. Sic in Βίων πράσει, χαλεπὸν μὲν οὐδὲν, *nil grave est*. *J.G.G.*

11. Καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάθησαν] Potest ferri. Censeo tamen *Lucianum* scripsisse, καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάκησαν, *mammae marcuerunt: mammae factae sunt pannosae*, ut *Martialis* loquitur. *J.G.G.*

Οἱ μαστοὶ ἀπετάθησαν] Pro ἀπετάθησαν censet Cl. *Graevius* scribendum ἀπετάκησαν, *marcuerunt*, cui sententiae subscribo. Contrarium enim τῷ, ἀποτείνειν hic innuitur. Nam si Tiresias ex femina denuo factus est mas, oportuit quoque mammarum tubera fieri contractiora; quum mammæ potius in feminis sint ἀποτεθεῖσαι, *distentae*, *extensae*. Statim D.XXX. ἀποτεθεὶς dicitur is, qui porrectus jacet. Ὁ δὲ τύραννος ὥσπερ ὁ Τιτυὸς ἀποτεθείς, &c. *J.J.*

Ibid. Ἀπετάκησαν] Ita *Graevio* obsequuti pro ἀπετάθησαν scripsimus, quod in omnibus Impr. & Ox. Cod. est. *M. du S.*

Ἀπετάκησαν] Quod ante vulgatum fuit, ferri nullo modo potest. *Graevius* quin felici conjectura ipsam *Luciani* vocem fuerit adsecutus non dubito: quam ob rem, etsi pro corrupto stent libri veteres, congruentis tamen ad sententiam verbi potiorem esse rationem habendam censui. *Corn. Celsi.* II. c. 8. *Mulieri gravidae si subito mammae emarcuerunt.* *T.H.*

21. Ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγίνοντό τινες;] Perspicuum est, hic intercidisse ὡς vel ὅτι requiritur enim, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὡς (vel ὅτι) ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγίνοντό τινες; *Tune igitur nec alia etiam ita facta fuisse credis, ubi quasdam ex feminis legis factas fuisse aves?* Similiter vocula, vel ὡς, vel ὅτι, excidit, mea quidem sententia, ex loco Aeliani in elegantissimo illo libri XII. capite 1. de Aspasia; de qua, invitissimo animo adventitium corporis cultum, quo magis placeret, sumente, ita legitur, Ῥᾳδιουργοῦσα δὲ πρὸς ἀναγκαῖον τύπον, καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασιν, ἀλγοῦσα ὅμως, ὅ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐδιάζετο. Verba haud dubie luxata, quæque vulgatus interpres ad lubitum intorsit. Verum sensum Æliani scribentis fuisse hunc existimo, *Alapis vero percussa, coacta induebatur, & cedebat imperatis, dolens tamen, se talia cogi, quae meretricem, non ingenuam virginem decerent.* Legendum ergo, ἀλγοῦσα ὅμως ὡς ὅ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐδιάζετο. Videtur autem oscitabundus descriptor, ubi scripsisset ὅμως, insuper habuisse ultimam hujus vocis syllabam denuo scribere. Ὡς pro ὅτι passim scriptores; & *Aelianus* aliquoties; ut lib. VIII. cap. 2. ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, ἀδελὶς ἀντιφήσει· & alibi. *Lucianus* quoque innumeris locis; ut in Hermotimo c. 24. Ἔλεγε ὡς ξύμπαντες ξένοι εἶεν· adde c. 16. 27. 37. 38. 46. 79. Hunc particulae ὡς usum notavit quoque *Thomas Magister*, ac post eum *H. Stephanus*. *J.J.*

Ibid. Ὄρνεα] Ante ὄρνεα τὸ ὡς forte hic desideratur. *F.G.*

Ὄρνεα ἐκ γ. ἐγίνοντο] Mihi, quod *Guyeto*, placuerat ὡς

sed velut insulsum, re non explorata fierine possint nec ne, probare.

3. TIR. Tu ergo nec cetera credis ita fuisse facta, quando audis aves ex mulieribus extitisse, aut arbores aut feras; sicuti Aëdona, Daphnen, aut Lycaonis filiam. MEN. Illis si quando forte obviam venero, cognoscam quid dicant: tu autem, vir optime, quum mulier eras, tunc etiam vaticinabare, quemadmodum postea, an simul vir & vates esse didicisti? TIR. Ecce enim ignoras quæ ad me spectant omnia; me scilicet litem Deorum quandam diremisse; tum ut Juno me visu privaverit, Jupiter autem mitigaverit arte vaticinandi donata calamitatem illam. MEN. Adhuc tu, Tiresia, adfixus hæres mendaciis? Verum hoc quidem solemni vatum more facis: soletis enim vates nihil sani & veri proloqui.

να βλάκα μὴ ἐξετάζοντα, εἴτε δυνατά ἐστιν, εἴτε καὶ μή, ὑποδέχεσθαι;

TEIP. Σὺ οὖν οὐδὲ τἆλλα πιστεύεις οὕτω γενέσθαι, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὄρνεα ἢ γυναικῶν [c] ὅτι ἐγένοντό τινες, ἢ δένδρα, ἢ θηρία, τὴν Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δάφνην, ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα; MEN. ἦν πως καὶ εἱμαρμένον ἐντύχω, εἴσομαι ὅ, τι καὶ λέγουσι. σὺ δέ, ὦ βέλτιστε, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, καὶ ἐμαντεύου τότε, ὥσπερ καὶ ὕστερον; ἢ ἅμα ἀνὴρ καὶ μάντις ἔμαθες εἶναι; TEIP. ὁρᾷς; ἀγνοεῖς τὰ περὶ ἐμοῦ ἅπαντα, ὡς καὶ διάλυσά τινα ἔριν τῶν θεῶν, καὶ ἡ μὲν Ἥρα ἐπήρωσέ με· ὁ δὲ Ζεὺς παρεμυθήσατο τῇ μαντικῇ τὴν συμφοράν. MEN. ἔτι ἔχῃ, ὦ Τειρεσία, τὸ ψεύσματων; ἀλλὰ καὶ τοὺς μάντεις τοῦτο ποιεῖς· ἔθος γὰρ ὑμῖν μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.

AIAN-

c Ὅτι] Ex C. P. Defuit in prioribus Edd.

18. * Βλάκα] Εἰπὲ, ἀνόητον εἶρηται ἀπὸ ἰχθύος ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου δὲ ὄντος, ὡς μηδὲ κύνα αὐτῷ χρῆσθαι. V.

* Βλάκα] Totidem verbis apud *Etymol.* & *Suidam* extant. T. H.

ὡς similitudine forte præcedentium literarum oppressum: Halc. p. 179. v. 35. ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο. Ceterum τὴν Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δάφνην ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα structurae orationis aliena vix putarem esse *Luciani*, nisi succederet Menippi responsum, ἦν πως καὶ εἱμαρμένον ἐντύχω, quod ipso nomine fuisse designatas videtur indicare: nunc σύγχυσις quaedam est constructionis statuenda, cujus ordo legitimus foret, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς τὴν Α. ἢ τὴν Δ. ἢ τὴν τοῦ Λ. θ. ὄρνεα ἢ γυναικῶν ὡς ἐγένοντο, ἢ δένδρα, ἢ θηρία. T. H.

22. Ὅτι] Coll. & P. In reliquis deest. M. du S.

23. Τὴν Ἀηδόνα] Ad τὸ πιστεύεις referendum. F. G.

30. Ἔριν] Vid. *Ovid.* Met. III, 316. M. du S.

33. Τῶν ψευσμάτων] Id est, divinandi arti adhaeres; eam amplecteris, probas. F. G.

34. Μηδὲν ὑγιὲς λέγειν] Non ita penitus veterum animos obsederat superstitio, quin vatibus mendacii crimen saepe fuerit objectum, praesertim a poëtis scenicis, quibus mira libertate licuit religionem ipsosque Deos vel cothurnatis sententiis castigare, vel comicis salibus irridere. Ideo dicti frequenter ἀλαζόνες, qui se scire, quae prorsus ignorarent, lucri fallendique causa profiterentur: quam opprobrii notam plerisque saltem convenire non negat *Aristot.* Ἠθ. Νικ. IV. c. 7. Aristoxeni Selinuntii versus in *Hephaest.* Ench. p. 25. Τίς ἀλαζονείαν πλείσαν παρίσχει τῶν ἀνθρώπων; τοὶ μάντεις. Illum imitatus fuit *Epicharmus*; vide Poll. IX, 82. *Epicharmum Ennius* apud *Cicer.* in fine lib. I. de Divin. De *Luciano* non est quod miremur, si hominum illud genus odio prosequatur. Frequens autem mendaces dici μηδὲν ὑγιὲς λέγειν. *Dinarch.* p. 96. v. 18. Οὕτω Δημοσθένης τῷ ψεύδεσθαι ἐν μηδὲν ὑγιὲς λέγειν ἐτοίμως χρῆται. T. H.

37. Ἐμέ-

XXIX.

ΑΙΑΝΤΟΣ ΚΑΙ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

ΑΓΑΜ.

Εἰ σὺ μανεὶς, ὦ Αἶαν, σεαυτὸν ἐφόνευσας, ἐμέλλησας δὲ καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, τί αἰτιᾷ τὴν Ὀδυσσέα; καὶ πρώην ὅτε προσέβλεψας αὐτὸν, ὁπότε ἦκε μαντευσόμενος, ὅτε προσειπεῖν ἠξίωσας ἄνδρα συστρατιώτην καὶ ἑταῖρον, ἀλλ' ὑπερηλικῶς μεγάλα βαίνων παρῆλθες. ΑΙΑΣ. εἰκότως ὦ Ἀγάμεμνον. αὐτὸς γάρ μοι ἡ μανίας αἰτίος κατέστη, μόνος ἀντεξελαθεὶς ὅπλοις. ΑΓΑΜ. ἠξίους δὲ ἀναίμακτον γώνιος εἶναι, καὶ ἀκονιτὶ κρατεῖν ἀπάντων;

AJACIS ET AGAMEMNONIS.

AGAM.

1. SI tu furore actus, Ajax, temet ipse interemisti, nosque omnes destinaras, quid incusas Ulyxen? & nuper ne adspexisti quidem eum, quando Tiresiam interrogatum veniebat, neque adloqui dignum habuisti commilitonem & sodalem, sed superbe grandi passu incedens praetereisti. AJAX. Et merito, Agamemnon: is enim mihi furoris causa fuit solus, mecum qui se composuerit in armorum judicio. AGAM. Volebasne adversarium habere nullum, & sine pulvere ac certamine vin-

a Ἐμέλλησας] Ἐμέλησας F. P. S. Vitiosius ἐμίλισας P. Al. V. J. H. Fr. W. Reposui ex Cod. Gr. ἐμίλλησας: neque aliter Margo AlW. b Δὲ] Δὴ B2.

37. Ἐμίλησας] Ἐμίλισας. F. G.

90. Ἐς αὐτό &c.] Senarius proverbialis eſt, Καπνὸν γε φεύγων εἰς πῦρ ἐμπέπτωκα. *A. V.*

Ἐς αὐτὸ, φασὶ, τὸ πῦρ &c.] Non praeteriit *Erasmum* in Adag. *Fumum fugiens in ignem incidi.* Vide *Diogenian.* C. VIII. n. 45. *T. H.*

ζόμην. ὡς δὴ γὰρ δὴ τούτοις μάλιστα εὕρισκον ὀπισκοπῶν τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν ἀπορίαν πλείονα· ὥστε μοι τάχιστα χρυσῆν ἀπέδειξαν ἔτοι τὴν τῶν ἰδιωτῶν βίον. ἀμέλει ὁ μὲν αὐτῶν παρήνει τὸ πᾶν ἥδεσθαι, καὶ μόνον τοῦτο θηρᾶσθαι παντὸς μετιέναι· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὐδαίμον. ὁ δέ τις ἔμπαλιν, πονεῖν τὰ πάντα, καὶ μοχθεῖν, καὶ τὸ σῶμα καλαναγκάζειν, ῥυπῶντα, καὶ αὐχμῶντα, καὶ πᾶσι δυσαρεστοῦντα, καὶ λοιδορούμενον, συνεχὲς ὀπίσω ῥαψῳδῶν τὰ πάνδημα ἐκεῖνα τοῦ Ἡσιόδου περὶ τῆς ἀρε-

inferrem : etenim apud hoſce maxime inveniebam, re conſiderata, inſcitiæ dubitationisque plus ; adeo ut cito aurum eſſe perſuaderent idiotarum vitam. Ecce enim hic eorum præcipiebat omnino voluptati indulgere, idque ſolum omni modo perſequi ; nam ea in re ſitam eſſe felicitatem : ille contra, in labore perpetuo verſari, corpusque contundere ſordidum & ſqualentem, cunctis offenſum & convicia ingerentem, dum continuo inculcat illa pervulgata Heſiodi de virtute carmina, fudoremque,

95. Τὸ πᾶν ἥδεσθαι] Ὁ Ἐπίκουρος. G.

97. Πονεῖν τὰ πάντα] Διογένης. G.

93. Χρυσοῦν ἀπέδειξαν &c.] Abſurde haec verſa ſunt : tu verte : *Itaque hi quamprimum effeceruns, ut aurea* (hoc eſt, beata) *mihi videretur ignarorum vita.* Nam ἰδιώτης oppolitus philoſopho eſt *imperitus*, non *privatus*. Simile peccatum eſt c. XXI. *J.C.*

Χρυσοῦν ἀπέδειξαν] Ego cur χρυσὸν eſſe reponendum exiſtimem, rationem dicam. Proverbium apud veteres fertur, quo mala quaecumque, ſi ad longe deteriora, quae ſuccedunt, comparentur, χρυσὸν δόξαι, φανῆναι, *purum putum aurum videri* adfirmant. Χρυσὸν ἀποδείξαι τὴν ἔμπροσθεν τυραννίδα dicitur aliquis, qui priorem tyrannidem crudelitate ac flagitiis multum vincit, atque efficit, ut qui peſſimus ante viſus fuerat rerum ſtatus, nunc pro tolerabili & optando expetatur. *Eunapii* Excerpta p. 20. D. Scytharum inopinatus in Thraciam & Macedoniam incurſus tam ſtupendas clades intulit, ὥστε χρυσὸν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θρᾴκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λιάν· ad quae de hac Graeci ſermonis, ut ait, elegantia, quam minime perſpexerat Interpres *Cantoclarus*, etſi *Valeſius* egregia tradiderit, conabimur tamen eruditiſſimi Viri curam nitidius expolire. Atque *Eunapium* quidem in primis iſto loquendi genere fuiſſe delectatum non ex iis tantum locis, quae *Valeſius* adnotavit, ſed ex pluribus etiam, quae ſuppeditat idem *Suidas*, eſt compertum : nam eorum, quae leguntur in Ἐπίκλυσιν, Ἔχετος, Φῆγος, ſtylus vel ſolus auctorem prodit: quod binis poſterioribus extat, Feſtus in Aſiam proconſulari poteſtate mittitur τὴν ποιητικὴν ἐν μυθῳδίᾳ Ἔχετον . . . . χρυσὸν ἀπεδείξων ἐν παιγνίοις, plane coloris eſt Eunapiani; neque minus, quod in primo vocabulo adfertur, τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐπίκλυσε κακὰ, ὥστε χρυσοῦς ἂν αὐτοῖς ἐν λάκκῃ τις ἡμέρᾳ κρατῆσαι τοὺς Βαρβάρους, *ut barbaros victis Romanis rerum potiri aurum iis fuerit & dies albo ſignanda lapillo:* quem ſenſum haud ſcio an Interpres ſatis perviderit. Secutus autem fuit vetuſtiores, a quibus idem proverbium, paulo tamen parcius, uſurpatur: *Plutarch.* Sertor. p. 570. D. Bello finito Cinna & Marius eum in modum libidinem exemplis amariſſimae crudelitatis exſatiarunt, ὥστε χρυσὸν ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις τὸ τοῦ πολέμου κακόν. in Timol. p. 241. B. Callippus & Pharax χρυσὸν ἀπέδειξαν τὴν Σικελίαν τοῖς ἐν τῇ τυραννίδι συμφοραῖς· ubi malim ſane propter uſum perpetuum ἀπέδειξαν. Porro quod *Conon* ſcripſit a *Valeſio* non praeteritum Narrat. XIII. AEthillam perſuaſiſſe Trojanis mulieribus captivis, ut incenſis navibus ſuae ſaluti conſulerent, dicendo ὡς, εἰ ἀφίκοιντο σὺν τοῖς Ἕλλησιν εἰς τὴν Ἑλλάδα, χρυσᾶς ἂν αὐταῖς δόξειε τὰς τῶν Τρῳάδων κεφαλὰς, totum eſt ab *Euripide* ſumtum in Troad. v. 432. ubi Caſſandra, Ὡς χρυσὸς, inquit, αὐτῷ τἀμὰ δῶρα Φρυγῶν κακὰ δόξει ποτ' εἶναι — Hunc autem loquendi morem quaſi publica forma ſignatum ſi perpendas, vix eſt ut dubitari poſſit, quin apud *Platonem* Ep. VII. p. 1277. C. refingi deceat, καὶ ὁρῶν ὅπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσοῦν ἀποδείξαιμι τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν, pro χρυσῆν· quod, niſi fallor, ſenſum efficit a philoſophi mente prorſus alienum, *priorem reip. adminiſtrationem emendando auream reddere & perfectiſſimam :* facile Platonis lectori paroemiae parum gnaro accidere potuit, quod *Leunclavio*, qui in *Dione Caſſio* p. 336. A. pro ὥστε χρυσὸν τὴν τοῦ Καίσαρος μοναρχίαν φανῆναι reponi juſſit χρυσῆν· male profecto ; quanquam faverè videatur *Zonaras Dionem* exſcribens, apud quem, ut recte *Valeſius* obſervat, mendoſe legitur, ὥστε χρυσῆν τὴν τοῦ ἀνηρημένου Καίσαρος μοναρχίαν νομίζεσθαι pro χρυσῆν, vel potius χρυσόν· eas utrasque voces nonnunquam per errorem inter ſe permutari nunc uno tantum *Theonis* loco docebo; in cujus Progymn. p. 65. οἷον ἐν ᾧ δὴ Μενάνδρῳ ἐν τῇ χρυσῇ Ἐπικλήρῳ perperam exhiberi perſuaſum habeo pro ἐν τῇ χρυσῇ, *in aurea fabula Epiclero.* Jam ſi *Luciano* reſtituas ad hanc normam χρυσὸν ἀπέδειξε, optime ſententia procedet : Menippus ad philoſophos ſe contulerat, ut vitae rationem contrariis opinationum fluctibus agitatam in tuto collocaret : res longe ſecus, ac ſperaverat, evenit: ibi omnia multo magis incerta, & inſcitiae tanto pejoris, quod ſapientiae titulo praetexeretur, tenebris involuta reperit, ſic ut tandem liquido perſpiceret, hominum idiotarum vitam adeo praeſtare, ut, ſi ad turbulentas philoſophorum altercationes exigatur, aurum videri poſſit. Aliud eſt Graece χρυσοῦν ἀποδεῖξαι τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον, au-

rosam

que ; & in ſummum verticem adſcenſum : alius deſpicere opes adhortabatur, & indifferentem putare poſſeſſionem earum : at alius iterum in bonis etiam eſſe divitias decernebat : nam de mundo quid attinet dicere? Siquidem ideas, incorporea, individua, ſpatia vacua talemque turbam vocabulorum quotidie ab iis dum audiebam, nauſea mihi oriebatur. At omnium illud absurdiſſimum, quod de rebus plane contrariis quum unusquisque eorum diceret, valde præſtantes probabilesque rationes ſup-

τῆς ἕπη, καὶ τὰ ἰδρῶτα, καὶ τὸ ὀπὶ τὸ ἄκρον ἀνάδασιν. ἄλλος καλαφρονεῖν χρημάτων παρεκελεύετο, καὶ [a] ἀδιάφορον οὐσίαν τὰ κτήσιν αὐτῶν. ὁ δέ τις αὖ πάλιν, ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὰ πλῆστον αὐτὸν ἀπεφαίνετο. ὡς μὴ γὰρ κόσμε τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅς γε ἰδέας, καὶ ἀσώματα, καὶ ἀτόμους, καὶ κενὰ, καὶ τοιοῦτόν τινα ὄχλον ὀνομάτων ὀσημέραι παρ' αὐτῶν ἀκούων [b] ἐναυτίων. καὶ τὸ πάντων δεινῶν [c] ἀτοπώτατον, ὅτι ὡς τῶν ἐναντιωτάτων ἕκαστος αὐτῶν λέγων, σφόδρα νικῶντας καὶ πι-

a Ἀδιάφορον] Διάφορον F. In reliquis Edd. bene correctum. b Ἐναυτίων] In cunctis Edd. ἐναντίων. Benedictus praeterea ἀκούων mutaverat in ἤκουον ſtructurae juvandae cauſa. Ego certiſſimam emendationem reposui. c Ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων] Ἀτοπώτατον, περὶ μὲ γάρ τοι τῶν ἐναντιωτάτων &c. Sic ſola F. Ἐναντίων P. pro ἐναντιωτάτων.

4. Καλαφρονεῖν χρ.] Κράτης. G.
6. Ὁ δέ τις αὖ πάλιν . . .] Πλάτων. G.
9. Καὶ * ἀγομένους] Δημόκριτος. G.

* Ἀγομένους] L. Ἀτόμους. M. du S.

ream & beatiſſimam facere vitam idiotarum. T.H.

94. Τῶν ἰδιωτῶν] Ὁ μὲ δὴ παλὺς ὁμιλος, ὃς ἰδιώτας οἱ σοφοὶ καλοῦσι. *Lucian.* περὶ Πάθ. c. 2. A.V.

Ibid. Ὁ μὲ αὐτῶν] Epicurei. J.Br.

96. Ἐκ παντὸς] Τρόπου addi non ſolet : *proſſus.* J.Br.

Ἐκ παντὸς μετιέναι] Ait *Noſter* ἐκ παντὸς, *omni modo:* ſubaudi τρόπου. In de Mercede Cond. c. 8. ταύτην ἐξ ἁπάντος διαπτύει. c. 41. ἐξ ἁπάντος ζητοῦσιν, ὅπως &c. in Phalaride c. 7. ἐξ ἁπάντος ἀπιλεῖν σπεύδουσι. & paſſim. Eſt tamen, ubi additur τρόπου, contra ac ſentit *Brodaeus*, qui IX. Miſcell. cap. 9. id fieri negat. Sed docet id ipſe *Lucianus*, qui iterum in Phalaride c. 2. ἐξ ἁπάντος τρόπου ἀπιλεῖν μὲ ζητοῦντας. Addit quoque *Ælianus* XII. Ποικιλ. cap. 1. ἐκ παντὸς αἰδυμίᾳ τῇ τρόπου δῆλη ἦν. nec non *Iſocrates* in Panath. pag. 266. D. ἐκ παντὸς τρόπου ἀφελῶσθαι πειρᾶται τὰς ἀφορμάς. J.J.

97. Ὁ δέ τις] Stoici vel Cynici. J.Br.

98. Τὸ σῶμα καλαναγκάζειν] Idem eſt, quod antiſtiti verae ſalutarisque philoſophiae *Paulo* I. ad Cor. IX, 27. ὑπωπιάζειν vel ὑποπιάζειν ſive ὑπωπίζω (quarum lectionum utra ſit anteferenda, vix conſtituas) τὸ σῶμα ἐ δουλαγωγῶ. Philoſophorum autem multi perinde atque illi, qui ſacris initiabantur, ad animi conſtantiam durari exercerique voluerunt cruciatu & ſuppliciis domando corpori ſponte ſuſceptis, quae non ſolum βασάνους vocare, ſed etiam ἀνάγκας ſolebant : atque inde καλαναγκάζειν τὸ σῶμα, *corpus*, ut ait *Lucretius*, *contundere duris laboribus*. Quaedam a nobis notata ſunt ad Nigrin. p. 67. T.H.

2. Ἐκῶν τὸ Ἡσ.] Nota ſunt omnibus Heſiodi carmina. Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ &c. J.Br.

Ἡσιόδου] Vid. Ἔρμ. c. 2. ubi locus ille extat. M. du S.

6. Ἀγαθὸν εἶναι] Hoc Peripateticis videtur. J.Br.

8. Ὅς γε] Mallem ὡς γε. M. du S.

11. Ἀκούων ἐναντίων] Hoc ſi mendoſum quiddam tinnire multis probem, diffidere videar acumini lectoris. Scribendum eſt, ut ſua *Luciano* manus conſtet, ἀκούων ἐναυτίων tanta ipſi vocabulorum inanium ſtribligo fuerat ingeſta, ut auditio quotidiana nauſeam excitaret. *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 15. οἵτε ἀκούοντες ναυτιῶσι διὰ τὸ ἀπίθανον. Eam loquendi formulam alibi quoque Noſtro placuiſſe Index commonſtrabit. Neque minus, ut auguror, mihi ſucceſſit haec emendatio, quam *Kuſtero* Praef. ad *Jamblich.* idem reſtituenti verbum in *Phrynicho* p. 32. ἐναυτίασα τοῦτο ἀκούσας τοὔνομα, ubi vulgo legebatur, ἐναντίασα. Ceterum & proxima vitio laborare facile quis credat, ſi lectionem Florentinam attente conſiderarit; quae quidem eo nos ducere videtur, ut exiſtimemus verſum unum & forte alterum periiſſe; nam iſtae particulae περὶ μὲ γάρ τοι conſiſtere nequeunt, niſi aliud quippiam anteceſſerit, cui innitantur: veterem ſcripturam *Aldus* ex ingenio mutaverit, an ſcripto codice, compertum non habeo; noſtra ſaltem membranarum excerpta nullam omnino variationem offerunt. Praeterea δεινῶν quid in hac oratione valeat, explicatu perquam difficile videtur : legerem potius, Καί τοι πάντων ἐκεῖνο ἀτοπώτατον, ὅτι περὶ τῶν ἐν. &c. Sed prius libri veteres in conſilium fuerint adhibendi, quam certi quicquam hoc de loco definiri poſſit. T. H.

πιθανὰς λόγους ἐπορίζετο, ὥστε μήτε τῷ θερμὸν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λέγοντι, μήτε τῷ ψυχρὸν, ἀντιλέγειν ἔχειν, καὶ ταῦτα, εἰδότα σαφῶς, ὡς οὐκ ἂν πόλε θερμόν τι εἴη καὶ ψυχρὸν ἐν ταυτῷ χρόνῳ. ἀτεχνῶς ἐν ἐπαχθῶν τοῖς νυστάζουσι τότοις ὅμοιον, ἄρτι μὲν ὑπνεύων, ἄρτι δὲ ἀνανεύων ἔμπαλιν.

peditabat; sic ut neque ei, qui calidum esse idem adfirmaret, neque alteri, qui frigidum, contradicere posses; idque licet scires perspicue nunquam rem eamdem & calidam esse & frigidam eodem tempore: prorsus ergo simile quiddam accidebat mihi, atque dormitantibus, nunc ut adnuerem, mox vice versa renuerem.

Ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων [a] ἀτοπώτερον· τοὺς γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ὀπτηρῶν ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν λόγοις ὀπτηδεύοντας. τοὺς γοῦν καταφρονεῖν δοκοῦντας χρημάτων, ἑώρων ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν, καὶ τόκων διαφερομένους, καὶ ὑπὲρ μισθῶν παιδεύοντας, καὶ πάντα ἕνεκα τούτων ὑπο-

5. Praeterea vero longe hoc istis erat absurdius: nam illos ipsos inveniebam observando valde contrariam suis sermonibus ac doctrinae vitae rationem instituere: eos itaque qui contemnere praecipiunt opes, animadvertebam illum in modum iis adhaerere, ut inde divelli non possent, de usuris litigare, pacta mercede docere, nihil non

[a] Ἀτοπώτερον] Γελοιότερον P. L. Margo *Alii*.

18. Ἀτεχνῶς] Ἀντὶ τοῦ ἁπλῶς, παθάπαξ· ὅ ἐστιν, ἐπὶ λόγου, ἀδόλως, ἀληθῶς· ἄνευ τέχνης τοῦτ' ἔστι δόλου. Apud Atticos τέχνη, δόλος· ἀτεχνῶς οἱονεὶ ἀτεῶς, μὴ ᾠδιωσοῦ τοῦ χ. Ἄλλως· ἄνευ τέχνης, ex metaphora Athletarum, qui non arte sed virtute vincunt: ἀτέχνως δὲ ἀντὶ τοῦ τὴν τέχνην δηλοῖ. *G.*

Ἀτεχνῶς] Ut in *Xenoph. Plat. Demosth.* ἀληθὲς· τέχνη, ὁ δόλος ἀπὸ Ἀττικῶς, τὸ δὲ ἄνευ δόλου ἀληθὲς ἐστιν. Capp. V. VI. & sequ. interpretor ad *Heliod.* lib. 6. tangit in Contempl. capp. XXI. XXII. *J. B.*

19. Τούτοις] Τοῦτο magis placet. *T. H.*

25. Ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν] I. e. *firmiter ac tenaciter adhaerentes illi* (pecuniae) *ita ut ab ea divelli nequirent.* Habet phrasin hanc *Theocrit.* Idyll. XV, 68. sed perperam distinctus & ab Interprete acceptus est ille versus, etiam in nova edit. Oxon.

Πᾶσαι ἅμ' ἐστίθεμις ἀπρὶξ ἔχεν Εὐνόα ἁμᾶς.
Omnes una confertim intremus: adhareto nobis Eunoë.

Distingue, & verte:

Πᾶσαι ἅμ' ἐστίθεμις· ἀπρὶξ ἔχεο Εὐνόα ἁμᾶς
Omnes simul intremus: firmiter adhareto nobis Eunoë.

Idem Idyll. XXIV, 54.

Ἦτοι ὅτ', ὡς εἶδον' ἐπιστάθιον Ἡρακλῆα
Θῆρε δύω χείρεσσιν ἀπρὶξ ἀπαλαῖσιν ἐχοῖσα.

Sane ut viderunt Herculem parvulum belluas duas tenaciter manibus teneris prementem. Habet etiam *Aelian.* V. H. I, 3. de rana Ægypt. καλάμου τρόφος ἐνδεκὰν πλάγιον φέρει, καὶ ἀπρὶξ ἔχεται. *demordens frustum arundinis obliquum fert, & firmiter tenet. Heliodor.* Æthiop. X. c. ult. ἀπρὶξ ἐχόμενος καὶ οἱονεὶ συμπεφυκὼς *firmiter haerens & tanquam congenitus. L. Bos* Animadv. c. XIII. p. 59.

Ἀπρὶξ ἐχομένους αὐτῶν] Theocritei versus interpunctionem, quam proposuit Clariss. *L. Bos*, & *Scholiastes* habet, neque ignoravit *H. Stephan.* Th. L. G. T. III. p. 554. G. Ipsa phrasis tum apud alios frequens, tum in *Eunapio* p. 90. ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς ὕλης σοφίας p. 197. τῆς τῶν ἀρχαίων ἀναγνώσεως p. 222. τῆς διδυμάρχου ἐξ ἀρχῆς ἀπρὶξ εἰχούσης. *T. H.*

27. Πάντα ἕνεκα τούτων ὑπομένοντας] Est quasi formula quaedam loquendi solemnis, in malam partem potissimum accipienda de iis, qui nihil habent pensi, modo pravis artibus libidinem explere possint: non dissimile proximae potestatis πάντα ποιῶν τι ἕνεκα πάχους· propterea utrumque *Philo Judaeus* in unum conflavit de Vit. Mos. p. 648. A. τραχηλιζόμενοι δὲ ταῖς ἐπιθυμίαις πάσῃ ὑπομονῇ δρᾶν τι ἕνεκα πάχους. *Chrysostom.* πρὸς τοὺς Ἐκ. παρθ. συνεισ. p. 245. B. πάντα αἱροῦνται ὑπομένειν, ἢ τοῦτο παθοῦσαι ἐκείνην ἀφεῖδῶν citius nihil intentatum relinquent, *quam ut illam talia passam non ulciscantur.* Leviter corruptum in *Juliani* Epist. XLII. p. 423. B. εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχροκερδεῖς, καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντα ὑπομένειν πάντας Edd. habent: multo gravius, ut quidem puto, in *Cebetis* Tab. p. 83. καὶ πάσῃ ἐκομῇ πρασσουσι ἕνεκα τούτων, καὶ τὰ ἀσεβήματα δικαιοῦντα εἶναι· ubi fi rescribendum esse dixero πασῇ ἐκομιδῇ πράττουσι, nemo, nisi fallor, vulgatum ἐκομῇ servare volet aut interpretatione quaenta tueri; praesertim quando attenderit ad καὶ τὰ ἀσεβήματα δικαιοῦντα εἶναι, & ad illum *Cebetis* locum p. 21. ἀναγκάζῃ τούτοις τοῖς γοναιξὶ δουλεύειν, καὶ πάσῃ ὑπομονῇ, καὶ ἀχημοσύνῃ, καὶ ποιεῖν ἕνεκα τούτων ὅτι ἂν βλάπτειρά. Meliorem in partem adhibuit *Sopater* apud *Stob.* p. 311. ὑπομενετέον πάντα ἀνθρώπους τῷ ἄρχειν κακῶς πρὸ τοῦ παθεῖν κακῶς· ἀλλ' οὐδενὸς μᾶλλον ἐστὶ φευκτέον ἐπὶ τοῦτο κίνδυνον ὑποδῦναι τῷ, qui magis reformidat male

non pecuniæ cauſa perpeti : illos porro, qui gloriam abjiciendam putent, gloriæ cauſa cuncta ſuſcipere ; voluptatem denique pæne omnes criminantes, at privatim huic ſoli adfixos.

6. Fruſtratus igitur hac ſpe magis etiam moleſte ferebam, ſenſim tamen me conſolans, quod cum multis, iisque ſapientibus & valde ob prudentiam celebratis demens ſim, & veri hactenus ignarus circumvager. Jam mihi inſomnem aliquando noctem horum cauſa ducenti viſum fuit Babylonem profectum implorare auxilium cujusdam magorum Zoroaſtris diſcipulorum & ſucceſſorum : fama autem cognoveram eos incantationibus & ſacris quibusdam aperire

μένοιας. τὰς τε τῆ δόξῃ ἀποβαλλομένους, ὁ αὐτῆς ἕνεκα πάντα ὑπιτηδευούσας· ἡδονῆς τε αὖ ἀχεδὸν ἁπάσας καλιγορούντας, ἰδίᾳ δὲ μόνῃ ταύτῃ προσηρτημένους.

Σφαλεὶς οὖν ἐν ταύτης τῆ ἐλπίδι ἔτι μᾶλλον ἐδυσχέραινον, ῥῆμα δή μυθούμενος ἐμαυτὸν, ὅτι μὴ πολλῶν, καὶ σοφῶν, καὶ σφόδρα ὑπὸ αἰδέσεως ἀγομένων, ἀνόητός τε εἰμι, καὶ τἀληθὲς ἔτι ἀγνοῶν περιέρχομαι. καί μοι ποτὲ ἀγρυπνοῦντι τούτων ἕνεκα ἔδοξεν ἐς Βαβυλῶνα ἐλθόντα δεηθῆναί τινος τῶν μάγων, τῶν Ζωροάστρου μαθητῶν καὶ ἀγδόχων· ἤκουον δ' αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τε καὶ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε καὶ ἅδειν τὰς πύλας,

ὁ Αὐτῆς ἕ. π. ἐπ.] Αὐτοῖς F. vitioſe. Major variatio in P. αὐτοῦ ταύτου (τούτου) χάριν τὰ πάντα καὶ πράττοντας καὶ λέγοντας· cum quibus fere conſentiunt Excerpta L. αὐτῆς ταύτης χ. τὰ π. καὶ λέγοντας ἢ πράττοντας. Poterant haec *Luciano* non indigna videri, ſi certa vetuſtarum membranarum fide niterentur : formula loquendi ſolemnis πάντα λέγειν ἢ πράττειν, *omnem movere lapidem, nihilque intentatum relinquere.*

male facere, quam malo ab aliis adſci, ut ne quicquam inhoneſti patrare cogatur. T. H.

35. Ἐπὶ σωφρονεῖ ἀγδοσεσημμένῳ] Haec profert *Thomas Mag.* in Διαβόητος, quum docuiſſet ἀγδόης & ἀγδοσεσῆσθαι plurimum in deteriorem partem uſurpari, tamen monens μὴ προσθήκης οὔσης ἐ ἐναλάττων. Nihil exploratius eſt, quam veterum more in utramque partem dici : ἀγδόητος ἐπὶ φιλοσοφίᾳ *Zenob.* C. V. n. 55. ἐπ' εὐταξίᾳ ἐ σωφροσύνῃ ἀγδόητος πόλις *Dion Chryſoſt.* p. 408. C. Python ἀγδοσεσημμένος ἐπὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι *Diodor. Sic.* XVI. p. 554. D. Mirum eſt maculam emendatu facilem eruditiſſimos homines effugiſſe apud *Stephan.* in Εὐκαρπία· Λαΐδα τὴν ἐπὶ κάλλει ἀγδοσεσημμένην ἑταίραν· quis dubitet, quin litera mutata legi conveniat, ἀγδοσεσημμένην; ut *Antonin. Liber.* c. XIII. εἰ τις ἀγδοσθείη παρθένος ἐπὶ κάλλει τῆ ἰγχωρίων· & c. XXII. ἐπὶ βουκολικοῖς ἄσμασι ἀγδοσθῆναι· *Athen.* XIII. p. 588. B. Leontium ἡ ἐπὶ ἑταιρίᾳ ἀγδοήντος γενομένη. Nequicquam adferas τοὺς ἐπὶ συκοφαντίᾳ, ἐπὶ δωροδοκίᾳ ἀγδοσθεσημμένους ex *Harpocrat.* in Λυδίας & Ἠγήμων, atque ex aliis ſimilia. T. H.

41. Τῶ ἅδου τὰς πύλας] Ubi de Orci portis agit ad *Matth.* XVI, 18. non omiſſus eſt hic *Luciani* locus a maximo *Grotio*, cui pleraque debet *Ja. Windet* de Vit. Funct. Stat. Sect. IV. Diverſa ratione κατάγειν τὰς πύλας ἅδου ἐ ἀνάγειν Deo tribuitur in Sapient. *Salom.* c. XVI, 13. nihilque eſt aliud, quam quod praeceſſit ζωῆς ἐ θανάτου ἐξουσίαν ἔχειν. Quam apte vero decenterque Menippi Babylonem tendentis & magicum auxilium ſollicitaturi ſcena fuerit inſtructa, nunc quidem accuratius expendere non lubet : illud duntaxat obſervari velim, qui modo vocantur μάγοι οἱ Ζωροάστρου μαθηταὶ ἐ ἀγδόχοι, ſtatim eſſe Χαλδαίους, & ſimul hominis iſtius magi nomen edi Perſicum Mithrobarzanem : non quod exiſtimem Perſarum ſapientes & Chaldaeos nunquam eadem magorum appellatione contineri ; nam & *Heſychius*, ut de aliis taceam, Χαλδαίους interpretatur ſatis magnifice γένος μάγων πάντα γινωσκόντων· ſed quod confundendi non videbantur hoc in loco, quos plerique omnes, qui diligentius ſcribunt, ſedulo diſtinguere ſolent. Sunt enim, ut notum eſt, Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι . . . . . Περσῶν οἱ μάγοι, teſte *Clem. Alex.* Strom. I. p. 305. A. *Pauſan.* IV. p. 360. Ἐγὼ δὲ Χαλδαίους ἐ Ἰνδῶν τοὺς μάγους πρώτους οἶδα εἰπόντας, ὡς ἀθάνατός ἐστιν ἀνθρώπου ψυχὴ· quam in opinionem etſi conſenſerint, in multis tamen valde inter ſe diſſidebant. Zoroaſter vero dux & auctor diſciplinae magorum, quem longa deinceps, & ad Alexandri Magni usque tempora continuata ſeries ſucceſſorum excepit : *Diogen. L.* in Prooem. §. 2. quare non *Plato* tantum Alcib. I. p. 441. D. μαγείαν τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου dixit, ſed & οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγοι memorantur a *Plutarch.* T. II. p. 670. D. & apud *Dion. Chryſ.* Or. XXXVI. p. 448. D. Ζωροάστρης ἐ μάγων παῖδες παρ' ἐκείνου μαθόντες. De hoc autem hominis prodigio, ſive potius de pluribus, qui eodem iſto nomine floruerunt inſignes, non pauca ſuppeditabunt *Henr. Valeſ.* ad *Amm. Marcell.* XXIII. c. 6. p. 405. *Marsham.* in Can. Chron. *Stanl.* Phil. Orient. I. Sect. 1. c. 2. 3. *Ja. Toll.* ad Form. Recip. Manich. p. 135. Jam vero neminem fugit, praecipuum quoddam magorum fuiſſe privilegium, ut inferos haberent in poteſtate, easque inprimis artes divinatorias exercerent, in quibus maniuum

λας, καὶ κατάγειν, ὃν ἂν βούλωνται, ἀσφαλῶς, καὶ ὀπίσω αὖθις ἀναπέμπειν. ἄριστον οὖν ἡγούμην εἶναι πρός τινα τούτων πραξάμενον τὴν κατάβασιν, ἐλθόντα πρὸς Τειρεσίαν τὸν Βοιώτιον, μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, ἅτε μάντεως καὶ σοφοῦ, τίς ἐστιν ὁ ἄριστος βίος, καὶ ὃν ἄν τις ἕλοιτο εὖ φρονῶν. καὶ δὴ ἀναπηδήσας, ὡς εἶχον τάχους ἕτεινον εὐθὺ Βαβυλῶνος. ἐλθὼν δὲ συγγίνομαί τινι τῶν Χαλδαίων σοφῷ ἀνδρὶ, καὶ θεσπεσίῳ τὴν τέχνην, πολιὸν μὲν τὴν κόμην, γένειον δὲ μάλα σεμνὸν καθειμένῳ· τοὔνομα δὲ ἦν αὐτῷ Μιθροβαρζάνης. δεηθεὶς δὲ, καὶ καθικετεύσας, μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ ἐφ' ὅτῳ βούλοιτο μισθῷ καθηγήσασθαί μοι τῆς ὁδοῦ.

Orci fores, & demittere, quem velint, tuto, iterumque rursus reducere. Optimum igitur factu ducebam, ab eorum aliquo comparata mihi descendendi copia, adire ad Tiresiam Bœotum, ab eoque discere, quippe vate & sapiente, quæ sit optima vita, quamque sibi quis deligat bene prudens. Atque adeo repente exsiliens quam poteram celerrime tendebam recta Babylonem: ibi convenio quendam Chaldæorum virum sapientem, & arte divinum, qui canus erat coma, barbamque plane venerabilem promittebat, nomine Mithrobarzanem: eum multis precibus obtestatus vix exoravi, ut, qua vellet, mercede se mihi ducem præberet viæ.

7. Tum

51. Θεσπεσίῳ] Θειῴ, θαυμαστῷ, πρέπ. G.

nium evocatorum opera requirebatur; idcirco junguntur a *Strabone* XVI. p. 1106. A. πρὸς δὲ τοῖς Πέρσαις οἱ μάγοι, καὶ νεκυομαντεῖς, καὶ ἔτι οἱ λεγόμενοι λεκανομάντεις καὶ ὑδρομάντεις· πρὸς δὲ τοῖς Ασσυρίοις οἱ Χαλδαῖοι· ut minime sit mirandum, magum aliquem a Menippo fuisse expetitum, qui Tiresiae consulendi copiam sibi faceret. Haud aliter sane Clemens Romanus, de quo quae prodita reperies Clem. Homil. I. §. 3. & 5. ad haec omnino digna sunt, quae conferantur: postquam enim a puero de immortalitate animae quid statueret incertus frustra philosophos altercantes adiisset, talem denique consilii rationem inire coepit: Τί οὖν χρὴ ποιεῖν; ἢ τοῦτο; εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τὰ ἀδύτων ἱεροφάνταις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀναπομπὴν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν (vel νεκυομαντείαν, ut in Epitome legitur) ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματος τινὸς σπουδαιομένου· ἡ δὲ πεῖσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν, εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή. Tiresiam autem cur potissimum Menippus adhibere vitae regendae ducem desiderarit, Homerus est in causa, qui posteris persuasit, illum vatem, qua praeditus erat inter vivos admirabili rerum solertia, eamdem apud inferos integram Proserpinae beneficio conservasse. *Strabo* XVI. p. 1105. ubi docet, quanto opere vetusti homines a Deorum nutu pependerint, ita scribit: καὶ λέγουσι τοῦτο οἱ μάντεις ἐτιμῶντο, ὡς ὄντες βασιλείας ἀξιοῦσθαι, ὡς τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἡμῖν ἐκφέροντες πραγματεύεσθαι καὶ ἐπανορθώσεις ζητοῦντες καθάπερ ὁ Τειρεσίας, τῷ τελευτήσαντι νόον πόρε Περσεφόνεια οἴῳ πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι· notissimi sunt poëtae versus Od. K, 494. Vid. *Barth.* ad *Stat.* Th. IV, 443. Nec primus hoc muneris Tiresiae *Lucianus* imposuit: nam apud *Horatium* quoque in illa facetissima libri secundi Sermonum Ecloga quinta Ulyxi quaerenti de opibus omni machina corradendis tam scite respondet, itaque rerum superarum se peritum ostendit, ut consultorem prudentiorem haud facile requiras. De Tiresia vero multa non protrita refert *Eustath.* ad Od. K. p. 1665. T.H.

54. Παρ' αὐτοῦ, ἐφ' ὅτῳ] Ex αὐτοῦ secunda mihi syllaba videtur oppressisse τῷ, quod inserendum est: μόλις ἔτυχον παρ' αὐτοῦ τῷ .... καθηγήσασθαί μοι. Magi non exigua mercede artem suam exercebant: modo vidimus in Hom. Clement. χρήμασι πολλοῖς πείσω. Statim interpunctionem eum in modum constitui, ut res postulabat; nam prava praecedentium Edd. Interpretibus etiam fraudi fuit: copulari sine dubio convenit primum, κατάγειν ἐπὶ τὴν Εὐφράτου ἔκθεσιν deinde πρὸς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου ῥᾳδίως τινα μαγεύειν ἐπιλέγειν. T.H.

60. Πρὸς ἀνατολὰς] Ita restituit hunc locum *Bz.* & postea *Benedictus* & *A.* Omnes enim reliquae Edd. unico verbo legebant προσαιτᾶν. quo pacto in De Mort. Peregr. c. 39. *Tan. Faber* legere jubet, προσανέχοντα τοῦ ἡλίου· Sed ibi quidem aliquid est, quod huic scripturae faveat; hic nihil. M. du S.

63. Καὶ ἀσφαλὲς ἐφθέγγετο] Castigo ἀφωνές. *J. Br.*

Ἀσφαλές] *Def. Herald.* emendat ἀσαφὲς, quod etiam est in uno Cod. Regio. & in Cod. Flor. sed alibi hac de re. *J. B.*

Καὶ ἀσφαλὲς ἐφθ.] Ἐπίτροχόν τι καὶ ἐπισφαλές. *Th. M.*

Ἀσαφὲς] Variant hic Edd. Parisiensis enim οὐκ ἀσφαλὲς habet; aliae, sine οὐκ, ἀσφαλὲς tantum, quod ad genuinam lectionem propius accedit: & sic antiquiores quoque. Ἀσαφὲς autem, praeter ea, quae *Bourdelotius* adfert, in Ed. *J.* invenimus: Salmuriensis Editor etiam admisit. In hac voce frequenter erratum. M. du S.

Ἀσα-

7. Tum me adſumtum ille vir primum diēs novem & viginti, a luna nova initio facto, lavabat deducens ad Euphratem ſummo mane, & ad orientem ſolem carmen aliquod longum effatus, quod equidem non admodum exaudiebam: ut enim mali, qui ſunt in ludis, præcones, volubile quiddam & inconditum proferebat; niſi quod videretur genios aliquos invocare. At poſt incantationem, quum ter in faciem meam inſpuiſſet, redibam rurſus neminem obviorum intuens. Cibus autem nobis arboreæ nuces; potus lac, mulſum & Choaſpis aqua; lectus ſub divo in herba. Poſtquam vero ſatis erat præparationis, circa mediam

Παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν, ἅμα τῇ Σελήνῃ ἀρξάμενον, ἔλυε, κατάγων ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἔωθεν, [a] πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, [b] ἧς ἐγὼ σφόδρα κατήκουον· ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τῶν ἐν τοῖς ἀγῶσι κηρύκων, ἐπιτροχόν τι καὶ [c] ἀσαφὲς ἐφθέγγετο· πλὴν ἀλλ' ἐώκει γέ τινας ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. μετὰ γοῦν τὴν ἐπῳδὴν τρὶς ἂν μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἐμπτύσας, ἐπανῄει πάλιν, οὐδένα τῶν [d] ἀπαντώντων προσβλέπων. καὶ σιτία μὲν ἡμῖν τὰ ἀκρόδρυα, ποτὸν δὲ γάλα καὶ μελίκρατον καὶ τὸ ἐν Χοάσπῃ ὕδωρ, εὐνὴ δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. ἐπεὶ δὲ ἄλις εἶχε τῆς προδιαιτήσεως, περὶ μέσας νύ-

[a] Πρὸς ἀνατ.] Secuti ſumus *V2. B2. S.* & *A.* In ceteris Edd. prave προσανατέλλοντα. [b] Ἧς] Ἃς ſola *F.* [c] Ἀσαφὲς] Sic legitur in R. *F. J. S.* In reliquis Edd. ἀσφαλὲς, quod margo *A1W.* itidem in ἀσαφὲς mutavit. Peſſime *Bourdelotius* addiderat in *P.* ὡς ἀσφαλές. [d] Ἀπαντώντων] Hunc in modum recte *J. V2. B2. S.* In *F.* ἀπάντων in pluribus accentu perverſe poſito ἀπαντώντων.

68. Ἀκρόδρυα] * Ἀκρόδρυα λέγουσι τῶν φοινίκων τοὺς καρπούς, καὶ τὰ ἀμυγδαλῶν, καὶ τὰ ἄλλων. *V.*

* Ἀκρόδρυα] *Democrit.* Geop. X, 74. Plura dabunt *J. Bod. a* Stapel ad *Theophr. H. P. II.* p. 89. 342. *Jac. Duport.* ad *Theophr. Char.* p. 378. *T. H.*

Ἀσαφὲς] Ita pro ἀσφαλὲς legendum eſſe monuit ad *Arnobium Def. Herald.* p. 43. Ἀσφαλὲς & ἀσαφὲς culpa librariorum ſaepius invicem permutantur. Sic apud *Thucydid.* IV. 86. ἐδὲ ἀσαφῆ τὴν ἐλευθερίαν, quod ego probum exiſtimo, in utroque vocabulo fluctuant Codices; neque nuperam eſſe variationem eam, ſatis ex *Scholiaſte* liquet. Hinc peti debere medicinam arbitror *Athenagorae* loco περὶ Ἀν. τ. N. p. 147. 148. cujus haerentem implicatamque ſententiam nullis verborum artificiis expediunt Interpretes: Εὔλογός ἐστι πᾶσα ἀπιστία μὴ πεχειρώσης καὶ κατά τινα δίκην ἄκριτον ὑγιζομένη, ἀλλὰ μετὰ τῆς αἰτίας ἐχούσης, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσαφῆ· illum in modum ſi commode ſcribi, & primam, quae deficere videtur, vocem adjungi concedas, nulla reſtabit amplius in verbis alioqui perobſcuris difficultas. Similiter ἀφαλὲς & ἀσφαλὲς ſaepe alterum alterius ſedem invaſit, ut patebit ad Ἀναδ. c. XII. *T. H.*

66. Ἐπανῄει πάλιν] Vix dubito, quin litera ſit erasa, ſcriptumque fuerit ab auctore ἐπανῄειν cur enim hoc de Mithrobarzane ſolo, non de Menippo, cujus in gratiam omnis hic apparatus magicus fuerat inſtitutus, potius dicatur, nulla reddi poteſt cauſa probabilis: pertinebat enim ad ſacri rationem, ut quum magus faſcino depellendo ter in Menippi faciem exſpuiſſet, ipſe demiſſo vultu, neminem obvium intuens, domum rediret: mox etiam, ἐκανάγει εἰς τὴν οἰκίαν, ὡς εἶχον ἀναστρέφοντα. Ortum ab imperito lectore vel librario vitium, qui ad praecedens ἐμπτύσας, quod abſolute poni pro ἐμπτύσαντος, vel ἐκείδη ἀπάντων, non perſpexerat, ſequentis verbi perſonam accommodavit: de pari menda monuimus ad p. 256. n. 63. Poterant autem ritus ſacri magici purgationesque multiplices comparatione ſimilium locorum illuſtrari: ſed quandoquidem in hanc cauſam deſcendere non eſt commodum, ſi quis tamen iſta deſideret, adeat *Sil. Italic.* XIII, 405. & adnotata Virorum Eruditorum ad *Arnob.* I. p. 25. in quibus Menippi Lucianei mentio non eſt omiſſa. Singulare vero, quodque alibi temere non invenias, Choaſpis aquam eximie magicis praeſtigiis adhiberi: id propterea factum credi par eſt, quod limpidiſſimae levitatis liquor dulcedine ſimul excelleret; ob quas dotes ita Perſarum regibus placuit, ut alio fere potu nunquam uterentur; vide *Briſſon.* de R. P. I. p. 59. *T. H.*

69. Τὸ τῆς Χ. ὕδωρ] *Choaſpis fluvii aquam. J. Br.*

Τὸ τῆς Χ. ὕδωρ] Πίνουσι Πέρσαι μόνον Χοάσπην τὸ ὕδωρ Χοάσπιον βασιλικὸν ὄν· ἐκ αὐτοῦ γὰρ μόνου πίνων ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς. *Eustath.* ad *Dionys.* Per. v. 1073. *A. V.*

νύκλας ὅλη τ Τίγρητα ποταμὸν ἀγαγὼν ἐκάθηρε τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγισε δᾳδὶ, καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ τ ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑπολογορύσας· εἶτα ὅλον με καθαμαγεύσας καὶ περιελθὼν, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τ φασμάτων, ἐπανάγει ἐς τ οἰκίαν, ὡς εἶχον, ἀναποδίζοντα· καὶ τολοιπὸν ἀμφὶ πλῶν εἴχομεν.

noctem ad Tigrin fluvium deductum. luſtravit me, deterſitque, & circumtulit tæda, ſcilla, aliisque pluribus; ſimul & iſtam incantationem ſubmurmurans: deinde me totum quum arte magica incantaſſet, & circumiiſſet, ne læderer a ſpectris, reducit me domum, ut eram, retrocedentem: tum porro navigationi parandæ intenti eramus.

Αὐτὸς μὲν ἦν μαγικήν τιν' ἐδὺ στολὴν, τὰ πολλὰ ἐοικυῖαν τῇ Μηδικῇ· ἐμὲ δὲ τούτοις φέρων ἐπεσκεύασε τῷ πίλῳ, καὶ τῇ λεοντῇ, καὶ προσέτι τῇ λύρᾳ· καὶ [a] παρεκελεύσατο, ἤν τις ἔρηταί με τὄνομα, Μένιππον μὲ μὴ λέγειν, Ἡρακλέα δὲ, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Ὀρφέα.

8. Ipſe quidem magicam quandam induebat ſtolam, perſimilem Medicæ: me vero iſtis omnino inſtruxit, pileo, leonina pelle, itidemque lyra: præcepitque, ſi quis roget me nomen, Menippum ut ne dicerem, ſed Herculem, aut Ulyxem, aut Or-

[a] Παρεκελεύσατο] Παρεσκεύασατο F. a qua merito omnes reliquae diſceſſerunt.

75. Ὑπολογορύσας] Ἐνυπάντως λαλήσας, ψιθυρίσας, ἀρίμια γογγύσας. V.

72. Ἐκάθηρε] De hoc ritu *Caſaubon.* ad Theophr. Char. p. 302. 303. *M. du S.*

73. Ἀπέμαξε] Περιμάξαι & ἀποκαθάραι interpretatur *Caſaub.* ad *Theophr.* tangit & ad *Athen.* Legendi Interp. *Ariſtoph. Heſych. Suid. Euſtath.* *J. B.*

74. Σκίλλῃ] Hanc Pythagoras in limine januae ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere tradidit. *J. Br.*

Sumſit a *Plinio* H. N. XX, 9, Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* VIII, 47. *T. H.*

Ibid. Ἅμα δὲ τὸν ἱκανὸν ἐκείνων ὑποτορύσας] *Ubi vero ſatis ſuperque præparaſſet, media circiter nocte me ad Tigridem fluvium deductum & purgavit, & abſterſit, faceque ac ſcilla aliisque pluribus, magicum illud carmen ſimul ſubmurmurans, luſtravit.* Verbum hoc ὑποτορύσας Scholiaſtes exponit ἐνυπάντως λαλήσας, ψιθυρίσας, ἀρίμια γογγύσας. Sed ſcribe γογγύσας. Cæterum occaſione hujus verbi γογγύζω, una & altera macula purgandus *Heſychius*: Γογγύζειν, φθέγγεσθαι τὸ θορύζειν. Addenda eſt, quam excidiſſe planum eſt, una litera, ac legendum, τονθορύζειν. Sic quod paullo ſupra hodie habemus, Γογγύζειν, τὸ θορύζειν τὸ τὰς ὄφεις, &c. *Heſychius* videtur omnino dediſſe, Γογγύζειν, τονθορύζειν, τὸ τὰς ὄφεις. Etenim θορύζειν vox eſt plane extra uſum; licet *Etymologici M.* auctor eam memoret; at id ab eo modo fit, ut primam τοῦ τονθορύζειν originem perveſtiget. Eodem ſignificatu dixerunt Graeci & τονθορίζω. *Heſychius* iterum, Τονθορύζει, ἀτάκτως λαλεῖ, γογγύζει, ψιθυρίζει, καὶ τονθορίζει τὸ αὐτό. Non audiendi, qui τονθορύζει ſubſtituunt; nam præterquam quod ex ordine horum verborum ſatis patet, τὸ, τονθορίζει omnino profectum eſſe ab *Heſychio*, ut qui per id dicat idem, quod per τονθορύζει, ſignificari; tum uſus eo eſt *Lucianus* in initio Deorum Concilii Μανίαι τονθορίζουσι, ὦ θεοί. Agnovit quoque *H. Stephanus* τονθορίζειν ex *Heſychio*. *J. J.*

76. Περιελθὼν] Memini, qui mallet ἀφαγνίσῃ, *luſtrans ſulphure*, cujus in purgandi cerimoniis uſus erat fere praecipuus: Περιθειῶσαι, ἀποκαθάραι, κυρίως θεῖον *Heſych.* quem itidem vide in Θύραζον Θειοῦται, Θειόω, καθαρῶ, quae praecedentis, quod plane removendum, eſt emendatio: apud eundem Θειώματα, τὰ ἀποκαθαρτήρια, non alia ſunt, quam θυώματα. Attamen in *Luciano* nihil oportet mutari: nam ut ab incurſu malorum geniorum prorſus luſtratum defenderent, ultimus erat ſacri magici circuitus, ad quem ſignificandum ἀφίχεσθαι ſolet adhiberi. Noſter in Philopſ. §. 12. Θεῖον δὲ διὰ καθαγίστου τ τόπου ἀφικόμενον ἐς τρίς &c. homo nimirum Babylonius ex Chaldaeorum numero: ideo de cycnis, qui ad aedem Hyperborei Apollinis tempore ſacrorum ſtato convolant, *AElian.* de Anim. XI. c. 1. καὶ ἀφικνοῦνται τ πολλοὶ, καὶ οἷονὶ καθάπτοντες αὐτὸν τῇ πτέρυγι. Hinc ἀφικέσθαι & ἀφικτέον *circumferre* quaſi propria luſtrationibus verba: *Athen.* XIV. p. 626. F. καθαρμὸν τ πόλεως ποιήσασθαι σφάγια ἀφικτέον κύκλῳ τ χώρας ἑκάστης. *Polyb.* IV. p. 405. καθαρμὸν ἐποιήσαντο, καὶ σφάγια περιήγαγον τ τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τ χώρας πάσης. Athenis ἀφικτίαι erant partes ἀφικτικῶν καθάρσιον περὶ τὴν ἐκκλησίαν, quos *Suidas* ait ἔξωθεν ἀφίχεσθαι χοροφορεῖντας. Adde *Herodot.* I, 84. *Hippocrates* autem περὶ I. N. p. 302. v. 35. ubi praeſtigias nequiſſimorum hominum ad plebem naſo ducendam excogitatas graviter perſtrinxit, ἀφικνεῖσθαι καὶ μαγεύειν habet. *T. H.*

78. Ὡς εἶχον] Emenda, ὡς εἶχον ἀναποδίζοντα. *J. Br.*

80. Ἔλυ] Ἐπῴδὴ orationi proſae melius convenit. *T. H.*

82. Φέρων] Φέρων redundat. *J. Br.*

Ibid.

Orpheum. PHIL. Quorſum illud, Menippe? neque enim intelligo cauſam vel habitus, vel nominum. MEN. Atqui perſpicuum illud quidem eſt, nec prorſus arcanum: quandoquidem enim hi ante nos vivi ad inferos deſcenderunt, exiſtimabat, ſi me illis adſimilaſſet, fore ut facile cuſtodiam Æaci fallerem, & ſine impedimento transirem, utpote conſuetior, tragiceque plane commendatus ab ipſo habitu.

ΦΙΛ. ὡς δή τί τοῦτο, ὦ Μένιππε; οὐ γὰρ συνίημι τὴν αἰτίαν οὔτε τοῦ σχήματος, οὔτε τῶν ὀνομάτων. ΜΕΝ. τὸ μὲν πρόδηλόν γε τοῦτο, καὶ οὐ πάνυ ἀπόρρητον· ἐπεὶ γὰρ οὗτοι πρὸ ἡμῶν ζῶντες εἰς ᾅδου κατῆλθον, ἠγεῖτο, εἰ με ἀπεικάσειαν αὐτοῖς, ῥᾳδίως ἂν τὴν Αἰακοῦ φυλακὴν λαθεῖν, καὶ ἀκωλύτως παρελθεῖν, ἅτε συνηθέστερον τραγικῶς μάλα κεκοσμημένον ὑπὸ τοῦ σχήματος.

9. Jam igitur illuceſcebat dies, quum deſcendentes ad fluvium ſolvendo navigio operam dabamus: comparata enim ipſi fuerant & ſcapha, & victimæ, & mulſum, & quæcumque alia ad ſacri rationem conducebant. Ergo impoſitis in navim, quæ

Ἤδη δ' ἦν ὑπέφαινεν ἡμέρα· καὶ καταβάντες ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐπὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα· παρεσκεύαστο δ' αὐτῷ καὶ σκάφος, καὶ ἱερεῖα, καὶ μελίκρατα, καὶ ἄλλα, ὅσα πρὸς τὰ τελετὴν χρήσιμα. ἐμβαλόμενοι δὴ ἅπαντα τὰ πα-

96. Ἀναγωγὴν] Ἡ τῶν πλοίων ἀναγωγὴ λέγει). *V.*

Ibid. Τῷ πίλῳ] Optime *Rubenius* de R. V. II, 15. *Thomae Mori clavam* rejecit: cui tamen errori anſam forte dederit vel leoninae pellis proxime ſuccedens mentio, vel ῥοπάλῳ lectum pro τῷ πίλῳ quod, etſi minime quadret huic loco, eo facilius cogites, quia πίλος alibi quoque ῥοπάλου ſedem occupavit: nam apud *Diodorum* certe XVII. p. 615. B. in illa nobili Corragi Macedonis, atque Athenienſis Dioxippi pugna, ubi hic prodiiſſe nudus & oleo nitens narratur, pro ἔχων πίλον σύμμετρον ſine controverſia reponendum eſt ῥόπαλον quod non tantum ex ſequentibus manifeſto patet, in primis quando notat Dioxippum praetuliſſe λῆμα τὸν περὶ τὸ ῥόπαλον ἰδιότητα πρόσωπον Ἡρακλειωτικὸν, verum etiam ex *AElian.* V. H. X, 22. & *Curtio* IX, 7. qui *validum nodoſumque ſtipitem* appellat: abhorret autem, ut, qui coronatus procederet, pileo tegeretur. Utriusque vero pilei & clavae meminit *Philo Jud.* de Cajo, qui cultu vario nunc Deorum hunc, nunc alium imitabatur p. 1093. B. Σκευὴ ἄλλοτε ἄλλοίαν ἐλάμβανε, ποτὲ μὲ λεοντῆν ἐ ῥόπαλον ἀμφότερα ἐπίχρυσα, λῆμα κοσμούμενον εἰς Ἡρακλέα· ποτὲ δὲ πίλους ἐπὶ τῶν κεφαλῶν, ἐπότε ἀστεροῦτο εἰς Διοσκούρους. De pileis autem Caſtorum & Ulyſſis multa diximus ad Δ. Θ. XXVI. *T. H.*

86. Ὡς δή τί] Τὰ ὡς δὴ abundare videntur. *F. G.*

Ὡς δή τί τοῦτο] Particularum uſus non vulgaris: hunc & alium *Luciani* locum Θ. Κρ. p. 255. v. 46. adnotavit *H. Stephan.* Th. Gr. L. T. IV. p. 817, G. In *Dione Chryſ.* p. 127. D. vim earum Interpres minime percepit: ὡς δή τι θαυμαστὸν ῥήματα ταῖς πόλεσιν ὑμῖν σωφροσύνης φέρεσθαι; ὅπως ὑμεῖς μὲν τὰ φαυλότατα ταῦτα καὶ ἄκλεισα οἰκήματα &c. Haec paulo vitioſius eduntur: quam particulam negativam μὴ (ſic enim legitur pro μὲν, quod reſtitui) expungi voluit *H. Valeſ.* in Not. *Mauſſac.* ad *Harpocrat.* melius infra delebitur in iſtis, μὴ τὸ σφόδρα εἶναι &c. *T. H.*

90. Ἠγεῖτο] Ἠγεῖτο εἰ με ἀπεικάσειαν αὐτοῖς. *Th. M.*

Ἠγεῖτο εἰ με ἀπεικ. &c.] In qua editione hanc pravam ſcripturam invenerit *Marcilius*, equidem ignoro. *T. H.*

98. Μελίκρατα] Cur nunc plurali utatur numero, non video, cum ſupra c. 7. ſingulari uſus ſit. V. Od. Λ, 27. ad quam perpetuo hic alludit. *M. du S.*

99. Ἐμβαλόμενοι δὲ] In re non diſſimili verbis ſimillimis uſus eſt *Xenoph.* Epheſ. I. p. 13. Παρεσκεύαζετο δὲ πάντα αὐτοῖς πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ τὰς μεγάλας καὶ ναῦς πρὸς ἀναγωγὴν ἑτοίμους· καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλοντο. Ἐμβάλλειν & ἐμβάλλεσθαι idem atque ἐνβῆναι & ἐνβίβασθαι, *navi imponere*, quae promiſcue *Xenophon* poſuit p. 72. 82. 86. hinc ἐμβολὴ & ἐνβήκη. Error a *Salmaſio* certiſſimus admittitur ad *Vopiſc.* p. 386. ubi pro ſpeciebus anabolicis fruſtra pugnans ἀναβολικῶν perinde ſignificare contendit, atque ἐμβάλλειν, *mercibus* vel *commeatu navim onerare*: cujus poteſtatis exemplum in Graecis ſcriptoribus nequicquam quaeras; nam apud *Heſych.* in Κίουρος quin aliter exponi debeat, nemo, qui verba paulo diligentius conſideret, in dubium vocabit. Aliquantum diverſa ratione peccatur in capiendo *Luca* A. A. XXVIII, 10. καὶ ἀναγομένοις ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν. Vir maximus obſervat, *permiſceri locutiones de navigantibus & de navi, ut fieri ſolet: nam ἀναγομένοις ad navigantes, ἐπιθῆσθαι ad navim pertinere.* Probandum fuerat ἐπιβῆναι non ſecus atque ἐνβίβασθαι a Graecis uſurpari pro *in navem imponere*; quod aeque difficile putem, ut in ἀναβάλλειν nunc, ſi lectio conſtet, hiſtorici ſacri mens fuerit talis: *nosque jam jam profecturos onerarunt rebus neceſſariis*: quaſi dicat ingeſtas fuiſſe cumulate, ac velut renitentibus impoſitas. Fateor equidem ſi ἀναγομένων ex Cod. Vienn. non diſplicet, haud ineleganter potuiſſe ſcribi, καὶ ἀναγομένων ἐνίβιστο τὰ πρὸς τὴν χρείαν &

παρεσκευασμένα ὅτω δὴ καὶ αὐτοὶ βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν χέοντες δάκρυ χέοντες. καὶ μέχρι μέν τινος ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ· εἶτα δ' ἐσεπλεύσαμεν ἐς τὸ ἕλος, καὶ τὴν λίμνην, ἐς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται. περαιωθέντες δὲ καὶ ταύτην ἀφικνούμεθα ἐς τι χωρίον ἔρημον, καὶ ὑλῶδες, καὶ ἀνήλιον· ἐς ὃ ἀποβάντες (ἡγεῖτο δὲ ὁ Μιθροβαρζάνης) βόθρον τε

fuerant parata, cunctis sic demum & ipsi ingredimur tristes, largasque lacrimas effundentes. Tum ad aliquod tempus deferebamur in flumine: post invecti sumus in paludem & lacum, in quem Euphrates immergitur: eo trajecto devenimus in locum desertum, sylvestrem & sole carentem: quo ubi escensum est (viam autem præibat Mithrobarzanes) foveam effodimus,

quum in eo eramus, ut in alium solveremus, intulerunt in navim res necessarias: ac nescio sane, an ita *Lucas* reliquerit. Sicut autem *Noster* modo, περὶ ἀναγωγὴν ἐγιγνόμεθα, non aliter *Philostr.* de V. A. T. IV. c. 13. περί τε ἀναγωγὴν ἡ ναῦς εἶχεν. *T. H.*

2. Κατὰ δάκρυ χέοντες] *Homer.* Odyss. Δ, 5. *J. Br.*

3. Ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ] Qui secundo flumine deferebantur, eos recte dixit Scriptor noster ὑποφέρεσθαι ἐν τῷ ποταμῷ, neque ad loquendi formulam infra Babylonem fuerit iste lacus, an supra, quicquam refert, modo Euphratis in paludes distracti rivulus aliquis eo permearit. Mihi tamen non facile quis persuadebit, eum hic lacum significari, quem descripsit *Herodot.* I. c. 185. 186. multi lacus erant paludesque non in Babylonia solum, sed prope ipsam Babylonem; in quas crebris alveis ac perfossionibus deductus fluvius illabebatur: eaque opportunitate aquae derivandae, prout ad agrorum foecunditatem commodum erat, ipsi utebantur agricolae Assyrii, teste *Libanio* Or. X. p. 314. A. οἱ δὲ περὶ αὐτὸν γεωργοὶ διώρυχας ἄνθεν ἐς ἔνθεν καλατέμνοντες, ὁπόσα Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ, χρῶνται ἐς ἕτοι τῷ ποταμῷ. Illas paludes fuisse navigabiles ostendit Alexander, qui, ubi ab inspecto Pallacopa redierat, ἀνέπλει, ut *Arrianus* ait Ἀ. Ἀ. VII. p. 304. αὖθις κατὰ τὰ ἕλη θαῤῥῶν ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Βαβυλῶνα· & mox idem docet, vulgo ferri τὸ βασιλέων τὸ Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τι εἶναι τοὺς πολλοὺς ἐς ἐν τοῖς ἕλεσι διδυμωμένους. *Diodorus*, qui tamen alios auctores secutus in hac historia narranda parumper ab *Arriano* differt, τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην appellat, nisi potius, me non invito, scribi placeat περὶ τὴν Βαβυλῶνα· quem lacum quum visendi causa intrasset, errore periculoso jactatus Alexander vix quarto demum die salvus evasit: unde non obscure colligitur, in quantum spatium porrecta fuerint haec stagna paludosa, ubi tam grave discrimen ab itineris ignaris adiri poterat. Quod autem Noster λίμνην ponit, εἰς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται, paulo laxius est accipiendum, eumque fere in modum, quo *Plinius* scribit H. N. V, 26. Euphratem *dexteriore alveo Babylonem, quondam Chaldaeae caput, petere, mediamque permeantem, item quam Otrin* (Opin legendum puto) *vocant, distrahi in paludes.* Neque aliter intelligendus est aetate sua non ineptus poëta *Mar Victor* lib. I. Genes. *Fustior Euphrates, diti qui gurgite largus Irrigat arentes subjectae Persidis agros Mollibus elicitus rivis, atque omnibus aeque Servit, & humanos totum se praebet in usus: Donec siccus aquis nomen quoque prodigus ipsum Consumat terris, pelagi quod debuit undis*: haud enim arbitror de Pallacopa *Victorem* cogitasse, in quem amisso nomine Euphrates receptus desinit ἐπὶ τὰ ἕλη ἐς τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, ut refert *Strabo* XVI. p. 1076. A. & plenius *Arrianus* illo vexatissimo loco lib. VII. c. 21. Sic etiam in *Dione Xiphilini* LXVIII. p. 784. τὸ ῥεῦμα τὸ τοῦ Εὐφράτου πᾶν ἐς θ' ἕλη ἐκπίπτει, καὶ ἐκεῖθέν πως τῷ Τίγρητι συμμίγνυται. Tigris etenim & Euphrates pluribus alveis arte factis inter se committebantur, per quorum unum aliquem, ut credi par est, Menippum Mithrobarzanes ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν deduxit: nam inter utrumque flumen quod interjectum erat spatium pedibus emensos fuisse fidem non habet. *Arrian.* Ἀ. Ἀ. VII. p. 282. ὁ μὲν Τίγρης. . . . διώρυχάς τε πολλὰς ἐκ τοῦ Εὐφράτου ἐς αὐτὸν ἄγει. *Johann. Malelas* in Julian. p. 19. meminit τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τοῦ μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσέλθων εἰς τὸν αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ, καὶ λιπτιλεῦσ. λίμνην μεγάλην· quanquam de hoc alveo in Tigrim pervadente rem diversa paulum ratione *Libanius* & *Marcellinus* exponant: ad *Ammian.* XXIV. c. 6. vide *Henr. Valesium*. Ista, ne Scriptori nostro nulla lux adfunderetur, fuerunt observanda: ceterum in hoc negotio veterum descriptiones non minus, quam ipsi fluviorum nobilissimi circa Babylonem canales divergunt; cujus equidem dissensionis praecipuam esse causam statuo, quod pro temporum ratione regumque vel praefectorum diligentia alii atque alii nunc aperti fuerint alvei, nunc iterum sive de industria sive aggesto temere limo obruti & expleti. Quam ob rem, nisi cursum fluminis per varias aetates mirifice mutatum distinguas, vix in concordiam redigere licebit pugnantes, ut prima quidem fronte videntur, antiquorum opiniones. Interea *Cellarius* est adeundus G. A. III. c. 16. Sect. 1. *T. H.*

4. Λίμνην] De artificioso hoc lacu lege *Herodot.* I. p. 47. Sed observandum errasse hic hujus Dialogi scriptorem, cum lacum hunc infra Babylonem ponit his verbis, ὑποφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ. Constat enim ex *Herodoto* supra urbem fuisse. *M. du S.*

8. Βόθρον ὀρυξάμενοι] Notus fodiendae scrobis ritus in sacris infernis: sed *Homerum* ipsa phrasi imitatur: vide Od. K, 517. Λ, 25. plura collegit *De la Cerda* ad *Virgil.* AEn. VI, 243. qui per errorem *Eusebio* adversus Hieroclem tribuit, quod *Philostrati* est de V. A.

T. IV.

mus; oves mactavimus, & sanguinem circa scrobem adspersum libavimus. Magus interea tedam ardentem tenens non jam sedata voce, sed quam poterat maxima exclamans, dæmones simul omnes invocabat, Pœnas & Furias, & nocturnam Hecaten, & tremendam Proserpinam admixtis etiam

ὠρυξάμεθα, καὶ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, καὶ τὸ αἷμα περὶ τὸ βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ δᾳδα καιομένην ἔχων οὐκ ἔτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, τραμμέγεθες δέ, ὡς [a] οἷός τε ἦν, ἀνακραγὼν, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, καὶ Ποινὰς, καὶ Ἐριννύας, καὶ Ἑκάτην, καὶ [b] ἐπαινὴν Περσεφόνειαν,

ὡς ἐκ-

[a] Οἷός τε] Οἷόν τε sola F. Ceterae omnes obnituntur. [b] Ἐπαινὸν] Καιτὸν P. ἰτὸν F. quod proxime ad veram lectionem accedit. Αἰτὸν A1. Edd. reliquis inhaesit.

T. IV. c. 16. Ἀλλ' ἐχὶ βόθρον, ἵνα (Apollonius) Ὀδυσσέως ἀμφίδρυτος, οὐδὲ ἀρνῶν αἵμασι ψυχαγωγήσας ἐς ἀλήλεκτα τὰ Ἀχιλλέως ἴλθων. *Lutatius* ad *Statii* Theb. IV, 459. *Tria sunt in sacrificiis loca, per quae piationem facimus: scrobiculo facto inferis* &c. *Hesychio* teste constat κοτυλίσκον vocari βόθρον ὡς ὃν τὸ αἷμα τῇ γῇ ἀναμίσγουσι ἱκέσιον quod etsi non plane repudio, fere malim, τῇ ἐν τῇ γῇ. Verum omittendus non est *Strabonis* locus, qui docet, quibus cerimoniis Persae & magi aquae sacra facerent XV. p. 1065. B. Τῷ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἰλθόντες (θύουσι) βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζουσι. *T. H.*

9. Τὸ αἷμα π. τ. β.] Idem eodem libro *Homerus*. *J. Br.*

10. Βόθρον] Mos enim erat antiquis, ut *Festus* tradit, in effossa terra Diis infernalibus sacra facere. *A. V.*

14. Ποινὰς & Ἐριννύας] Ut ex usu variari solent fabulae, quae disciplinam moralem celant, sic Ποιναὶ & Ἐριννύες alias apud antiquos eaedem sunt, alias diversae. Noster iterum jungendo distinxit §. 11. quibus usus est *Barthius* ad *Stat.* Theb. VIII, 25. *Arriani* locum proferens in Epictet. II, 20. p. 234. ubi primum, Ὁρίζω ὑπὸ Ἐριννύων ἐλαυνόμενον, deinde, χαλεπωτέρας αἱ Ἐριννύες & Ποιναί. *Polybius* in Exc. Valef. p. 117. τὰς Ἐριννῦς & Ποινὰς & Προστροπαίους τ' ἀνθρώπων ἐπιφανῆ. Pro iisdem habuerit *Æschin.* in Axioch. c. 21. nec ne, vix discernas: ibi ducuntur improbi πρὸς Ἐριννύων ἐπ' Ἐρεβος & Χάος, atque in infausta regione λαμπάσιν ἐκμανέσιν πυρόεσσαι Ποιναὶ aeternum plectuntur. *Hesychius* alterum ad alterius explicationem adhibuit iis verbis, quae quoniam incassum tentarunt *Kuhn.* ad *Pausan.* I. p. 105. & *Markland.* Epist. Crit. p. 127. emendata proponam: Ποιναῖς φοιτηταῖς, Ἐριννύσι τιμωρητικαῖς. Similis apud Latinos discordia in Poenis & Furiis. Sed haec jamdudum, & a multis sunt observata: nos illud, quod omnes hactenus, opinor, fugit, addamus, illas Poenas reddi oportere *Plutarcho* de Fluv. c. 19. ubi pro ὑπὸ Ποινῶν ἐλαυνόμενος vitiosissime fertur, ὑπὸ πομπίων nihil adferam emendationi probandae, quam ejusdem Scriptoris locum c. 23. πανπλατεόμβρος δὲ ὑπὸ Ἐριννύων ἐκστὰν ἵππος εἰς πλάνην βάκτρου. *T. H.*

Ibid. Καὶ ψυχὰν Ἑκάτην & αἰτὸν Περσεφόνειαν] Apparet satis desumptum ex vetusto carmine, & esse hexametrum, quod mutare *Lucianus* non solet; idque ut recipiamus, puto legendum, Ἑκάτην καὶτὸν Π. *J. G.*

15. Αἰτὸν] Pro αἰτὸν Περσεφόνειαν, lege ἐπαινὸν Περσεφόνειαν, ut ostendi in lectionibus Hesiodeis ad Theogon. v. 768. *J. G. G.*

Ἐπαινὸν] Secuti sumus emendationem Clarissimi *Graevii*, & ante eum *Vorstii*; de qua controversia moveri non potest. Ed. Fl. ἰτὸν, quod prope ad veram accedit: καιτὸν P. *M. du S.*

Ἐπαινὸν Περσεφόνειαν] Quum epitheton αἰτὸν, quamvis vox sit bene Graeca, Proserpinae nullo pacto conveniat, optime *Graevius* tale restituit, quod non tantum facili errore in vulgatam lectionem corrumpi poterat, sed etiam apud *Homerum*, quem ubique *Noster* imitatur, in frequenti est usu; atque adeo in ipsa νεκυομαντεία Od. Λ, 47. unde jam in superioribus huc multa fuisse derivata compertum est. Vid. Od. K, 491. 534. 564. In ratione vocis explicanda, ut fere vetustissimae, quarum usus post *Homerum* pedetentim exolevit, plurimum habent difficultatis, Grammaticorum dissensum *Scholiastes* explicat ad Il. I, 457. Duplicem interpretationem adnotavit *Hesych.* Ἐπαινὴ, ἐπαινετὴ ἢ δεινὴ & φοβερὰ· aliam *Eustath.* p. 1665. v. 7. Ἐπὶ δὲ ἐπαινὴ Περσεφόνη ἡ αἰσχρὴ, τουτέστιν, ἐν σκότει διάγουσα ἢ μᾶλλον αἰνὴ, ἡ δεινὴ, πλουτοζούσης καὶ νῦν προθέσεως, ὡς & ἐν ἄλλοις. Quod ex *Proclo* ad *Hesiod.* Ε. καὶ Η. v. 643. *Graevius* adtulit, ille sine dubio sumserat a *Plutarcho*, cujus commentarios Hesiodeos paene totos sibi vindicavit: audi *Plutarch.* περὶ Παιδ. Ἀγ. p. 23. A. ὅτου δὲ & τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοι φασὶν ὡς παραπαίουσαν εἰρῆσθαι. *Marcell. Empir.* c. XV. p. 112. Si os, aliudve quid haeserit faucibus, hos versus dicendos in aurem ejus, qui offocabitur, praecipit: Μίμνοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου Ἐξ Ἄϊδος πίμψειεν ἐπαινὴ Περσεφόνεια· sunt autem plane Homerici, nam praeter alias dotes rarissimas ad incantationem etiam Poëtae numeri mirifice valebant, ex Od. Λ, 633. hoc solum discrimen interest, quod in editis pro ἐπαινὴ nunc legatur ἀγαυὴ neque dicere habeo, utrum illud temere sit mutatum, an priscae lectionis fidem conservet. Idem ego verbum reponendum puto in Orphei versu apud *Diacon.* Alleg. Theog. *Hesiodi* p. 268. Εὐοδίην Ἑκάτην κλῄζω, τροόδιτιν ἐπαινὴν vulgo scribitur ἐφαμὸν, quod nullius est pretii. *T. H.*

barbaris quibusdam ignotisque nominibus & multarum syllabarum.

10. Statim igitur omnia ibi quaſſabantur, potentique carmine ſolum fiſſum diſcedebat, latratus Cerberi procul audiebatur, adeo ut res valde formidoloſa foret, ac truculenta. Ipſe pertimuit in inferna regione rex manium Pluto: apparebant enim jam pleraque, lacus, Pyriphlegethon, Plutonisque regia. Nos tamen ubi deſcenderamus per hiatum, Rhadamanthum invenimus mortuum propemodum præ metu; Cerberus autem latravit ille quidem, ac nonnihil ſe commovit, verum me cito pulſante lyram illico ſopitus eſt a cantu. Poſtquam vero ad lacum venimus, prope fuit, ut non trajiceremur: jam enim onuſta portitoris erat cymba, ejulatuque plena; quippe ſaucii omnes in ea navigabant, hic crus, caput ille, iſte aliud quiddam contuſum ha-

Βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα.

33. Μιθοῦ ἀκούων τὰ σαθρὰ τῶν ὑπ.] Protulit haec verba *Thomas Mag.* in Ἀνίσης , ubi ex *Vaſcoſani* ſupplenda eſt Editio noviſſima : Ὅμ. εὐ Βατρ. (v. 183.) ὁ δὲ ὑπάτης μοι ἐπέγρ. Τὸ δὲ ῥάπτης κοινόν. Σαθρὸς & σαπρὸς quomodo differant, expoſuit *Kuſterus* ad *Ariſtoph.* Pl. v. 814. adductis praeter hunc pluribus e *Luciano* locis , ubi prius vocabulum occurrat. Temere vero *Noſter* viliſſimum opificium , an certa quadam ratione Philippo tribuerit , compertum non habeo. *Scholiaſtae* conjectura non inepta eſt , neque abhorrens. Quod ſequitur εἰν τοῖς τριόδοις adhibuit *Pricaeus* ad Apul. Mileſ. I. p. 4. *ſtipes in triviis erogare.* *T. H.*

Ibid. Τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων] Sic in Catapl. c. XX. *J. B.*

42. Παλαμήδης] Congerrones Neſtorem & Palamedem Socrati dedit *Lucianus* apud inferos Ἰσ. Ἀλ. II. c. 17. idque jure merito : illum ita deſcripſit *Homerus* , ut in tanta morum ſimilitudine amicitiam utriusque facile conglutinatam credas : hujus caſu acerbo ſe vivus etiamnum Socrates eſt conſolatus: ὡδημυθεῖτας δ', ἔτι μὲ ὁ Παλαμήδης , inquit in *Xenophonte.* Apol. p. 411. ὁ ὡδαπλησίως ἐμοὶ τελευτήσας atque adeo mirum non eſt , ſi infra ſapientiſſimi hominis familiaritatem expetiverit. De Ulyſſe res eſt alia : ejus enim facinus in Palamede deſignatum fuerat exſecratus: ſic enim in *Xenophonte* ſequitur : ἔτι γὰρ καὶ νῦν πολὺ καλλίους ὕμνους παρέχεται Ὀδυσσεῖ τοῦ ἀδίκως ἀπεκτονότος αὐτόν. De cruribus ex educta cicuta tumefactis vide *Platonis* extremum Phaedonem. *T. H.*

44. Ἐκ τῆς φαρμακοποσίας] *E cicutae potione.* *J. Br.*

Ibid. Φαρμακοποσίας] *Plato* in Phædro. *J. B.*

τελῶν. ἀκούων δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τύχην [a] ἀναμιμνῃσκόμενος, γελᾷ τε καὶ τέρπεται, καὶ τὰ πολλὰ ὕπτιος κατακείμενος ἄδει μάλα τραχεῖα καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ὑποκαλύπτων, ὥστε ἀνιᾶσθαι τοὺς ἄνδρας, καὶ μεταβουλεύεσθαι μετοικεῖν ἐς Φέρωνθας τὰ Διογένους.

quum audit plorantes, priſtinamque fortunam animo remetientes ridet ac delectatur; tum plurimum ſupinus recumbens cantat, valde aſpera ac dura voce ejulatus eorum abſcondens; quod illi adeo moleſte patiuntur, ut conſilia volvant migrandi, non ferentes Diogenem.

ΦΙΛ. Ταυτὶ μὲν ἱκανῶς. τί δὲ τὸ ψήφισμα ἦν, ὅπερ σὺ δεχὴ ἔλεγες κακυρῶσθαι τὴν πλουσίων; ΜΕΝ. Εὖγε ὑπέμνησας· ἐγὼ γὰρ οἶδ' ὅπως, περὶ τούτου λέγειν προθέμενος, πάμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου. διατρίβοντος γάρ μου παρ' αὐτοῖς, πρύτανεις ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων. ἰδὼν οὖν πολλοὺς συρρέοντας, ἀναμίξας ἐμαυτὸν τοῖς νεκροῖς, εὐθὺς εἰς καὶ αὐτὸς ἦν τῶν ἐκκλησιαζόντων· διακήθη μὲν οὖν καὶ ἄλλα, τελευταῖον δὲ τὸ [b] περὶ τῶν πλουσίων. ἐπεὶ γὰρ αὐτοῖς καὶηγόρητο πολλῶν

19. PHIL. Iſta quidem ſatis: ſed quid erat illud plebiſcitum, quod initio dicebas perlatum eſſe adverſus divites? MEN. Bene vero ſubmonuiſti: neſcio enim quomodo, quum de eo dicere propoſuiſſem, longiſſime aberrarim ab inſtituto ſermone. Ergo dum verſabar apud inferos, edixerunt prytanes comitia de rebus ad communem utilitatem pertinentibus: ego, qui multos viderem concurrentes, immixtus umbris ſtatim unus eram illorum, quibus in concionem veniendi jus erat: tum igitur & alia ſunt adminiſtrata, & denique quod ad divites ſpectabat negotium. Itaque quum criminum accuſati eſſent multorum

[a] Ἀναμιμνῃσκόμενος] Ἀναμιμνῄσκοντες A. P. [b] Περὶ] F. ὡς correctum in A1. quam reliquae ſequuntur.

49. Ἀναμιμνῃσκόμενος] Angl. ἀναμιμνῄσκοντες. *J. B.* Ἀναμιμνῃσκόμενος] Diverſum eſt, neque adeo probandum, quod unus alterque Codex ingerit, ἀναμιμνῄσκοντες. *Euripid.* Ion. v. 250. *Μήμοι παλαιὸν ἀνεμιμνῄσκομεν τινά.* Or. v. 14. — *τί τ' ἄρρητ' ἀναμιμνῄσκω μ' ἀεί;* plura dicentur alio loco. *T. H.*

60. Προύθεσαν οἱ πρ. ἐκκλησίαν] Formula loquendi ad comitiorum apud Athenienſes conſuetudinem aptiſſime reſpondet. Prytanum erat munus ſenatum aut comitia fixa tabula, quae, quid in deliberationem veniret, continebat, indicere: id *Polluci* eſt VIII, 95. προγράφειν πρὸ τῆς βουλῆς, καὶ πρὸ τῆς ἐκκλησίας, ὑφ' ὧν δεῖ χρηματίζειν. *Ariſtotles* προγράφειν κυρίαν ἐκκλησίαν dixit apud *Harpocrat.* in Κυρία ἐκκλησία· unde ſua *Pollucem* deſcripſiſſe, quod in pluribus aliis verum eſt, recte *Valeſius* obſervavit: atque ita *Æſchines* de male obita legatione, προγράψαι τοὺς πρυτάνεις ἐκκλησίας δύο κατὰ τοὺς νόμους p. 35. v. 43. p. 36. v. 4. Idem eſt προθεῖναι ἐκκλησίας. *Liban.* Decl. XVI. p. 466. B. κλαίω μὲ ὅταν οἱ πρυτάνεις προθῶσιν ἐκκλησίαν. Controverſa vis verbi apud veteres in *Demoſthenis* initio Phil. I. Εἰ μὲ περὶ καινοῦ τινος πράγματος πρότιθετο λέγειν· ibi notat *Ulpianus* quosdam accipere ἀντὶ τοῦ προεβάλλετο τινὰς δὴ, ἀντὶ τοῦ προεγράφετο· ſed quae ſequuntur, clare rem ipſam exponunt: ἐπειδήπερ σανίδας τινὰς ἐνέγραφον τὸ πρᾶγμα ἐχούσας, περὶ ἃ ἡ σκέψις, καὶ περὶ ἃ συμβουλεύσουσι καὶ προτίθεσαν τὰς ἐκκλησίας, ἵνα γνῶσι πάντες, περὶ τίνος ἔσται ἡ ἐκκλησία· a quibus parum differt additum ad Or. περὶ Παραπρ. interpretamentum p. 380. B. Πρόγραμμά ἐστι τὸ προτιθέμενον τῆς ἐκκλησίας ὡς περὶ βουλεύσασθαι ἢ περὶ τοῦ πέμψαι πρέσβεις, ἢ πρέσβεων ἀκούσαι μαθεῖν, ὅ, τι λέγουσι nam Oratoris verba, quibus haec illuſtrandis inſerviunt, ſic ſine dubio, quod nec *Valeſium* praeteriit, ſunt reſtituenda: καὶ τοῦθ', ὅταν ἢ κήρυξι ἢ πρεσβείας προγεγραμμένης, οὐκ ἀεί· idque non *Ulpiano* ſolum auctore, ſed Codicibus etiam melioris notae: quantum vero ab horum mente diſceſſerit *Wolfius*, interpres alioqui minime ſpernendus, facile lector non indiligens per ſe deprehendet. Jam duplex illa τοῦ προτιθέναι poteſtas, quae *Demoſthenis* enarratores diſtraxit, eandem etiam aliis in locis parit difficultatem: velut in *Iſocratis* Συμμαχ. p. 162. A. ἀποφαινούμενοι, ἂν τυγχάνωμεν γιγνώσκοντες πρότερον μὲ περὶ ὧν οἱ πρυτάνεις προτιθέασιν. *Thucydid.* III, 38. Θαυμάζω μὲ τί προθέντων αὖθις περὶ Μιτυληναίων λέγειν forte minus erit dubitationis, quando adjungit γνώμας aut ἀφηγήσεις. c. 36. Mitylenaei, qui Athenis aderant, παρεσκεύασαν τοὺς ἐν τέλει ὅτε αὖθις γνώμας προθῶσι. Τοὺς ἐν τέλει *Scholiaſtes* τοὺς πρυτάνεις exponit, ego τοὺς πρυτανεύοντας. c. 42. Οὔτε τοὺς προθέντας τὴν ἀφηγήσιν αὖθις περὶ Μιτυληναίων αἰτιῶμαι. Equidem cum *Ulpiano* ſentio, & has locutiones omnes eſſe profectas arbitror a propoſita prytanum tabella, qua non tantum inlicium vocabant Athenienſes, ſed & qua

rum & gravium, violentiæ, arrogantiæ, ſuperbiæ, injuſtitiæ, tandem ſurgens aliquis populi moderatorum prælegit ſcitum tale.

λὰ καὶ δεινὰ, βία, καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὑπερφία, ϗ ἀδικία, τέλ@ ἀναϛάς τις τ̃ δημαγωγῶν ἀνέγνω ψήφισμα τοιῦτον.

PSEPHISMA. 70 ΨΗΦΙΣΜΑ.

20. Quandoquidem multa & injuſta divites perpetrant in vita rapiendo, vim inferendo, omnibusque modis pauperes deſpicatui habendo, viſum eſt Senatui Populoque, ut, quum obierint, eorum corpora pœnas ſubeant, non ſecus atque aliorum improborum; animas autem ſurſum remiſſas in vitam demergi in aſinos, usque dum in tali ſtatu transegerint bis centum & quinquaginta mille annos, aſini ex aſinis prognati, onera ferentes, atque a pauperibus acti: exinde demum ut liceat ipſis mori. Dixit ſententiam Cranion Sceletionis F. Necyſienſis, tribu Alibantiade.

Ἐπειδὴ πολλὰ ϗ ἀδίκημα οἱ πλούσιοι δρῶσι ἁδὲ τ̃ βίον ἁρπάζοντες, ϗ βιαζόμενοι, ϗ πάντα τρόπον τ̃ πενήτων καταφρονῦντες, Δέδοκται τῇ βουλῇ, ϗ τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν ἀποθάνωσι, τὰ μ̀ σώματα αὐτ̃ κολάζεϑ, καθάπ ϗ τὰ τ̃ ἄλλων πονηρῶν· τὰς δὲ ψυχὰς, ἀναπεμφθείσας ἄνω ἐς τ̀ βίον, [c] καταδύεϑ ἐς τὺς ὄνους, ἄχρις ἂν ϗ τῷ τοιύτῳ ἀριθμῷ γένωνται μυριάδας ἑκατὸν πέντε ϗ εἴκοσιν, ὄνοι ἐξ ὄνων γιγνόμενοι, ϗ ἀχθοφορῦντες, ϗ ὑπὸ τ̃ πενήτων ἐλαυνόμενοι· τεντεῦθεν δὲ λοιπὸν ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀποθανεῖν. Εἶπε μ̀ τ̀ γνώμην Κρανίων Σκελετίων@ Νεκυσιεὺς, φυλῆς [d] Ἀλιβαντίδ@.

Hoc lecto pſephiſmate ſuffragia dant ma-

Τύτου ἀναγνωσθέντ@ ϗ ψηφίσματ@ ἐπεψήφισαν μ̃ αἱ ἀρχαὶ, ἐπεχειροτόνησε δὲ τὸ πλῆ-

c Καταδύεϑ] Ex A. *J. V2.* quibus adſentitur Margo *A1W.* Ceterae Edd. F. in qua καταλύεσθαι, ſequuntur. d Ἀλιβαντίδ@] A. P. idemque adſcriptum in ora *A1W.* Cunctae Edd. Ἀλιβαντιάδ@.

qua de re ſententiae dicendae forent, ac ſuffragia ferenda, definiebant. Nunc liquido patet, unde duxerit *Sophocl.* in Antig. v. 165. Ὅτι σύγκλητον τοῦδ᾽ γερόντων Πρόβουλον λόχῳ Κωφῇ πυρίγμαλι πέμψας: ſolemne eſt ingenioſiſſimo poëtae phraſes a ſuae gentis moribus derivatas aliorſum apte traducere: cui, praeter illud προβούλου λόχου, hiſce lectis non ſtatim ἐκκλησία σύγκλητ@ in memoriam venit? neque obſcurum eſt perito linguae Graecae, quare, quum in ſuperioribus exemplis προβοῦναι conſpiciatur, ipſe Medium uſurparit. Προβούλαια recentioribus eſſe *Imperatorum edicta* ex *Cangii* Gl. M. & I. Gr. conſtare poteſt; quam vocem an perinde atque ἐκβούλαια refutaturi ſint *Phrynichus* & *Thomas Mag.* equidem neſcio. *T. H.*

61. Πρυτάνεις] Qui ſunt vide apud *Etymol. M. A. V.*

66. Ἐατὶ γάρ] Saepe mutari vidimus ϗ & γοῦν idem ne hic contigerit, valde metuo. *T. H.*

Ibid. Κατηγόρητο] Sic ſcribitur paſſim. *M. du S.*

78. Καλαδύναϛ] Angl. καλαδύναϛ. *J. B.*

Καταδύναϛ] Vulgo legitur καταλύναϛ· quod ferri quidem poſſet, niſi hanc aptiorem & concinniorem ſcripturam ſuppeditarent A. & Ed. *J.* ſic *Plutarch.* 1399. 1. εἰς κίνδυνον ἐνδύομ@. *Plato* p. 32. B. C. εἰς τὰ τ̃ ὅλων γένη ἐνδύναϛ. *M. du S.*

83. Κρανίων &c.] Ludit in vocibus κρᾶνον, σκέλε-τ@, νέκυς mortui ἀλιβάντες a poëtis appellantur. *J. Br.*

84. Φυλῆς Ἀλιβαντιάδ@] Finxit lepide hanc vocem, ut & illas quae praecedunt. Ἀλιβάντες ſunt νεκροὶ. vide *Heſych.* *J. G. G.*

Ibid. Ἀλιβαντιάδ@] Angl. Ἀλιβαντίδ@. *J. B.*

Ἀλιβαντιάδ@] Ἀλίβας ὁ νεκρὸς, τῶν᾽ ἐϛι, ζωϊκῆς λαβάδ@, ἤγουν ὑγρότητ@ ἄμοιρ@ ὤν. Ἀλίβαντες quare mortui dicti, vide *Galenum* περὶ Κράσεων lib. I. Hinc Lucianus Ἀλιβαντίας finxit. *A. V.*

Ἀλιβαντίδ@] Ἀλίβας eſt *mortuus*; &, ſi *Suidae* fides, nomen fluvii apud inferos, unde tribum finxerit *Noſter*. Malui autem Ἀλιβαντίδ@, quod in Angl. & P. legitur, quam quod in vulgatis eſt Ἀλιβαντιάδ@. *M. du S.*

Ἀλιβαντίδ@] Ferri poterat Ἀλιβαντίας, ut Πιλοπ᾽ς, Πιλοπίας, ejusque generis non pauca: ſed alterum melius imitatur formam tribuum Atticarum, Κεκροπὶς, Ἱπποθοωντὶς, Αἰαντὶς, Ἀκαμαντίς. *T. H.*

85. Ἐπεψήφισαν μ̃ αἱ ἀρχαὶ] Ψηφίζειν ϵ χειροτονεῖν ſeparant jura civium; notiſſimum ex oratoribus Graec. *J. B.*

Ἐπεψήφισαν] *Approbaverunt* magno conſenſu Interpretes; quos cur improbaverim, intelligi poteſt ex notatis ad Tim. p. 157. v. 32. *T. H.*

ωλῆθος, ᾐ ἐνεβριμήσαλο ἡ Βριμὼ, ᾐ ὑλάκτησεν ὁ Κέρβερος· ὕτω γὰρ ἐντελῆ γίγνεται, ᾐ κύρια τὰ ἀνεγνωσμένα.

gistratus, scivit plebs, infremuit Brimo; & latravit Cerberus: nam eo pacto firma fiunt & rata, quæ lecta fuerunt.

Ταῦτα μὲν δή σοι τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ἐγὼ δὲ, ὥσῤ ἀφίγμην ἕνεκα, τῷ Τειρεσίᾳ προσελθὼν ἱκέτευον αὐτὸν, τὰ πάντα διηγησάμενος, εἰπεῖν πρός με, Ποῖόν τινα ἡγεῖται τὸν ἄριστον βίον. ὁ δὲ γελάσας (ἦν δὲ τυφλόν τι γερόντιον, ᾐ ὠχρὸν, ᾐ λεπτόφωνον) Ὦ τέκνον, φησὶ, τὴν μὲν αἰτίαν οἶδά σου τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο, ᾐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς· ἀτὰρ ᾐ

21. Atque hæc tibi sunt acta in concione. Ego porro, cujus gratia eo veneram, Tiresiam adii, eumque supplex rogavi, re tota narrata, ut exponeret mihi, qualem tandem ducat optimam vitam. Tum ille risu sublato (est autem captus oculis seniculus, pallidus, & tenuissima voce) fili, inquit, causam novi tuæ fluctuationis a sapientibus esse ortam, qui secum ipsi dissident;

a Σου] Σοι P. Margo *A1W*. Defendi poterat: sed longe melior vulgata.

87. Ἐνεβριμήσαλο] Ἠπείλησεν, ἐφόβησεν. *V.*

91. Ἕνεκα τῷ Τειρεσίᾳ] Φασὶν ὅτι Περσεφόνη χαρίζεται τῷ Ἅιδῃ Τειρεσίᾳ μόνῳ φρονεῖν τὰ ἄλλων ἀπόντων πεκρῶν. *V.*

87. Βριμὼ] Etymol. Βριμὼ, ἡ Περσεφόνη &c. *F.G.*

Βριμὼ] V. *Clem. Alex.* 9, f. Hecate, *Apoll. Rh.* III. p. m. 79. *M. du S.*

98. Τὰ αὐτὰ γ. ἑαυτοῖς] Scribendum: ὦ τέκνον, φησὶ, τὴν μὲν αἰτίαν οἶδά σου τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο, ᾐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἐν ἑαυτοῖς. *O fili, causam scio tuæ perplexitatis, a sapientibus istis profectam, qui non eadem inter se sentiunt*: ἐν in omnibus editis desideratur. Aliud est ᾗ τὰ αὐτὰ γιγνώσκειν ἑαυτῷ, nimirum *a se ipso dissentire*. *J.G.G.*

Οὐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς] Vir Cl. *J.G. Graevius* legit γιγνωσκόντων ἐν ἑαυτοῖς, *qui non eadem inter se sentiunt*. Sed videndum, ne retinenda sit vulgata lectio, ac cum eodem Viro Cl. recte interpretanda, *Equidem novi hæsitationis tuæ causam, eam nimirum profectam esse ab his sapientibus, a se ipsis dissentientibus*; qui sibi non constant, nunc hanc, nunc illam de eadem re ferentes sententiam. Eo nempe stolidior erat horum sophorum vanitas, quod non inter se modo, sed ipsi a se dissidebant. Idque jam supra ut ἀτοπώτατόν τι declaraverat in eodem hoc dialogo *Lucianus*: Ἔτι δὲ πολλῷ τοῦτο ἐκείνων (φιλοσόφων) ἀτοπώτερον· τοὺς γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ἐπιτηδεύοντας, ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν λόγοις ἐπιτηδεύοντας, &c. *Praeterea hoc multo in illis erat absurdius: hos enim ipsos, observata eorum vita, comperi suis ipsorum sermonibus admodum contraria agentes*, &c. Ad hæc videtur respexisse is (Tiresias) qui hoc in loco eum, qui, quæ foret optima vita, rogarat, docere vult verissimam hæsitationis suæ causam. *J.J.*

Τὰ αὐτὰ γ. ἑαυτοῖς] Sic *Isocrates* περὶ Εἰρήνης p. m. 216, f. ὅτων ἀλογίστως ἔχομεν, ὧτε περὶ τῶν αὐτῶν τοῖς αὐτοῖς ἡμέρας ᾗ ταῦτα γιγνώσκομεν. *M. du S.*

4. Ἀποστάσας] Attigi locum ad Θ. Κρ. §. 5. p. 257. *T.H.*

5. Ὁ τῶν ἰδιωτῶν] *Privatos* vertunt: non injuria dissentit Vir eximius *J. Alb. Fabricius* B. G. IV. c. 16. p. 498. ubi scriptorum *Luciani* recensionem instituit: *Quod vero Tiresias*, inquit, *Menippo in aurem susurrat, optimam vitam esse τῶν ἰδιωτῶν, nolim intelligere de vita* privatorum, *sed* illiteratorum, *qui* philosophis *a Luciano opponuntur, difficiles nugas magno cum fastu tractantibus*: adjectis pluribus nostri scriptoris exemplis, in quibus eadem potestas valere debeat. Sane nihil est frequentius, quam φιλοσόφους & ἰδιώτας inter se opponi: notat *Simplic.* ad *Epictet.* Ench. c. LXXI. p. 315. Τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ μὲν ἰδιῶται, οἱ δὲ ἐκ διαμέτρου τούτων φιλόσοφοι, οἱ δὲ ἀφιγμένοι μὲν τῶν ἰδιωτῶν, προσχωροῦντες δὲ τοῖς φιλοσόφοις, ὡς πρακτικοὶ καλεῖ. Crates, teste *Diogen. L.* VI, 88. argenti numerum apud mensarium deposuerat ea conditione, ut, si filii ἰδιῶται γενηθεῖεν, ipsis restitueretur; sin philosophi, publico cederet. Nec philosophis solum, sed & philologis contrarii sunt οἱ ἰδιῶται. *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. §. 235. ὡς γὰρ ἡ φιλόλογος (συμπάθεια) γελᾶται παρὰ τοῖς ἰδιώταις, ὅτως ἡ ἰδιωτικὴ παρὰ τοῖς φιλολόγοις· atque adeo cujuscumque artis rudes ἰδιῶται sunt, si ad artifices comparentur; quod exemplis firmare putidum foret. Nolim tamen hic privatam vitae conditionem, quae procul a philosophorum rixis remota quietem sectatur, & res, quae usu quotidie veniant, commode atque eleganter dispensat, penitus excludi: haec enim ἀπραγμοσύνη, quae longe recedit ab operosis philosophorum inanibusque concertationibus, saepe laudatur: quare *diu quaesitum esse Servius* notat ad Georg. II, 475. *utrum philosophiae, an rusticitatis esset vita felicior. Plato* Πολ. X. p. 765. C. Ulyxis animam narrat μνήμῃ τῶν προτέρων πόνων φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν ζητεῖν τὸν τοῦ ἰδιώτου ἀπράγμονος ubi jam sine dubio privati hominis tranquillam vitam significat. *T.H.*

11. Τὸ παρὸν εὖ θέμενος] *Praesentem fortunam bene* con-

sident: at fas non est hæc ad te proloqui; interdictum enim a Rhadamantho. Nullo pacto, inquam, suavissime pater, quin eloquere, neque me asperneris, qui te ipso cæcior oberrem in vita. Ille enimvero, quum me seduxisset, longeque ab aliis abstraxisset, leniter inclinatus ad aurem, Idiotarum, ait, optima est vita, & prudentissima. Quare tu, posita dementia rimandi cœlestia, & fines ac principia rerum inspiciendi, despues solertes illos syllogismos, & hæc talia pro nugis ducens illud ex omnibus unum modo venabere, ut eo, quod in manibus est, sapienter usus præter-

θέμις λέγειν πρὸς σέ ἀπείρητ᾽ ἦν ὑπὸ Ῥ Ἰ Ῥαδαμάνθυ. μηδαμῶς, ἔφην, ὦ πατέριον, ἀλλ᾽ εἰπέ, ἵ μὴ φείδῃς με σῦ τυφλώτερον φρενοῦσθαι ἐν τῷ βίῳ. ὁ δὲ δή με ἀπαγαγὼν, ἵ πολὺ τ᾽ ἄλλων ἀποσπάσας, ἡρέμα προσκύψας πρὸς τὸ ὦς φησὶν, Ὁ τ᾽ ἰδιωτῶ ἄριστ. βίο, ἵ σωφρονέστερος· ὡς τ᾽ ἀφροσύνης παυσάμῶ Ῥ μελεωρολογεῖν, ἵ τέλη ἵ ἀρχὰς ἐπισκοπεῖν, ἵ καταπτύσας τῶ σοφῶν τούτων συλλογισμῶ, ἵ τὰ τοιαῦτα λῆρον ἡγησάμῶ, τοῦτο μόνον ἐξ ἁπαν. θηράσῃ, ὅπως, τὸ παρὸν εὖ θέμερ.

consulens. Proverbium quo *Plato* in Gorg. utitur p. 302. F. *A. V.*

Τὸ παρὸν εὖ θέμῶ.] Huic formulae loquendi dignitatem proverbii veteres addiderunt: idcirco παλαιὸν λόγον vocat τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν *Plato* in Gorg. p. 340. E. eumque imitatus *Procopius* Goth. I. p. 187. v. 35. Ἐμοὶ γάρ τις παλαιὸς εἰσήρχε λόγος τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι (nescio an melius fuisset scripturus τίθεσθαι vel θέσθ) καλεύων· utrumvis enim ποιεῖν & θέσθ, illud quidem longe rarius, hoc frequentissime in adagio locum tenet: idcirco *Hesychius* etiam in Τὸ παρὸν εὖ τίθεσο, quanquam ibi, non secus ac tot aliis in locis, cladem fuerit passus, ejus paroemiae Philosophum in Gorgia citat testem; quum tamen *Suidas* ποιεῖν servaverit. Ad *Antonin.* VI. §. 2. ἀρκεῖ ἂν ἐπὶ ταύτης (τῆ ἀνθρωπίνῃ πράξεως) τὸ παρὸν εὖ θέσθ, monuit *Gatakerus* Pittacum, teste *Diogen. L.* I, 77. interroganti, quid optimum esset, respondisse, Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, idque dictum postea in proverbium abiisse: ibidem praeter alia plura Vir Doctissimus *Luciani*, qui prae manibus est, locum profert. Similem plane Pittaci sententiam, quae a priore minimum discrepet, consignavit *Diogen.* I. §. 78. σωστῶν ἀνθρῶν εἶναι, πρὶν γενέσθ τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα εὖ θέσθ. Interpretes, ut solent in locutionibus non explorate cognitis, mire fluctuant: *Ambrosius* ibi vertit, *quod in praesentia occurrit, bene agere; aequo animo ferre: Benedictus* nostrum illud, τὸ παρὸν εὖ θέμενος, *praesentibus contentus*, parum ipse scilicet contentus versione *Mori* minime postponenda, *praesentibus bene compositis.* Utrumque proverbium *Erasmus* explicuit, *Praesentem fortunam boni consulere, Quod adest aequi bonique facere:* tum porro, *Admonet*, inquit, *adagium, ne nos alienarum rerum cupiditate macteremus, sed quaecumque contigit sors, eam velut optimam amplectamur.* Nec nihil, neque omnia dixerunt: altior enim quaedam potestas eo proverbio continetur, cujus vis & ratio a formula loquendi perspecta pendet. Εὖ ποιεῖν non aliter hic est capiendum, quam in εὖ ποιεῖν τὰ προστεταγμένα· atque adeo τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν significabit, *res praesentes, & quodcumque fuerit oblatum lucro apponere, inque rem suam convertere.* Expende modo *Platonis* locum, ubi non insulse *Ficinus*, *ut eo quod adest pro viribus bene utar*, ipsam disputationis seriem huic virtuti suffragari comperies. *Athenaeus* XII. p. 544. B. Aristippum refert ἐνὶ μόνῳ τὸ ἀγαθὸν κρίνειν τῷ παρόντι, ut qui existimaret, nihil ad se pertinere τὸ ἀπολαλυκέναι ἢ τὸ ἀπολαύσειν, τὸ μὲ ὡς ὄν ἔστ᾽ ὄν, τὸ δὲ ὕπω ἢ ἄδηλον· ὁποῖον ἢ οἱ τυφῶντες πάχουσι τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν ἀξιοῦντες· *omnium rerum aliarum securis esse gnaviter utendum praesentibus deliciis statuentes*: nam ex *Dalecampio* nequicquam veram horum sententiam exquiras. In hac schola *Horatius* eruditus monuit: *Quid sit futurum cras fuge quaerere; & Quem fors dierum cumque dabit lucro Adpone* — neque alia dote magis Aristippus Dionysio placuit, ceterisque fuit praelatus, quam quod sciret, ut ait *Diog. L.* II, 65. ἁρμόσασθ ἢ τόπῳ ἢ χρόνῳ ἢ προσάπτῳ, ἵ πᾶσαν περίστασιν ἁρμονίως ὑποκρίνασθ.... ἀεὶ τὸ προσπεσὸν εὖ διατιθέμενος. Deinde εὖ θέσθ τὸ παρὸν similem in modum dicitur, ut in *Hesiodo* Οἶκον τ᾽ εὖ θέσθ, id est, interprete *Moschopulo*, τ᾽ ἑαυτοῦ οἶκον καλῶς διοικῆσαι in *Platone* Πολ. IV. p. 647. A. τὰ οἰκεῖα εὖ θέμενον, ἵ ἀρξάμενα αὐτὸν ἑαυτοῦ ἢ κοσμήσαντα &c. Sic *Thucydid.* VIII, 84. τ᾽ πόλεμον εὖ θέσθ. IV, 59. τὰ ἴδια ἕκαστοι εὖ βουλεύόμενοι δὴ θέσθ· &, quod rarius est notatumque a Schol. omisso εὖ I, 25. ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο θέσθ τὸ παρὸν· unde manifestum est male syllaba minus apud *Procopium* legi Vandal. I. p. 102. οἱ Βανδίλοι ἐν ἀπόρῳ εἶχον θέσθ τὸ παρὸν. Ut autem, quam late locutionis usus pateat, intelligi possit, addam pauca diversi generis exempla: *Sophocl.* El. v. 1439. Νῦν τὰ πρὶν εὖ θέμενοι. OEd. Tyr. v. 641. — μετ᾽ ἐμὲ (Ἰοκάστην) Τὸ νῦν παρεστὼς τύχ. εὖ θέσθ χρεών. *Dionys.* El. apud *Athen* XV. p. 669. E. Συμπόσιον κοσμοῦν, ἵ τὸ σὸν εὖ θέμῶ, id est, *Convivium hilarans, tuisque partibus egregie functus*; quod non fecit Interpres *Dalecampius.* Aeque solet usurpari καλῶς θέσθαι, ut in illo *Sophoclis* apud *Stob.* p. 54. Ταῦτ᾽ ἐστὶν ἄλγιστ᾽, ἂν παρὸν θέσθαι καλῶς Αὐτός τις αὐτῷ τὴν βλαβὴν προσθῇ φέρων· neque minus in ipso proverbio: *Cratini* locum ex Pylaea promsit *Suidas*, quem planius atque ab *Erasmo*, &, qui vestigia

μενος, ὁ δὲ διαβράμης γελῶν τὰ πολλὰ, καὶ ὅλως μηδὲν ἐσπουδακώς. ὡς εἰπὼν πάλιν ὥρμα κατ' Ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

Ἐγὼ δὲ, καὶ γὰρ ἤδη ὀψὲ ἦν, ἄγε δή, ὦ Μιθροβαρζάνη, φημὶ, τί ἀμελλόμεν, καὶ οὐκ ἄπιμεν αὖθις ἐς τὸν βίον; ὁ δὲ πρὸς ταῦτα, θάρρει, φησὶν, ὦ Μένιππε· ταχεῖαν γάρ σοι καὶ ἀπράγμονα ὑποδείξω ἀτραπόν· καὶ δὴ ἀπαγαγών με πρός τι χωρίον ζοφερώτερον, δείξας τῇ χειρὶ πόρρωθεν ἀμαυρόν τι καὶ λεπτὸν ὥσπερ ἀπὸ κλειθρίας ἐρεῖον φῶς, Ἐκεῖνο, ἔφη, ἐστὶ τὸ ἱερὸν τῆς Τροφωνίου, κἀκεῖθεν κατέρχονται οἱ ἀπὸ Βοιωτίας· ταύτῃ οὖν ἴθι, καὶ εὐθὺς ἔσῃ ἤδη ἐν Ἑλλάδι. Ἡδεῖς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐγὼ, καὶ τὸν μάγον ἀσπασάμενος, χαλεπῶς μόλα διὰ τῆς τρυμῆς ἀνερπύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Λεβαδείᾳ γίγνομαι.

curras ridendo pleraque, nec quicquam ſerio ſtudio conſecteris. Hæc ubi dixit, recepit ſe in aſphodelo conſitum pratum.

22. Atque ego, etenim jam ſerum erat, age vero, Mithrobarzanes, inquam, quid ultra moramur, & non abimus iterum in vitam? Ad hæc ille, bono, inquit, eſto animo, Menippe: brevem equidem tibi & minime moleſtum oſtendam tramitem: ſimul abduxit me ad quendam locum reliquis caliginoſiorem, oſtendensque manu procul obſcurum aliquod & tenue tanquam per feneſtram influens lumen, illud, ait, eſt Trophonii fanum, atque inde deſcendunt Bœoti. Hac igitur enitere, & ſtatim eris in Græcia. Ego vero dictis delectatus, ſalutatoque mago, quum difficulter admodum per anguſtum oſtium erepſiſſem, neſcio quomodo in Lebadia adſum.

Cha-

20. Πρὸς τὸ χωρίον τῆς ἄλλου] Εἰ τῆς ἄλλου ζοφερώτερον τὸ χωρίον, ὀλίθριε, πῶς βλέπων τῷ δακτύλῳ * ἐδείκνυε; Καὶ τὸ μὴ παιζόμενον τοῦτο. † αὐτίκα δὲ, οἶμαι, τῇ παιδιᾷ, ὡς τὰ εἰ Τροφωνίου ἀφανίσερά τι καὶ ἀσαφίστερα ἢ εἰ τῶν ἄλλοις μαντείων χρησμῳδουμένων. V.

* Ἐδείκνυε] Ἐδείκνυεν V. & C. M. du S.
† Αὐτίκα δὲ] Pro δὲ M. du Soul ſcripſit τε, quod an V. Codici debeatur, ignoro: praetuli vulgatum. In ſequentibus aut μαντιῶν, aut, quod potius habeo, leges μαντίων. T.H.

ſtigia ſummi popularis preſſit, *Gataker* fuit factum, reſtitui poſſe arbitror: Ἄνδρας σοφοὺς δὲ (vel γὰρ utraeque particulae in citandis verſibus vulgo ſolent ab antiquis omitti) κἀν τὸ παρὸν πρᾶγμ' ὡς καλῶς Ἐς δύναμιν θέσθαι — Atticae proprietatis ignoratio in ὡς καλῶς ἐς δύναμιν, ut alio ſuentem converterent, doctiſſimos homines induxit. *Achill. Tat.* V. p. 303. Ἀλλ' ἴθι σοι, ἔφη, καὶ τὰ παρόντα θέσθαι καλῶς, καὶ ἐλπίσαι ψυχὴν ἐπί σοι φλεγομένην. Alterum adhibuit *Ariſtid.* T. III. p. 60. B. gubernator non tota, quam percepit, artis nauticae ſcientia ratem ſervat, ἀλλ' οἷς ἂν τύχῃσι τὸ παρόν. Ergo duplex fere poteſtas, quam tamen cauſa nonnunquam variat, in hoc adagio reſidet; prima, *quod in manibus eſt, ſolerter dextreque curare & adminiſtrare; ſapienter rebus praeſentibus utendo commodis ſuis conſulere*: quomodo ponitur etiam εὖ διατίθεσθαι, velut in *Appian.* de B. Mithr. p. 173. E. τὸ σφέτερον εὖ διατίθεσθαι, καὶ τῆς γενομένης καλῶς τιμωρίσεσθαι. *Zoſimus* formam verbi mutans, quae venia recentioribus eſt danda, I. p. 12. Ulpianum deſcribit τὸ παρὸν εὖ θέσθαι, τὸ μέσον τοῦτο ἔχειν σωφρόνως δυνατόν· & *Suidas* in Anatolio, πρώτων δὲ αὐτῷ (τὸ μὴ φείδεσθαι χρημάτων τὸ παρὸν διαθεῖναι ἐσπουδάσθη· altera, *ſi quid tentatum ſecus ceciderit, arte corrigere, fortunamque ſiniſtram induſtria ſublevare*; quemadmodum homines prudentes ſolent aleatores callidos imitati ex praecepto Micionis Terentiani in Adelph. A. IV. Sc. VII, 22. Haec autem ſimilitudo quum non raro a veteribus uſurpetur, *Valeſio* perſuaſit, ut rationem proverbii a teſſerarum jactu repeteret, compararetque Gallorum, *Se ſervir bien de ſa chance* in Not. *Mauſſaci* ad *Harpocr.* p. 221. ſenſu quidem ex aliqua parte opportuno, ſed origine nimis in anguſtum redacta. Ut ergo quin noſter ille modus explicandi ſit ad Graecae linguae ingenium accommodatior, minime dubito, ſic tamen nullus diffiteor, ita proverbium hoc ſaepe poſuiſſe ſcriptores antiquos, ut aperte ad teſſerarum ludum cogitationem referrent. Exemplo ſint *Sophoclis* verſus, quos perperam Vir Magnus *Alexidi* tribuit, apud *Stob.* p. 570. v. 46. Στέργειν δὲ τἀμπεσόντα, καὶ θέσθαι πρέπει Σοφὸν πρόσωπον, ἀλλὰ μὴ σύριν τυχεῖν· ubi primum reſtitui placet, κ' εὖ θέσθαι, quam emendationem non vereor, ne quis Critices peritus noſtris armis oppugnatum veniat: deinde στέργειν eſt *aequo animo ferre, aequi bonique facere* diverſum ab εὖ θέσθαι. Sententiam egregiam elegantiſſime vertit Vir Maximus in Florileg. p. 456. *Quod caſus offert, ponere ex uſu ſuo, Non gemere fortunam, aleatoris boni eſt.* Alter autem Tragici verſus apud *Heſychium* in Κυδιστὶ loco valde mutila-

to

Charon, ſive Contemplantes.

MERCURIUS ET CHARON.

M E R C.

1. QUid tu rides, Charon? quidve navicula derelicta huc evaſiſti, ad præſentem usque diem non valde ſolitus frequentare res ſuperas. CHAR. Deſideravi, Mercuri, inſpicere qualia ſint, quæ verſantur in vita, quæque ibi agant homines; deinde quibus privati omnes plorent, ubi deorſum venerint ad nos: nullus enim eorum ſine lacrimis trajecit. Quare poſtulata ab Orco, non ſecus ac Theſſalus ille juvenis, ad unum diem linquendæ navis

Χάρων, ἢ Ἐπισκοποῦντες.

ΕΡΜΗΣ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝ.

ΕΡΜ.

1 ΤΙ γελᾷς, ὦ Χάρων; ἢ τί τὸ πορθμεῖον ἀπολιπὼν δεῦρο ἀνελήλυθας, ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν ἐ πάνυ εἰωθὼς ἐπιχωριάζειν τοῖς ἄνω πράγμασιν; ΧΑΡ. Ἐπεθύμησα, ὦ Ἑρμῆ, ἰδεῖν ὁποῖά ἐστι τὰ ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ, ἢ τίνων ἕνεκα μύριοι πάντες οἰμώζουσι κατιόντες παρ' [a] ἡμᾶς· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἀδακρυτὶ διέπλευσεν. αἰτησάμενον οὖν ἐμὲ τοῦτο καὶ τὸν Ἅιδην καὶ αὐτὸς, ὥσπερ καὶ ὁ Θέτταλος ἐκεῖνος ναυίσκος, μίαν ἡμέραν λειπόνεως γενέσθαι,

a Ἡμᾶς] *F.* ὑμᾶς.

9. Παρὰ τὸν Ἅιδην] Πλούτωνα. *V.*

10. Ὁ Θέτταλος] Ὁ Πρωτεσίλαος. *V.*

to corruptus invenitur; in quo refingendo, quia, unde ſumtus foret, ignorabat, *Salmaſius* operam luſit. Porro quid *Æſchyli* loco clarius, in Agam. v. 32. Τὰ δυσκότων γὰρ οὐ πεσόντα δύσομαι Τρὸς ἓξ βαλαύστης τῆσδ' μοι φρυκτωρίας· audaciſſima figura, quam caſtigata *Sophoclis* majeſtas ſibi nunquam permiſiſſet: in *Scholiaſte* vero legendum ὑβαλοῦσαι pro ὑβριοῦσαι. Sed metuo, ne quis in re tenui modum excedere me queratur. *T.H.*

14. Κατ' Ἀσφοδελὸν λ.] *Homer.* Odyſſ. Λ. *J. Br.*

23. Τὸ ἱρὸν τῆς Τροφωνίου] Vide *Th. Reineſ.* ad Inſcript. Cl. I. n. 243. *T.H.*

24. Κατιφχωμένους] *Ad inferos migrant.* *J. Br.*

29. Λεβαδείᾳ] Lebadia Bœotiæ eſt oppidum, ubi Trophonius dat reſponſa. *J. Br.*

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ] Habes jam elegantiſſimum & omnibus ſuis numeris abſolutiſſimum *Luciani* hoc in genere opus; in quo quod reprehendas nihil eſt: adeo omnia exacta, & cum urbanitate ſumma conjuncta ſeveritas: nulla licentiæ vel minimæ macula, ſed caſtiſſima omnia; ut hunc ſanctiſſimo cuique adoleſcenti tuto in manus tradas, unde non ingenium modo, ſed & mores absque periculo excolat atque ornet. *M. du S.*

2. Ἐς τὴν παροῦσαν ἡμ.] Miror ita ſcripſiſſe *Lucianum.* *M. du S.*

Ἐς τὴν παροῦσαν ἡμ.] Fidem diſtinctionis cunctis Edd. nixae δεῦρο ἀνελήλυθας εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν, Interpretes violare religioni duxerunt vertentes, *in hanc lucem aſcendiſti:* quaſi idem hic diceretur, quod paulo poſt, ἀνελήλυθα εἰς τὸ φῶς. Ego junctis εἰς τὴν παροῦσαν ἡμέραν ἐ πάνυ εἰωθὼς &c. eum in modum rationi linguae Graecae ſatisfeciſſe me puto, ut nulla amplius ſuperſit cauſa, cur miretur *Solanus*, ita ſcripſiſſe *Lucianum.* *T.H.*

10. Ὁ Θεττ. ὁκ. ναυίσκος] Proteſilaus, de quo ſupra in Νεκυομαντείᾳ *Lucianus.* *J. Br.*

Ὁ Θεττ. ὁκ. ναυίσκος] Intelligit Proteſilaum, cujus dialogum vide cum Plutone & Proſerpina. *J. C.*

Ὁ Θ. ὁκ. ναυίσκος] Proteſilaus. Vide ſupra N. Δ. XXIII. *M. du S.*

12. Λειπόνεως] In bonam partem accipitur, impetrato commeatu: alioqui crimen erat λειπόνεω γίνεσθαι, quod actione λειποναυτίου perſequebantur: *Poll.* VI, 154. ubi Cod. Pal. λιποναυτίου VIII, 42. *Heſych.* Λειπόνεως, ὁ τὴν ναῦν ἀπολελοιπώς· ita Herculem, qui, ut amiſſum Hylan inveſtigaret, Argo navim ſociosque deſeruerat, — ἥρως ἐκπετόμενον λιποναύταν *Theocrit.* Eid. XIII, 73. *T.H.*

13. Ἐπι-

νέσθαι, ἀνελήλυθα ἐς τὸ φῶς· καί μοι [a] δοκῶ ἐς δέον ἐντετυχηκέναι σοί· ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπερινοστῶν, καὶ δείξεις ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα. EPM. Οὐ σχολήν μοι, ὦ πορθμεῦ· ἀπέρχομαι γάρ τι ἀγχονησόμενος [b] τῷ ἄνω Διὶ τῶν ἀνθρωπίνων· ὁ δὲ ὀξύθυμός τέ ἐστι, καὶ δέδια μὴ βραδύναντά

venia, escendi in lucem; mihique videor in te peropportune incidisse: non enim dubito, quin hospitem amice ductarus sis mecum obeundo singula monstrandoque, ut qui noris omnia. MERC. Non sane vacat, Portitor? etenim propero curaturus supero Jovi quiddam negotioli humani: hicce vero, quippe facilis irasci, metuo ne

a Δοκῶ] Δοκεῖ vitiose S. & A. b Τῷ] Sola F. τῶ male.

15. Ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα] Ὡς ἐπισταμένως σὺ ὁ Ἑρμῆς ἅπαντα. G.

13. Ξεναγήσεις] Meminit *Moschopul.* Ἐκλ. Ἀ. Ὀ. in Ξεναγήσων. Deductus ad limpidum Ilissi flumen, illamque nobilissimae platani umbram Socrates, ἆρ' ἔστι σοι, inquit, ἐξενάγη, ὦ φίλε Φαῖδρε· tum Phaedrus: Σὺ δέ γε, ὦ θαυμάσιε, ἀτεκμάρτως τις φαίνῃ ἀτεχνῶς ἢ, ὁ λέγεις, ξεναγουμένῳ τινὶ ἐοικὼς σὺ ἐπιχωρίῳ τοίνυν. *Plato* Phaedr. p. 1211. E. *T. H.*

17. Τῷ ἄνω Διΐ] Quia, ut supra visum est, & inferis suus Jupiter est. *M. du S.*

19. Ὅλον ὑμέτερον] *Vestrum prorsus*: nam Mercurius, *Claudiano* teste, *commune est profundis ac superis numen, ac jus per limen utrumque solus habet.* *J. Br.*

25. Ῥίψῃ καμὼ τεταγών] Homer. Il. B. *J. Br.*

Ibid. Καμὼ] An καμαί; *F. G.*

Ibid. Τεταγών] Sic recte ex *Homero* ipso emendatum a *Benedicto* est: in reliquis enim legebatur τιλαγώς. *M. du S.*

Τιλαγὼς] Reliqui, quoniam vetustae lectionis indicium videbatur: certe τιλαγὼς participium proniore cursu manat a τίταγα, quam operosus ille Grammaticorum Aoristus secundus τιλαγὼν ab ἔταγον ideo mihi perquam verisimile fit, scripturam tam facilem in membranis quibusdam antiquis extitisse. *T. H.*

21. Ἀπὸ τῦ θεσπεσίου βηλοῦ] *Mosellanus*, *e summo cœlo: Benedictus, e magno cœlo.* Pater, *sacro limine.* *J. G.*

Ἀπὸ τῦ θεσπεσίου βηλοῦ] Vertit *Benedictus, Vereor, ne me cunctantem, caligini addictum, vestrum sinat esse totum: vel quemadmodum nuper Vulcanum, ita & me correpto pede, e magno dejiciat cœlo.* Elegantius & verius haec ultima vertit *J. Fr. Gronovius* (ut ex indicio ἐυγωνιάτου Filii discimus) *a sacro limine*, quam vulgati interpretes, *e summo cœlo; e magno cœlo.* Desumptus autem hic locus ex *Homero*, apud quem ipse Vulcanus Il. A. vs. 590. narrat, quemadmodum secum egerit Jupiter:

Ἤδη γάρ μοι ἐμῷ ἀμύνοντ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα,
Ῥῖψε ποδὸς τιλαγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Ubi *Eustathius*, quid sit βηλὸς, exponit: Βηλὸς δὲ συνήθως, ὁ τῆ οἰκίας βαθμὸς, ἀπὸ τὸ βαίνεσθαι, ὡς ἐκ ἴδους, παρὰ τὸ ἐδώνεσθαι. ὅθεν ἐκ τόπου ἀδόξου λοιδορία μέν, οἱ βατοὶ καὶ τοῖς τυχοῦσι. His non dissimilia repetit idem commentator ad Il. O. vs. 23. Caeterum dictionem hanc *Homericam*, qua ille dejectum de cœlo memorat Vulcanum a Jove, acutissime transtulit *Menagius* in epigramma de *Lanoio*, qui plurimos a Pontificiis pro Divis cultos numquam fuisse contenderat:

Τὸν Λανοῖον ἐρᾷς, ὃς συρφετὸν Οὐρανιώνων
Ῥίψε, ποδὸς τίλαγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Vide *Anti-baillet* T. II. pag. 216. *J. J.*

24. Ἄλλως πλανώμενον] *Aristoph.* Avib. v. 3. Τί, ὦ πότνι', ἄνω κάτω πλανώμεθ' ἄλλως τὴν ὁδὸν προφερομένω· *Aristid.* T. III. p. 511. B. ἐβαδίζετε δὲ ἄλλως. Bene notat *Etymolog.* p. 68. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀντὶ τῦ μάτην ἐχρῶντο οἱ Ἀττικοὶ τῷ ἄλλως. Ἄλλως ποιεῖν, id est, ματαίως, ut *Schol.* apud *Thucydid.* IV, 36. *Euripid.* Heracl. v. 704. ἄλλως ἔχειν πόνους Hel. v. 713. *T. H.*

25. Καὶ ξύμπλους ἐ συνδιάτορ ἂν] Difficile dictu est, unde *Palmerius* de *Mosellano* sic suspicetur, ut audimus, fingens vocem & a terminatione vocabuli editi remotam, & a Graecia alienam. Nec felicior est in emendatione sua proponenda, quidquid ille non dubitare se sic legendum esse prodat. Quam facili negotio sanari omnia possunt! Legendum enim καὶ συνδιάκτορ. Ejus vocis primitivum habes in Pseudomante: Πυθαγόρην πολίμων τε διάκτορον ἰδὲ λαῶν ἀοιδόν. In Dialogo Mercurii & Majae pro eo dicit συνδιαπραττόμενον· ἀλλ' ἴστι ἐ νεκρικὰ συνδιαπραίτιον μεμιερισμένον. Imperite mox sequuta est haec editio distinctionem aliorum, ἢ εἴ τινα λάλον νεκρὸν εὕροις ἐκεῖνον, παρ' ὅλον τὸν πλοῦν ἀγαλάγγῃ, quum distingui debeat ἢ εἴτινα λάλον νεκρὸν εὕροις, ἐκεῖνο παρ' ὅλον &c. ut bene versiones videntur advertisse. *J. G.*

Ibid. Συνδιάτορ] Haec vox συνδιάτορ olet mendum: ita autem eam interpretatur *Mosellanus: nostrae reip. ex parte legatus*: & sic videtur legisse συνδιαίτωρ, quae vox etiam alibi forte non invenitur, sed quae melius a συνδιαιτᾶμαι formatur, quam συνδιάτορ, vel συνδιαίτορος, & idem valeret, quod συνδιαιτητὴς, id est, *convictor, contubernalis*, vel etiam ar-

ne me ceſſantem veſtræ ditionis eſſe totum ſinat traditum in tenebras: aut, quod Vulcano nuperrime fecit, me quoque projiciat pede correptum de ſacro cœli limine, ut ſubclaudo greſſu riſum & ipſe præbeam vinum miniſtrans. CHAR. Ergo te nulla mei cura tanget temere oberrantis in terra, idque quum ſodalis ſim, tecumque ſimul navigem & umbras transveham. Atqui

με ὅλον ὑμέτερον ἐάσῃ εἶναι, ὥσθ' ὡς τῷ ζόφῳ ἢ, ὅσῳ τ' Ἥφαιστον πρώην ἐποίησε, ῥίψῃ κἀμὲ ᶜ τιταγὼς ᾧ ποδὸς ἀπὸ θεσπεσίου βηλοῦ, ὡς ὑποσκάζων γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν. ΧΑΡ. Περιόψει δῆτα με ἄλλως πλανώμενον ὑπὲρ γῆς, καὶ ταῦτα ἑταίρῳ, καὶ ξύμπλους, καὶ συνδιάκτορι ὄντα.

ᶜ Τιταγὼς] *Benedict.* in *S.* ex Homero refinxit τιταγών.

21. Τιλαγὼς] *'Ο ἀλεξάνδρειος ὁ τινάξας ὁ ῥίψας. Ἀπὸ τοῦ τάζω τὸ τείνω ὁ ἕλκω, ὁ μέλλων τάξω. ὁ † παρελκύσειν τὸν ἕτερον πόδα. ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔταγον, καὶ ἡ μετοχὴ, ὁ ταγών, καὶ κατὰ ἀναδίπλασιασμὸν τεταγών. V.

* 'Ο τείνας] Exc. G. διατείνας καὶ τανύξας. C. δ. καὶ τιν. *M. du S.*

Prorſus ita in *V.* ſcriptum eſt, ut in Exc. G. *T. H.*

† Παρελκύσειν] Hoc modo qui Scholia Voſſiana deſcripſit in uſum Ed. A. expreſſerat iſtam vocis integrae figuram

ὥσπερ. Dedi παραπλησίως, quod *Etymologus* habet in Τεταγών, ubi haec eadem totidem fere verbis leguntur: in ceteris exemplar Voſſianum accurate ſecutus ſum, quod, etſi in fine τεταγὼν praeferret, in fronte τιταγὼς ſervabat: ibi tamen ex C. τιλαγὼν adnotavit *M. du Soul.* *T. H.*

arbiter ſimul cum alio; nec dubito ſic eſſe legendum, ſcilicet συνδιαίτωρ vel συνδιαιτήτης. *J. P. a G.*

Συνδιάκτορος] Simplex διάκτορος eſt epithetum Mercurii apud *Homerum* frequens, quod Grammatici putant deductum ἀπὸ τοῦ ἀφίγειν τὰς ἀγγελίας, *a nuntiis ferendis.* Vide *Euſtath.* ad *Homer.* Ed. Rom. p. 182. & 1393. Hic ſeſe ei conjungens Charon vocat συνδιάκτορον, non quod eſſet nuntius Deorum, ſed quia ſolebat una cum Mercurio ἀφίγειν τοὺς νεκρούς, *trajicere mortuos.* Quae ad hunc locum habent Eruditi Viri, plane ſunt inania. *J. C.*

Συνδιάκτορος] Sic omnes, quas vidi, Edd. Vir tamen Doctiſſimus (in B3 credo, quam non conſului) cum legiſſet συνδιάτορος, emendare conatus eſt: fruſtra; genuina enim eſt, quam exhibemus. Διάκτορος a munere Mercurii epithetum apud *Homerum* frequens, ut Il. B, 103. Φ, 497. & Od. E, 43. unde hic συνδιάκτορος, *ejusdem familiae ſervus*: erat enim, ut apud *Æſchylum* audit Choëph. v. 163. Κύριός μύγιστε ἢ ἄνω τι καὶ κάτω. *Spanhem.* p. 169. *M. du S.*

Συνδιάκτορος] Mercurium *Homerus*, *Heſiodusque* Ἀφίκτορα Ἀργειφόντην vocarunt: ratio nominis utriusque inter Grammaticos, ut ſolet, non explorate conſtat, aliis aliam originem adſignantibus; quam quisque ad ſuam de modo fabularum explicandarum opinionem accommodare maxime conſuevit. Id quidem prorſus ineptum eſt, atque ab analogiae legibus abhorrens, quod διάκτορον dici volunt inſerto τ quaſi διάτορον, ἤτοι ἀφτόρως ὁ σαφῶς ἀφαγόμενον, vel, διάτορον ὁ σαφῆ κατὰ τὸ λέγειν, ſicut in *Heſychio* & *Etymologo* ſcribendum eſt: neque hoc omiſit *Cornut.* de N. D. c. 16. διάκτορος κέκλη) ἤτοι ἀπὸ τοῦ διάτορος εἶναι καὶ τρανὸς &c. Verum duplex ſententia potiſſimum obtinuit, ab ejusdem verbi fonte, ſed diſpari ductu, vocem illam repetens: prima, quam probandam exiſtimo, διάκτορον interpretatur *nuncium mandata per-*

ferentem ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας· ſic in *Etymologo* refinge, ἀφήγοντι τὰς ἀγγελίας τῶν θεῶν, ἀγγελιαφόρῳ, ex *Schol. Homer.* ad Il. B, 103. ex illo viciſſim in hoc ἀγγελίας pro ἐργασίας. *Euſtath.* ad Od. Π. p. 1809. v. 33. ex veteſtis Poëtae enarratoribus: Ἑρμῆς γάρ φασι πρῶτος, οἷα κήρυξ ὁ ἀφήκτορος, καθήρας τὰς ὁδούς. Altera *transvectorem animarum*, propterea quod Mercurius ψυχοπομπὸς umbras deducens Acherontis etiam trajectum procuret: inſignis eſt ad *Heſiod.* Ε. καὶ Η. v. 84. *Procli* locus, ſed, ni fallor, truncatus, quem pro virili parte redintegrabo: Ἀργειφόντης δ' ἤτοι ὁ ἄργος φόνου, ἢ ὁ ἀργῶς φαίνων (niſi quis praeferendum cenſeat, ἀναργῶς φαίνων) εἰρηνικὸς γὰρ ὁ θεὸς καὶ ἀψοφήτος· οἱ δὲ νεώτεροι, ὅτι Ἄργον ἐφόνευσε τὸν πανόπτην. Διάκτορον δὲ Νίσος ὁ Χῖος (hic tamen aliae vocis ἀφήκτορος proprietates forte deſunt, quibus ultimo demum loco fuerit adjectum, Νίσος δὲ ὁ Χῖος &c.) ἀπὸ τοῦ ἀφήγειν τὰς τῶν τελευτώντων ψυχάς. Dubito, an *Daniel Heinſius* noſtram emendationi ſuae, quamvis eam pro minime dubia putabat, fuiſſet praeſaturus: εἰρηνικὸς certe vel in caducei gratiam, licet ἐμπνευτικὸς in Τzetzae reperiret, mutare non debuerat, nec pacis conciliandae gloriam hic Mercurio eripere: ſed magis obſtat *Schol. Homer.* ad Il. B, 104. Quin ipſum ἀφήκτορος a quibusdam eo fuit relatum; & in *Heſychio* legas Διακτόρους, εἰρηνικούς, ſive potius Διακτόρῳ, εἰρηνικῷ. Neſii autem Chii, ſic enim quam Νίσος malo, qui rariſſimus apud veteres occurrit, mentionem etiam factam invenies a *Diogen. L.* IX, 58. *Schol. Homer* MS. apud *Ex. Spanhem.* ad *Julian.* Caeſ. in Prob. Not. p. 74. idem etymon *Etymologus* conſignavit: ἐπὶ τῷ Ἑρμοῦ φασὶ δεῖσθαι τὸ κύαρ τῶν τετελευτηκότων νομίζειν ἢ ὁ διάγων τὰς ψυχὰς· τοῦ γὰρ Ἑρμοῦ ἐπίθετον. Διάγειν vero, quod eſt *trajicere*, *transvehere*, de Charonte poſuit *Ariſtoph.* Ran. v. 140. Ἐν πλοιαρίῳ γυνοντοῖ σ' ἀπὸ γήρα Χάρης διάξει δ' ὀβολῷ μισθὸν λαβών & commo-

ᾧ μὲν καλῶς εἶχεν, ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γέ σε μεμνῆσθαι, ὅτι μηδεπώποτέ σε ἢ ἀντλεῖν ἐκέλευσα, ἢ πρόσκωπον εἶναι· ἀλλὰ σὺ μὲν ῥᾳγκας ὅπου γε καλαθρώματος ἐκτασθείς, ὤμους ὅτῳ καρίερους ἔχων· ἢ εἴ τινα [a] λάλον νεκρὸν εὕροις, ἐκείνῳ παρ' ὅλον τὸν πλοῦν ἀλαλήξῃ. ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὢν, καὶ δικωπίαν ἕλκων, ἐρέτλω μόνος. ἀλλὰ πρὸς γε πατρός, ὦ φίλτατος [b] Ἑρμίδιον, μὴ καταλίπῃς με· ἀλλ' ἡγήσαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὡς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθωμι· ὡς ἢν μὲ σὺ ἀφῇς, οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω· καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι σφάλλονται [c] διολισθαίνοντες ἐν τῷ

non indecorum erat, Maiæ fili, eorum quidem ut meminisses, quod nunquam te antliam ducere jussi, nec remis admovi: quin stertis in transtris porrectus tu, quis humeros habes tam validos; nisi si garrulam aliquam umbram inveneris, quacum per totum cursum confabuleris: ego interea vetulus binos remos agens solus remigo. At per patrem te obsecro, suavissime Mercuriole, ne me destituas: imo age per partes, in hominum vita quæ sint, omnia mihi demonstra, ut fructum aliquem ex ea contemplatione referam. Quod si tu me deserueris, nihil inter me & cæcos intererit: quemadmodum enim hi vacillant frustratis per

a Λάλον] Egregie *Brodæo* duce sic Benedictus dedit pro ἄλλον, quod in cunctis Edd. extabat. b Ἑρμίδιον] Ἑρμίδιον priores Edd. Ἑρμάδιον habet margo *Aldi*. c Διολισθαίνοντες] *F.* διολισθάνοντες. In P. & *J.* ᾗ διολισθάνουσι.

28. Πρόσκωπον εἶναι] Ἐπὶ τῇ κώπῃ εἶναι. *V.*
Ἀντὶ τοῦ ἐρέτην, ἤτοι ἐπὶ τῇ κώπῃ εἶναι. *V.*
30. Ὤμους] Ὡς παλαιστὴν διαπαίζει. *V.*
35. Περιήγησαι] Λεπτομερῶς εἰπέ. *V.*
38. Σφάλλονται] Ἀστοχοῦσι. *V.*

de *Schol. Æschyl.* ad Ἑπτ. ἐπὶ Θ. v. 864. ναυτόλον θεωρίδα, quomodo cymbulam inferni portitoris Tragicus appellaverat, exponit τὸν διάγοντα τοὺς νεκρούς. Hanc postremam interpretationem secutus est, pro tempore saltem, *Lucianus*, ut Mercurium jure Charon non tantum ἐύμπλουν, sed etiam ξυνδιάπτορον nuncuparet, quia secum operam in traducendis mortuorum umbris communem exercebat. *T.H.*

26. Καλῶς εἶχεν] *H. Stephan.* App. de D. A. p. 142. de praeterito imperfecto agens, *quod ut praesenti proximum, ita locum ejus interdum obtinet*, hoc etiam exemplum proposuit: *ubi tamen*, inquit, *dubitari queat, an εἶχε pro ἔχει positum sit. Suam enim significationem retinere videri queat, quatenus Mercurius hoc officium illi praestare jam recusavit: perinde ac si diceret, Non debebas id officii mihi denegare: par enim erat te meminisse &c. Vicissim autem, quatenus illum rogare pergit, tanquam non omnino repulsam passus, videri queat hoc praeteritum imperfectum praesentis significationem habere. Stephano* solemne est in levibus argutari: omissum ἂν, quod saepe fieri consuevit: *καὶ μὰν καλῶς εἶχεν ἄν, ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γοῦν* &c. Particula γοῦν eundem hic locum & usum habet, quem §. 7. ἐλύγξῃ γοῦν. Index similia plura suppeditabit. *T.H.*

28. Πρόσκωπον εἶναι] Bene restituerant *Pollux* I, 95. *Thucydidis* exemplo I. c. 12. jungatur hicce *Nostri* locus, & alter §. 7. ναύτην εἶναι ἐπὶ πρόσκωπον ἄν. *T.H.*

29. Ἐπὶ τῇ κώπῃ] Non in Charontis tantum cymba *super transtris*, non *sub transtris*, dormiebant, sed & alibi, uti ex *Eustathio* docet *Casaub.* ad *Theophr.* Char. p. 338. cujus textum etiam hinc emendat: *M. du S.*

Ἐπὶ τῷ καλαθρώματος] *Is. Casauboni* notam ad *Theophr.* Char. c. XXII. p. 157. vellicaverat *Theod. Marcilius* Vir, praesertim si cum *Casaubono* comparetur, haud magni sane pretii ad *Pers.* Sat. V, 146. ad eum enim hominem maligne invidum spectat acrior utrobique Viri summi increpatio. *Synesius* de servo nequam in patriam navi deportando Ep. XXXII. πλείτω δὲ διδυμόνος ἐπὶ τῷ καλαθρώματος. μὴ γὰρ εἰς καλὸν ναῦν καλάβαιη. *T.H.*

30. Ὤμους] Quia gymnasiorum praeses. *M. du S.*

31. Ἄλλον νεκρὸν] Castiga λάλον, ἐκείνῳ ἀλαλήξῃ. *J. Br.*

Λάλον] Secuti sumus, hoc quidem in loco, non veterum Codd. auctoritatem, sed emendationem *Benedicti* certissimam: in omnibus enim ante ipsum editis vitiose legebatur ἄλλον. Interpres tamen aut emendarat, aut in suo codice recte scriptum invenerat; vertit enim *loquacem*: ut mirer *Bourdelotium*, qui hanc versionem una cum Graeco textu edi curavit, retinuisse tamen ἄλλον. Vide supra *Mer.* c. 18. *M. du S.*

32. Τὴν δικωπίαν ἕλκων] Meminerunt hujus loci *Laz. Bayf.* de R. N. p. 609. B. *Scheffer.* de Mil. Nav. p. 67. & Diss. de Variat. Nav. p. 773. F. *Tan. Faber* ad *Aristoph.* Eccles. v. 1083. ubi δικωπῶν, sed sensu turpiculo translatum, occurrit. Δικωπίας ἐρέσσειν habet *Schol. Thucyd.* ad IV. c. 67. modo ne legendum sit δικωπίας. Δίκωπον σκάφος Charontis in *Euripid.* Alc. v. 252. & ἑλάτᾳ δικώπῳ v. 444. *T.H.*

33. Δικωπίαν] Ob binos, opinor, remos; quod in cymbis videre est, praesertim nautarum singulorum: nam unus tantum remigat duos trahens remos. *G.*

34. Ἑρμίδιον] Imo, invitis libris omnibus, emenda, & meo periculo Ἑρμίδιον lege, ut apud *Aristoph.*

Pac.

per lubrica veſtigiis in caligine, ſimiliter ſane & ego tibi jamdudum acie ſum ad lucem hebetata. Verum fac mihi, Cylleniе, ſemper memori futuro hanc gratiam.

2. MERC. Hocce negotium mihi non ſine plagis abibit: jamque video mercedem præſtiti officii præſentibus pugnis omnino perſolutum iri: neque tamen eo minus opera tibi danda eſt: quid enim facias, ubi vir amicus blanda vi cogit? Ergo omnia quidem ut videas ſingulatim & adcurate, nulla arte fieri poteſt; multorum enim hæc annorum foret mora. Tum me quidem oportuerit præconio citari, tanquam fugitivum, a Jove: te ſane ipſum idem inpediverit, ne adminiſtres mortuale

σαύτῳ, ἔπειτα δὴ κἀγὼ σοι πάλιν ἀμελήσω-
τοτῳ πρὸς τὸ φῶς. ἀλλὰ δός, ὦ Κυλλήνιέ,
μοι ἐς αἰὲ μεμνησομένῳ † χάριν.

ΕΡΜ. Τοῦτ' τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴ-
τιον καλῶς ἥσεταί μοι. ὁρῶ γὰρ ἤδη τ μισθὸν
τ παρεσχημένος ὀλ ἀκόνδυλον παντάπασιν
ἡμῖν ἐσόμενον· ὑπουργητέον δὲ ὅμως· τί γὰρ ἂν
ᾗ [d] πάθῃ τις, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοι-
το; πάντα μὲν ὧν σε ἰδεῖν καθ' ἕκαστον ἀκρι-
βῶς ἀμήχανόν ἐστιν, ὦ πορθμεῦ. πολλῶν γὰρ
ἂν ἐτῶν ἡ μοχθηρὰ γένοιτο. εἶτα ἐμὲ μὲ
κηρύττεσθαι δήσει, καθάπερ ἀπόδρανα ὑπὸ
τοῦ Διός· σὲ δὲ ᾗ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ
ζ

d Πάθῃ] Πάθοι L. B2. utrumque probum.

44. Οὐκ ἀκόνδυλον] Κόνδυλος ὁ ἐν τῇ σιαγόνι· γρόνθος. V.

γρόνθος] Quid eſt γρόνθος; An γρόνθον legendum? quod exponit *Heſychius* ἀναρίσιον, ἢ παρὰτιν μεταθετέον εἰλητὸν καὶ κάμπτεται. Ita ut per γρόνθον exponat Scholiaſtes κόνδυλον, quia ex ictu ſive pugno, qui eſt κόνδυλος, oriatur in cute tumor, hoc eſt, ἀναρίσιον. *J. J.*

Vocabulum rarius & Graecae linguae communis initio *Patr. Jun.* in Ep. *Polycarpi* §. 2. ἀποδιδόντες γρόνθον ἀντὶ γρόνθου, ſefellerat: poſtea didicit exemplis oblatis alibi quoque occurrere: *Schol. Homer.* ad Il B, 219. Achilles Theriſitem γρόνθῳ παίσας ἀναιρεῖ, plane ut Hercules Cyathum πλήξας κονδύλῳ ἀνεῖλεν apud *Enarrat. Apoll. Rh.* ad I, 1212. Χεῖρα κραταιὴν *Quintus Calaber* teſtis a *Scholiaſte* parvo citatus vocat I, 740. Solemne eſt Grammaticis πυγμὴν & κόνδυλον exponere γρόνθον. *Heſych.* in Πυγμὴ, Πύκτας, Πύξ. Etymol. in Πυγμαίους τὸν γρόνθον τῆς χειρός. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 981. 999. *Joann. Diacon.* ad *Heſiod.* Ἔργ. v. 302. κονδυλιζούσης ἀλλήλας, ἤγουν τῷ γρόνθῳ βάλλουσης. Judic. III, 16. *Aquila* & *Symmachus* γρόνθῳ σκαλαιγματίᾳ dederunt, ubi in Graecis & *Theodotione* fuit σπιθαμῆς cujus admonitus ſum ab egregio viro *Jo. Jac. Wetſtenio.* Propius ad originem inferior actas extrito ν acceſſit: vide *Jo. Meurſ.* Gl. GB. & *Du Cangium* in Γρόθος. *Heſychii* γρόνθον ab eodem fonte derivatus invenitur etiam apud *Poll.* IV, 83. ſicuti jampridem *H. Stephanus* obſervavit in Ind. Th. *T. H.*

Pac. v. 381. 923. Apud *Suidam* etiam corrupte legitur Ἑρμαΐδιον, de quo monuit jam doctiſſimus Editor *Kuſterus.* *M. du S.*

35. Παρύγησαι] Verbi poteſtatem explicuimus ad p. 412. Nunc egregius accedat *Baſilii* locus Hom. VI. in Hexaëm. p. 50. B. Διῶρε δὴ ἔν, ὥσπερ οἱ τοὺς ἀήθεις τ πάλαιν τ χεῖρας λαβόμενοι ἀσκηγοῦσιν, ὅτω δὲ ἐ αὐτὸς ἐπὶ τὰ κεκρυμμένα θαύματα ὑμᾶς τ μεγάλης ταύτης πόλεως ξεναγήσω. *T. H.*

38. Καὶ διολισθαίνουσι] P. & *J.* In aliis legitur pro his διολισθαίνουσας. *M. du S.*

39. Πάλιν] Scribendum eſt πάλαι, quod in verſione ſecutus ſum: nam illud πάλιν quomodo ſententiae congruat, nemo facile dixerit: nihil eſt frequentius iſto uſu τῦ πάλαι apud *Ariſtophanem*, πάλαι δ' ἔγωγε λέγω, πάλαι καθηγεμόνα τυγχάνω &c. Aliud exemplum dedimus in *Sexto* p. 282. unde pateat, quam proclivis ſit utriusque voculae permutatio. *T. H.*

44. Ἀκόνδυλον] Κονδυλίζειν, *ſtricto acutoque articulo percutere. Petron.* *A. V.*

45. Τί γὰρ ἂν ἐ πάθῃ τις] Sic *Themiſt.* Or. VIII. p. 103. C. Τί ἂν ἂν πάθοιμεν πρὸς ἀνθρώπους ὅτω δυσκόλους; *A. S.*

46. Πάθοι] Haec vox in L. & Ba. recte habet; in reliquis peſſime πάθῃ· nota eſt, & tritiſſima phraſis. Vide, ſi lubet, Dial. Mort. XV. & in Τιμ. c. 39. & paſſim. *M. du S.*

49. Εἶτα ἐμὲ μὲ κηρύττεσθαι δήσει, καθάπερ ἀπόδρανα ὑπὸ τοῦ Διός] Inſulſe *Moſellanus*: *deinde & ipſe mihi verendum, ne interim tanquam transfugam Jupiter me abdicet*; quaſi legiſſet ἀποκηρύττεσθαι. Verior igitur *Benedictus*; & adſcripſit pater, [*quaſi fugitivum per praconem inveſtiget.* Vide *Petron. Moſch.* Ἀ Κύπρις τ Ἔρωτα.] locum *Petronii* intelligens cap. 58. *At noſter ſervus publicus tam languide egit, ſed raptam cauponi harundinem ſubter lectum mittit, omniaque etiam foramina paristum ſcrutatur* &c. Alter locus eſt *Moſchi* notus. *J. G.*

50. Κηρύττεσθαι δ. καθάπερ ἀπόδρανα] Mercurius apud *Lucianum* ſaepe conditionem ſervilem & agnoſcit & indignatur: eſt aliquando, ut praeconis honoratiores partes gerat; ut in Βίων πράσει. Hic ipſe, ne tanquam fugitivus praeconis voci ſubjiciatur, metuit: nam ſi ſervus aufugiſſet, aut res quaecumque alia foret amiſſa, ad praeconem ire moris erat, & μύντρον commonſtranti mancipium reducentive, vel inventori εὑρέτρον pronunciare. *Curius Fortunat.* p. 49. *Cujus ſervus fugerat, libello propoſito, vel per praeconem nun-*

τῦ θανάτυ ἔργα, ἢ ἡ Πλύτωνος ἀρχὴν ζημιῦν, μὴ νεκραγωγῦντα πολλῦ τῦ χρόνυ· ἢ ὁ τελώνης Αἰακὸς ἀγανακτήσει, μηδ' ὀβολὸν ἐμπολῶν. ὡς δὲ τὰ κεφάλαια τ γιγνομένων ἴδῃς, τῦτ' ἤδη σκεπτέον. ΧΑΡ. Αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, ὁπόσον τὸ βέλτιστον· ἐγὼ δὲ οὐδὲν οἶδα τῶν ὑπὲρ γῆς, ξένος ὤν. ΕΡΜ. Τὸ μὲν ὅλον, ὦ Χάρων, ὑψηλῦ τινος ἡμῖν ἔδει χωρίυ, ὡς ἀπ' ἐκείνυ πάντ' ἴδοις· α σὺ δὲ, εἰ μὲν ἐς τ οὐρανὸν ἀνελθεῖν δυατὸν ἦν, οὐκ ἂν ἔκαμνον· ἐκ τῦδε γὰρ ἂν ἀκριβῶς ἅπαντα καθεώρας. ἐπεὶ δὲ οὐ δέ-

tuum munus : Plutonis imperio certe damnum adtuleris, si nullos mortuos deducas longo temporis intervallo : & publicanus Æacus indignabitur, ne obolum quidem lucrifaciens. Ut vero summa rerum, quæ geruntur, capita spectes, id jam nunc diſpiciendum est. CHAR. Ipse tu, Mercuri, quid optimum sit, excogita : quandoquidem ego eorum ignarus sum, quæ sunt in terra, quippe hospes. MERC. Ut paucis dicam, Charon, eminente quodam nobis opus erat loco, ut inde cuncta contempleris : quod si in cœlum adscendendi jus tibi foret, non laborarem : ex hac enim specula exacte cuncta despiceres : nunc, quo-

α Σὺ] Σοὶ *Ald.* Ita notatur in ora *AIW.*

cians dixit, daturum se denarios mille ei, qui ad se servum perduxisset. Dion Chrys. Or. VII. p. 123. D. Οὐκοῦν ὅδε κήρυκας ἀνίων, ἢ δὲ κλοπῶν ἢ ἁρπαμῶν μύστρα πρατιθύντας ἐν ἀγορᾷ φθεγγομένους μὴ πολλῆς ἀληθείας. Perfacete Stratonicus, ut erat homo jocorum plenus, apud *Athen.* VIII. p. 350. A. quum citharœdum scite proœmium quoddam canentem audiviſſet, reliqua vero non aeque commode peragentem, ἀνεκὼς ἐκήρυξεν, ὃς ἂν καταμηνύσῃ τ τὸ προοίμιον ἅσαντα κιθαρῳδὸν, λήψεται χιλίας δραχμάς. Exemplum ejusmodi praeconis habes in *Petronii* c. XCVII. ubi, qui hac de re scripserint, multos indicavit *Erhardus.* *T. H.*

60. Ἔστι δὲ ὁ Ἄπις ἐξ ἀγέλης θεὸς, ἐπὶ τῷ πρότερον χειροτονούμενος] *Benedictus: est autem hic Apis Deus ex armento jam antea suffragiis designatus:* quod mutuatus est ab *Erasmo.* Sed ubi talia in Graecis? illud *antea* in quod tempus recidit, & quando exstitit? aut quis intelligit? Immo, *post priorem creatus*, prioris mortui successor & quidem per suffragia sacerdotum quaerentium passim. Adeo plane contraria est *Luciani* sententia, quam affingebant illi. Quod certe debuerunt vidisse, quum toties in hoc auctore ἐπὶ τούτοις, & in Vitarum auctione, ἐπὶ τουτέοισιν, etiam in Cataplo. Sed sic tamen aliquoties hic desidero acumen interpretum. Nam libro 2. Verae Histor. ἐπὶ δὲ τῷ δεύτερῳ μουσικῇ τε καὶ φωνῇ χαλάζουσιν ubi *Benedictus* in

moriatur, quis tanti facit comam, quin tondeat, & nudum in capite luctum prae se ferat, si vel purpureum Nisi cirrum habeat. Est porro Apis de grege Deus, priori illi suffectus, honestior longe vulgaribus (*privatis*) bubus & augustior. Haec quae ita fiunt, & a vulgo creduntur, reprehensore opus habere mihi non videntur, sed vel Heraclito quodam vel Democrito, quorum alter amentiam illorum rideat, ignorantiam alter deploret.

μέγιστος θεὸς αὐτοῖς, ἂν ἀποθάνῃ, τίς ὅταν ἢ πολλοὶ ποιῆται ἢ κόμιν, ὅτις οὐκ ἀπεξύρησε, καὶ [a] ψιλὸν ὅτι τὴν κεφαλὴν τὸ πένθος ἐπεδείξατο, κἂν τὴν Νίσου ἔχῃ πλόκαμον τὴν πορφυρᾶν; ἔστι δὲ ὁ Ἆπις ἐξ ἀγέλης θεὸς, ὅτι τῷ προτέρῳ χειρονόμευος, πολὺ καλλίων, καὶ σεμνότερος τὴν ἰδιωτικὴν βοῶν. ταῦτα ὅτω γιγνόμενα, καὶ ὑπὸ τῶν πολλῶν πιστούμενα, δεῖταί μοι δοκεῖ τὸ μὲν ὀπτιμήσεως ἐδενὸς, Ἡρακλείτου δέ τινος, ἢ Δημοκρίτου, τὸ μὲν γελασομένου τὴν ἄνοιαν αὐτῶν, τὸ δὲ τὴν ἄγνοιαν [b] ὀδυρομένου.

a Ψιλὸν] Ὑψηλὸν P. *f.* ὑψιλὸν ad oram *Alw.* scriptum est. b Ὀδυρομένου] Revocavi lectionem Ed. Fl. in reliquis est ὀδυρομένου· illud poscunt ὀπτιμήσεως & γελασομένου.

59. Κἂν τὴν Νίσου ἔχει πλόκαμον] Βασιλέως Μεγαρέων τρίχα. *V.*

Ibid. Τὸν Νίσου ἔχει πλόκαμον] Ὁ Νίσος βασιλεὺς † ἦν, ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μίαν τρίχα πορφυρᾶν, ἧς ἀποτμηθείσης ἀνάγκη ἦν ἀπολωλέναι τὴν πόλιν, ἧς ἐβασίλευεν. *V.*

† Ὡν] Vel refinge βασιλεὺς Μεγάρων, vel βασιλεὺς ὢν ἰσχυε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς &c. *T.H.*

in cœna: quæ si vera est versio, quid faciunt ἐπιτάγματα paulo ante descripta? immo est *post cœnam*. Sic notabili errore in initio Apologiæ pro mercede conductis illa ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἀγελαῖος διέξεις αὐτὸ, καὶ πάνυ μοι προδήλον· ἃ δὲ μέλλεις ἐν ἐπὶ πᾶσιν ὑπὸ σοῦ ἐλέγετο &c. video reddi, *sed quid interim in singula diceres*, quum certe debuissent, *sed quæ interim & post omnia* (nempe lecta) *ab te dicta fuerint*. *J.G.*

61. Ἐπὶ τῷ προτέρῳ] Sic locutus est *Galen.* in Hippocr. de sal. diæta. Ἐπιδιορθοῦσθαι λέγεται βιβλίον — ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γράφειν, ὅταν &c. *V. Casaub.* ad Athen. 210. 47. *M. du S.*

66. Τὸ μὲν . . . τὸ δὲ] Hic & proxime supra ad τὸ μὲν respondet τὸ δὲ. Ubi vero plurium fit enumeratio, post unum μὲν ter quater sequitur δὲ ut praecedenti c. 14. & c. 2. med. Quae cum typis jam essent descripta, spatium non fuit Lectorem admonere, versionem latinam compositam esse ad Lectionem vulgatam τὸν δὲ, τὸν δὲ, nos vero Clariss. *du Soul* obsecundantes recepisse, τὸ δὲ, τὸ δὲ &c. versionem tamen mutare noluisse, quia in se spectata sensum ab mente Luciani non adeo discrepantem exhibet. Sed forsan videbitur nonnullis stare posse vulgata, quod ὦσι & ἴσασι, etiam quando fere pro ἴσασι ponuntur, non semper habeant adjunctum dativum, sed absolute sæpe ponantur, sequente accusativo, ut in fragm. *Menandri*, Luciani dial. adnexis. N. 8. *de vita*, ἀμελοῦντα τοῦ ζῆν οὐκ ἴσασ' ὑχημονῶν. *Lucian.* de Parasito. §. 16. οὐκ ἴσασιν ὑφρωνόμενον μανθάνειν. *Demosth.* de coron. p. 341. (quem adduxit clar. *Elsner.* ad Galat. III. 28.) οὐκ ὦσι τούτου σύνεσιν εἶναι τῇ πατρίδι. Quandoquidem & latini verbo *licet* eodem modo utuntur, sequente accusativo personae, ut *Tibull.* I. XI. 43. *Licet — facta referre SENEM. Virg. Ecl.* I. 40. — *neque servitio ME exire licebat.* Et *Cic.* VI. ad fam. 21. *utinam liceat aliquando aliquo reip. statu NOS frui.* Sed frustra; nam etsi ὦσι, τὸ μὲν πρώτου ferri possit; tamen, quia post ter repetitum τὸν, in omnibus Edd. quarto loco sequitur, καὶ τὸ οὐκ τὸ Λιλίβου — λιμπλεῖσθαι, præcedens τὸν cum τὸ consistere nequibat, sed necessario mutandum erat. *J.F.R.*

ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ.

ΖΕΥΣ.

Σὺ μὲν διατίθει τὰ βάθρα, καὶ διασκεύαζε τὸν τόπον τοῖς ἀφικνουμένοις· σὺ δὲ ταῦτα ἔξησον διαγαγὼν τὰς βίους· ἀλλὰ κοσμήσας πρότερον, ὡς εὐπρόσωποι φανῶσιν, καὶ ὅτι πλείστους ἐπάξονται. σὺ δὲ ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε, καὶ συγκάλει ἀγαθῇ τύχῃ τὰς ὠνητὰς ἤδη παρεῖναι πρὸς τὸ πωλητήριον. ἀποκηρύττομεν δὲ βίους φιλοσόφους παντοδαπούς,

VITARUM AUCTIO.

JUP.

I TU ſcamna diſpone, & locum para advenientibus, tu colloca adductas ordine vitas: ſed exorna ante, ut formoſae videantur, & emtores quam plurimos alliciant. Tu vero, Mercuri, praeconium 5 fac, & jube, quod bene vertat! emtores jam adeſſe ad lapidem (*forum*). Praeconio autem vendemus vitas Philoſophas omnis ge-

ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ] Vertunt, *Vitarum auctio.* Verte, Mancipiorum auctio. *Laertius* in Ariſtippo: καταγίνωσκε τῶν ἀνθρώπων, ὡς τὰ σκεύη μὲν ἐν ταῖς ἀγοραστίαις σκοπούντων, τοὺς δὲ βίους εἰκῇ δοκιμαζόντων. *AE.M.*

ΒΙΩΝ ΠΡ.] Dialogus qui Βίων πρᾶσις, *Vitarum auctio*, inſcribitur, longe eſt facetiſſimus. Auctor hic inducit Jovem ore Mercurii praeconis omnes Philoſophorum, ſectis diſtinctorum, vitas venum proclamantem. Vitas autem Philoſophorum ſumit pro ipſis Philoſophis; quare ubi Vita Pythagorica, ſive ipſe Pythagoras, venum proponitur, Interpres verba haec, τὸν ἄριστον βίον πωλῶ, τὸν σεμνότατον non male reddidit; *optimam vitam vendo, & maxime venerandam.* Verum quidem eſt, poſſe haec verba reddi, ut fieri debuiſſe contendit ad hunc locum Vir Eruditiſſimus, *vita optimum, vita virilem, generoſum*, &c. genere loquendi Graecis tritiſſimo: at hic, puto, intelligitur βίος ἄριστος, ſcilicet Πυθαγορικός, ut praeceſſit, non ὁ τὸν βίον ἄριστος. alioqui debuiſſet in anterioribus pro οὗτος ὁ Πυθαγορικὸς κατάβηθι, dixiſſe Noſter, οὗτος ὁ Πυθαγόρας. Sed & inſcribitur hic dialogus βίων potius, quam hominum πρᾶσις quamquam nomine βίων intelliguntur ipſi Philoſophi. Paſſim quoque toto hoc opuſculo οἱ βίοι pro ipſis ſumuntur Philoſophis. Sic c. 26. ait Jupiter, Μὴ διάτριβε, ἄλλον κάλει. Mercurius addit, Τὸν Περιπατητικόν σε φημὶ, τὸν πλούσιον. Manifeſtiſſime c. 12. ubi Ariſtippus proponitur; Ἄγε δὴ πρόσιχε πᾶς. πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων ὁρόμῳον. Βίος οὗτος ἡδύς. Βίος τρισμακάριστος. τίς ἐπιθυμεῖ τρυφῆς; τίς ἀντῆται τοῦ ἀδρόταλου; Reſpondet emptor, & alloquitur hunc Βίον, quaſi hominem; Ἐλθὲ σὺ, καὶ λέγε ἄπερ εἰδὼς τυγχάνεις. Cap. quoque 13. Mercurius Heraclitum & Democritum proponens, ait, Τὼ ἀνδρὼ βίω πωλῶ. τὼ σοφωτάτω πάντων ἀπλῶς ῥύτορε. Caeterum in vulgatis editionibus hic dialogus inſcribitur Βίων πρᾶσις. At *Thom. Magiſter* hunc ſemper citat nomine Βίων πράσεις. ut videre eſt in voce Ἀποκηρύττομαι, Διατίθεμαι, & aliis. *J.J.*

ΒΙΩΝ] Quid βίος hic deſignet pauculis lectis facile colliges, nempe inſtitutum, ſive quas *profeſſiones* vulgo hodie dicimus. *M. du S.*

ΒΙΩΝ] *Vitas* interpretari hic & in ipſo Libello βίους non dubitavi, nec enim adſentior Leopardo, qui Emendat. 14. *mancipia* ſignificare dicit, hic & in Ariſtippi apophtegmate apud *Laert.* II, 78. cui de utroque aſſentitur ad Laërtium Menagius. Ita autem ille de Ariſtippo, καταγίνωσκε τῶν ἀνθρώπων, ὡς τὰ σκεύη μὲν ἐν ταῖς ἀγοραστίαις σκοπούντων, τοὺς δὲ βίους εἰκῇ δοκιμαζόντων. Hic ne quidem neceſſarium eſt ſervos intelligere: quidni enim amicos, conjuges? Et ſi aliquid horum, vel omnia, intelligas: retinet tamen ſignificationem propriam ὁ βίος. Vitam, mores, facta, explorari ſuadet Ariſtippus hominum, quos adjungere tibi quocunque modo velis. Nec plane apud Lucianum *vitae* ſunt *umbrae*, εἴδωλα, *manes*, mortuorum Philoſophorum, ut apud *Virgilium* VI, 292. *tenues ſine corpore vitae.* Sed retinet βίος ſolennem & frequentiſſimum intellectum, quo vitae rationem, profeſſionemque adeo notat: niſi quod Satyrica proſopopoeia hic vitae & inſtituta ponuntur ut perſonae. Βίος nimirum Πυθαγορικὸς, ut hoc utar, eſt perſona omnium, qui ſe Pythagoricos dicunt. Interim ſubinde dentes ſtringit Lucianus in acta & ſermones ipſorum veterum Philoſophorum. Hoc tota dialogi ratio ingerit, hoc proximus, ἀναβιώντες, cogit. *J.M.G.*

ΒΙΩΝ ΠΡΑΣΙΣ] Acute ſane in hoc opuſculo variarum, in quas Philoſophi abierunt, Sectarum vanitatem & vitia aperire *Lucianus* videbitur; quarum principes fere Attico ſale perſtringit. Hæc autem & ſimilia apud hunc legentibus in animum inducant, auctor ſim, non eo animo ſcripta eſſe, ut a ſtudio ſapientiæ ad ſupinam boni omnis rectique ignorationem hominum avocentur mentes; ſed ut quid in pravis perniciosisque quarundam diſciplinarum inſtitutis vitandum; in aliis vero, quæ honeſtum rectumque ſequun-

generis, & sectarum diversarum. Si quis vero praesentem pecuniam numerare non possit, fidejussore dato, proximo anno solvet. MERC. Multi conveniunt: nihil cunctandum est, neque illos retinendum. JUP. Vendamus ergo.

2. MERC. Quem vis primum producamus? JUP. Comatum hunce Ionicum, etenim honestus esse videtur. MERC. Heus tu, Pythagorice, descende, perspiciendum te praebe congregatis. JUP. Jam fac praeconium. MERC. Optimam vitam vendo, honestissimam, quis emet? Quis supra ho-

ἢ προαιρέσεων ποικίλων. εἰ δέ τις οὐκ ἔχει τοσοπαραυτίκα τὰργύριον καταβαλέσθαι, εἰς νέωτα ἐκτίσει, καταστήσας ἐγγυητήν. ΕΡΜ. Πολλοὶ συνίασιν· ὥστε χρὴ μὴ διατρίβειν, μηδὲ κατέχειν αὐτούς. ΖΕΥΣ. Πωλῶμεν ἤδη.

ΕΡΜ. Τίνα θέλεις πρῶτον προαγάγωμεν; ΖΕΥΣ. Τουτονὶ τὸν κομήτην, τὸν Ἰωνικόν, ἐπεὶ καὶ σεμνός τις εἶναι φαίνεται. ΕΡΜ. Οὗτος [a] ὁ Πυθαγορικός, κατάβηθι, καὶ πάρεχε σαυτὸν ἀναθεωρεῖν τοῖς συνειλεγμένοις. ΖΕΥΣ. Κήρυττε δή. ΕΡΜ. Τὸν ἄριστον βίον πωλῶ, τὸν σεμνότατον, τίς ὠνήσεται; τίς ὑπὲρ ἄνθρω-

[a] Ὁ Πυθαγορικὸς] Πυθαγόρας L.

quuntur, quid tamen minus commode doceatur, animadvertant, ne & ipsi in eosdem aut similes errores, humani aliquid passi, prolabantur. Nos certe Christianos, quos sua luce dignatus est purissima in Filio Deus O. M. operam dare decet, ut neque veterum somniis aut ab ævi nostri Philosophorum nomen præ se ferentibus, a norma illa salutari abduci ne tantillum quidem patiamur; tanto majorem quam illi culpam in nos admissuri, quanto splendidiore ac puriore luce divinus in scripturis Spiritus veram nobis ad sapientiam beatitudinemque viam manifestissime jam ac certissime demonstrat. *M. du S.*

Ipse *Lucian.* causam suam agit, scopumque suum, quod non derideat veros philosophos, satis ostendit toto dialogo proxime seq. inprimis ab c. 15. ad fin. fere. *J. F. R.*

4. Κοσμήσας πρότερον] Mancipia, cum proponerentur, ornari solebant. *Plaut. Martial.* *J. B.*

7. Ἀποκηρύξομεν] Vertunt, *proclamabimus:* sed vis verbi ἀποκηρύττειν sic non satis exprimitur, quod significat *auctionem facere bonorum*, vel, *per praeconem vendere bona. Thom. Mag.* exponit διὰ κηρύγματος πωλεῖν & *Harpocr.* Ἀποκηρύττουσιν, ἀντὶ τοῦ πιπράσκουσιν· inferius in hoc Dial. πίσσου τοῦτον ἀποκηρύττει. *Demosth.* contra Aristocr. Ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἀποκηρύττοντες, οὕτω πωλοῦσιν ἐπιδωτίζοντες. *L. Bos.*

Ἀποκηρύξομεν] At ubinam est Mercurii præconium? Præconis ipse fungitur officio Jupiter, dignitatis suæ non satis memor, vixque peracto præconio interpellat Mercurius, monetque & quasi imperat ut festinet. *Non bene divisa temporibus isthæc sunt tibi o Dave.* Credo mutatas esse personas, & Mercurii præconium incipere ab Ἀγαθῇ τύχῃ. mox pro *Merc.* scribendum *Jup.* & ei omnia concedenda quæ incipiunt a πωλοῦ & in ῦν desinunt. His positis, si pro ἀποκηρύξομεν ἢ legas tantum ἀποκηρύττομεν, sic demum credo locum restitutum iri. Sin hæc satis non placent, aliter saltem præcedentia in hunc ferme modum verte: *Tuum autem erit, Mercuri, præconis munere fungi, & quod bene vertat, jam ad Porsenæ regis bona emenda allicere.* *M. du S.*

10. Καταβαλέσθαι] Hoc verbum Attice eleganter pro ἐκτίσειν, *solvere* usurpatur. *Noster* in Dial. Meretr. καταβαλοῦ ἀργύριον. *Thom. Mag.* Κατάβολη, ἡ ἔκτισις, καὶ καταβάλλω ῥῆμα· vide, quae ibi diximus. *L. Bos.*

15. Κομήτην] Sic vocatur Pythagoras ὁ ὑπὸ Σάμῳ κομήτης. *Jamblich.* I. p. 31. *E. L.*

Κομήτην] *Diog. Laert.* p. 225. E. *M. du S.*

17. Πυθαγορικὸς] Pythagoram ipsum, simul & omnes Pythagoricos petit. In L. Πυθαγόρας, rectius. *M. du S.*

19. Ἄριστον βίον πωλῶ] Præco nusquam rem venalem prædicabat sine laudatione. *Plaut.* Stich. *Cic.* 3. de Off. *Horat.* Epist. 2. li. 2. l. 37. de dolo malo: hoc passim. Hinc κήρυγμα pro laude: hinc præconium. *J. B.*

Ἄριστον βίον πωλῶ] Interpres, *vitam optimam vendo*; & βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον, καὶ γενικὸν, βίον ἐλεύθερον. *vertunt, vitam virilem vendo, vitam optimam & generosam, vitam liberam:* rectius vertas, *vita optimum, vita virilem, generosum, liberum:* hoc est, qui optime vivit, qui viriliter, generose, non effœminate, libere vivit. Est loquendi genus Græcis tritissimum. *J. G. G.*

20. Ὑπὲρ ἄνθρωπον] Pythagoram divino coli honore a nonnullis, credi esse Apollinem, aut quendam e geniis, qui Lunam habitant, & cum Deus revera esset, venisse in humana forma, notum est ex *Jamblicho.* *E. L.*

ἄνθρωπον εἶναι βούλῃ; τίς εἰδέναι τ' ἂν πάντος ἁρμονίαν, καὶ ἀναζῶναι πάλιν; ΑΓΟ. Τὸ μὲν εἰδέναι, οὐκ ἀγεννής. τί δὲ μάλιστα οἶδεν; ΕΡΜ. Ἀριθμητικὴν, ἀστρονομίαν, τερατείαν, γεωμετρίαν, μουσικὴν, γοητείαν. 25 μάντιν ἄκρον βλέπεις. ΑΓΟ. Ἔξεστιν αὐτὸν ἀνακρίνειν; ΕΡΜ. Ἀνάκρινε ἀγαθῇ τύχῃ.

ΑΓΟ. Ποδαπὸς εἶ σύ; ΠΥΘ. Σάμιος. ΑΓΟ. Πῇ δὲ ἐπαιδεύθης; ΠΥΘ. Ἐν Αἰ- 30 γύπτῳ, καὶ τοῖς ἐκεῖ σοφοῖς. ΑΓΟ. Φέρε δή, ἢν πρίωμαί σε, τί με διδάξεις; ΠΥΘ. Διδάξω μὲν οὐδέν, ἀναμνήσω δέ. ΑΓΟ. Πῶς ἀναμνήσεις; ΠΥΘ. Καθαρὰν πρότερον τ' ψυχὴν ἐργασάμενος, καὶ τ' ἐπ' αὐτῇ ῥύπον 35 ἐκκλύσας. ΑΓΟ. Καὶ δὴ νόμισον ἤδη κεκαθάρθαι με, τίς ὁ τρόπος τ' ἀναμνήσεως; ΠΥΘ. Τὸ μὲν πρῶτον, ἡσυχίη μακρὴ, καὶ ἀφωνίη, καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλέειν μηδέν. ΑΓΟ. Ὥρα σοι ὦ βέλτιστε τ' Κροίσου παῖδα 40

minis conditionem extolli vult, quis nosse concordiam universi, & reviviscere? EMTOR. Specie videtur haud illiberali. Quid vero maxime novit? MERC. Arithmeticam, Astronomiam, Praestigias, Geometriam, Musicam, Impostūram. Vatem vides summum. EMT. Licetne interrogare hominem? MERC. Interroga, quod bene eveniat!

3. EMT. Cujas es? PYTH. Samius. EMT. Ubi institutus es? PYTH. In Ægypto apud sapientes, qui ibi sunt. EMT. Age si te emero, quid me docebis? PYTH. Equidem docebo te nihil, sed in memoriam tibi revocabo. EMT. Quomodo istuc? PYTH. Purgando prius animam, & sordes illius eluendo. EMT. Pone nimirum me jam purgatum esse; quis modus reponendi in memoriam? PYTH. Primum quidem longa quies, & silentium, & quinque integris annis nihil quidquam loqui. EMT. Quin tu bone vir Crœsi filium

33. Ἀναμνήσω δὲ] Τῶν παρ' Ἕλλησι μετεμψυχώσεως τὸ δόγμα πρῶτος Πυθαγόρας εἰσήνεγκεν. Ἐπεὶ δὲ τὴν ψυχὴν προυπάρχειν λέγει τῷ τὰς μαθήσεις ἀναμνήσεις ὑποτίθεσθαι, εἰκότως ταῦτα λαμβάνει τὸ τὴν μετεμψύχωσιν τ' Πυθαγόρου. G.

21. Τῇ π. ἁρμονίᾳ] Pythagoras docuit κατ' ἁρμονίαν συνίστασθαι τὰ ὅλα, ut *Laertius* affirmat p. 221. A. & *Cicer.* III. de Nat. Deor. affirmat existimasse, *ad harmoniam mundum canere.* E.L.

Τῇ παντὸς ἁρμ.] Vid. *Jambl.* N. 65. ubi solus musicam sphærarum auditu & intellectu percepisse dicitur. M. du S.

24. Τερατείαν] *Suidas* exponit ψευδολογίαν, παραδοξολογίαν i. e. *mendacium* & *falsiloquium.* Intellige vero aut de iis, quae ipse docuit, scilicet quod saepe erat mutatus; aut de iis, quae de illo dicuntur, susurrando nempe in aurem bovi docuisse eum abstinere a fabis; aquilam ad se vocasse, quae forte, dum de auguriis disserebat, transvolarat, & postquam manu demulsisset, iterum dimisisse: de quibus vide *Jamblich.* in V. P. I. c. 18. E.L.

25. Μουσικὴν] Summum in his fuisse Pythagoram notavit in vita ejus *Jamblichus* c. 5. & 25. E.L.

Μουσικὴν] Tonorum proportiones primus Pythagoras invenit, vide *Jamblich.* M. du S.

Ibid. Γοητείαν] Dial. Mort. XX. §. 3. Negat *Jamblichus* c. 31. E.L.

Γοητείαν] Vid. *Chrysost.* Hom. I. Joh. laud. a *Rittershus.* in Porphyr. p. 29. b. M. du S.

30. Ἐν Αἰγύπτῳ] Sic alibi *Diog. Laert. Apul.* &c. E.B.

33. Ἀναμνήσω] Deridetur eorum sententia, qui μάθησιν tantum ἀνάμνησιν esse putant, earum scilicet rerum quas, quemadmodum sensit Pythagoras, dum in alio vixit corpore, edocta fuit anima. Vide *Jamblich.* c. 14. E.L.

39. Ἀφωνίη] Vid. *Rittershus.* ad Porphyr. N. 19. M. du S.

Ibid. Πέντε ὅλων] Vid. *Gell.* I. 9. *Diog. Laërt.* p. 216. D. & not. *Men.* p. 208. M. du S.

50. Ἃ σὺ δοκεῖς τετρακτύν] *Quatuor* cum praecedentibus numeris 3. 2. 1. faciunt decem. (δ'. γ'. β'. ά. ἅττα μὲν οὖν ἐστὶ δέκα) τρίγωνον δὲ ἅττα. Arithmetici ζηλεῦντες Geometras in figuras & ipsi constituerunt numeros, τρίγωνα, τετράγωνα, καὶ ἑξῆς. Καὶ ἀπὸ σχοίνου σώσων ἀρξάμενοι τ' μονάδ', ἂν δυνάμει βούλῃ) εἶναι πάντα τὰ πολύγωνα, ἀποτελοῦσι τὰ ἑπτάγωνα πολύγωνα, τρίγωνα, καὶ τετράγωνα, καὶ πενταγωνα, καὶ ἑξῆς· ἀ μὲν ἀπὸ μονάδ', δυνάμει ἴσης τρίγωνον,

Τρίγ. δυν. ἰσοπλ. ά.

β'. γ'.

πλευ-

filium instituis. Ego quidem loquax esse volo, non statua. Sed tamen, quid post silentium, quid post quinquennium fiet? PYTH. In Musicis exercebere & Geometricis. EMT. Lepide narras, si prius fieri citharœdum oportet, tum deinde sapientem.

παιδεύειν· ἐγὼ γὰρ λάλος, οὐκ ἀνδριὰς εἶναι βούλομαι. τί δὲ μετὰ τὴν σιωπὴν, ὅμως καὶ τὴν πενταετίαν; ΠΥΘ. Μουσικὴν καὶ γεωμετρίαν ἐνασκήσεται. ΑΓΟ. Χαρίεν λέγεις, εἰ πρότερον κιθαρῳδὸν γενόμενον, κἄτα εἶναι σοφὸν χρή.

4. PYTH. Post haec deinde numerare. EMT. Novi jam nunc numerare. PYTH. Quomodo igitur numeras? EMT. Unum, duo, tria, quatuor. PYTH. Vides, quae tu putas quatuor, ea decem sunt, & trigonum perfectum & nostrum Jusjurandum. EMT. Ita me quaternio, maximum illud jusjurandum, ut non unquam diviniores nec sacros magis sermones audivi. PYTH. Post ea vero, hospes, scies de terra, & aëre, & aqua, & igne, quis motus illorum naturalis sit, qua sint forma, & quomodo moveantur? EMT. Formam igitur habet ignis, aut aër, aut aqua? PYTH. Et maxime quidem manifestam: alioquin, *Qui possent habituque & forma cassa moveri?* Ad hæc intelliges

ΠΥΘ. Εἶτ' ὀπὴ τυτέοισιν, ἀριθμέειν. ΑΓΟ. Οἶδα γὰρ νῦν ἀριθμεῖν. ΠΥΘ. Πῶς ἀριθμέεις; ΑΓΟ. Ἓν, δύο, τρία, τέτταρα. ΠΥΘ. Ὁρᾷς, ἃ σὺ δοκέεις τέτταρα, ταῦτα δέκα εἰσὶ, καὶ τρίγωνον ἐντελὲς, καὶ ἡμέτερον ὅρκιον; ΑΓΟ. Οὔ μὰ τὸν μέγιστον τοίνυν ὅρκον τὰ τέτταρα, οὔ πω τοῖς θειοτέρους λόγους ἤκουσα, οὐδὲ μᾶλλον ἱερούς. ΠΥΘ. Μετὰ δὲ ταῦτα ξεῖνε, εἴσεαι γῆς τε πέρι, καὶ ἠέρος, καὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς, ἥτις αὐτέοισιν ἡ Φορὴ καὶ ὁκοῖα ἐόντα μορφὴν, καὶ ὅκως κινέον]. ΑΓΟ. Μορφὴν γὰρ ἔχει τὸ πῦρ, ἢ ἀὴρ, ἢ ὕδωρ; ΠΥΘ. Καὶ μάλα ἐμφανέα. οὐ γὰρ οἷά τε ἀμορφίᾳ καὶ ἀσχημοσύνῃ κινέεσθαι. καὶ ὀπὴ τυτέοισι

a Μουσ. & γεωμ.] Ex Coll. G. haec enotavit *M. du Soul.* Μουσικὴν & γεωμετρίαν] γρ. καὶ μουσουργίαν καὶ γεωμετρίαν ἐνασκήσεται. Si varia sit lectio vetusti Codicis, ibi scriptum fuisse oportet, Μουσικὴν & γεωμετρίαν ἀσκήσεται· sed potius credo ordinem inversum, & verbis, quae nunc habentur appositum interpretandi gratia, μουσικὴν καὶ γεωμετρίαν ἀσκήσῃ.

πλευρὰ μονάς· τῆ δὲ ἰσοργίᾳ πρώτου Δ. (τῆ Γ.) πλάρα δυάς· τῆ δὲ δευτέρου (τῆ ΙΞ) τριάς· τῆ δὲ γ'. τριγώνου τετρὰς ἡ πλευρά. Ἐντελὲς δὲ τρίγωνον τὸ δέκα, ὡς τῷ τριγώνῳ & τετραγώνῳ συντελουμένων τοῖς πρώτοις τὰ συνγραμμένων σημείων, τῷ μὲν τριγώνῳ διὰ τὸ ὅλου χάμα. τριγώνου γὰρ τοῦ τετραγώνου δὲ διὰ τὴν πλευράν· ὁ γὰρ τέσσαρα τούτου πλευρὰ, ὃς ἐστιν ἀρχὴ τῶν τετρακτύων. Οὕτω μὲν οὖν, ὡς σὺ παρεμβάσει ἐρεῖν, τρίγωνον ἐντελὲς ὁ ί. Ὅρκιον δὲ, ὅτι αὐτοὶ οἱ Πυθαγόρειοι ὤμνυον ἐπιόντος τοῦ δ'. ὕστερ·

Ναὶ μὰ τὰν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν,
Πάγαν ἀενάου φύσεος.

Hoc ex aureis carminibus Pythagorae. G.

In praecedentibus pro Δ. notavit *M. du Soul*, *Lege* τριγώνου hoc idem illa figura significat. Quae autem porro traduntur de numeris figuras Geometricas referentibus enucleate sunt explicata a *Theone Smyrn. Jamblicho* ad *Nicomach.* Arithm. *Proclo* ad *Euclidem*. T.H.

51. Τρίγωνον ἐντελὲς] Quod vocat hoc loco τρίγωνον ἐντελὲς, *triangulum perfectum*, nihil aliud est quam Triangulum æquilaterum: nam numerorum trigonissimus sic procedit ab unitate 1 2 3 4 5 6 7, & sic ad infinitum hoc modo. ∴ Decem numerus sic positus

. .
. . .
. . . .

efficit triangulum æquilaterum arithmetice, cujus latera sunt quatuor. J.P. a G.

52. Ὅρκιον] Quibus inducti rationibus, si discere lubet, adi *Plut.* de Plac. Phil. I. 3. 1616. 1. At in Isid. & Osir. 679. idem rursus omnia quae illic dicta erant, subvertere videtur, cum numerum hunc XXXVI. facit. Vid. etiam Πτ. c. 5. & *Brod.* Misc. II. 6. & nostrum iterum φιλοσ. c. 12. *Ritterth.* ad Porph. p. 26. & ipsum *Porphyr.* cum notis N. 20. versus ipsos &c. *Jambl.* N. 150. Empedoclis. Vid. τὰ θεολογούμενα τῆς Ἀριθμητικῆς, p. 20. m. M. du S.

Ὅρκιον] Ita dedi, ut in nott. Mss. *M. du Soul* inveni; sed videtur in postremis notae verbis aliquid ad sensum deesse. J.F.R.

69. Αὖ-

σι δὲ, γνώσεαι τ Θεὸν ἀριθμὸν ἐόντα, καὶ ἁρμονίην. ΑΓΟ. Θαυμάσια λέγεις.

ΠΥΘ. Πρὸς δὲ τοῖσδεσι τοῖσιν εἰρημένοισι, καὶ σεωυτὸν ἕνα δοκέοντα, καὶ ἄλλον ὁρεόμενον, καὶ ἄλλον ἐόντα εἴσεαι. ΑΓΟ. Τί φῄς; ἄλλῳ εἰμὶ, καὶ οὐχ ὅτῳ, ὥσπερ νῦν πρὸς σὲ ἀπαλέγομαι; ΠΥΘ. Νῦν μὲν ὅτῳ, πάλαι δὲ ἐν ἄλλῳ σώματι καὶ ἐν ἄλλῳ ὀνόματι ἐφαντάζεο· χρόνῳ δὲ αὖθις, ἐς ἄλλο μεταβήσεαι. ΑΓΟ. Τοῦτο φῄς, ἀθάνατον ἔσεσθαί με, ἀλλαττόμενον ἐς μορφὰς πολλοίας; ἀλλὰ τάδε μὲν ἱκανῶς.

Deum numerum esse & harmoniam. EMT. Mira praedicas.

5. PYTH. Praeter ea quae dicta sunt, etiam ipsum te, qui unus videris, alium oculis cerni, alium autem esse cognosces. EMT. Quid ais? alium me esse, non illum ipsum, qui nunc tecum loquor? PYTH. Jam quidem hic es, olim vero in alio corpore, & sub nomine alio apparebas, cum tempore vero rursus in aliud corpus & nomen transibis. EMT. Hoc dicis, immortalem me futurum, mutandum in formas plures? Sed de his satis.

6. Quod

61. Τὸν θεὸν] Ἔλεγον δὲ καὶ τ θεὸν ἀριθμὸν καὶ μέτρον δύνεσθαι τὰς ψυχὰς [καὶ] πάντα σώματα ζώων μίγνυσι καὶ τ κινδέλεων καὶ κυάμων δὲ ἀπείχοντο. Χρυσοῦν δ' ἔλεγον ἔχειν Πυθαγόραν καὶ θάτερον τ μηρόν. G.

69. Ἐφαντάζεο] Τὸ † φαντάζεσθαι ἐπὶ τῶ ἀναπεπωλημένου λέγεται καὶ ἐπὶ τ οὐ ὑπαρ ὁραμένων ἔστι δὲ ἀναπεπωλημένον τὸ φαντάζεσθαί τινα τὰ ὁραθέντα. V.

• Δύεσθαι] Oratio vix Graeca: scribere debuisset ἐνδύεσθαι vel ὑποδύεσθαι τὰς ψυχάς. Sed in Exc. G. non pauca notae recentioris indigna sunt, quibus diligentem operam impendamus. T. M.

† Φαντάζεσθαι] Paria docet *Thom. Mag.* in Ἀναπεπτῶτες & Φάσμαλα. T. M.

69. Αὖτις] Ut sic scribatur, postulat Dialectus, qua utitur, Ionica. In Edit. est αὖθις. M. du S.

74. Ψυχίων] Vide *A. Gell.* IV, 11. A. V.

Ψυχίων] *Jamblich.* N. 107. docet solos *adeptos* animatis abstinuisse; non omnes. De fabis idem N. 109. M. du S.

Ibid. Οὐδ' ἅν τι] Οὐδ' ἄν τι. Sic recte & Angl. Cod. hanc lect. agnoscit: hac de re dico ad *Heliodor.* J. B.

76. Οὐκ, ἀλλ' ἱεροί εἰσι] Empturus Pythagoran, diligenter ex eo exquirit omnia, unde conjiciat, num e re sua sit, hunc emere; denique roganti Pythagoran, Τίνος εἵνεκα μυσάττῃ τοὺς κυάμους; respondet Vita Pythagorica, οὐκ ἀλλ' ἱεροί εἰσιν, &c. Interpres verba retinens, vertit, *Non odi: sed sacrae sunt* fabae. Profecto haec Graeca pariter & Latina adversantur menti Pythagorae, qui haud dubie assensus est, se μυσάττεσθαι κυάμους, quemque *Lucianus* certissime, ut ego quidem censeo, respondere fecit ἀλλ' ἀλλ' ἱεροί εἰσι. *Enimvero sacrae sunt.* Re vera enim ἐμυσάττετο fabas Pythagoras, h. e. ab iis se abstinebat; horrebat iis uti; id quod satis notum; & praeterea ipse *Lucianus* alibi confirmat: nimirum in Vera Hist. II. c. 24. caeteris heroibus post victoriam de impiis reportatam, fabas comedentibus, de Pythagora dicit Noster, Μόνος δὲ ταύτης (ἑορτῆς) ὁ μετασχὼν Πυθαγόρας, ἀλλ' ἄπωθεν πόρρω ἐκαθέζετο, μυσαττόμενος τὴν κυαμοφαγίαν. *Solus vero Pythagoras ab hoc festo aberat; sed nihil comedens procul remotus sedebat, horrens fabarum esum.* Alia & plura in hanc rem notarunt *Lil. Gr. Gyraldus*, & *Jo. Schefferus* de Constitutione Philosophiae Italicae; quorum scrinia non compilo. Itaque mea sententia ὅ γὰρ ἀλλ' ἱεροί εἰσι scribendum, idque Attice pro ἢ γὰρ ἱεροί εἰσι. Socrates apud *Aristophanem* in Nebulis, rationem daturus, cur suspensus penderet in catatho (id namque ibi fingit facetissimus comicus) inter alia dicit & hoc vs. 230. sive A. I. Sc. III.

Εἰ δ', ὦν χαμαὶ τ' ἄνω κάτωθεν ἰσκόπουν,
Οὐκ ἂν ποτ' εὗρον· ἡ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
Ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τ φροντ.δ.

Si vero humi consistens, ea quae supra sunt, ex inferiori loco speculer, nunquam invenirem, namque terra vi sua ad se trahit facultatem contemplationis. Operae etiam est, addere verba Graeci interpretis: ΟΥ ΓΑΡ ΑΛΛΑ Η ΓΗ ΒΙΑΙ] Ἀντὶ τῦ, ἢ γάρ, ἀττικῶς. Καλλίμαχος, Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, ὅ γὰρ ἀλλ' ἦκω. ἀντὶ τῦ, ἢ γὰρ ἦκω. Ita hic *Scholiastes*, ut ὅ γὰρ ἀλλὰ Attice dictum sit pro ἢ γάρ. Paulo tamen aliter commentatur ad Ranas vs. 58. ab initio. ibi ad *Aristophanis* verba, Οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, ait, Ἀντὶ τῦ, ἢ γὰρ, ἀλλὰ παρέλκει Ἀττικῶς. ἀντὶ τῦ, ἔχω γὰρ κακῶς. Non puto equidem ἀλλὰ in hac Attica dictione παρέλκειν, quum numquam nisi una cum hac vocula comperiantur Graeci hanc dictionem adhibuisse. Utique adest omnibus locis, quae deinceps adferemus; quae itidem, iisque plura, habet *Suidas* T. II. p. 348. Sed & *Suidas* ibi utitur (ut passim solet) verbis *Scholiastae* nostri, tam quae modo ad Nubes vidimus, quam quae hic ad Ranas; verum ita, ut appareat, eum esse corruptum & truncatum. Ait: Οὐ γάρ. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. ἀντὶ τῦ ἀλλὰ ἢ γάρ, Ἀττικῶς ὡς Καλλίμαχος· Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. ὅ γὰρ, ἀντὶ τῦ ἢ γὰρ ἦκω. Satis liquet, haec *Scholiastae* verba apud *Suidam* esse mutilata, & male ex Aristophanicis Nebulis produci ὅ γὰρ, pro ἀλλὰ ἢ γάρ. & male in verbis *Calli-*

machi

6. Quod ad victum qualis es? PYTH. Animalium edo nihil: sed reliqua exceptis fabis. EMT. Cur aversaris fabas? PYTH. Non aversor: sed sacræ sunt, & mira earum natura. Primum quantæ sunt, genitura sunt. Si cute nudes fabam viridem, videbis eam virilibus membris figura similem, coctam vero si destituas, in aura certo numero noctium, sanguinem efficies. Quod vero majus, lex est Athenienſibus,

Τὰ δ' ἀμφὶ δίαιταν, ὁποῖός τις εἶ; ΠΥΘ. Ψυχήιον μὲν [a] οὐδὲ ἕν τι σιτέομαι· τὰ δ' ἄλλα, πλὴν κυάμων. ΑΓΟ. Τίνος εἵνεκα μυσάττῃ τοὺς κυάμους; ΠΥΘ. Οὐκ' ἀλλ' ἱεροί εἰσι, καὶ θαυμαστὴ αὐτῶν ἡ φύσις. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πᾶν γονή εἰσι· καὶ ἢν ἐκδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψεαι τοῖσιν ἀνδρείοισι μορίοισιν ἐμφερέα τὴν φύσιν. [b] ἐψηθέντι δὲ ἢν ἐπαφῇς τὴν σεληναίην νυχὶ μεμιγμένην αἷμα ποιήσεις; αἷμα ποιήσεις. τὸ δὲ μεῖζον, Ἀθηναίοισι νό-

[a] Οὐδὲ ἕν τι] Οὐδὲ ἓν Fl. omisso τι, quod non valde requiro. Post eam Edd. pleraque οὐδέν τι. B2. οὐδὲ ἕν τι· quo errore correcto P. οὐδέ ἕν τι. [b] Ἐψηθέντι &c.] Sola Fl. lectionem integram servavit: in reliquis omnibus: ἐψηθέντα δὲ, ἢν ἐπαφῇς ἐς τὴν σελ. Ἐψηθεῖσαν R. Scio genus frequenter ab Ionibus inmutari: hoc an itidem in κύαμῳ usu venerit, mihi non liquet.

machi omitti ἀλλ', quum clare *Aristophanes*, ὔ γὰρ ἀλλά. quumque itidem clare in *Callimacho* apud *Scholiasten* illud idem adsit. Est namque integer Scazon,

Ἀκούσαθ' Ἱππώναχτος, ὔ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

Aristophanes porro in Ranis A. I. Sc. II. prope finem,

Φίρε δὴ ταχίως ἄνυτ'. ὔ γὰρ ἀλλὰ πειστέον.

Hic allinit de suo Interpres, verba ὔ γὰρ ἀλλὰ πειστέον vertens, *non aiisim, sed meo mos est gerendus hero.* Dionysus herus exigit ab Xanthia servo, ut ipsi inter se alter alterius personam assumant; dum ipse fiat Xanthias, Xanthias leoninam Dionysi induat, clavamque & reliquam σκεύην Herculeam ab hero Dionyso sumat. Ad haec respondet Xanthias, Φίρε, &c. quae ita verte; *Cedo ea mihi celeriter, namque parendum est.* In Ἐκκλησιαζ. v. 387.

—— Οὐ γὰρ ἀλλ' ὑπερφυῶς
Ὡς λάμπλευκος ἦν ἰδεῖν ἡ ἐκκλησία.
—— *Namque insigni ratione*
Videre erat quam album esset concilium.

Et hic quoque male vulgatus Interpres, ὔ γὰρ ἀλλ' ad verbum vertit *non enim, sed.* Patet etiam, falli *Aemilium Portum*, qui hunc locum ex Thesmophoriazusis citat apud *Suidam.* Iterum in Ranis vs. 54. ab initio Comoediae.

Μὴ σκῶπτέ μ' ὦ 'θλιφ'. ὔ γὰρ ἀλλ' ἴχω κακῶς.

Hic tandem bene vertitur *enimvero.* Apud *Lucianum* quoque in De Parasito c. 49. haec eadem recurrit formula, & recte ab Interprete *enimvero* redditur. Quoniam vero is locus quamdam habet in se quasi salebram, eum non hic, sed suo potius ordine deinceps tractabimus. Hanc de dictione Attica ὔ γὰρ ἀλλὰ p. o *enimvero*, disputationem nostram communicabam cum Cl. *Perizonio*, super vexato illo *Aeliani* loco lib. VIII. Ποικιλ. cap. 12. Παράδοξόν γε, ὔ γὰρ ἀληθὲς, ἐπισώντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ. Αἰσχίνῃ δὲ ὁ Ἀτρομήτου ὁ Κωθωκίδης ἐνδιδοκίμει τοῖς Μακεδόσι. Id enim mihi de hoc loco sententiae erat (nec video adhuc, cur ejus poenitere me debeat) legendum scilicet, Παράδοξόν γε, ὔ γὰρ ἀλλ' ἀληθὲς. *Praeter omnium quidem est opinionem, namque verum est,* &c. Nimirum verum est, Demosthenem fuisse superatum; & quia verum est, propterea est εὐδόξον, quoniam id fieri vix potuisse, omnibus persuasum est. Facile vel ex affinitate τῦ, ἀληθὲς, vel ab Atticismi ignorante librario, potuit τὸ, ἀλλ' intercidisse. Denique dictio haec ὔ γὰρ ἀλλὰ in omnibus ferme, ubi adhibetur, locis ita scribitur, ut commate sit divisa, ὔ γαρ, ἀλλά. *Richardus Bentleius*, Vir harum literarum cognitione in Anglia hodie florentissimus, ad *Callimachi* fragmentum illud, Ἀκούσαθ' Ἱππώναχτος. ὔ γαρ, ἀλλ' ἥκω p. 342. deleri istud comma jubet. Ego vero non dubito, quin haec formula sit elliptica, & inter ὔ γὰρ & ἀλλὰ quaedam subaudienda; quae autem illa vere sint, nondum liquido constitui. *J. J.*

Οὐδὲ ἕν τι] Vid. omnino notam ultimam hujus *Dial.* *J. F. R.*

77. Ἱροί . . . αὐτέων] Ionica Dialect. postulat hic ἱροί. pro communi ἱροί. Qua in voce passim in Ἀσρ. etiam peccatur, & αὐτέων pro αὐτῶν. *M. du S.*

78. Γονὴ] Vocem γονὴ satis exponunt, quae sequuntur, ἀνδρεῖα μόρια, τουτέστιν, αἰδοῖα· ea scilicet significatione, qua dicit *Galenus* III. περὶ τῶν ἄρθρων habere *Hippocratem.* *E. L.*

80. Ἐψηθέντα] Turbant hic codices R. ἐψηθεῖσαν. Fl. ἐψηθέντι. Vid. *Diog. Laert.* p. 222. A. & Menagii notam p. 216. qui ex Origenis inedito fragmento luculenter hanc rem illustrat; nisi quod de sanguine nihil habet. Miror hunc locum fugisse Viros doctiss. *M. du S.*

82. Αἷμα] De faba Pythagorae cognata jam dicere non est instituti nostri. Sed dubitationem aliquam no-

νόμος, κυάμοισι τὰς ἐρεχὰς αἱρέεσθαι. ΑΓΟ. Καλῶς πάντα ἔφης, καὶ ἱεροπρεπῶς. ἀλλ' ἀπόδυθι, καὶ γυμνόν σε ἰδεῖν βούλομαι. ΕΡΜ. Ἡράκλεις, χρυσοῦς αὐτῷ ὁ μηρός ἐστι. Θεός, ἢ βροτός τις εἶναι φαίνεται· ὥστε ὠνήσομαι πάντως αὐτόν. πόσου τοῦτον ἀποκηρύττεις; ΕΡΜ. Δέκα μνῶν. ΑΓΟ. Ἔχω, τοσούτου λαβών. ΖΕΥΣ. Γράφε καὶ ὠνησάμην τὸν γόνυμα, καὶ ὅθεν ἐστίν. ΕΡΜ. Ἰταλιώτης, ὦ Ζεῦ, δοκεῖ τις εἶναι, τῶν ἀμφὶ Κρότωνα, καὶ Τάραντα, καὶ ἧ ταύτῃ Ἑλλάδα. καίτοι εἷς εἷς, ἀλλὰ τριακόσιοι σχεδὸν ἐώνηνται κοινῇ· αὐτόν. ΖΕΥΣ. Ἀπαγέτωσαν· ἄλλον ἀγάγωμεν.

fabarum ſuffragiis eligere magiſtratus. EMT. Præclare omnia dixiſti, & ut Sacris dignum eſt. Sed exue te, nam & nudum te videre volo. Hercules, aureum illi femur eſt! Deus, non mortalis aliquis eſſe videtur. Itaque omnino emendus eſt. Quanti illum prædicas? MERC. Decem minis. EMT. Meus igitur eſt, tanti enim emo. JUP. Scribe nomen emtoris & patriam. MERC. Videtur, Jupiter, Italicus eſſe de his qui circa Crotonem & Tarentum & illam Græciam habitant. Quamquam non unus, ſed trecenti circiter emerunt communiter poſſidendum. JUP. Ducant. nos producamus alium.

7. MERC.

a Αὐτὸν] Αὐτῶν L. b Ἀπαγέτωσαν] Ita recte ſcribitur in L. F. Ba. P. In ceteris fere ἀπαγέτωσαν.

86. Θεὸς ἢ βροτός τις εἶναι φαίνεται] Ἐλέγετο γὰρ ὁ Πυθαγόρας ἐν τετυπωμένῳ τῷ δικίῳ αὐτοῦ μηρῷ ὁ Φοῖβος. V.

noſtram, occaſione nominis αἷμα hic ortam proponemus. Porphyrius de vita Pythag. ubi idem argumentum tractat c. 44. εἰ γάρ τις ἀλφιτόγειον κύαμον, καὶ τὰς ὀδοῦσι λεάνας, ἐν ἀλέᾳ τῇ ἡλίου βολῆς καταθείη πρὸς ὀλίγον, εἶτ' ἀπτὰς ἐπαύλθοι μετ' ὀλίγον, εὑροι ἂν ὀδωδότα ἀνθρωπίνου φόνου. Auctor Philoſophumenon Origenis p. 42. *Wolf.* iſta, quae obiter emendare & interpretari licebit, cum & Menagii, qui laudavit ad *Diogen. Laërt.* VIII, 34. & reliquorum editorum acumen fugerint. Τούτου δὲ τεκμήριον φησὶν, εἰ τις καταμαθησάμενος λεῖον τὸν κύαμον καταθείη πρὸς ἥλιον χρόνον τινά. τοῦτο γὰρ εὐθέως ἀντιλήψεται προσφορᾶς: (ſic lego, non προσφέρεσι aut προσφέρειν) ἀνθρωπίνου γόνου ὀδμήν. *Hujus rei indicium eſſe ait; ſi quis levigatam mandendo fabam depoſuerit aliquamdiu in ſole. Hoc enim* (ita manducatum) *celeriter adſumet ſimilem humani ſeminis odorem.* Pugnare inter ſe videntur Philoſophumenon auctor, & Porphyrius. Facile fuerit illos conciliare, ſi apud Porphyrium legas, littera una immutata, γόνου. Sed φόνου ſuadere videtur αἷμα Luciani. Rurſus αἵματι hoc objicitur, quod odorem vix habet, certe vix diſcernendum ab aliorum ſanguine animalium: tum φόνῳ, cur hic pro ſanguine ponatur, vix intelligitur: aliudne olet vena pertuſa emiſſus, vel de naribus proſiliens ſanguis, quam cruor a caede? ſemen humanum olere, illa certe apud Athenaeum meretricula putabat, cui Ptolemaeus, *ex balano* ſeu glande *regia eſſe*, reſpondit. Tum de fabis Samoſatenſis Sophiſta modo dixerat, τὸ πᾶν γονή ἐστι. Quid igitur? γόνον dabimus Porphyrio, σπέρμα Luciano ἀντὶ τοῦ αἷμα; an αἷμα poni pro genitura dicemus? inprimis cum *conſanguinei* & *ſanguis meus* pro filio, & ſimilia plura in uſu ſint: an denique de alia nunc re Luciano ſermonem eſſe dicemus, de alia Origeni & Porphyrio? praeſertim cum illi in ſole ponant fabam dentibus levigatam, hic noſter elixam in luna. Scilicet coquendo ſemini majori calore opus eſt, quam ad ſanguinem. Sed neque in verbo ἁπαφῆς mihi ſatisfacio, & vertiſſe me illud potius ad ſententiam, quam puto verba habere, quam ex vi verbi aliunde mihi cognita, non diſſimulo. *J.M.G.*

85. Ἀπόδυθι] Id. in Eunuch. *Caſaub.* ad *Suet.* De fabis Pythagoræ *Plin. Plutarch.* omnes, Lucian. paſſim: rationem reddunt ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι, alii aliam. *J.B.*

86. Χρυσοῦς] De Pythagoræ femore aureo *Porphyr.* N. 28. & not. *Diog. Laërt.* p. 216. & *Jamblich.* N. 92. *Ælian.* V. H. II. 26. *Apollonius Dyſcolus*, c. 6. aliique. *Meurſ.* Ath. Att. *Plut.* Numa. *Origenes* ſolus eburneum dixit. c. Celſ. VI. *M. du S.*

Ibid. Θεὸς] Alludit ad carmina aurea quae Pythagoræ vulgo tribuuntur, quorum hoc ultimum:

Ἔστιν ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός.

De quibus conſule *Fabric.* Bibl. Gr. 460. *Jamblich.* etiam paſſim. *M. du S.*

91. Ἰταλιώτης] In magna enim Graecia & habitavit Pythagoras, & diſcipulos habuit magno numero. *M. du S.*

92. Τῶν ἀμφὶ Κρότωνα] Περὶ Κρότωνα δὲ Italiae συνεστήσατο Πυθαγόρας τὸ ἑαυτοῦ παιδευτήριον. Inerant & foeminae ἄκρως ἐξασκοῦσαι τὴν αἵρεσιν, ὧν ἐ Θεανὼ ἦν. Τούτους δέ φησιν αὐτὸν ἐνῆσθαι. A Crotone autem & εἰς Τάραντα ἡ αἵρεσις διεδόθη. Et hanc vocat Graeciam propter Graecorum olim colonias in Italia. Contigit, ut ſoli fertilitate & opulentia & virorum copia *Magna Graecia* ea pars diceretur. *G.*

94. Τρια-

7. MERC. Viſne ſqualidum illum Ponticum? JUP. Prorſus ita volo. MERC. Heus tu peram ſuſpenſe, exſerte humerum, veni, circumi hunc conſeſſum. Virilem vitam vendo, vitam praeclaram & generoſam, vitam liberalem: ecquis emet? EMT. Quid ais, praeco? liberum tu hominem vendis? MERC. Equidem. EMT. Et non metuis, ne dicam tibi impingat plagii, aut in Areopagum te in jus vocet? MERC. Nihil ſua referre putat, ſi vendatur. Putat enim ubivis ſe eſſe liberum. EMT. Quis vero uſus eſſe poſſit hominis ſqualidi, & male adeo a fortuna habiti, niſi forte foſſorem aut aquarium fa-

ΕΡΜ. Βούλει τὴν αὐχμῶσαν ἐκεῖνον, τὸν Ποντικόν; ΖΕΥΣ. Πάνυ μὲν οὖν. ΕΡΜ. Οὗτος, ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος, ὁ ἐξωμίας, ἰὼν θεῖ, καὶ περίιθι αὐτὸν κύκλῳ τὸ συνέδριον· βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον, καὶ γενναῖον βίον ἐλεύθερον· τίς ὠνήσεται; ΑΓΟ. Ὁ κῆρυξ πῶς ἔφης; πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον; ΕΡΜ. Ἔγωγε. ΑΓΟ. Εἶτα εἰ δέδιας μή σοι δικάσῃ ἀνδραποδισμοῦ, ἢ καὶ προκαλέσηταί σε ἐς Ἄρειον πάγον; ΕΡΜ. Οὐδὲν αὐτῷ μέλει τῆς πράσεως· οἴεται γὰρ εἶναι πανταπασιν ἐλεύθερος. ΑΓΟ. Τί δ' ἄν τις αὐτῷ χρήσαιτο, ῥυπῶντι, καὶ οὕτω κακοδαιμόνως διακειμένῳ, πλὴν εἰ μὴ σπαπανέα γε καὶ ὑδροφόρον αὐτὸν ἀπο-

δειξ-

98. Οὗτος ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος] Διογένης ὅτι ὁ Σινωπεὺς λαὸς τοῦ Εὐξείνου Πόντου * ἐξωμίας ἐκαλεῖτο, διότι ἐξωμίδα ἐφόρει, καὶ τοὺς ὤμους παρεῖχε γυμνοὺς ὁρᾶσθαι. V.

99. Ἐξωμίας] † Ἐξωμίδια γὰρ ἐφόρουν· τὸ δὲ ἦν χιτὼν παχὺς καὶ τραχύς, ἅτε ἀγναπτος, κατὰ τὴν ἀρίστην χεῖ-

* Ἐξωμίας ἐκαλ.] Εὐξίνου erat in V. & A. Ed. Idem C. ſeparat Πόντου· Ἐξωμίας ἐκαλεῖτο &c. quod ut haud alienum putem, malui tamen rotundius ordine continuo cuncta legi. Solanus cur interponat Ἐξωμίας δὲ ἐκαλεῖτο, cauſa non eſt. T. H.

† Ἐξωμίδια] Sic ſcriptum invenio: ſed legendum ἐξωμίδιον. M. du S.

‡ Ἕτερος μασχάλη] L. ἑτερομάσχαλος. M. du S.

Vox Grammaticis uſitata, quando exponunt, quale veſtimenti genus fuerit ἐξωμίς. Etymol. in Ἐξωμίς, Heſych. in Ἑτερομάσχαλος. Vid. Joh. Meurſ. ad Lycophr. v. 1099. Jac. Perizon. ad Ael. Elian. V. H. IX. c. 34. T. H.

§ Προκαλεῖται] Obſervationem non eſſe inanem docebit Herpocr. in Κλῆσις, Πρόκλησις. Prima poteſtate προκαλεῖσθαι ſolum in uſu eſt: altera προσκαλεῖσθαι non minus, quam προκαλεῖσθαι. T. H.

94. Τριακόσιοι] Quia in Magna Graecia habuit Pythagoras ejusmodi diſcipulorum κοινόβια, ſeu *conſortia*, de quibus vide *Joan. Scheffer.* Phil. Ital. c. XIV. J. C.

Τριακόσιοι] Reſpicit ad eorum diſcipulorum numerum, quos illic habuiſſe dicitur. Quidam tamen 600. aut eo plures fuiſſe ajunt. Vide *Diog. Laërt.* 214. & not. M. du S.

98. Ποντικὸν] De Diogene Cynico, qui fuit Σωπεὺς ab Euxino ponto, lege *Laërtium*. G.

Ποντικὸν] Sinopenſis erat Diogenes, quæ urbs Ponti. M. du S.

99. Ὁ τὴν πήραν ἐξηρτημένος ὁ ἐξωμίας] Certe vix credibile ab Benedicto non emendatam verſionem editionis præcedentis, ſed & ab illo verſum eſſe, *cui ex humeris pera dependet*. Ut recte errorem hic animadvertit *Palmerius*. Sed neque ἐξωμὶς hoc loco conſideranda, ut ſervilis veſtis, ſed ut propria Cynicorum, quibus nulla pars hominum liberior. Conſule collecta ab Oct. *Ferrario* part. II. Rei Veſtiariæ lib. 4. cap. 20. & 22. J. G.

Ibid. Ὁ ἐξωμίας] *Peram dependentem habens ex humeris.* Ita vertit Interpres; quaſi ὠμοῦ inveniatur pro humero, & legiſſet deleto articulo ἐξ ὠμίας diſtinctim. Sed longe aberrat a vera interpretatione. Ὁ ἐξωμίας eſt, qui ἐξωμίδα habet, & ea inſignis eſt: ἐξωμὶς autem eſt veſtis ſervilis ſic dicta, eo quod humerum nudum & exertum oſtendebat. Vide *Gellium* lib. 7. cap. 12. ubi eam vocem interpretatur. Vide *Heſychium* & *Suidam* in ea voce. J. P. a G.

Ὁ ἐξωμίας] Vid. *Fabricius* ad Sext. Empir. p. 39. *Salmaſ.* ad Tertull. de Pall. p. 355. it. p. 396. ſeqq. J. M. G.

4. Πωλεῖς τὸν ἐλεύθερον] Incidit in poenam legis Fabiæ, qui liberum pro ſervo vendit. Sic tit. ultimo Inſtit. de publ. Jud. *Apul.* lib. 8. J. B.

7. Οὐδὲν αὐτῷ μέλει] Reſpicit hic hujus Philoſophi hiſtoriam, qui captus a prædonibus revera venuiſſe in Creta traditur, non admodum invitus. Vid. *Diog. Laërt.* VI. p. 144. F. & 155. D. Adde & *Plut.* 886. 1. & *A. Gell.* II. 18. M. du S.

11. Γ' ἢ] Longe melius in *Thoma Magiſtri* codice legebatur; nempe ἢ (v. in χωρὶς) M. du S.

δικτέον. ΕΡΜ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἦν [a] θυρωρεῖν αὐτὸν ὀπίσησης, πολὺ πιστοτέρῳ χρήσῃ τῶν κυνῶν. ἀμέλει, κύων αὐτῷ γε τέτμηται. ΑΓΟ. Ποδαπὸς δέ ἐστι, καὶ τίνα τινὰ ἄσκησιν ἐπαγγέλλεται; ΕΡΜ. Αὐτὸν ἐρῶ· κάλλιστον γὰρ οὕτω ποιεῖν. ΑΓΟ. Δέδια τὸ σκυθρωπὸν αὐτοῦ, καὶ καθηρές, μή με ὑλακτήσῃ προσελθόντα, ἢ καὶ νὴ Δία δάκῃ γε. οὐχ ὁρᾷς ὡς [b] διῆρκε τὸ ξύλον, καὶ συνέσπακε τὰς ὀφρῦς, καὶ ἀπειληλικόν τι καὶ χολῶδες ὑποβλέπει; ΕΡΜ. Μὴ δέδιθι· τιθασὸς γάρ ἐστι.

ΑΓΟ. Τὸ πρῶτον, ὦ βέλτιστε, ποδαπὸς εἶ; ΔΙΟ. Παμποδαπός. ΑΓΟ. Πῶς λέγεις; ΔΙΟ. Τῷ κόσμῳ πολίτῃ ὁρᾷς. ΑΓΟ. Ζηλοῖς δέ τινα; ΔΙΟ. Τὸν Ἡρακλέα. ΑΓΟ. Τί οὖν οὐχὶ καὶ [c] λεοντῆν ἀμπέχῃ; τὸ μὲν γὰρ ξύλον ἔοικας αὐτῷ. ΔΙΟ. Τυτί μοι λεοντῆ τὸ τριβώνιον. στρατεύομαι δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰς ἡδονάς, οὐ κελεύστους, ἀλλ' ἑκούσιος, ἐκκαθάραι τὸν βίον προαιρούμενος. ΑΓΟ. Εὖγε τῆς προαιρέσεως. ἀλλὰ τί μάλιστα εἰδέναι σε φῶμεν; ἢ τίνα τέχνην ἔχεις; ΔΙΟ. Ἐλευθερωτὴς εἰμὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἰατρὸς τῶν παθῶν. τὸ δ'

cere velimus. MERC. Non hoc ſolum, ſed ſi januae cuſtodem illum imponas, multo quam ſunt canes fideliori illo uteris: & ſane cani ei nomen eſt. EMT. Cujas eſt, aut cujus rei uſum & exercitationem promittit? MERC. Ipſum interroga, id enim optimum factu erit. EMT. Metuo truculentum hominis vultum atque triſtem, ne allatret me accedentem, aut plane etiam mordeat. Nonne vides, uti clavam ſuſtulit & ſupercilia contraxit, & minax quiddam ac bilioſum obtuetur. MERC. Noli timere. cicur eſt.

8. EMT. Primum, bone vir, cujas es? DIOG. Omnigena. EMT. Quid ais? DIOG. Mundi civem vides. EMT. Quem ſectaris? DIOG. Herculem. EMT. Quin igitur & Leoninam ſumis? Nam ad clavam quod pertinet, ſimilis ei videris. DIOG. At leonina mihi eſt detritum hoc palliolum: bellum autem gero, ut ille, contra voluptates, non (*tamen ut ille aliena*) juſſu, ſed mea ſponte, qui repurgare illis vitam inſtituerim. EMT. Laudo propoſitum. Sed quid maxime ſcire te dicamus? aut quam artem habes? DIOG. Liberator ſum hominum, & medicus affectionum: in univer-

a Θυρωρεῖν] Θυρωρὸν P. L. Margo *AIW.* quod paene vulgato praeferam. b Διῆρκε] Ad oram *AIW.* notatur διῆρτε· quod ſcriptum fuerit pro διῆστας· nam διαίρειν & διαιρεῖσθαι ξύλον vel ῥόπαλον utrumque probum. c Λεοντῆν] Λεοντην *BI.* quo accentu hoc nominum genus in vetuſtis libris & Edd. ſaepe inſignitur.

22. Τιθασὸς] Πρᾶος ἢ ἥμερος. *V.*

31. Οὐ κελεύστους] Εὐρυσθεῖ ὑπηρετῆσαι τῷ Ἡρακλεῖ. *G.*

27. Τὸν Ἡρακλέα] Cynici in tutela Herculis. Id. Lapithis: dixi alibi. *J.B.*

32. Ἐκκαθάραι τὸν βίον] Sic Dial. Hercul. & AEſcul. *J.B.*

35. Ἐλευθερωτὴς] Apud *Diog. Laert.* l. c. aliter reſpondet, nempe: ἀνδρῶν ἄρχειν. *M. du S.*

37. Προφήτης] Quis jocus in illa voce a Luciano quaeſitus ſit, neſcio. Niſi forte Cynicorum aliquis prophetae titulum affectaverit. Non temere autem ea appellatione uſum Lucianum probat repetitio ejusdem in mercatoris ſequentibus verbis. *M. du S.*

Προφήτης] *Antiſtitem* hic verti προφήτην voluit in theſauro Stephanus; ſed mihi videbatur, hic non tam ſacrum quoddam aut templum animo obverſatum ſcriptoris; quam vocem Cynici, denuntiantem omnibus libertatem. Eſt enim προφημι etiam *proloquor, praedico.* *J.M.G.*

50. Τάφοι] *Sepulchrum* habuiſſe pro domo, diſerte a nullo traditum invenio. Sed *Diog. Laert.* VI. p. 143. B. C. ait, παντὶ τόπῳ ἐχρῆτο εἰς πάντα, ἀριστῶν τε καὶ καθεύδων, καὶ διαλεγόμενος. Dolium vero vulgo notiſſimum. Vid. eumd. ibid. C. D. ubi quos in uſus comparatum ibi ſteterit, ignorare me fateor. *M. du S.*

Τάφῳ] Licet alibi non tradatur, Diogenem in ſepulcro habitaſſe, tamen id probabile eſt ei exprobrari, ut homini viliſſimis rebus contento, & pauperrimorum vitam imitanti. Habitari enim ſepulcra potuiſſe, non ſolum ex Nov. Foed. Luc. VIII. 27. ſed & ex *Petron.* c. CXI. de matrona Epheſia aliiſque notiſſimum. *J.F.R.*

52. Ὅκα-

versum autem veritatis; & libertatis in loquendo Præco esse volo.

9. EMT. Age, Præco; si te emero, qua me ratione docebis? DIOG. Cum primum te accepero, & deliciis exutum, cum inopia concluſero, palliolo te amiciam, deinde opus facere, & elaborare te cogam, humi dormientem inter haec, aquam bibentem, & obvio primum facillimoque cibo implendum. Opes autem si quas habeas, mihi obſecutus in mare abjicies: tum matrimonium, & liberos & patriam negliges, & nugas putabis omnia: relictaque domo paterna, aut ſepulcrum inhabitabis, aut deſertam turriculam, aut dolium denique. Caeterum pera tibi lupinorum plena erit, & librorum in tergo etiam ſcriptorum. Ita conſtitutus beatiorem te magno rege (*Perſarum*) putabis. Si vero flagris te caedat aliquis, aut torqueat, nihil horum moleſtum judicabis. EMT. Quid ais? non dolere flagris licet caeſum? Equidem non teſtudinis neque cancri teſta circumdatus ſum. DIOG. Euripidis illud parva mutatione deflexum aemulabere. EMT. Quodnam? Animus dolet, dolore lingua ſed vacat.

10. Porro quae maxime adeſſe tibi de-

ὅλον, ἀληθείας καὶ παῤῥησίας προφήτης εἶναι βούλομαι.

ΑΓΟ. Ἄγε, ὦ προφῆτα, ἢν δέ σε πρίωμαί σε, τίνα με τρόπον ἀσκήσεις; ΔΙΟ. Πρῶτον μὲν ὠδάκλαβόν σε, καὶ ἀποδύσας τὴν τρυφὴν, καὶ ἀπορίᾳ συγκαλαχλείσας, τριβώνιον περιβαλῶ. εἶτα δέ, πονεῖν καὶ κάμνειν καλαναγκάσω, χαμαὶ καθεύδοντα, καὶ ὕδωρ πίνοντα, καὶ ὧν ἔτυχε πιμπλάμενον. τὰ δὲ χρήματα, ἢν ἔχῃς, ἐμοὶ πειθόμενος, εἰς τὴν θάλατταν φέρων ἐμβαλεῖς. γάμου δ' ἀμελήσεις, καὶ παίδων, καὶ πατρίδος· καὶ πάντα σοι λῆρος ἔσται· καὶ τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀπολιπὼν, ἢ τάφον οἰκήσεις, ἢ πυργίον ἔρημον, ἢ καὶ πίθον. ἡ πήρα δέ σοι θέρμων ἔσται μεστὴ, καὶ ὀπισθογράφων βιβλίων. καὶ ὕτως ἔχων, εὐδαιμονέστερος εἶναι φήσεις τοῦ μεγάλου βασιλέως. ἢν μαστιγοῖ δέ τις, ἢ τρεβλοῖ, τούτων οὐδὲν ἀνιαρὸν ἡγήσῃ. ΑΓΟ. Πῶς τοῦτο φὴς τὸ μὴ ἀλγεῖν μαστιγούμενον; οὐ γὰρ χελώνης, ἢ καράβου τὸ δέρμα περιβέβλημαι. ΔΙΟ. Τὸ Εὐριπίδειον ἐκεῖνο ζηλώσεις, μικρὸν ἐναλλάξας. ΑΓΟ. Τὸ ποῖον. ΔΙΟ. Ἡ φρὴν σοι ἀλγήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος.

Ἃ δὲ μάλιστα δεῖ παρεῖναι, ταῦτά ἐστιν ἵτα-

52. Ὀπισθογράφων] * Προγεγραμμένων, πεπονημένων. *V. G.*

54. †Ἡ τριβολοῖ] Βασανίζῃ, διαμῇ, μαστίζῃ. *V.*

* Προγεγραμμένων] In Ed. A. textus hujus ſcholii erat ἴρημον, quod cum quo referrem non eſſet, ad vocem ὀπισθογράφων retuli: ad quam vocem deinde Coll. G. retuliſſe video, quae exhibent ſcholium, uti hic emendatum habes. *M. du S.* In V. & Ed. A. eſt: ἴρημος] προγεγραμμένον, πεπονημένον. Nomini praeſcripto, quod modo ante in *Luciano* reperitur, explicatio nullam in partem convenit: neque ad intelligenda ὀπισθόγραφα multum juvat. Praeferam tamen καλαγεγραμμένων. *T. H.*

† Ἡ τριβολοῖ] In *V.* ἢ τριβολῇ τούτων] βασανίζῃ, διαμῇ, μαστίζῃ. *T. H.*

52. Ὀπισθογράφων] Tu vide, an ſit ut apud Satyrarum poëtam, *ſcriptus & in tergo* &c. *Juven.* I, 6. Coll. Gal.

Ὀπισθογράφων] Vide quae citat ex *Herm. Barbaro H. Stephanus* in V. ὀπισθόγραφος. *E. L.*

Ὀπισθογράφων] Voluminibus enim ditiores utebantur, quorum interior tantum pagina ſcripta, exterior pura erat. *M. du S.*

Ὀπισθογρ.] Vid. *Hugon.* de prima orig. ſcribendi, & ad eum notas Conſultiſſ. J. C. *Trotzii* p. 98. *J. F. R.*

53. Τοῦ μεγάλου β.] Sic *Ariſtophan.* in Plut. v. 170. Μέγας δὲ βασιλεὺς ἐχὶ δὶς τοῦτον κομᾷ; ubi *Scholiaſtes* inquit. Τὸν τῶν Περσῶν λέγει· ἔτως γὰρ ἔλεγον αὐτὸν διὰ τὸ πλείοσι δυνάμει χρῆσθαι Περσικῇ. *A. V.*

56. Χελώνης, ἢ καρ. . τὸ δέρμα] Vid. *Ariſtoph.* Veſp. v. 1284. & Kuſt. not. MS. Hoc T. H. margini adleverat.

59. Ἡ φρὴν] Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Eurip. Hippol. 612. *M. du S.*

Ἡ φρὴν] Nobilis verſus Hippol. 612. Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ' ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, ubi vid. Barneſ. & add. Spanh. ad Ariſtoph. Ran. 102. *J. M. G.*

ἰταμὸν χρὴ εἶναι, καὶ θρασὺν, καὶ λοιδορεῖσθαι πᾶσιν ἐξῆς, καὶ βασιλεῦσι, καὶ ἰδιώταις. οὕτω γὰρ ἀποβλέψονταί σε, καὶ ἀνδρεῖον ὑπολήψονται. βάρβαρος δὲ ἡ φωνὴ ἔσται, καὶ ἀπηχὲς τὸ φθέγμα, καὶ ἀτεχνῶς ὅμοιον κυνί· καὶ πρόσωπον δὲ ἐντεταμένον, καὶ βάδισμα, τοιούτῳ προσώπῳ πρέπον. καὶ ὅλως, θηριώδη τὰ πάντα, καὶ ἄγρια. αἰδὼς δὲ, καὶ ἐπιείκεια, καὶ μετριότης ἀπέστω. καὶ τὸ ἐρυθριᾷν ἀπόξυσον ἅπαξ προσώπου παντελῶς. δίωκε δὲ τὰ πολυανθρωπότατα τῶν χωρίων. καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις μόνος, καὶ ἀκοινώνητος εἶναι θέλε, μὴ φίλον, μὴ ξένον προσιέμενος· καταλύσεις γὰρ τὰ τοιαῦτα τῆς ἀρχῆς. ἐν ὄψει δὲ πάντων, ἃ μηδ' ἰδίᾳ ποιήσειεν ἄν τις, θαρρῶν ποίει· καὶ τῆς ἀφροδισίων αἱρῆ τὰ γελοιότατα· καὶ τέλος, ἢν σοι δοκῇ, πολύποδα ὠμὸν, ἢ σηπίαν φαγὼν, ἀπόθανε. ταύτῃ σοι τὴν εὐδαιμονίαν προξενοῦμεν.

ΑΓΟ. Ἄπαγε. μιαρὰ γὰρ, καὶ οὐκ ἀνθρώπινα λέγεις. ΔΙΟ. Ἀλλὰ ῥᾳστά γε,

bent, haec ſunt. Improbum oportet eſſe, & audacem, & conviciari ordine omnibus regibus pariter & privatis: ita enim oculos in te conjicient, fortemque te virum putabunt. Porro barbara vox erit, & abſona loquela, & plane cani ſimilis: vultus contentus ac rigidus, inceſſus, qui vultum talem deceat: verbo, fera omnia & agreſtia. Pudor vero & aequitas & mediocritas abeſto: frontem perfricare ne ſatis habe, ſed abrade penitus. Loca ſequere celeberrima, & in his ipſis ſolus & inſociabilis eſſe poſtula, neque amico admiſſo neque hoſpite. In hoc enim ineſt regni illius tui interitus. In conſpectu omnium ea fac animoſe, quae neque ſolus aliquis temere ſuſcipiat, & Venerem exerce maxime ridiculam. Tandem ſi e re videbitur, crudo Polypo aut ſepia devorata mortem oppete. Hanc tibi propinamus felicitatem.

11. EMT. Apage impura narras, & ab humanitate abhorrentia. DIOG. Sed heus

62. Ἰταμὸν] Ἀναιδῆ καὶ ἀναίσχυντον. *V.* * Παρὰ τὸ ἴεσθαι καὶ ὁρμᾶν. *C.*

65. Ἀπηχὲς] Εἶναι † τῆς κατὰ πάντων ἠχοῦς. *V. G.*

70. Ἀπόξυσον] Γράφεται ἐπόξυσον. *G.*

* Παρὰ τὸ ἴεσθαι] Ὃ ἐστιν ὁρμᾶν *Etymol.* & *Suid.* *T. H.*

† Τὴν κατὰ πάντων ἄκρα] Corruptum: C. ξένον τῆς κατὰ πάντων ἄκρα. *M. du S.*

Voſſ. Codicis depravatam lectionem illam expreſſit Ed. A. Neque tamen haec reſtituta prorſus omni vitio caret: quid enim eſt κατὰ πάντων; ſcribendum, τῆς ἀπὸ, vel παρὰ πάντων ἠχὼ *diſcrepans a ſono, qui ab omnibus proficiſcitur.* *T. H.*

65. Βάρβαρος] Stoicos intelligit, *Arnob.* adv. gentes. I. p. m. 49. Scripturam ſacram defendens, *maxime*, inquit, *cum ſciamus etiam, quosdam ſapientiae deditos non tantum abjeciſſe ſermonis cultum, verum etiam, cum poſſent ornatius atque uberius eloqui, trivialem ſtudio humilitatem ſecutos, ne corrumperent ſcilicet gravitatis rigorem, & ſophiſtica ſe potius oſtentatione jactarent.* *M. du S.*

70. Ἀπόξυσον] Puto me in verſione vim verborum ſic ſatis adſecutum eſſe. Vult funditus exſtirpari pudorem, q. d. *abrade ipſum erubeſcere.* Forte praeferant alii Eraſmi interpretationem, *erubeſcendi facilitatem de facie prorſus abſtergas.* Sed non de ſola facilitate hic ſermo eſt; & *abſtergere*, ſi cum ἀπόξυσον comparetur, parum vehemens. *J. M. G.*

bis laboris fuſceperim. Videte igitur, ne idem faciatis, quod qui nunc ſunt Philoſophi, ingratique, iracundi, & parum officii memores videamini adverſus virum bene de vobis meritum. PLAT. Impudentiam hominis videte! Inſuper gratiam tibi maledicentiae illius cauſſa debemus? usque adeone cum mancipiis te putas diſputare veris? etiamne in beneficio nobis imputabis contumeliam tantam; & ebriam verborum in nos petulantiam?

6. LUC. Ubi ergo vos ego aut quando affeci contumelia? qui ſemper ita vixerim, philoſophiam ut admirarer, & vos ipſos laudibus tollerem, & in libris quos reliquiſtis, verſarer. Haec enim ipſa quae dico, unde alias, quam a vobis ſumens, & apum inſtar delibans flores veſtros, oſtendo hominibus? at illi laudant, & florem unumquemque agnoſcunt, unde & a quo, & quomodo legerim: & verbis quidem me ſectantur propter florum legendorum ſolertiam, re autem ipſa vos & veſtrum illud pratum, qui tales protuleritis, tam varios ſpecie & coloribus; ſi quidem legere illos ſciat aliquis & nectere & concinnare, ne alter ab altero diſſideat. Eſtne igitur, qui his bonis veſtris uſus, male audeat dicere viris bene de ſe meritis, a

ε ὑπὲρ ὑμῶν πεπονηκότα. ὁρᾶτε γὰρ μὴ τὸ τῶν νῦν Φιλοσόφων αὐτὸ ποιῆτε, ἀχάριστοι, καὶ ὀργίλοι, καὶ ἀγνώμονες Φαινόμενοι πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην. ΠΛΑΤ. Ὦ τῆς ἀναιδείας. καὶ χάριν σοι τῆς κακηγορίας προσοφείλομεν; οὕτως ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει ἀμελέγεσθαι; ἢ καὶ εὐεργεσίαν καλὰ λογῇ πρὸς ἡμᾶς ὅτι τῇ τοσαύτῃ ὕβρει καὶ παροινίᾳ τῶν λόγων.

ΛΟΥΚ. Πῶς γὰρ ἐγὼ ὑμᾶς, ἢ πότε ὕβρικα; ὃς ἀεὶ Φιλοσοφίαν τε θαυμάζων διατετέλεκα, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπερεπαινῶν, καὶ τοῖς λόγοις, οὓς καλὰ λελοίπατε ὁμιλῶν; αὐτὰ γὰρ ἃ Φημι ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν μελιττόμενος, καὶ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζουσιν ἑκάστου τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ παρ' ὅτου, καὶ ὅπως ἀνελεξάμην, καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὑμᾶς, καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἵ τοιαῦτα ἐξηνθηκότα ποικίλα, καὶ συλυειδῆ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναλέξαθαί γε αὐτὰ ἐπίσταιτο, καὶ ἀναπλέξαθαι, καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου· ἔοθ' ὅστις ἦν ταῦτα εὖ πεπονθὼς παρ' ὑμῶν, κακῶς ἂν εἰπεῖν ἐπιχειρήσειεν εὐεργέτας ἄνδρας,

g Ὑπὲρ] Περὶ Coll. Vulgatam ſervant *H.* & Fl. h Τὸ] Κατὰ τοὺς πόλλους P. Angl. Edd. vulgatam tuentur. i Κακηγορίας] Sic *Par. Ald. H.* B2. Fr. *A. S.* Fl. Sed καλὴγορίας. *J.* & Angl. k Οὕτως] Οὕτω S. male. Sed *H.* & Fl. vulgatam ſervant. l Καλαλελοίπατε.] Καλαλελοιπότ. *J.* m Παραλαβῶν] Λαβῶν P. n Παρ' ὅτου] Παρά του *Ex. Fl.*

88. Ὑπὲρ ὑμῶν π.] Γρ. περὶ *G.*

71. Ἐπίκαρμον] Excidiſſe hic Socratis nomen ſupra jam monui. Putabant itaque, aut alicubi inſerendum, aut haec verba Socrati ipſi, non Platoni tribuenda, & legendum hic diſtincte, καὶ Πλάτων; ἐγὼ, &c. Sed nunc placet vulgata, καὶ Πλάτων ἐγὼ. *Socratis* nomen ex Mſſ. ſolis ubi reponendum ſit, definiri poteſt; neque enim a Platone commiſſum puto, ut magiſtri nomen omiſerit. De Empedocle ſi quis regerat, habeo quod reponam, neque enim princeps ullius Sectae fuit, unde factum, ut hic in plebe philoſophorum facile delitescat, non excitandus omnino, niſi ridiculi cauſſa, propter Ætnae crateres. *M. du S.*

77. Περὶ ὑμ.] Lege, meo periculo, πρὸς ὑμᾶς. Vid. not. ad *Tim.* c. 6. Quamquam apud Xenophontem legatur περὶ ἐμοὶ ἀδικ. 154. 7. *M. du S.*

81. Λαΐνων ἴσως] Iliad. 3. v. 57. *J. B.*

Λαΐνων . .] Vid. *Hom.* Il. Γ. 57. *M. du S.*

Λαΐνων] Eandem *Iliadis* Sect. jam indicaverat *Brodaeus* Miſc. p. 2. c. 22. ſed omiſſo, ut ſemper, verſuum numero. *J. F. R.*

88. Μὴ τὸ τῶν] Angl. κατὰ τοὺς πόλλους τῶν νῦν φιλοσόφων. *J. B.*

92. Τῆς κακηγορίας] Angl. καλὴγορίας. *J. B.*

1. Καλαλελοίπατε] Ita omnino pro καλαλελοίπ. cum S. ſcribendum, ut c. 14. ubi recte in omnibus legitur. *M. du S.*

15. Ἀφ'

δρας, ἀφ' ὧν [a] εἶναί τις ἔδοξεν; ἐκτὸς εἰ μὴ κἂ τὸν Θάμυριν, [b] ἢ τὸν Εὔρυτον εἴη τὴν φύσιν, ὡς ταῖς Μούσαις ἀνταῴδειν, παρ' ὧν εἴληφε τὴν ᾠδήν, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν, ἐναντία τοξεύων, καὶ ταῦτα, δοκῶν ὅτι τοξικῆς.

quibus hoc habet, ut esse aliquis videatur? Nisi forte eo sit ingenio, quo Thamyris quondam aut Eurytus, ut occinat ipsis Musis, a quibus canendi artem acceperit, aut cum Apolline contendat, jaculari ausus contra ipsum muneris hujus & artis sagittandi auctorem.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν ὦ γενναῖε, καὶ τοὺς ῥήτορας εἴρηταί σοι· ἐναντιώτατον γὰρ ὂν τοῖς πράγμασι, καὶ χαλεπωτέραν σε ἐπιδείκνυσι τὴν τόλμαν, εἴγε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαριστίᾳ προσέστιν, ὃς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα ὡς φὴς λαβών, κατ' ἡμῶν ἐτόξευες, ἵνα τοῦτον ὑποθέμενος τὸν σκοπὸν, ἅπαντας ἡμᾶς ἀγορεύειν κακῶς τοιαῦτα ᾠδὰ σοὶ ἀπειλήφαμεν, ἀνθ' ὧν σοι τὸν λειμῶνα ἐκεῖνον ἀναπετάσαντες, οὐκ [c] ἐκωλύομεν δρέπεσθαι, καὶ τὸ προκόλπιον ἐμπλησάμενον ἀπελθεῖν· ὥστε ἀφίγε τοῦτο μάλιστα δίκαιος ἂν εἴης ἀποθανεῖν.

7. PLAT. Ista quidem, vir fortis, ex rhetorum arte declamasti, maxime enim rebus ipsis sunt contraria, & eo importuniorem ostendunt audaciam tuam, quandoquidem injuriae huic ingratus etiam animus accedit, qui acceptis a nobis, quod fatere, telis, contra nos jaculatus sis, hoc uno tibi scopo proposito, de omnibus nobis male uti diceres. Haec a te praemia habemus, quod aperto tibi illo prato nostro, non prohibuimus, quo minus meteres, & pleno sinu abires. Itaque vel propter ipsum hoc mori dignus eras.

ΛΟΥΚ. Ὁρᾶτε· πρὸς ὀργὴν ἀκούετε, καὶ οὐδὲν τῶν δικαίων προσίεσθε. καίτοι οὐκ ἂν ᾠήθην ποτὲ ὡς ὀργὴ Πλάτων, ἢ Χρυσίππου, ἢ Ἀριστοτέλους, ἢ τῶν ἄλλων [d] ὑμῶν καθίκοιτο ἄν. ἀλλά μοι ἐδοκεῖτε μόνοι δὴ, πόρρω εἶναι γε τοιούτου. πλὴν ἀλλὰ μὴ ἄκρι-

8. LUC. Videte, irae auscultatis, neque justum quidquam admittitis: quamquam non putabam fieri umquam posse, ut ad Platonem, ad Chrysippum, aut Aristotelem, aut ad alium quemquam vestrum ira perveniat; verum soli vos ab ejusmodi rebus videbamini esse remotissimi. Sed

a Εἶναί τις] Ἤδη τις ἔδοξεν. P. Angl. εἰδέναι Marc. Edd. vulgatam servant. b Ἢ τὸν] Ἐκεῖνον pro variante notatur, non vero unde. c Ἐκωλύομεν] Ἐκωλύσαμεν P. Angl. Vulgatum servant Edd. d Ὑμῶν] Ἡμῶν Ƒ. ὑμῶν recte H. B2. Fl.

21. Κατὰ τοὺς ῥήτορας] Ἐπεὶ διαλεκτικὴ κίχρηται τῇ πίστει αὐτῇ δὲ μερικὴ. τούτου χάριν ἐστὶ ῥητορικὴ. οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ ἀπὸ τῶν καθόλου τὰς πίστεις ποιοῦνται. G.

59. Πρὸς ὀργὴν] * Ὀργίλως. G.

* Ὀργίλως] In V. erat . . . γίλως, unde in Impress. 17. factum est ὁ γίλων. Sed Coll. unde manaverit error, ostendunt, in quibus, ἀντὶ τῶ ὀργίλως est, & ὀρ. ita scriptum ut littera ρ sit in media O (Θ). M. du S.

15. Ἀφ' ὧν] Angl. ἀφ' ὧν ἤδη τις εἶναι ἐδ. Ƒ. B.

Ἀφ' ὧν εἶναί τις ἔδοξεν] Ἀφ' ὧν εἰδέναι, & pag. eadem, παρ' ὧν εἴληφε τὴν ᾠδήν. Et illud, δοκῶν ὅτι τῆς τοξικῆς. Th. M.

Ibid. Εἶναί τις ἔδοξεν] Sic iterum noster in *Sympos.* c. 35. οἰόμενοί τινας εἶναι ἀπὸ τῶν χρημάτων. In *N. T. Ep.* ad *Gal.* II, 6. ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι. Et *Act.* V, 36. Θευδᾶς λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν. Ad quem l. Rever. *Elsner.* etiam ex *Eurip.* Ion. 597. adfert, Ζητῶ τις εἶναι. Ƒ. F. R.

16. Θάμυριν] Superatus, oculis & lyra privatus est. vid. Il. B. 102. . . & *Plut.* 2074. 1. M. du S.

Ibid. Εὔρυτον] *Eurytus* artem jaculandi sagittas ab Apolline accepit, a quo deinde Hercules didicit. G. C.

Εὔρυτον] Vid. *Odyss.* Θ. 224. Adde *Hyg.* f. 173. & 14. M. du S.

18. Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν] *Hom.* Odyss. Θ. 224. M. du S.

30. Ἐκωλύομεν] Angl. ἐκωλύσαμεν rectius. Ƒ. B.

33. Πρὸς ὀργὴν] Vid. *L. Bos* ad Ep. ad Rom. p. 98. T. H.

47. Φαίνομαι] Lucianus exigens a Philosophis, ut aliquis eligatur, qui caussae suae sedeat judex, & vel omnes, vel unus ex eorum turba se accuset, ait, Ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰς ἐγκλήσεις. κἂν μέν τι ἀδικῶν φαίνομαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῶ τὸ δικαστήριον, ὑφίξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. Poscitur omnino φαίνομαι, idque praecipue ob sequens γνῶ. *Ego vero adversus cri-*

Sed quidquid ſit, certe non indemnatum, viri admirabiles, nec ante judicium me occideritis. Veſtrum enim quoque hoc fuerit, non vi, nec prout quis robuſtior eſt, rem gerere, ſed jure lites dirimi, redditis invicem auditisque rationibus. Itaque judice capto accuſate me vos aut ſimul omnes, aut quemcunque pro univerſis dicturum ſuffragiis veſtris elegeritis: ego vero criminibus reſpondebo. Si deinde pareat, me feciſſe injuriam, idque de me ſtatuerit judicium, ſuſtinebo nimirum juſtam poenam, vos vero nihil per vim audebitis. Si vero, cognitione facta, purus vobis & reprehenſione indignus inveniar, abſolvent me ſcilicet judices, vos vero in eos iram vertetis, qui deceperunt vos, & contra nos incitarunt.

9. PLAT. Hoc vero illud fuerit, *Equum in campum*, ut tu impulſis in fraudem judicibus abeas. Ajunt enim te rhetorem eſſe & cauſidicum & verſutum in dicendo veteratorem. Quem vero judicem vis fieri, quem tu non muneribus corruptum, ut multa injuſte facitis, inducas, ut ſecundum te ferat ſententiam. LUC. Hac quidem cura vos libero: ſuſpectum

τόν γε ὦ θαυμάσιοι, μηδὲ πρὸ δίκης ἀποκτείνητέ με. ὑμέτερον γὰρ καὶ τοῦτο ἦν, μὴ βίᾳ, μηδὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον πολιτεύεσθαι, δίκῃ δὲ τὰ διάφορα [c] διαλύεσθαι διδόντας λόγους, καὶ δεχομένους ἐν τῷ μέρει· ὥστε δικαστὴν ἑλόμενοι καθηγορήσατε μοῦ ὑμεῖς ἢ ἅμα πάντες, ἢ ὅν τινα ἂν χειροτονήσητε ὑπὲρ ἁπάντων. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κἄν [f] εἰ μέν τι ἀδικῶν [g] φαίνωμαι, καὶ τοῦτο ἐμοῦ γιγνώσκοντος τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. ὑμεῖς δὲ βίαιον οὐδὲν τολμήσετε. ἢν δὲ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος εὑρίσκωμαι, ἀφήσουσι [h] μοι οἱ δικασταί· ὑμεῖς δὲ, εἰς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ παροξύναντας καθ' ἡμῶν τὴν ὀργὴν τρέψετε.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο ἐκεῖνο, ἐς πεδίον τὸ ἴππον, ὡς παραμυθούμενος τοὺς δικαστὰς, ἀπέλθοις. φασὶ γάρ σε ῥήτορά τε, καὶ δικανικόν τινα εἶναι, καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἐθέλεις γενέσθαι, ὃν τινα μὴ σὺ δωροδοκήσας, οἷα πολλὰ πράττεις ἄδικα, πείσεις ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι; ΛΟΥΚ. Θαῤῥεῖτε τούτου ἕνεκα· ἐδέτα τοιοῦτον ἀγαθὸν

e Διαλύεσθαι] Λύεσθαι ex Fl. Vulgatam tuetur P. f Εἰ μέν] Ἢν P. εἰ μέν. Fl. g Φαίνωμαι] Sic P. Ba. & Genſ. Reliqui vitioſe, φαίνομαι olim ediderant. h Μοι] Mu Angl. Rel. Edd. μοι.

55. Ἐς πεδίον τὸ ἴππειον] Ἐς πεδίον τὸ ἴππον, * παροιμία ἐπὶ τῶν, ἀπορίαν λοχώντων καὶ ἄπειρον. τάδε ἐστὶ μάγια καὶ πρὸς ἐπίδειξιν σοφιστῶν ἢ τῶν ἐπιζητούντων δυάρμενος, οὐ πανταλλαντόπωλος † ἵππον πεδίον, πρὸς τὸν οἰκεῖον ἐπιδείξας ἀγῶνα ‡ ὠθούμενος ταύτῃ τῇ § παροιμίᾳ καὶ ταῦται, ¶ ὕδωρ βατράχῳ σίκυε γαλῇ, καὶ λοιδορήματα. V.

56. Παραμυθούμενος] Ἐξαπατήσας. V.

* Παροιμ.] Hanc enarrationem non agnoſcunt C.

† Ἵππον] Ἵππου legebatur, ſed Du Soul u. in ον. mutavit.

‡ Παρόλλυται] Ita manu ſua correxit M. du S., cum in impreſſo Graev. legeretur παράλλυται. Quod tamen credo ſe eadem ratione tueri poſſe, qua Attici compoſita ac derivata in ις & ισσω communiter accipiunt. J. F. R.

§ Παροιμ.] Secundum hoc Prov. in C. reperitur; in V. deſiderabatur.

¶ Βατράχῳ] Verba duo ſequentia σίκυε γαλῇ, in Impr. omiſſa addidit. M. du S.

erimina me defendem; denique ſi qua in re viſus fuero injurius, idque de me judices ſtatuerint, meritas videlicet poenas dabo. J. F.

52. Ἀφήσουσι μοι] Scribe, ut in Angl. C. ἀφήσουσί μοι & ſic Interpres. J. B.

55. Ἐς πεδίον τὸ ἴππον] [Prov. *Plato* in Theaet. ἵππου εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτη εἰς λόγους.] A. V.

Ἐς πεδίον τὸ ἴππον] Vid. & *Brodaeum*, qui Euſtathium affert hoc enodantem. *Theſ. Cr.* II. 501. M. du S.

Ἐς πεδίον τὸ ἴππον] Remittit *Stulius* ad *Brodaeum*. Ecce igitur hujus verba, ex Miſcel. P. 2. c. 22. Hoc eſt, quod dici ſolet: *Equum in planitiem*. Eraſm. in Adag. *Eq. in pl.* quod ita enodat *Euſtathius*: Ἵππον εἰς πεδίον, ἀντὶ τοῦ, εἰς πεδιάδα οἱ ἱππόται χρήσιμοι, ἐάν τις ἐπὶ ἵππου νοήσῃ, ἐξεφωνλίζετο ὡθούμενος τοῖς σοφοῖς, καὶ αὐτὸς, καὶ σολοικίζων κατὰ τοῦ ἐλέγετο. J. F. R.

62. Θαῤῥεῖτε] Lucianus itaque ubi poſtulaſſet aliquem ſibi dari judicem, cui cauſam ſuam, ſi poſſet, pro-

τὴν ὑποψίαν, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι, ᾧ ὅστις ἀποδώσεταί μοι τὴν ψῆφον ὁρᾶτε γάρ, τὴν φιλοσοφίαν αὐτὴν μεθ' ὑμῶν ποιοῦμαι δικάστριαν ἔγωγε. ΠΛΑΤ. Καὶ τίς ἂν καλήγορήσειεν, εἴγε ἡμεῖς δικάσομεν; ΛΟΥΚ. Οἱ αὐτοὶ καλήγορεῖτε, καὶ δικάζεσθε· ὑδὲν ὑδὲ τοῦτο δέδια. τοσοῦτον ἐπιφέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ἐκ περιουσίας ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω.

ΠΛΑΤ. Τί ποιοῦμεν ὦ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι ἀξιῶν. ΣΩΚ. Τί δὲ ἄλλο, ἢ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, καὶ τὴν φιλοσοφίαν παραλαβόντες, ἀκούσωμεν ἅ, τε καὶ ἀπολογήσεται. τὸ πρὸ [a] δίκης γὰρ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθεμένων. [b] παρέξομεν γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲν ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. καὶ ταῦτα, δικαιοσύνη χαίρειν αὐτοὶ λέγοντες. ἢ τί ἂν εἴποιμεν Ἀνύτῳ καὶ [c] Μελίτῳ περὶ τοῦ ἐμοῦ καλήγορησάντων, ἢ τῶν τότε δικαστῶν, εἰ ὅτος τεθνή-

id genus judicem, aut ambiguum, quique calculum mihi ſuum vendat, eſſe velim neminem. Videte enim, ipſam vobiscum Philoſophiam judicem vobis ipſe fero. PLAT. Quis igitur accuſet, ſiquidem nos judicaturi ſumus. LUC. Vos iidem & accuſate & judicate. Neque hoc quidquam metuo; tantum juſtitia cauſſae ſuperoro, & ex abundanti cauſſam me dicturum confido.

10. PLAT. Quid agimus, Pythagora & Socrates? videtur enim vir non praeter rationem provocare, dum judicari poſtulat. SOCR. Quid vero aliud, quam eamus ad tribunal, & adſumta Philoſophia audiamus, quid cauſae dicturus ſit. Indicta enim cauſſa damnare noſtrum non eſt, ſed valde idioticum, iracundorum hominum, & jus in manu ponentium. Praebebimus enim occaſiones volentibus male de nobis dicere, ſi indicta cauſſa virum lapidemus, idque homines gaudere nos juſtitia profeſſi, aut de Anyto ac Melito quid dicemus, meis accuſatoribus, aut de his, qui tum erant judices, ſi hic ne aqua quidem

[a] Δίκης γὰρ] Poſthaec verba τιμωρήσασθαι inſerit *Pell.* reliquae. [b] Παρέξομεν] Παρέξωμεν. *F.* Sed vulgatam tuentur [c] Μελίτου] Sic *H. B2. Fl.* recte. alio loco Μίλητος mendoſe ſcribitur, uti in Δημ. c. 11.

77. Τὸ πρὸ δίκης γὰρ] Προσυπακουστέον κατεψηφίζεσθαι. *V.*

79. Καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ] Ἐν τῇ βιάζεσθαι, ἐν τῇ δυνάμει. *V.*

81. Καταλεύσαντες] * Λιθοβολήσαντες. *V.*

* Λιθοβολήσαντες] Λιθοβολεύσαντες. V. *M. du S.*

probaret, Plato totam hanc judicis poſtulationem ſuſpectam facit, aitque Lucianum in cauſis judicialibus verſutiſſimum ſimul & verſutiſſimum, aptum ſatis eſſe circumſcribendo & corrumpendo, quicumque ipſi daretur, judici. Ad id reſpondet Λυκῖν. Θαῤῥεῖτε. τούτου γε ἕνεκα, ὑδένα τοιοῦτον ἀξιωτὸν ὑποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι. Et hic locus prava interpunctione peſſime habitus; & nihilo melior, ad mentem auctoris, oriri potuit interpretatio. Sic autem diſtingue, Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα. ὑδένα τοιοῦτον, &c. Secus illud τούτου γε ἕνεκα fuit ab Θαῤῥεῖτε divulſum, & ſequentibus adjectum. Vult enim Auctor, *De eo quidem ne eſtote ſolliciti. Neminem ego talem conſtitui mihi poſtulare judicem, qui ſit ſuſpectus vel anceps.* Plane uti nos hanc lectionem diſpoſuimus, deprehendimus poſtea haberi in editione Florentina, niſi quod illic particula γε, quam aliae editiones recte ſervant, eſt omiſſa. Mira profecto Interpretis prioris ſocordia, ut qui loquendi formulam aliquoties ab Noſtro alibi uſurpatam, non melius obſervarit, ut eam hoc in loco depravatam, integritati ſuae reddere non potuerit. Jam ſupra in Deor. dialogis p. 265. §. 15. Θαῤῥεῖ τούτου γε ἕνεκα. παιδὶ γάρ μοι ἐστὸν δύω καλώ. *Ne ſis de hoc quidem ſollicitus: ſunt enim mihi duo pulchri filii.* Infra quoque in Cataplo c. 8. Μεγαπένθης. Ἀπολεῖται ὦν χρυσὸς τοσοῦτος; Κλωθώ. οὔκ ἀπολεῖται. Θαῤῥεῖ τούτου γε ἕνεκα. Pro Imaginib. c. 16. Θαῤῥεῖ ὦ Λυκῖν, τούτου γε ἕνεκα, ὡς ὦ φαῦλόν μοι ὑποπτεῦσαι ἔχων τὸ ἀπολογίσασθαι. *Ne ſis, mi Lucine, magnopere de hoc ſollicitus; quippe qui non futilem me defenſionis tuae habiturus ſis aſſorem.* De morte Peregrini c. 26. Ἀλλὰ θαῤῥεῖται τούτου γε ἕνεκα. ἀγὼ

dem attributa (& clepſydra) moriatur? PLAT. Optime mones, Socrates. Itaque abeamus ad Philoſophiam. illa judicet, & nos ſententia illius ſtabimus.

11. LUC. Euge viri ſapientiſſimi, meliora iſta & magis legitima. Verum lapides ſervate, uti dixi, opus enim paullo poſt illis erit apud tribunal. Ubi vero Philoſophiam inveniat aliquis? nec enim ubi habitet, novi, quamquam longo tempore oberravi domo ejus quaerenda, ut illius conſuetudine uterer. Deinde cum inciderem in quosdam palliolis amictos, & prolixas barbas ſubmittentes, qui ab illa ſe venire dicerent, putans hos ſcire, interrogabam. At illi, qui multo quam ego magis ignorarunt, aut plane non reſpondere mihi, ne ignorantiae ſuae convincerentur, aut aliam pro alia januam mihi demonſtrare. Itaque ad hodiernum diem nondum invenire domum potui.

12. Saepe vero vel mea conjectura, vel aliquo deducente ad januas quasdam delatus ſum, firma cum ſpe tandem aliquando me inveniſſe, idque colligebam ex multitudine

ξῆλαι, [d] μηδὲ τοπαράπαν ὕδαλος μέλαλαβών. ΠΛΑΤ. Ἄριστα λέγεις ὦ Σώκρατες· ὥστε ἀπίωμεν ὅπῃ τὴν Φιλοσοφίαν. ἡ δὲ, δικασάτω, ἣν ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη ψηφίσηται.

ΛΟΥΚ. Εὖγε ὦ σοφώτατοι, ἀμείνω ταῦτα, καὶ νομιμώτερα. τοὺς μέντοι λίθους φυλάττετε ὡς ἔχει. δεήσει γὰρ αὐτῶν μικρὸν ὕστερον ἐν τῷ δικαστηρίῳ. τὴν δὲ Φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; ἐγὼ γοῦν οἶδα ἔνθα οἰκεῖ. καίτοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ. εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι τριβώνια πεπεβλημένοις, καὶ πώγωνας βαθεῖς καθειμένοις, παρ' αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν, οἰόμην εἰδέναι αὐτούς, ἀνηρώτων. οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες, ἢ οὐδ' ὅλως ἀπεκρίνοντό μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο οὐκ εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ' ἄλλης ἀπεδείκνυον. οὐδέπω γοῦν [e] καὶ σήμερον ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν.

Πολλάκις δὲ αὐτὸς εἰκάσας, ἢ ξεναγήσαντός τινος; ἦκον ἐν ὅπῃ τινας θύρας, βεβαίως ἐλπίσας τότε γοῦν εὑρηκέναι· τεκμαιρόμενος τῷ πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἐξιόν-

[d] Μηδὲ] Μὴ δὲ *J. S.* μηδὲ *Ba.* & *P.* &c. [e] Καὶ σήμερον] Sic etiam *H. F .l.* & *P.*

86. Ὕδατος μέλαλαβών] † Ἰσέον ὅτι οἱ ‡ Ἀθήνησι δικασταὶ ἐπίσχειν βουλόμενοι τὰς ἀπιρρύτους φλυαρίας τῶν ῥητόρων, ὑδρίας ὕδατος ἐπλήρουν, καὶ ἀφ' ἑνὸς ἀφιστάμενος § παρεῖχον τῷ ὕδατι ἴσχειν ἐς οὗ ἀρχῇ τὸ ἀφίστιος τῇ ¶ κρουσίσκου ἐκέλευον τὸν ῥήτορα λήγειν, ἄχρις ἂν τὸ πᾶν ** ἐκρυῇ· ἔστι δὲ ὃν πρὸς τὸ μέτρον τῷ ὕδατος †† λόγον ποιούμενοι, †† συντέτμηνον ἐς ἀκοὴν τὴν δημηγορίαν· οὕτω παροιμία, μὴ λέγε ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι.

Ὕδατος] Τῇ δικαστικῇ ὕδατος πρὸς ἃ τοὺς λόγους οἱ δικαζόμενοι ἐποιοῦντο. *G.*

† Ἰσέον] Huic ſimile ſcholion, iisdemque paene conceptum verbis occurrit p. 16. Eundem etiam conſenſum alibi obſervare eſt, quo fit, ut credam duos hoſce ſcriptores multa ex eodem fonte hauſiſſe. *J. C.*

‡ Ἀθήνησι] Οἱ ἐν Ἀθήνησι legitur in V. male. *M. du S.*

§ Παρεῖχον] Παρέκλων. V. *M. du S.*

¶ Κρουσίσκου] Ita in margine correxit *M. du Soul*: cum antea legeretur κωτυρίσκου. Recte quidem ſe habet correctio, ſed vellem addidiſſet, qua auctoritate facta ſit, quum altera lectio non tamen fuerit plane abſurda. *J. F. R.*

** Ἐκρυῇ] Ἐκροῖ legebatur in *Impr.* quod ruſus mutavit manus *Soulii*. Sed quum ſaepiſſime in marg. teſtetur, ſe ita ex collatione MS. *C.* & *V.* correxiſſe, etiam reliqua pleraque inde eum hauſiſſe credo. *J. F. R.*

†† Συντέτμηνον] Ἐντέτμηνον legebatur, noſter vero *Du Soul* adjecerat *sum*. Ita ut legere poſſis *συντέτμηνον* vel *συντέτμηνον*; ſed poſterius eum voluiſſe, facile eſt conjicere, & iterum occurrit in Schol. ad c. 28. hujus dialogi. *J. F. R.*

ἢ δημοσαίμιλλον ἄν, &c. *J. F.*

Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα] Sic exhibui, ut cl. *Jenſius* juſſit, pravam interpunctionem tollendo. *J. F. R.*

70. Ἐκ περιουσίας] Adleverat orae *Ed. Graevii* clariſſ. *Hemſterhuſius*, *Dukerum* conſulendum ad Thucyd. VIII. p. 332. Sed eſt p. 532. n. 37. ubi ἐκ τοῦ περιόντος, & ἐπὶ περιουσίας, *ex abundanti*, ſive, *plus quam opus eſt*, ex Thucyd. adfertur, & haec Luciani verba eodem modo exponuntur. *J. F. R.*

79. Ἐν τῇ χειρὶ] In ferro & armis. *J. Br.*

86. Ὕδατος] *Aquam alicui fundere*, eſt ei locum dare dicendi & cauſam ſuam agendi, ad aquae enim menſuram certam oratores dicebant & clepſydram. *A. V.*

98. Παρ' αὐτῆς] Male olim vertebatur: *ad ipſam*. Vid. *L. Bos*, Obſ. crit. p. 50. *J. F. R.*

ἐξιόντων ἀπάντων σκυθρωπῶν, καὶ τὰ σχήματα εὐτελῶν, καὶ φρονήματικῶν τὸ πρόσωπον. μετὰ τούτων ἐν ξυμπαραδυσθείς, καὶ αὐτὸς εἰσῆλθον ἄρτι· εἶτα εἶδον γύναιόν τι οὐκ ἀπλοϊκὸν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐς τὸ [a] ἀφελὲς καὶ ἀκόσμητον ἑαυτὴν ἐπιρρύθμιζεν, ἀλλὰ καλέ-Φάνη μοι αὐτίκα καὶ τὸ ἄφιλον δοκεῖν τὸ κόμης ἀκαλλώπιστον ἔουσα, καὶ τῇ ἱματίῳ τῇ ἀκαβολήν ἀνεπιδεύτως περιστέλλουσα. πρόδηλος δὲ ἦν κοσμουμένη αὐτοῖς καὶ πρὸς εὐπρέπειαν τῷ ἀθηρατεύτῳ δοκοῦντι προχρωμένη. ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον, [b] καὶ φῦκος, καὶ τὰ [c] ῥήματα πάνυ ἑταιρικά. καὶ ἐπαινουμένη ὑπὸ τῶν ἐραστῶν [d] ἐς τὸ κάλλος, ἔχαιρε. καὶ εἰ δοίη τις, προχείρως ἐδέχετο. καὶ τοὺς πλουσιωτέρους ἂν [e] ὡδηκαθισαμένη πλη-

intrantium & exeuntium, qui ſeveri omnes viderentur, habitu compoſito, & vultu acriorem cogitationem prae ſe ferente. Cum his igitur clanculum me inferciens & ipſe intrabam. Deinde vidi mulierculam minime candidam, quantumvis ad ſimplicitatem quamdam cultus expertem ſe concinnaret. Sed mox mihi apparuit ſcilicet, eam neque comas, quas negligenter ſolutas videri volebat, inornatas reliquiſſe, neque veſtis amictum ſine adfectatione compoſuiſſe. Manifeſto autem iis ſe rebus exornaverat, & ad decentiam, aſſimilato illo cultus neglectu, uſa fuerat. Sublucebat vero etiam aliquantum ceruſſae & fuci; verbaque omnino meretricia; laudarique ſe ab amatoribus pulchritudinis nomine gaudebat, &, ſi quis quid daret, accipiebat cupide, & cum ditioribus prope adſideret, pau-

a Ἀφιλὲς] Ἀσφαλὲς vulgo edebatur in edit. novis & antiqq. Sed ἄφιλὲς recte P. L. & J. Et recte conjecit *Graevius*. b Καὶ φῦκος.] Deeſt in Fl. Habent autem *H.* & *P.* c Ῥήματα] *Gronov.* χρώματα. *Pell.* ῥήματα. Sed nihil mutant Edd. d Ἐς τὸ] Articulus τὸ abeſt a Fl. Nihil mutat *H. P.* e Παρακαθισαμένη] Παρακαθιζομένη Fl. Sed cum vulgata facit *H. P.*

18. Ἀκαβολὴν] Περιβολὴν *G.*

20. Ἀθηρατεύτῳ] Παιδιαλῶς καλλιτεχνημένῳ. *V.*

22. Ξυμπαραδυσθείς] Emenda ξυμπαραδυστὶς. *J. Brod.* in Miſc. *P.* 2. c. 22. Sed ſic jam habuere Edit. *P. S.* &c. In qua igitur malam lectionem — βοιωτὶς vult corrigi? In *Junt.* credo, ubi ſic editum fuiſſe, ſed manu *Soulii* correctum videtur, qui tamen nullam in ceteris variationem hic notavit. *J. F. R.*

24. Ἐς τὸ ἀσφαλὲς] Vertunt: *ibi mulierem quandam vidi non carentem fuco, etſi in modum quam maxime opportunum & incomtum ſe aptabat.* Eſtne τὸ ἀσφαλὲς *in modum quam maxime opportunum?* Hoc credant, qui nondum aere lavantur. Legendum, ἐς τὸ ἀφιλὲς ἐ ἀκόσμητον, & verte: *ibi mulierem quandam vidi non ſimplicem, etſi ſe compoſuiſſet, ut viderentur maxime infucata, & inculta.* In aliis quoque locis hoc vocabulum ἀφιλὲς, quod frequentius in *Luciano* reperitur, corruptum eſt in ἀσφαλὲς, uti videbimus. Mox addit, cum mulier illa forte invita nudaretur, ſe vidiſſe in illa ὑποδήματα χρυσᾶ ἢ πλοιῶν παχύτερα, *torques aureos boiis craſſiores.* Sic enim & codex Anglicanus, & mea excerpta, longe ἐμφατικώτερος, quam quod in editis circumfertur, ἢ ἐγχέλειον παχύτερα. Sunt enim τὰ πλοῖα & ὁ πλοῖος vincula ſive ferrea, ſive alius materiae craſſiora, quibus & captorum colla, manus, pedes vinciuntur, ut & quibus canes mordaces coërcentur. Xenoph. II. Ἑλληνικ. οὐκ ἔστιν ὅπως τοὺς δεδεμένους πλοῖοις δήσαντες ὡς ἀνδρα-

δίσκον, ὅτῳ κἀκεῖνοι ὑμᾶς ὡς δεδεμένους τῷ ἑαυτῶν δήμῳ οἴσονται ἀπόντες. *Sicut qui mordent canes vinciendos tradunt, ita illi* (Lacedaemonii) *vos poſtquam tradiderunt populo iſti injuria affecto tradiderunt.* Apud *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. V, 32. vinculum ferreum, quo martyrum colla vinciebant, dicitur πλοιὸς σιδηροῦς. *Prudentio* eſt *boia: Colla boiis impedit.* *J. G. G.*

Ibid. Ἀφιλὲς] Sic omnino legendum, praeeuntibus *Codd.* MSS. P. L. & Ed. *J.* Quod enim in reliquis eſt ἀσφαλὲς, ferri nulla ratione poteſt. *M. du S.*

Ἀφιλὲς] Legendum omnino, quod jam vidit *Graevius*, ἄφιλὲς. *J. M. G.*

21. Ὑπεφαίνετο δέ τι ἐ ψιμύθιον ἐ φῦκος ἐ τὰ ῥήματα πάνυ ἑταιρικά] Abſit ut credamus id poſterius factum, aut *Lucianum* velle innuere. Immo nihil verba meretricia ad praecedentia: & quid ad verbum in initio poſitum? Puto ſcripſiſſe καὶ τὰ χρώματα ut in Dearum judicio, μηδ' ὅτῳ πεπλασμένῳ χρῶτι, μηδὲ τοιούτοις ἐπιτετριμμένοις χρώμασι, καθάπερ ἐς ἄλλοθι ἐπιτήδειόν τινα. *J. G.*

Ibid. Ψιμύθιον ἐ φῦκος] *Bened.* vertit, *cretam & fucum.* Sed, *ceruſſa & fucus* rectius Ill. *Spanh.* obſ. ad *Callim.* p. 446. f. Ubi plura de meretriciis his coloribus. *J. F. R.*

22. Ἐς τὸ κάλλος ἔχαιρε] Vertebatur olim: *admo-*

pauperes amatorum ſuorum ne reſpiciebat quidem. Saepe vero etiam ſi imprudens nudaretur, videbam monilia illius aurea anguillis craſſiora. Haec videns mea per veſtigia mox receſſi, miſeratus nempe infelices illos, qui ſe ab illa non naſo quidem, ſed barba duci paterentur, & Ixionis exemplo, inanem ſpeciem amplecterentur pro Junone.

13. PLAT. Illud quidem recte, neque enim in propatulo janua, neque nota omnibus. Caeterum ne opus quidem eſt domum ad illam ire. Hic enim illam in Ceramico operiemur, mox huc venturam in reditu ab academia, ut in Poecile inambulet, quod facere ſolet quotidie. Quin jam

οἷον, τὰς πέντητας τ' ἐραστῶν οὐδὲ προσέχειτε. πολλάκις δὲ γ' γυμνωθείσης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκούσιον, ἐώρων περιδέραια χρυσᾶ, τῶν ἐγχέλεων παχύτερα. ταῦτα ἰδὼν ὅτι πόδας ἔ αὖ εὐθὺς ἀνέστρεφον, οἰκτείρας δηλαδὴ τοὺς κακοδαίμονας ἐκείνους ἑλκομένους πρὸς αὐτῆς, ὑ τ' ῥινός, ἀλλὰ γ' ὠγωγῶ, κ' κατ' τ' Ἰξίονα, εἰδώλῳ ἀντὶ τ' Ἥρας ξυνόντας.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲ ὀρθῶς ἔλεξας· ὑ γ' πρόδηλον οὐδὲ τᾶσι γνώριμον ἡ θύρα· πολὺν ἀλλ' οὐδὲν δέησει βαδίζειν ὅπῃ τ' οἰκίαν· ἐνταῦθα γ' ἐν Κεραμεικῷ ὑπομενοῦμεν αὐτήν· ἡ δὲ ἤδη που ἀφίξεται, ἐπανιοῦσα ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς εἰπατήσειε κ' ἐν τῇ Ποικίλῃ. τοῦτο γ' σημέραι ἔθος ποιεῖν αὐτῇ· μᾶλλον δὲ

f Ἐγχέλεων] Κλοιῶν A. G. P. L. Edd. ἰγχέλεων. *g* Αὖ] Ἦ *J.* Sed αὖ P. L. Et Edd. antiq. omnes. *h* Ἐπανιοῦσα] Ἀνιοῦσα Flavii vulgatam ſervant *H. P.*

29. Ἐγχέλεων] Κλοιῶν. *G.*

33. Ἰξίονα] Nota hiſtoria quemadmodum Ixion cum Junonis ſimulacro ſeu nebula concubuerit, unde orti Centauri, dicti ſic ὡς ἀπὸ τὸ τὸν αὔρᾳ κεντεῖν. *G.*

37. Ἐν Κεραμεικῷ] Ἀπὸ τῶν κεραμέων κεραμεικὸς γενικῶς, γένεται κεραμεῖκος ἢ συναιρέσει κεραμικὸς. *V.*

39. Ἐν τῇ Ποικίλῃ] Ἡ Ποικίλη στοὰ ἦν παρ' Ἀθηναίοις ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἀπὸ τῆς ποικίλης τῶν τοίχων ζωγραφίας. *V.*

* Athenaeus] Athenaeum legebatur in *Engr.* ſed *ae* in *oe* mutaverat noſter *du Soul*; ideo ſic dedi, quia recte emendavit. *J. F. R.*

dum gaudebat; ſed rectius Cl. *Geſn.* vertit: *pulcritudinis nomine*; ideoque ego comma poſt ἐραστῶν ſuſtuli, & poſt κάλλῳ poſui, ut nexus fiat, ἐπαινουμένη ἐς τὸ κάλλος, ἔχαιρε. *laudata propter pulcritudinem, gaudebat.* Sic pro Imag. c. 23. V. *L. Bos* Obſ. cr. p. 50. Sic ἐς pro propter etiam *Ael.* V. H. XIV. 9. Ξενοκράτης . . ὑπὸ τῶν Πλάτωνος εἰς τὸ ἄγαν σκυθρωπὸς. *Xenocrates quum a Platone ob ruſticitatem derideretur.* Quia autem τὸ κάλλος, docente *Heſych.* & *Euſtath.* etiam ſignif. *unguentum Veneris*, neſcio num ſimul ex joco ambiguo huc alludat. *J. F. R.*

26. Οἷαι πρωΐ λιπαρεῖς] Id quod meretrices Corinthiacae facere conſueverant: vid. Comicum in Plut. v. 149. & Schol. ibid. *L. BOS.*

29. Ἐγχέλεων] Angl. κλοιῶν. *J. B.*

Ἐγχέλεων] Κλοιῶν quidam Codices, (ut in *variantibus* notatum) confer. *Ael. poiik.* c. 1. *Eurip.* Kuk. 183. de torque Paridis. *M. du S.*

Ἐγχέλεων] Retinendum puto, quia ratio reddi poteſt, cur κλοιῶν ſubſtitueret aliquis, qui non intelligeret, quid *anguillae* ſibi hic vellent, de *anguilla* ſubſtituenda *boiis*, neſcio an aliquis cogitare facile potuerit. Tum torques anguillarum figura decet non minus, quam muraenarum, unde dictas *muraenulas* torquium quoddam genus, conſtat, vid. Scheff. de torqu. p. 12. *J. M. G.*

Ἐγχέλεων] Etiam in Juntina clariſſ. *du Soul* deleverat ἰγχέλεων, & κλοιῶν correxerat, ac videtur voluiſſe in textum recipere. Sed rectius clariſſ. *Geſnerus* vulgatam ſervavit, cui addo, nihil inde confici, quod in *Apolog. pro merced. conduct.* c. 1. iterum vocabulum κλοιῶν occurrat, illic enim nec luſus idem, nec comparativus praecedit, ut hic. *J. F. R.*

32. Τῆς ῥινὸς] Eadem locutio occurrebat ſupra Deor. Dial. §. 3. *J. F. R.*

33. Ἰξίονα] Vid. *Hom.* Il. Ξ. 317. Conf. Deor. Dial. Dial. VI. *M. du S.*

36. Βαδίζειν ἐπὶ τὴν οἰκίαν] Subindicat vafer ſcurra, Platonem quoque non ſatis familiarem fuiſſe Philoſophiae & veritati. *J. M. G.*

37. Ἐν Κεραμεικῷ] De his omnibus locus dicendi ad *Pauſan.* *J. B.*

Ἐν Κεραμεικῷ] Gloſſa edit. Pariſ. „ *Ceramicus*, locus Athenis, ubi, qui in bello ceciderant, ſepeliebantur: a varietate picturarum *poecilus* dicta porticus: nam ibi bella varia, quae Athenienſes adverſus hoſtes geſſerant, depicta erant. meminit Pauſanias. *J. F. R.*

39. Ποικίλῃ] A pictura Polygnoti ſic dicta porticus, v. *Corn. Nep.* I. Miltiad. c. 6. & *Diog. Laërt.* in *Zen.* p. 165. C. *M. du S.*

δὲ ἤδη [a] προσίσιν. ὁρᾷς τὸ κόσμιον τοῦ σχήματος, τὸ προσηνὲς τοῦ βλέμματος, τὸ ὅπως σωφροσύνης ἤρεμα βαδίζουσαι; ΛΟΥΚ. Πολλὰς ὁμοίας ἑρῶ. accedit. Viden' illam decenti habitu, adſpectu propitio, quae cogitabunda placide incedit. LUC. Multas video ſimiles

[a] Πρόσισιν] Προσίρχει P. *Angl.* Nihil mutant Edd.

42. Προσηνὲς] Πρᾶον. *V.*

41. Πρόσισιν] Angl. προσίρχει. *J. B.*

43. Ἤρεμα] *Compoſite.* *J. B.*

45. Καὶ μία πάντων] Fingitur Philoſophia more ſolito in porticum Poecilen procedens, non ſola, ſed aliquot comitibus ſtipata, Virtute nempe, Juſtitia, Veritate, & aliis, quae mox nominantur. Ita tamen Philoſophia huic turbae memoratur immixta, ut, quamvis omnes eſſent inter ſe admodum ſimiles, nihilominus Philoſophia dignoſci potuerit. Πολλὰς ὁμοίας ἑρῶ, inquit Λυκῖνος, τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀταξολὴν, καίτοι μία πάντων φιλοσοφία ἐν αὐταῖς. Non caret ſoloeciſmo hic locus; neque enim πάντων, ſed πασῶν, res ipſa poſtulat ſatis manifeſto. Non tamen ego quidquam hic auſim immutare, quum & alibi ſimilia in hoc ſcriptore offenderim. Ecce in Amoribus, in deſcriptione templi Veneris Gnidiae c. 12. Καί πως εὐθὺς ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τεμένους, ἀφροδίσιοι προσέπνευσαν αὖραι. τὸ μὲν αἴθριον, οὐκ εἰς ὕδατος ἄγνον μάλιστα, λίθων πλακὶ λείαις ἐστρωμένον, ἀλλ' ὡς ἐν Ἀφροδίτης, ἅπαν ἦν γόνιμον ἡμέρων καρπῶν, ἃ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόρρω βρύοντα τὴν πέριξ ἄφατα συνεφόρουν. *Et ſtatim ab ipſo delubro, Veneream nobis adſpirarunt auras; nam ſubdialis pars non in pavimentum maxime ſterile, laevibus lateribus inſtrata, ſed ſicut in Veneris templo, tota erat fructuum mitium ferax, qui cum frondibus ſuis in longum usque luxuriantes, ambientem aërem involvebant.* Patet clariſſime voculam ἃ ad τοὺς καρποὺς eſſe referendam. Sic pag. ſeq. ἦν δ' ὑπὸ τοῖς ἄγαν παλιγκοτίοις ὕλαις ἱλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐπιτηδεύσασθαι θέλουσιν, εἰς ἃ τὴν μὲν ἀστικῶν σπανίως ἐπιφοίτων τινές. *Erant autem ſub opacis hiſce ſylvis amoena tabernacula, eorum uſui, qui intus convivari vellent, comparata. In quae nonnulli quidem urbani ſe raro conferebant,* &c. Et hic ἃ, ubi poſcitur ἅς. In de Paraſito c. 26. Paraſitus, ubi variis argumentis demonſtraſſet, Paraſiticam artem generatim univerſis aliis artibus eſſe praeſtantiorem; eamdem hanc artem ſingulis quoque praeſtare artibus docturus, ita pergit, Ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων ἁμαρτίαι (ἡ Παρασιτικὴ) δεδιῆχθαί μοι δοκῶ. Φέρε δὴ ὡς καθ' ἑκάστης διαφέρει σκοπῶμεν. *Igitur quantum communiter praeſtet* (Paraſitica) *omnibus, videor mihi demonſtraſſe. Age jam, quantum ſingulatim ſingulis praeſtet, conſideremus.* Perſpicuum eſt, dicendum fuiſſe πασῶν, non πάντων reſpiciuntur enim τέχναι quocirca etiam in ſequentibus dicitur ἑκάστης, ſcilicet τέχνης. Sed & ſupra c. 13. promiſerat Paraſitus ſe probaturum, ὅτι Παρασιτικὴ κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν. εἶτα ὅτι καθ' ἰδίαν ἑκάστης. Sic in Lapithis c. 4. pr. id ὑποσόλοικον *Lucianici ſtyli properantis* notat *Marcilius*, Ἀλλ' ἔτι γε πρὸς ἐμὲ ὅτῳ πειθῶ ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκων πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε ἀκοῦσαι, ἢ ἐμὲ ἀκούσαι. *At non erat apud me ſic agendum, ut qui norim* (cognoſcentem) *apprime, te dicendi eſſe longe cupidiorem, quam ego ſim audiendi.* Et re vera debuerat γινώσκοντα. Quid tamen dicemus? Certe mihi vix credibile eſt, tam foedam labem ab politiſſimo auctore profectam; potius vel temporis injuriae, vel librariorum ſocordiae eam deberi exiſtimem; quamvis non omnino mihi perſuadeam, ipſos quoque veteres ſcriptores non aliquando leviter eſſe lapſos, quod ſecundae curae facile reſtituiſſent. Praecipue autem id exiſtimare non abſurdum tantopere eſt, quum & in hodiernis linguis non raro contingat, ut etiam exactiſſimi ſcriptores vernacula lingua ſcribentes, in phraſibus contra naturam linguae per oſcitationem quamdam impingant. Lubet hic paullum indulgere exemplis, ex ſcriptis aliorum etiam Graecorum petitis, ubi ὑποσόλοικόν τι reſidere exiſtimari poſſit, ſive ab ipſis auctoribus, ſive depravatione temporis & librariorum ortum. Apud *Aelianum* X. Ποικιλ. cap. 18. ubi legitur, Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἡράσθη αὐτοῦ νύμφη μίας, καὶ ὁμιλήσας καλῶ ὄντι ἐν νέῳ. haud dubie ſtyli ratio requirit Βουκολοῦντος τοῦ Δάφνιδος, quemadmodum & Interpres intellexit. Libro quoque XII. cap. 1. Ταῦτα ἀκούσασα ἡ παῖς ἐν ἀθύμοις, τὸ φῦμα ἠφανίσθη. Patet & hic primos pro ſecundis caſibus eſſe poſitos. Similia exempla ſi non omnino ſoloecae, nimium certe ἀνωμαλόδους, orationis, notavit in *Hygino* Th. Munkerus in ſua de *Hygino* Diſſertatione; quale illud in Fab. CLXIV. *Quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus eſt.* Non tamen ſunt omnia, quae in *Hygino* ſtribliginis nota inſignit ibi Vir Doctiſſimus, ab Auguſtei aevi ſcriptoribus alieniſſima. Sed hoc non eſt hujus loci. Poſſint huc quoque referri ex eodem *Aeliano*, quae leguntur lib. I. c. 15. de pullis columbarum, Νεοττῶν γενομένων ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φόβον, φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι' ἄρα τοῦτο. Geſnerus legit τοῦτον, ut effugiatur ſoloeciſmus. Sed ecce lib. XII. cap. 60. de congreſſu Dionyſii & Philippi, Πολλοὶ μὲν ἦν, ὡς εἰκὸς, καὶ ἄλλοι λόγοι ἐπῄρθησαν. ἐν δὲ τοῖς ἐκείνου. Poſceretur ἐκείνῳ, λόγῳ nempe. Et haec communicabamus quondam cum amico noſtro eruditiſſimo, Jac. Perizonio, ad *Aeliani* locum lib. XIV. cap. 37. qui vulgo ſic legitur, Ἔστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν, καὶ οὐ τούτοις. καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα δύναται τις καταγνῶναι ἴσχοντα ταύτην, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκείνου &c. Reiiciunt Eruditi Fabrum legentem χειρουργίας. Ar ſicut nec ego Fabro adſentio; ita non video, ubi texturam horum verborum con-

les habitu, inceſſu, atque amictu: & tamen inter has quoque una tantum eſt λὰς ὁμοίας ὁρῶ τόγε χῆμα, ϗ τὸ βάδισμα, ϗ τ' ἀναβαλήν. καίτοι μία [b] πάντως ἦγε ἀλη-

[b] Πάντως] Ed. Fl. Reliquae πάντων, male, vid. notas.

contemplor, concinnum eſſe in οἱ τούτοις ſenſum; neque enim id ſatis commode ad ἀγάλματα & εἰκόνας, de quibus praeceſſit, referri poſſe puto. Mihi cenſetur tollenda poſt οἱ τούτοις, illa τελεία στίγμη, (quam etiam non agnoſcit Romana editio) & omnia ita connectenda; *Habent enim hae artes, quae manu fiunt, aliquid ſapientis; inque illis* (artibus) *multa quidem & varia quis poſſit deprehendere ita ſeſe habentia; inter haec vero & illud*, &c. Ἐν τούτοις, hoc eſt οἱ χειρουργίαις omnis generis. Τούτοις autem pro ταύταις, qualia illa exempla, quae & apud hunc ſcriptorem & Lucianum noſtrum ſupra vidimus. Caeterum nolim quis exiſtimet, haec ita me aſſerre, quaſi contendere velim, ea, quae ex antiquis ſcriptoribus pro vitioſis protuli, veriſſime eſſe vitioſa omnia: potius haec Erudito Lectori hactenus exhibui & propoſui, ut ſimul profitear, me, ſi quid minus diligenter perſpexerim, lubenter meliora doceri velle a quocumque, qui quum noſtrae in his literis mediocritati ſuccurrere, tum his ipſis literis haud inutilem navare operam, non gravatus fuerit. In ipſis Poëtis quoque a recentioribus Graecis Magiſtris, ne de Ariſtarcho aliisque veteribus Criticis loquar, nonnulla pro ſoloecis notata ſunt; quemadmodum Scholiaſtarum in eos lectio ſatis teſtatum cuilibet facere poſſit. Sic vetus Scholiaſtes *Homeri*, anonymus, ad haec ex Il. I. v. 598.

——— οὔ τι μὰ ταύτης
Χρεὼ τιμῆς ———

Notat id eſſe σολοικισμὸν τῷ ποιητῇ τὰς πτώσεις. debuiſſe nimirum *Homerum* dicere, οὔτι μοι ταύτης χρεὼ τιμῆς. Similiter ſcribit idem Commentator ad Il. K. v. 43.

Χρεὼ βουλῆς ἰμεῖ καί σε ———

An vero revera haec locutio ſit ſoloeca, non judico. *H. Stephanus* cenſet eſſe accuſativum pro dativo: quid vero hoc a ſoloeciſmo differat, non video. Forte quaedam eſt ellipſis, cujus ratio nondum ſit plane perſpecta. Paullo majoris momenti eſt, quod idem Anonymus notat ad Il. Θ. v. 455.

Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχίων πλαγίοιτε κεφαινῷ
Ἄψ ἐς ὄλυμπον ἰκέσθην ———

Nimirum πλαγίοιτε poſitum eſſe pro πλαγιῶσαι. Et certe hoc, vel in duali πλαγιέσθαι, poſtulat haec oratio: loquitur enim Jupiter ad Junonem & Palladem, atque ad eas τὸ, πλαγίοιτε, eſt referendum. Eſt tamen, ubi omnino non audienda eſt iſtiusmodi Graecorum Magiſtrorum criſis. Etenim cum apud *Homerum* Il. Δ. 508. legitur

——— Τὸν δὲ σκότος ὄσσε ἐκάλυψε,

Non eſt, ut cenſet Anonymus ille, ſoloeciſmus; nec ſumma fuit *Homero*, ut ille innuit, neceſſitas ſcribendi ſine ſoloeciſmo ——— τῷ δὲ σκότος ὄσσε ἐκάλυψε. Eſt nimirum ſolenniſſima illa ellipſis, atque ita commode intelligenda; τὸν δὲ σκότος ἐκάλυψε κατὰ τὰ ὄσσε. *hunc, quantum ad oculos, tenebrae involverunt.* (Atque ita ſe ipſe ſatis dilucide exponit *Homerus*, ut qui Il. E, 82. (& Π, 333.) narrans Hypſenora ab Eurypylo occiſum, diſerte ait — τὸν δὲ κατ' ὦτα Ἐλλαὸς περφύρεος θάνατος ϗ μοῖρα κραταιή. Hanc parentheſin inſeruit. *T.H.*) Apollonius quoque Rhodius nonnumquam paullo injuſtius ab Scholiaſta ſuo exagitatur. Ut omittam, quod compluribus in locis, ubi Poëta iſte τὸ, σφίτερος, ἑνικῶς, *de uno*, uſurpat, idemtidem non recte ſcripſiſſe ab Scholiaſta ſuo arguitur; quam criſin, ut iniquam exploſerunt dudum Eruditi, *Iſ. Caſaubonus* ad *Athenaeum* IX. cap. 4. *Ez. Spanhemius* ad *Callimachum* p. 457. Ubi apud hunc lib. I. vſ. 440. Jaſon Apollinis oraculum comitibus ſuis hoc modo profatur,

Ὑμῶν μὲν δὴ μοῖραν θεῶν χρειώ τε πεφῆσαι
Ἐνθάδε κῶας ἔχοντας ———

Interpres Graecus continuo infert, oportuiſſe ἄγοντας (nempe, ut hoc obiter dicam, Scholiaſtes ille in ſuo libro legebat ἄγοντας, non ἔχοντας. Et forte haec ſanior eſt lectio; nam ſic κῶας ἄγειν reperio quoque in hoc Poëtae anonymi apud Etymologici Magni ſcriptorem, voce Κώδιον, fragmento,

Κῶας ἄγειν χρειὼ μιμνᾶσθαι) ———

Referendum enim id eſſe ad τὸ, ὑμῶν. Sed vero ſicut ἄγοντας, ſive ἔχοντας, non fuiſſet culpandum, ita nunc quartus caſus ab omni vitio purus eſt. Quemadmodum enim etiam Latine dicitur. *mihi otioſo eſſe non licet, expedit bonas eſſe vobis*, ita & quo minus Graece poſſimus utroque modo loqui, nulla eſt ratio, modo recte in conſtruendo diſtinguatur. *Apollonii* ergo verba ita erunt concinnanda, Ὑμῶν μὲν δὴ μοῖραν θεῶν χρειώ τε, ὑμᾶς πεφῆσαι ἐνθάδε κῶας ἔχοντας. Ita & *Homerus* (quod ipſum exemplum adfert quoque iſtic *Apollonii Scholiaſtes*) Il. A. vſ. 541.

Ἀλλ' τοι φίλον ἐστὶν ἐμοῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα,
Κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν ———

Hoc eſt, Ἀλλ' τοι φίλον ἐστὶ, σὲ ἐμοῦ, &c. *Semper tibi placet, te ſeorſum a nobis, clam conſilia agitantem, regnare.* Nullo itidem jure, ut ante nos video animadverſſe *Ferem. Hoelzlinum*, Scholiaſtes in his *Apollonii* I. vſ. 872.

Ἴομεν αὖτις ἵκεσθαι ἐπὶ σφία ———

Ait

ἀληθὴς φιλοσοφία ἢ ὃ αὐταῖς. ΠΛΑΤ. Εὖ λέγεις. ἀλλὰ δηλώσει ἥτις ἐστὶ, φθεγξαμένη μόνον.

ΦΙΛ. Παπαί. Τί Πλάτων, ἢ Χρύσιππος ἄλλω, ἢ Ἀριστοτέλης, ἢ οἱ λοιποὶ ἅπαντες, αὐτὰ δὴ τὰ κεφάλαιά μου τῶν μαθημάτων; τί αἴθις ἐς τὸν βίον; ἆρά τις ὑμᾶς ἐλύπει τῶν κάτω; ὀργιζομένοις γῆν ἐοικατε. ἢ τίνα τοῦτον ξυλλαβόντες ἄγετε; ἢ τῶν [a] λωποδύτης τις, ἢ ἀνδροφόνος, ἢ ἱερόσυλος ὄντως; ΠΛΑΤ. Νὴ Δία, ὦ φιλοσοφία, πάντων γε ἱεροσύλων ἀσεβέστατος ὃς σὲ ἱερωτάτην,

vera quidem Philoſophia. PLAT. Recte. ſed cum loqui incipiet, ſatis ſe ipſa indicabit.

14. PHIL. Vah, quid Plato & Chryſippus apud ſuperos, & Ariſtoteles, & reliqui omnes, ipſa diſciplinae meae capita. Quid vos rurſus in vitam? numquid adverſi vobis apud inferos accidit? Irati enim videmini. Et quis eſt quem captum hic ducitis? furne veſtium eſt, an homicida, an ſacrilegus? PLAT. Et quidem, Philoſophia ſacrilegorum omnium ſceleſtiſſimus, qui ſanctiſſimam te maledictis laedere au-

a Τις] Τι P. & Angl. Edd. τις. b Λωποδύτης] Τομοφόρος P. Angl. L. vel τομοφόρος. Sed Edd. vulgatam ſervant.

46. ΠΛΑΤ.] Plato loquitur, qui ab inferis cum caeteris Philoſophis adiit Lucianum, qui ulciſcerentur maledicum. G.

Ait illud σφίσι ſe non ὑγιῶς habere; convenire enim σφῶν tertiae perſonae; hic autem ſermonem fieri in prima; quare debuiſſe Apollonium dicere ἐφ' ἡμέτερα. Sed omnino fallitur Graecus ille magiſter: nihilo enim magis peccat Apollonius, dicens,

Ἴομεν αὖτις ἕκαστος ἐὸν σφέας ——
Redeamus quisque ad ſua ——

Quam *Virgilius* (quod idem opportune doctus ille Vir adfert) eodem, puerisque notiſſimo, modo dicens,

Quisque ſuos patimur manes ——

Qua loquendi ratione nullus non ſcriptor frequentiſſime utitur. Similiter iniquus eſt Scholiaſtes ille in *Apollonium*, ubi in verſu 893.

Ῥεῖα δ' ἂν ἐοῦ ἐ ἀντίφρονα λαὸν ἀγείρας.

Culpat τὸ, ἐοῦ de ſecunda uſurpari perſona, quum id proprie pertineat ad tertiam. Sed τὸ, ἐοῦ, quemadmodum & τὸ, ἑαυτοῦ, etiam de aliis perſonis uſurpari, recte animadvertit idem *Hoelzlinus*, ad quem Lectorem relego. *J. J.*

Ibid. Πάντως] Ed. Flor. πάντως, uti conjeceram. In reliquis eſt πάντων, mendoſe. *M. du S.*

51. Κεφάλαια] Apud Latinos ſaepiſſime *Principes* philoſophi illi illuſtres audiunt, praeſertim apud Ciceronem. At hic non *Principum* tantum nomine honoris cauſa compellat, ſed *ſummam & Epitomen totius ſuae diſciplinae: ipſa diſciplinarum mearum capita.* Sic αὐτὰ δὴ τὰ κεφ. uſurpat iterum Συγγρ. c. 28. & N. A. XX. Haec cum ſcriberem, venit in mentem locus Ciceronis depravatiſſimus, *de Nat. D.* initio; cum perobſcuram eſſe dixiſſet *quaeſtionem de natura Deorum*, ſic pergit: *De qua tam variae ſunt doctiſſimorum hominum, tamque diſcrepantes ſententiae, ut magno argumento eſſe debent CAUSSAM PRINCIPIUM Philoſophiae eſſe ſcientiam, prudenterque Academicos a REBUS INCERTIS aſſenſionem cohibuiſſe.* Ad hunc locum docti multa. *P. Manutius* legit, *cauſam, id eſt principium.* oſtenditque pluribus, qua ratione *Scientia* ſit *cauſa* Philoſophiae. Sed nihil haec ad rem: *imo* Ciceroni contraria, qui quidquid demum ſcripſerat, ſtatim infert, *prudenter Academicos A REBUS INCERTIS aſſenſionem cohibuiſſe.* Fulvius Urſinus a Mſ. ſuo haec verba abeſſe ait: *Cauſam principium.* Omnibus aqua haeret. Ego ſic emendo: *Caſſam Principum Philoſophiae eſſe ſcientiam.* Norunt, qui Ciceronis opera philoſophica legerunt, ſolere eum Philoſophos celebres *Principum* nomine inſignire: exſtantque illius rei in hoc ipſo libro exempla: nec de eo laborandum eſt. At inſolita forſan videbitur locutio, *caſſa ſcientia.* Eſto: at certe rei accommodatiſſima. Et, ſi vacaret, ex *Plauto*, *Seneca* & ipſo *Cicerone* poſſem non admodum abhorrentia loca proferre. *M. du S.*

Κεφάλαια] *Caput* etiam Latinis tam de principe alicujus Sectae, quam de ſumma atque epitome rei dici, recte quidem Clar. *du Soul* adfirmat, idque omnibus ſatis notum arbitror; verum emendatione illa Ciceronis quam proponit, nihil opus eſſe arbitror; quum Clar. *Davieſ.* ex Mſ. *Elienſi* nobis exhibuerit: *Cauſſam, id eſt principium philoſophiae, eſſe inſcientiam*, ut Aldus quoque jam habuerat. Quia *inſcientia* ſit τοιοῦτόν τι philoſophiae, ut ait *Nemeſius* de nat. Hom. c. 30. p. 230. *J. F. R.*

52. Τίς ὑμᾶς] Angl. τί. *J. B.*

54. Λω-

ausus sit, & nos omnes, quotquot aliquid eorum, quae apud te didiceramus, posteris reliquimus. PHIL. Et vos indignati estis maledicente nobis quodam, idque cum me sciatis, qualia a Comœdia audiens Dionysiis, tamen amicam illam putem, nec in jus vocarim umquam, neque accedens cum illa expostulaverim; sed patiar illam ludere, quae convenire videntur & solennia sunt illis feriis. Quippe cum noverim, nihil a dicto fieri deterius, sed contra ea, quod pulchrum sit, ut aurum ipsa percussione detersum clarius exsplendescere, &

κακῶς ἀγορεύειν ἐπεχείρησε, ϗ ἡμᾶς ἅπαντας, ὁπόσοι τὶ ϖαρὰ σοῦ μαθόντες, τοῖς μεθ' ἡμᾶς [c] καταλελοίπαμεν. ΦΙΛ. Εἶτα ἠγανακτήσαλε λοιδορησαμένου τινὸς, ϗ ταῦτα εἰδότες ἐμὲ, οἷα ϖρὸς τ' κωμῳδίας ἀκίνησα ὄν Διονυσίοις, ὅμως Φίλην τε αὐτὴν ἥγημαι, ϗ ὅτε ἐδικασάμην, ὅτε ἠτιασάμην ϖροσελθεῖσα· ἐφίημι δὲ ϖαίζειν τὰ εἰκότα, ϗ τὰ ξυνήθη τῇ ἑορτῇ; οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι ὑπὸ σκώμματος χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τἐναντίον ὅϖερ ἂν ᾖ καλὸν, ὥσϖερ τὸ χρυσίον, [d] ἀποσκώμμον τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀπεσίλλει, ϗ φανερώτερον γίνεται.

[c] Καταλελοίπαμεν] Nihil mutant *M. Ba. F. Fl.* [d] Ἀποσκώμμον] Ἀποσμώμμου Mſ. Gr. Ἀποσκόμμου. P.

65. Ἐφίημι] Διονυσίοις γὰρ μόνοις ἐφεῖτο τὸ σκώπτειν τοὺς ϖολίτας † ἐπὶ τῷ κωμῳδεῖν. Ταῦτα δὲ δὶς τῷ ἔτους ἐπετελεῖτο, ἔαρος ϗ φθινοπώρου· ἔαρος τὰς μικρὰ Διονύσια, φθινοπώρου δὲ, τὰ μέγαλα. *V.*

* Τοὺς] Omissum in edit. articulum addidit *M. du S.*
† Ἐπὶ τῷ κωμῳδεῖν] Sic emendavit idem, cum ante legeretur ϖολίταις κωμῳδοῖς. sine dubio ex collat. Cod. V. *J. F. R.*

54. Λυπωδίνης] Angl. *tumbowich*. Has voces interpretantur *Pollux*, *Hesych.* *Suid.* copiose. Interpres *Demosth.* *Liban.* Arg. orat. contra Midiam. *J. B.*

62. Ἐν Διονυσίοις] His actae etiam Aristophanis nubes, quas ipsas cum patienter adeo tulerit Socrates, vel fortiter potius & magno animo: parum decorum personae illius servavit in hoc dialogo Lucianus, quo toto nimirum impotenter nimis insultat capitibus sectarum, nimis de se arroganter, vel impudenter potius commemorat. *J. M. G.*

68. Ὥσϖερ τὸ χρυσίον ἀποσκώμμον τοῖς κόμμασι, λαμπρότερον ἀπεσίλλει] Erasmus, *tanquam aurum, cum erutum inciditur, clarius relucet.* Et quaeso, quid hinc distat *Benedictus*, *quemadmodum aurum quum erutum inciditur*, *clarius refulget?* Scilicet hoc erat, quod Salmurienſem interpretationem merebatur. At quid hoc rei est? an aurum tunc inciſum clarius est reliquo auro? Immo quid magis fatuum est? an periculum est, ut quis credat aurum ab aliquo inciſum iri non erutum? Rectissime annotavit pater [Vide *Casaubonum* ad *Strabon.* pag. 63. ad lib. 3.] innuens locum scilicet, unde discimus aliquod auri genus effossum solere tundi, ut ait *Plinius*, κόπτειν, ut *Strabo*. *J. G.*

Ibid. Ἀποσκώμμον τοῖς κόμμασι] Locus est elegantissimus, sed ab interpretibus pessime acceptus de convitiis, & scommatibus. Οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἄν τι ὑπὸ σκώμματος χεῖρον γένοιτο, ἀλλὰ τἐναντίον ὅϖερ ἂν ᾖ καλὸν, ὥσϖερ τὸ χρυσίον, ἀποσκώμμον τοῖς κόμμασι λαμπρότερον ἀπεσίλλει, ϗ φανερώτερον γίνεται. Vertitur: *Novi enim nihil reddi deterius a scommate. sed contra quod bonum est, quemadmodum aurum, quod erutum incidituir, clarius refulget, fitque splendidius.* Quid hoc *aurum*, *quod erutum inciditur?* Num inciſio reddit aurum splendidum? num κόπτειν χρυσὸν est *aurum incidere?* Κόπτειν est *ferire*, *signare aurum*: & κόμμα est *signum in nummo percussum*; hinc numisma ϖονηρὸν κόμμα, quod aliter dicitur ϖαρακεκομμένον, *malae notae*, *nummus adulterinus*. Hic tamen κόμμα est *ipsa percussio*, cum in moneta nummus feritur, *ille actus feriendi*: legitur autem pro ἀποσκώμμον in Mſ. ἀποσμώμμον, quod valde placet. Est igitur ἀποσμώμενον τοῖς κόμμασι χρυσίον *aurum detersum ipsa percussione*, dum in officina monetariorum ab operis rude aurum feritur, & signatur, fitque, cum signatum est, splendidius: quod qui in officinis illis aurum & argentum viderunt signari, non possunt ignorare. Sicut igitur aurum, inquit, cum in moneta percutitur, signo a malleatoribus impresso, fit splendidius, sic convitia & scommata rem bonam reddunt meliorem. Si quis tamen velit vulgatam tueri pertinacius, potest exponere, *monetam recentem*, quae modo ex trium virorum A. A. A. F. F. officina est protracta: sed ego Mſ. scripturam laudo proboque. *J. G. G.*

Ἀποσμώμμον] Hanc scripturam Mſ. Gr. in textum pro vulgata ἀποσκώμμον recepimus. In P. ἀποσκόμμου mendose. *M. du S.*

Ἀποσκώμμον τοῖς κόμμασι] Vid. Passion. S. S. Mart. Tarachi, Probi & Andronii p. 275. *T. H.*

Ἀποσκώμμον] Ἀποσμώμμου. *M. du Soul* in textum recipi jussit; Ego vero propter consensum optimarum Edd. & plurimorum Codicum, nihil mutare ausus sum in vulgata, maxime cum citatio *T. H.* sensum probum ostendat. *J. F. R.*

φίλει, ἢ φανερώτερον γίνῃ. ὑμεῖς δὲ, οὐκ οἶδα ὅπως ὀργίλοι ἢ ἀγανακτικοὶ γεγόνατε. τί δ' ἂν αὐτὸν ἄγχοιτε; ΠΛΑΤ. Μίαν ἡμέραν ταύτην προσλαμβάνομεν, ἥκομεν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν ὧν δέδρακε. φήμαι γὰρ ἡμῖν [a] διήγγελλον εἴα ἔλεγεν [b] ὅπως ἐς τὰ πλήθη καθ' ἡμῶν.

ΦΙΛ. Εἶτα πρὸ δίκης ἐνδεῖ [c] ἀπολογουμένου ἀποκτενεῖτε; δῆλον γὰρ ἔσται εἰπεῖν τι θέλων. ΠΛΑΤ. Οὐκ· ἀλλ' ὅτι σὲ τὰ πᾶσιν ἀνεθαλλόμεθα. [d] καί σοι ὅ, τι ἂν [e] δικῇ, τοῦτο ποιήσει τέλος ἡ δίκης. ΦΙΛ. Τί φῂς σύ; ΛΟΥΚ. Τοῦτο αὐτό, ὦ δέσποινα Φιλοσοφία, ἅπερ ἡ μόνη ταληθὲς [f] ἐξευρεῖν δύναιο. μόλις γὰρ εὑρόμην πολλὰ ἱκετεύσας, τὸ σοὶ φυλαχθῆναι τὴν δίκην. ΠΛΑΤ. Νῦν ὦ κατάρατε, δέσποιναν αὐτὴν καλεῖς, πρώην δὲ τὸ ἀτιμότατον φιλοσοφίαν ἀπέφαινες, ἐν τοσούτῳ ἀποκηρύττων θεάτρῳ, κῆρυκι μέρη δύ' ὀβολῶν ἕκαστον εἰδὼς αὐτῆς τὸν λόγον. ΦΙΛ. Ὁρᾶτε μὴ ὁ φιλοσοφίαν ἔτος γε, ἀλλὰ γοήτας ἄνδρας ὅτι τῷ ἡμετέρῳ ὀνόματι πολλὰ καὶ μιαρὰ πράττοντας, ἠγόρθη κακῶς. ΛΟΥΚ. Εἴσῃ αὐτίκα, ἢν ἐθέλῃς ἀπολογεῖσθαι ἀκόντων. μόνον ἀπίωμεν ἐπ' Ἄρειον πάγον· μᾶλλον δὲ εἰς τὴν ἀκρόπολιν αὐτὴν, ὡς ἂν ἐκ περιωπῆς ἅμα καλαφανείη πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει.

ofieri manifestius. Vos vero nescio quomodo iracundi facti estis & irritabiles. Quid vero collum obtorquetis homini? PLAT. Commeatu unius hujus diei sumto, contra illum venimus, ut dignam factis suis poenam sustineat. Fama enim ad nos perlatum est, qualia in concionem progressus de nobis dixerit.

Ἀντίοχος δὲ ὁ Σωτὴρ, ὅτε τοῖς Γαλάταις συνάπτειν ἔμελλεν, ἔδοξεν ὅραν Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀλέξανδρον, κελεύειν σύνθημα πρὸ τῆς μάχης ἀποδοῦναι τῇ φαλαγγὶ τὸ ὑγιαίνειν. καὶ ὑπὸ τούτου συνθήματι τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην νίκην ἐνίκησε.

9. Antiochus autem Soter, conflicturus cum Gallo-Graecis, per quietem videre sibi visus est adstantem Alexandrum, qui tesseram juberet ipsum dare ante pugnam militibus, *vale*: & ea ipsa tessera admirabilem illam victoriam retulit.

Καὶ Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, Σελεύκῳ ἐπιστέλλων, σαφῶς ἀνέστρεψε τὴν τάξιν, ὃς ἀρχὴν μὲν τῆς ἐπιστολῆς ὑγιαίνειν αὐτὸν προσεῖπεν, ἐπὶ τέλει δὲ, ἀντὶ γὰρ ἐρρῶσθαι, ὑπογράψας τὸ χαίρειν, ὡς Διονυσόδωρος ὁ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ συναγαγών, φησιν.

10. Et Ptolemaeus Lagi scribens ad Seleucum aperte invertit ordinem, qui in principio epistolae *valere* illum juberet, in fine autem, pro ejusdem potestatis verbo, *Gaudere* subscriberet, ut Dionysodorus refert, qui collegit illius epistolas.

Ἄξιον [b] δὲ καὶ Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου μνησθῆ-

11. Operae vero pretium est Epirotae etiam

a Καρδιανὸς] Σαρδιανὸς Edd. omnes male. b Δὲ] Omissa haec particula in *J.* comparet in Fl. *P. H. B.* S. & M.

45. Εὐμενὴς ὁ Καρδ.] Cardianum fuisse Eumenem, *Plutarch.* in *C. Nepote* aliique diserte tradunt. Σαρδιανὸς tamen in omnibus Luciani codicibus legitur. Ego haud cunctanter mutavi, idemque ante me *Vorstio* placuisse video. Ap. *Aelian.* Var. Hist. III. 23. etiam recte quidem Καρδιανὸς legitur, sed nomen *Eumenis* in σὺ μὲν in omnibus seculi XVI. editionibus mutatum est; quod a recentioribus editoribus sedulo restitutum est. Scripsit Eumenes hic *Ephemerides Alexandri.* Vid. *Athen.* X. 9. Fuit autem inter comites seu duces ejus vir plane illustris, cujus vitam ideo nobis reliquit *Nepos* & *Plutarchus.* Cardianus dicitur ab oppido Thraciae in Chersoneso, quod Cardia vocabatur. Haec *Periz.* ad *Ael.* l. c. *M. du S.*

Εὐμενὴς ὁ Καρδιανὸς] Edd. Σαρδιανὸς, nec aliter Codd. At in nominibus propriis, si Codices consentiunt, non semper cogitandum, auctores aliter scripsisse, etsi error in nomine deprehendatur; nam & μνημονικὸν ἀμάρτημα ipsius auctoris esse potuit, quale est *Ciceronis*, in Orat. pro Ligario, quod ipse corrigit in epist. ad Att. XIII. 44. Et alibi *Ajacem* posuisse pro *Hectore*, Gell. XV. 6. animadvertit. Plura ejusmodi veterum ἀμαρτήματα vid. ap. *Periz.* in Animadv. hist. p. 7. 8. Hic vero in re tam nota non potuit errare Lucianus; nam *Eumenem Cardianum* fuisse vid. etiam ap. *C. Nep.* in ejus vita, ibique in nott. *Bosii* cognosces itidem librarios quosdam male *Sardianus* exaraviisse. Sed si scribae Graeci ex Latinis suum errorem hausissent, facilis fuisset aberratio, antiquum C id est *sigma* Graecorum, cum *latino* C quod hic K sonat, confundentium, & ex CARDIANUS Καρδιανὸς facientium. Quidquid sit, correctio mihi visa tam necessaria, ut mutare vulgatam non dubitaverim. *J. F. R.*

66. Ἀντὶ τοῦ ἐρρῶσθαι] Graeci enim ἔρρωσο subscribunt. *J. Br.*

67. Διονυσόδωρος] De hoc scriptore, si quidem scriptor etiam fuerit, nihil ego quidem comperio. *M. du S.*

69. Πύρ-

etiam Pyrrhi mentionem facere, viri qui secundas post Alexandrum imperii militaris tulit, & sexcentas fortunae vices subiit. Hic igitur qui semper Diis supplicaret, & mactaret, & donaria suspenderet, nec victoriam unquam, neque regni majestatem ampliorem, neque gloriam, nec divitiarum vim ab illis petebat, sed hoc unum optabat, *valere*, veluti, hoc si haberet, facile ipsi accessuris reliquis. Et praeclare, arbitror, sapuit, qui ita putaret, nihil prodesse sibi bona reliqua omnia, quoad solum illud absit, valere.

12. Ast nunc quidem, forte dixerit aliquis, proprium unicuique *verbo* & suum tempus adsignatum est: tu vero, illo immutato, etsi nihil diversum dixisti, tamen, si recte rem putemus, extra peccatum non fueris, non magis quam si tibiae galeam alliget aliquis, aut Ocream capiti. Verum, vir optime, ego quoque huic respondeam, merito ista tu quidem diceres, si quod omnino tempus esset, valitudine non indigens. Jam vero & mane, & medio die, & noctu semper valere necessarium est, & maxime imperantibus vobis, & negotia multa sustinentibus, quo magis corpore ad multas res opus habetis. Ad haec, qui etiam

70 ναι, ἀνδρὸς μετ' Ἀλέξανδρον τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐνεγκαμένου, καὶ μυρίας τροπὰς τῆς τύχης ἐνεγκόντος. ὅτῳ τοίνυν ἀεὶ θεοῖς εὐχόμενῳ, καὶ θύοντι, καὶ ἀναθήματα ἐκ τῶν πόλεμον ἢ νίκην, ἢ βασιλείας ἀξίωμα μεῖζον, ἢ εὐ-
75 κλειαν, ἢ πλοῦτον ἐπιβολὴν, ἤτησε παρ' αὐτῶν, ἀλλ' ἓν τοῦτο ἠύχετο, ὑγιαίνειν. ὡς ἑνὶ μὲν τούτῳ ἔχοντι, ῥᾳδίως αὐτῷ τἄλλα προσγενησομένων. καὶ ἄριστα οἶμαι, ἐφρόνει, λογιζόμενος ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἁπάντων
80 ἀγαθῶν, [c] ἓν μὲν [d] τὸ ὑγιαίνειν [e] μόνον ἀπῇ.

Ἀλλὰ νῦν ἑκάστῳ καιρὸς ἴδιος ὑφ' ἡμῶν ἀποδέδεικται, [f] τάχα μὲν εἴποι τις. σὺ δὲ τοῦτον ἐναλλάξας, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο ἔφηθα,
85 ὅμως τῷ δικαίῳ λόγῳ οὐκ ἂν ἔξω εἴης τοῦ ἡμαρτηκέναι, ὥσπερ ἂν εἴ τις [g] περὶ τὴν κνήμην τὸ κράνος, ἢ περὶ τὴν κεφαλὴν τὰς κνημίδας ἐπιθήσαιτο. ἀλλ', ὦ βέλτιστε, φαίην ἂν κἀγὼ πρὸς αὐτὸν, εἰκότως ἂν ταῦτ' ἔλε-
90 γες, εἴ τις ὅλως καιρὸς ἦν ὑγείας μὴ δεόμενον. νῦν δὲ καὶ ἕωθεν, καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ, ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον· καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι, καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν, ὅσῳ καὶ πρὸς πολλὰ [h] δεῖσθε τοῦ σώματος.

ἔτι

c Ἓν μὲν ἂν] Lege ἓν μέν, scr. *M. du S.* d Τὸ] Τῷ M. e Μόνον ἀπῇ] Ἀπεῖναί φησί τις W. f Τάχα ἂν εἴποι τις] Quatuor haec verba absunt a W. g Περὶ] Παρὰ male P. & L. h Δεῖσθε] Sic P. Δεῖσθαι vulgo Edd.

69. Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου] De quo *Justin.* L. XVIII. G.C.

79. Οὐδὲν ὄφ.] Videtur ad sententiam illam Coi Senis L. III. de dieta, alludere: οὐδὲν ὄφελός ἐστιν, ὅστις χρημάτων, ὅστις σώματος, ὅστις τῶν ἄλλων ὑπνος, ἄστις τῆς ὑγιείας. *A.V.*

80. Ἓν μὲν ἂν τὸ ὑγιαίνειν] Non inepte in variantt. Lect. notaverat *Solanus*, sic legendum, ac distinguendum: ὅτι οὐδὲν ὄφελος τῶν ἁπάντων ἀγαθῶν ἐστιν, ἂν τὸ ὑγιαίνειν μόνον ἀπῇ. nam etsi paullo praecedens illud ἓν μὲν ἂν τοῦτ' ἔχῃ recte se habet, hic tamen minus aptum. Forsan tamen hoc fefellit librarios, quod bis idem eodem modo scribendum crederent. Prius autem illud pleonasmus est, qualis fere in Tab. *Cebet.* p. 8. Ed. Rel. ἀλλ' ἔστιν, ἔφη, ὥστε ἔχοντα. *Omnino vero, inquit, haec ita se habent.* *J.F.R.*

84. Μηδὲν ἄλλο] Hoc vult, credo, quasi jamjam morituro, *vale* illud male ominatum. *M. du S.*

94. Ὅσῳ] Cl. *Hemsterh.* ad marg. Ed. *Graev.* adleverat, (vid. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 435. No. 5.) Id est ad L. VI. 89. fin. Ibi autem Cl. *Dukerus* egregie docet, post ὅσῳ, μᾶλλον intelligendum relinqui, idque Exemplis ex *Luciani* Phalar. ex hoc Dial. pro Lapsi & ex Pseudom. aliisque quinque ex *Thucyd.* petitis comprobat. Cumque nec ibidem, nec in aliis a me alibi producendis exemplis post ὅσον in tali constructione sequatur infinitivus, tanto minus quoque dubitavi vulgatum δεῖσθαι cum Ms. P. in δεῖσθε mutare. Etsi non nego alibi infinitivum posse sequi, ut Dial. seq. statim init. Ὅσον — τεκμήρασθαι. Sed ibi ἐστὶ intelligitur, quod vel addendum ambigit *Gujetus*, hic vero minus commode subaudiri potest. *Ael.* quoque V. H. L. 4. ὅσον ἀρκέσαι, ac bis, ter alibi cum infinitivo; non tamen ita, ut eum hujusmodi nexu concordet. Illam autem τῷ μᾶλλον omissionem fefellisse video *Meibomium* ad *Epict.* Sent. 92. illud frustra ingerere volentem; quando *Epict.* recte ait: ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐμβρίζει. Sed, si eousque opellam no-

ἔτι δὲ, ὁ μὲν χαῖρε εἰπὼν, μόνον εὐφήμῳ τῇ ἀρχῇ ἐχρήσατο, καὶ ἔστιν εὐχὴ τὸ πρᾶγμα· ὁ δὲ ὑγιαίνειν προσκελεύόμενος, καὶ χρήσιμόν τι δρᾷ, καὶ ὑπομιμνήσκει τοὺς πρὸς τὸ ὑγιαίνειν συνελεύντων· καὶ οὐ συνεύχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ προαγγέλλει.

Τί δ' οὐχὶ καὶ σὺ τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ, [a] ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέως [b] λαμβάνεις, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ὄφελ προαγγέλμα, τὴν ὑγείας τὴν ὑμετέρας αὐτοὺς ἐπιμελεῖσθαι; καὶ [c] μάλα εἰκότως. οὐδὲν γὰρ ἂν εἴη ὄφελος ὑμῖν πρὸς τἄλλα, μὴ οὕτω διακειμένοις. ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ, εἴ τι κἀγὼ τῶν Ῥωμαίων φωνῆς ἐπαΐω, τοὺς προσαγορεύοντας ἀντιδεξιούμενοι, τῷ τὴν ὑγείας ὀνόματι πολλάκις ἀμείβεσθε.

Καὶ ταῦτα πάντα εἶπον, οὐχ ὡς ἐκ προνοίας ἀφελὼν τὸ χαίρειν, ἐπιτηδεύσας δ' ἀντ' αὐτοῦ εἰπεῖν τὸ ὑγιαίνειν, ἀλλ' ὡς τοῦτο μὴ ἄκων παθών, ἢ γελοίως ἂν ἦν ξενίζων, καὶ τοὺς καιροὺς τῶν προσαγορεύσεων ἐναλλάττων.

Χάριν δὲ ὁμολογῶ τοῖς θεοῖς, ὅτι μοι τὸ

95 *Gaude* dicit, bene ominato tantum exordio usus est, & votum est, quidquid agitur. Sed qui *valere* jubet, etiam utile aliquid agit, & eorum admonet, quae ad valitudinem quidquam conferunt, nec una optat 1 modo, sed etiam praecipit.

13. Quid vero? nonne & in mandatorum libello, quem semper & ab imperatore accipitis, hoc primum vobis est praeceptum, *valitudinem vestram curate.* Recte sane. 5 neque enim usus aliquis vestrum esset ad reliqua, nisi ita constituti sitis. Verum vos ipsi adeo, si quid ego quoque de Romanorum lingua aliquid intelligo, salutantibus comiter respondentes, *valitudinis* (Lat. *Salutis*) nomen saepe reponitis. 10

14. Et haec dixi omnia, non qui prudens *Gaudere* illud omiserim, & *vale* pro eo dicere affectarim; sed tamquam, cui imprudenti hoc acciderit, nisi *forte* & ridiculus 15 *studio* fui, & tempora salutationum permutavi.

15. Sed gratias Diis ago, quod error mi-

a Ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέως] Tria priora verba desunt in P. particula καὶ etiam abest in W. b Λαμβάνεις] Λαμβάνεσθαι W. Sed σθαι subscriptum est. c Μάλα] Μαλ' W.

nostram protrudendae huic Luciani editioni continuare dabitur, ad similem nostri locutionem, quae est in *Gall.* c. 18. Tom. altero: ὅσῳ δὲ ἂν ξενίζωμαι, τοσούτῳ καινότερόν μοι αὐτοῖς ἴσισθαι, plura forsan dabimus. *J.F.R.*

1. Ἀλλὰ] Καὶ σὺ τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ &c. *Et in mandatorum libello.* *Th.M.*

2. Ἐντολῶν] De *mandatis* principum, quod proprium harum ἐντολῶν nomen est, pleniſſime egit *Briſſon.* de form. 3, 84. ubi neque hunc locum praetermiſit. *J.M.G.*

4. Πρῶτον] Quaenam ea formula fuerit, quam hic tangit, neſcio. In fine epiſtolarum quidem frequenter *valetudinem curare* jubebant; vide etiam Imperatoriam epiſtolam apud *Philoſtratum* in Herode, p. 562. in qua haec verba leguntur: σὺ δὲ ὑγιαίνοις τε εὔχομαι. Sed neque hoc principium epiſtolae, neque omnino formula hic eſt, cum de valetudine in antecedentibus ſermo fuerit. Ab eruditiſſimo *Graevio*, quo nemo harum rerum peritior, dum in vivis erat, hunc locum doleo non fuiſſe illuſtratum. Aliam eamque ſolitam formulam vide apud *Xiphilin.* in Adriano 264. A. & ſexcentos alios: *Si vales, bene eſt*; &c. ad quam reſpexiſſe Lucianum credo. *M. du S.*

Ibid. Παράγγελμα] Ὑγείας τὴν ὁμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. Formula illa fuit: *Valetudinem tuam cura diligenter*, aut, *da operam ut valeas*, aut, *fac ut valetudinem cures.* Quae formula in M. Tullii epiſtolis ad Terentiam uxorem. Sed illae in epiſtolis extremis, in mandatorum vero libellis primis. Ἐντολῶν vero βιβλίον eſſe mandatorum libellum, quem a principe accipiebant praefides & procoſſ. & ἐντολὰς βασιλέων eſſe mandata principum, patet *Dionis* Libro LIII. *Th.M.*

5. Μάλα εἰκότως] Sic Editt. quod ſervavi, nam apoſtrophus centies negligitur, vid. ſupra in Apol. pro Merced. c. 11. ὑπ' ἀπορίας, & ὑπὸ ἀπορίας. *J.F.R.*

10. Τῷ τὴν ὑγ. ὀν. πολ. ἀμοιβ.] Formula eſt, *ut vales?* ut *Plauti* Rud. Sc. 29. *Th.M.*

Τῷ τὴν ὑγ. ὀν.] Reſpicit hic vulgares Romanorum ſalutandi formulas, apud quos tamen haud temere illud *vale* in occurſu uſurpatum invenies. Notum, *Salve Caeſar. Vale Fulvi. Plut.* 902. 1. *Xiph.* Adrian. 269. D. ὅτι γε τῷ ἰωβινῷ προσηνωμένῃ τῷ χαίρε, ἀλλὰ τῷ ἐσπειρῶ τῷ ὑγίαινε χρησάμενος. Adde *Muret.* var. Lect. XI. 2. *M. du S.*

9. Ἐπ

mihi meus, in longe auſpicatius quiddam verſus eſt, quod labaſcente etiam lingua in melius incidi: & forte Hygeae aut ipſius adeo Aeſculapii conſilio hoc accidit, valetudinem meo tibi ore promittentis. Quomodo enim ſine Deo hoc mihi accidiſſet, qui in longa vita nunquam ſimili ratione turbatus fuerim?

16. Si vero humanam etiam pro eo quod accidit excuſationem proferre fas eſt, nihil mirum, ſi in ſummo ſtudio ut optimis in rebus abs te cognoſcerer, prae nimia illa cupiditate perturbatus in contrarium incidi. Forte etiam recta cogitandi via excutiat aliquem multitudo militum, quorum alii quidem antrorſum urgent, alii vero ordinem ſalutandi minime ſervant.

17. Tu vero, bene novi, licet alii ſtuporem, aut ruſticam ruditatem, aut delirationem eam rem calumnientur, pudoris ſignum & ſimplicitatis judicaſti, & animi a fori tritura & artis oſtentatione abhorrentis: ut fere inſignis in talibus fiducia a temeritate & impudentia non longe abeſt. Ac

σφάλμα ἐς ἄλλο μακρῷ αἰτιώτερον τρέπῃ, καὶ εἰς τὸ ἄμεινον παρώλισθον. καὶ τάχα ἡ Ὑγείας, ἢ Ἀσκληπιοῦ αὐτῆ [d] ὀπτηνοίᾳ τῦτ' ἐπράχθη, δι' ἐμοῦ σοι τὸ ὑγιαίνειν ὑπισχνυμένης. ἐπεὶ ἐγωγε, πῶς ἂν αὐτὸ ἔπαθον ἄνθ' ὑμῶν, μηδέπω πρότερον ἐν τῷ [e] μακρῷ βίῳ ταραχθεὶς ὅμοιον.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀνθρωπίνῳ τινὰ ὑπὲρ τοῦ γεγονότος ἀπολογίαν εἰπεῖν, οὐδὲν ξένον, εἰ πάνυ ἐσπουδακὼς ὅπως τοῖς ἀρίστοις ὑπὸ σοῦ γνωρίζωμαι, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἄγαν ὀπθυμίας εἰς τὐναντίον ἀφηλαράχθην, ἐνέπεσον; τάχα δ' ἄν τινα ἐκπλήξειε τῶν κατ' ὀρθὸν [f] λογισμὸν, καὶ πρατιωτῶν πλῆθος, ὧν οἱ μὲν, προωθῦντες, οἱ δὲ, ἐν τῇ τάξει τὸ προσαγορεύσεως μὴ μένοντες.

Σὺ δ' εὖ οἶδ' ὅτι κἂν οἱ ἄλλοι εἰς ἄνοιαν, ἢ ἀπαιδευσίαν, ἢ ἀφροσύνην [g] παραφέρωσι τὸ πρᾶγμα, αἰδῆ αὐτὸ σύμβολον, καὶ ἀφελείας ἐποίησω, καὶ ψυχῆς μηδὲν ἀγοραῖον καὶ ἔντεχνον ἐχούσης. ὡς τό γε πάνυ θαῤῥαλέον ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ πόῤῥω θρασύτητος καὶ ἀναισχυντίας [h] ἐστί. καὶ ἔμοιγε εἴη μη-

[d] Ἐπινοίᾳ] Sic W. Ἐπινοίᾳ vulgo Edd. [e] Μακρῷ βίῳ] Μακροβίῳ male W. Nihil a vulgata abeunt H. Fl. [f] Λογισμὸν] Λογισμῶν W. Sed ſupra ſcriptum erat o. [g] Παραφέρωσι] Ἀναφέρωσι W. [h] Ἐστί] Ἔστιν W.

11. Ἐκ προνοίας] Sic infra Tom. ult. *Philop.* c. 1. ἐκ προνοίας σωτήριας. Et ſic ἐκ ſaepe apud alios pro ablativo cauſſae, & pleonaſtice, ut *Herodian.* I. 4. 21. Ἐκ μιᾶς φωνῆς. Noſter *Catapl.* c. 11. med. ἐκ τινὸς αἰτίας. *Ael.* V. H. III. 9. ἐξ Ἄρεως — ἐξ ἱρατῶ μανίαν. *Cic.* ad Att. VI. 1. ἐξ ἀφωνίσεως *ſanare.* *J. F. R.*

13. Ὑγιαίνω] Ut Auguſtus, apud Plutarchum περὶ ἀδολεσχ. p. 902, 1. *H. Steph.* ad Fulvium ſecreti proditorem, χαῖρε Καῖσαρ dicentem, ὑγίαινε, inquit, Φούλβιε, quae vox irae Caeſaris nuntia, & voluntariae mortis Fulvio cauſſa fuit, certe occaſio. *J. M. G.*

20. Ὑγιείας] Quae Aeſculapii fuit filia. *J. Brod.* Miſcel. IX. 15. Ceterae autem ejusdem filiae commemorantur ap. *Ariſtoph.* Plut. v. 702—3. *Jaſo* & *Panacaea.* Addit tertiam Scholiaſt. *Aeglen*, omittit *Hygeian*, ac dubitat num *Jaſo* Aeſculapii, an potius Amphiarai filia ſit dicenda, quod hic inquirere nihil attinet. Alii certe *Hygiam* filiabus Aeſculapii adnumerant. Ὑγιείαν illam Deam etiam Ὑγίαν vel jonice Ὑγίην dictam invenio in inſcript. veteri Albae Juliae reperta, ap. Gruter. pag. 68.

ΚΥΡΙΩ ΑΣΚΛΗ-
ΠΙΩ ΚΑΙ ΥΓΙΗ
ΘΕΟΙΣ ΕΠΙΚΟΥΡΙΟΙΣ.

Quod jam notavit Cl. *Cellar.* in libello Antiquit. medicar. p. 21. Ubi etiam docet hanc non prorſus eamdem eſſe, quae *Salus* Romanorum Dea eſt; nam *Saluti* templum jam dicatum erat ante advectam Aeſculapii religionem, & plus Romani a *Salute* petierunt, quam ab *Hygeia* Graecorum, i. e. praeter valetudinem firmam, etiam florentem rerum ſuarum ſtatum. Non tamen latine ὑγιὰ aliter jam olim verti ſolebat, quam *Salus*, vid. *Macrob.* I. Sat. 20. *J. F. R.*

Ibid. Ἐπινοίᾳ] Sic W. pro vulgato ἐπινοίᾳ haud ſpernendo quidem, ſed, ut puto, tamen minus vero. *M. du S.*

28. Ἄγαν ὀπθυμίας] Graeciſmus vulgatiſſimus, adverbii pro adjectivo, ut ſupra, *Apolog.* c. 12. ὁ ἀεὶ χρόνῳ, ubi quaedam ſimilia jam dedimus. *Herodian.* I. 3. 5. διὰ τ' ἄγαν ἀκρασίας. *Ael.* V. H. XIII. 15. ὑπὸ τ' ἄγαν μανίας. Plura Cl. *Jenſ.* ad Dial. *Amor.* *J. F. R.*

32. Ἐν τῇ τάξει] Vid. *Briſſon.* de formulis, ubi de mandatis principum agit. *A. V.*

μηδὲν μὴ [a] τοιοῦτον [b] σφάλλεσθαι, εἰ δὲ συμβαίη, πρὸς εὐφημίαν αὐτὸ τρέπεσθαι.

Ἐπὶ γοῦν τοῦ πρώτου Σεβαστοῦ, ἤ τοιόνδέ τι λέγεται γενέσθαι. ὁ μὲν ἔτυχε, δίκην τινὰ δικάσας ὀρθῶς, καὶ [c] ἀπολύσας ἐγκλήματος μεγίστου ἀδίκως συκοφαντούμενον ἄνθρωπον· ὁ δὲ, χάριν ὁμολογῶν, μεγάλῃ τῇ φωνῇ, χάριν οἶδά σοι, ἔφη, ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κακῶς καὶ ἀδίκως ἐδίκασας. καὶ τῶν περὶ Σεβαστὸν ἀγανακτησάντων, καὶ διασπάσασθαι τὸν ἄνθρωπον ἐθελόντων, Παύσασθε χαλεπαίνοντες, ἐκεῖνος ἔφη· ὁ γὰρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν γνώμην ἐξετάζειν ἄξιον. ἐκεῖνος μέν, [d] ἔστω. σὺ δ' εἴτε τὴν γνώμην σκέψαιο, πάνυ εὖνουν εὑρήσεις· εἴτε τὴν γλῶτταν, εὔφημος καὶ αὐτή.

Ἔοικα δ' ἐνταῦθ' ἤδη γενόμενος, εἰκότως ἄλλο τι φοβηθήσεσθαι, μή τισι δόξω ἐξεπίτηδες ἡμαρτηκέναι, ὡς τὴν ἀπολογίαν ταύτην συγγράψαιμι. καὶ εἴη γε, ὦ Φίλτατε Ἀσκληπιέ, τοιοῦτον φανῆναι τὸν λόγον, ὡς μὴ ἀπολογίαν, ἀλλ' ἐπιδείξεως ἀφορμὴν εἶναι δοκεῖν.

mihi quidem contingat, nihil tale peccare; si vero eveniat, in bonum id ipsum quoque omen verti.

18. Primo quidem Augusto imperante etiam tale quid factum narratur. Causam ille quamdam recte judicaverat, hominemque maximo crimine per summam illi calumniam impacto liberaverat. At ille gratias agens, magna voce, *Gratiam tibi habeo*, inquit, *Imperator, cum male & injuste judicasti.* Cumque ii, qui essent circa Augustum, indigne ferrent, & dilacerare hominem vellent, ille, *desinite*, inquit, *irasci: neque enim linguam hominis sed mentem examinare aequum est.* Atque ille quidem sic. Tu vero sive animum spectes, benevolentissimum reperies, sive linguam, bene omipata etiam haec est.

19. Caeterum huc delatus non sine causa videor alterum quiddam vereri, ne sint, quibus dedita opera peccasse videar, ut defensionem hanc scriberem. Ac sane contingat mihi, Aesculapi optime, talem videri hunc libellum, ut non defensio, sed ostentandae orationis *petita* esse occasio videatur.

a Τοιοῦτον] Sic Edd. omnes. Idem quoque fuerat in M. Sed erasa deinceps est litera N. b Σφάλλεσθαι] Σφάλλεσθαι Fl. Sed cum vulgata etiam facit M. c Ἀπολύσας — ἄνθρωπον] Septem haec verba sic legi in Fl. H. Coll. & M. notavit *Soulius*. Nescio quare; nam *J. A. P.* & *S.* quoque sic legunt, & sana sunt omnia. d Οὗτω] Οὕτως Fl. & M.

45. Τῷ μεγίστῳ, ἀδίκως συκοφαντούμενον ἄνθρωπον *. G.

* Nihil aliud in hoc Scholio reperio, quam repetitionem verborum Luciani, ideo tamen additur, ut adpareat ea eodem modo ab Scholiaste lecta esse; quo in Edd. legunntur. Num vero eorum expositio exciderit, nescio. *J. F. B.*

40. Τοιοῦτον] Sic erat in M. Sed erasa deinceps est litera N. Sic etiam habent Edd. *M. du S.*

Τοιοῦτον] Recte, & Attice pro τοιοῦτο. Vide nos supra ad c. 15. *Vit. auct.* Et Nostrum ubique. *J. F. B.*

HER-

HERMOTIMUS, SIVE DE SECTIS.

LYCINUS.

QUantum licet, Hermotime, ex libro tum ex inceſſus celeritate colligere, feſtinare ad magiſtrum videris. Commentabaris enim aliquid inter eundum, & movebas cum leni murmure labia, & manum huc illuc transferebas, tanquam qui orationem aliquam intra te diſponeres, aut altercationem, aut tortuoſum quiddam componeres, aut Sophiſticam quaeſtionem cogitatione perſequereris, ut ne in via quidem otio indulgeas *nimirum*, ſed operoſus ſis, & ſerium quiddam agas, quodque ad doctrinam tibi profit. HERM. Per Jovem, Lycine, tale quiddam *erat*. Etenim heſternam auditionem, & quae dixit nobis,

ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΑΙΡΕΣΕΩΝ.

ΛΥΚΙΝΟΣ.

1 ΟΣον, ὦ Ἑρμότιμε, τῷ βιβλίῳ καὶ τῇ τοῦ βαδίσματος σπουδῇ [a] τεκμήραιο, παρὰ τὸν διδάσκαλον ἐπειγομένῳ ἔοικας, ἐνενόεις γοῦν τι μελαττὸν προϊὼν, καὶ τὰ χείλη διεσάλλευες, ῥῆμα ὑπολονθορύζων, καὶ τὴν χεῖρα ὧδε κἀκεῖσε μετέφερες, ὥστε σοῦ τινὰ ἔφην ὅτι [b] σαυτῷ ἀμφιλιθόμενον· ἐρώτημα δὲ, ἢ τί τῶν ἀγκύλων συλλιθεὶς, ἢ σκέμμα σοφιστικὸν ἀναφροντίζων, ὡς μηδὲ ὁδῷ βαδίζων σχολὴν 10 ἄγοις, ἀλλ' ἐνεργὸς εἶης, ἀεί σπουδαῖόν τι πράττων, καὶ ὃ πρὸ ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἂν εἰς τὰ μαθήματα. ΕΡΜΟΤ. Νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτό τι. ἦ γὰρ χθιζὴν συνουσίαν, καὶ ἃ εἶπε πρὸς

ΛΥΚΙΝΟΣ] Ab hac perſona recte incipiunt *J. H.* & *A1.* Deeſt in P. & Fl. & M. in quibus numquam in capite ſcribuntur perſonarum nomina. Sed *Ba.* *Λυκίνου καὶ Ἑρμοτίμου.* Vid. infra c. 48. 49. Ceterum in perſonis per totum dialogum diſtinguendis Florentina plerumque integre exprimit. ΗΡΜΟΤΙΜΟΣ & ΛΥΚΙΝΟΣ. *a* *Τεκμήραιο*] Lege *τεκμαίρεσθαι* Ex *Marc. Soulius*; ſed nihil mutat M. nec Edd. *b* *Σαυτοῦ*] *Ἑαυτοῦ* W. at prius ſervant Edd.

ΕΡΜΟΤ.] Menecratis hic filius dicitur c. 50. vir, ni per hunc libellum foret, ignotus & obſcurus. De Hermotimo Clazomenio dicetur alibi, neque ad eum hic alluditur. Vid. *Muſa.* c. 7. *M. du S.*

1. Ἑρμότιμε] In *H.* & *P.* nomina propria ſpiritibus non ſunt praedita, pro more literarum quadratarum, in *Junt.* vero aliisque Ἑρμοτ. & ſimilia ſemper cum ſuo ſpiritu, quem retinuimus, quoties non eſt perſona loquens. In perſonis autem, a quibus ſermo inchoatur, omiſimus, quod ita ab initio inſtitutum videmus, & ſic decet, quia tum omnes literae ſunt quadratae. *J. F. R.*

2. Ὅσον τεκμήραιο] *Gujet.* ait: an τὸ ἐστὶν deſideratur, an ſubintelligendum? Poſterius verum eſt, & ἐστὶ recte omittitur: vid. *Ælian.* V. H. XIII. 1. Ὅσον τι ἀψαμένῳ τεκμήραιο. Unde ſimul confirmatur τεκμήραιο recte ſe habere, & male *Soulium* illud mutatum velle. Uſitatius tamen praeſens τεκμαίρεσθαι, ut hoc Dial. c. 19. & alibi. Plura autem exempla ellipſ. τῷ ἐστὶ poſt ὅσον, vid. in Ind. Aeliani. quod cum & aliis frequens ſit, miror quid *Gujetus* dubitet. *J. F. R.*

Ibid. Τεκμήραιο] *Conjicere licet.* *J. Br.*

4. Μέλαττον προϊὼν] Ne credas male cohaerere μέλαττον προϊὼν, καὶ διεσάλλευες, memineris μέλαττον eleganter cum participio jungi, ut μέλαττον πίνων, *inter bibendum*; adeoque & hoc loco participium pro infinitivo vel gerundio poſitum nihil commune habere cum ſeq. verbo. Conf. ſupra *Somn.* §. 17. Μεταξὺ δὲ λέγοντος. *Char.* vel *Contempl.* §. 6. Infra, *de Domo* 21. Et ſaepe alibi. Item *Xenoph.* p. 977. μεταξὺ θύοντας. *Dionyſ. Hal.* L. XI. p. 720. 23. μεταξὺ διανεῦττες. Et ubi non? *J. F. R.*

8. Ἀγκύλων] Intellige σοφισμάτων. *J. Br.*

11. Καὶ ὃ πρὸ ὁδοῦ] *Et quod utile ſit.* *J. Br.*

Καὶ ὃ πρὸ ὁδοῦ σοι γένοιτ' ἂν εἰς τὰ μαθήματα] Quum Vincentius Opſopaeus vertiſſet in editione Baſil. *adeo ut itineris quoque laborem ad diſciplinarum exercitium referre ſoleas*, adſcripſit pater, *quodque proceſſui, incremento eſſe poſſit.* Id videtur intellexiſſe Benedictus, vertens *quodque ad precepta tibi conferat*, etſi non capiam, cur μαθήματα reddat *precepta*, quod facit ubique. Eadem loquutio in principio Galli, ὦ μίαν πρωΐδα ἐργάσαιο, πρὸ ὁδοῦ ἔσῃ τοῦτο εἰς τὰ ἄλφιτα. Et hinc in Abdicato. πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γνώσῃ δι', καὶ προσδοκώσαι τῇ πόσει. *J. G.*

13. Ἃ εἶπε] Ὁ διάλογος· ſcilicet. *F. G.*

πρὸς ἡμᾶς, ἀνεπεμπαζόμην, ὀλίγων τῇ μνήμῃ ἕκαστα. χρὴ δὲ μηδένα καιρὸν, οἶμαι, παριέναι, εἰδότας ἀληθὲς ὂν τὸ ὑπὸ τοῦ Κώου ἰατροῦ εἰρημένον, ὡς. ἄρα Βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακρὴ δὲ ἡ τέχνη. καίτοι ἐκεῖνος ἰατρικῆς περὶ ταῦτ' ἔλεγεν, εὐμαθεστέρᾳ πράγματος· φιλοσοφίᾳ δὲ ᾧ μακρῷ τῷ χρόνῳ ἀνέφικτος, ἢν μὴ πάνυ τις ἐγρηγόρσας ἀτενὲς ἀεὶ καὶ γοργὸν ἐπιβλέπῃ ἐς αὐτήν· ᾧ τὸ κινδύνευμα ἐπὶ μικροῖς, ἢ ἄθλιον εἶναι ἐν τῷ πολλῷ τῆς ἰδιωτικῆς συρφετῷ [a] παραπολόμενον, ἢ εὐδαιμονῆσαι φιλοσοφήσαντα.

repetebam, memoria percurrens singula. Oportet autem, puto, tempus nullum praetermittere, qui sciamus verum esse illud a Coo dictum medico, *Brevem vitam esse, artem vero longam.* Quamquam ista de medicina dixit ille, re ad discendum faciliore: ad philosophiam vero aliquis ne longo quidem tempore pervenerit, nisi vigilanti admodum animo defixos & acres in illam oculos habeat; nec de parva re periculum, *cum id agatur*, ut aut miser sis & in multa vulgi colluvie pereas, aut beatum in philosophia aevum agas.

ΛΥΚ. Τὰ μὲν ἆθλα ὦ Ἑρμότιμε, θαυ-

2. LYC. Praemia quidem, quanta dixisti,

a Παραπολόμ.] Παραποκόμ. *Fl.* Reliqq. vulgatam tuentur.

16. Τῆ Κώου ἰατροῦ] Ἱπποκράτους. *V.*

16. Ὑπὸ τῆ Κώου] Ab Hippocrate Coo. *J. Br.*

17. Βραχὺς μὲ ὁ β.] Primus Aphorismorum Hippocratis in quem multa Gal. sic p. 311. Ed. Paris. *J.B.*

21. Ἐγρηγόρσας] *Vigilans.* *J. Br.*

Ἐγρηγόρσας] An ἐγρηγορὼς? *F. Gujetus*, recte credo, conjicit; nisi ἐγρηγορότως malis; nam adverbium ἐγρηγόσως non jam legere me alibi memini: participium vero praeteritum quasi pro praesenti satis est usitatum. Sic *Hom.* Il. E. 591. Κυκλήσας. *Vociferans*, vel postquam vociferatus erat, sed potius: *cum clamore.* Idem Il. A. 37. ὃς χρύσην ἀμφιβέβηκας. *Qui Chrysen undique tueris.* i. e. tuitus es, & adhuc tueris, more aoristorum. Addo Il. Δ. 107. Διελέγμενος excipiens, (licet ibi passivum active exponendum, qualia multa dedit Cl. *Jens.* Lectt. Lucian. p. 246. —7.) Conf. Il. Δ. 434. Μυρίαι ἐφίσταντο. *Innumerae stant.* Et adi omnino notam Illustr. *S. Clarckii* ad Il. A. 34. qui illud tempus praesens praeteritum egregie illustrat ex *Virg.* Aen. 2. 12. *Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit.* Et ex *Ovid.* Met. V. 677. de Pieridum in picas metamorphosi: *Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit.* Ubi monet, nuperum Interpretem Clariss. frustra *Tunc* velle, pro *nunc* legi, quia, si retineres *nunc*, dicendum esset *remanet*, non *remansit* &c. quae Lectu digna de hujusmodi temporis potestate ap. Clarckium vide. *J.F.R.*

24. Παραπολόμενον] Castigo παραπολιόμενον. *J. Br.*

26. Θαυμάσιον ἠλίκον] Vid. supr. *Somn.* c. 5. vel 6. & nott. ad c. 76. hujus *Hermot.* *M. du S.*

31. Σχεδὸν ἡλίκον ἔτος] Conf. infra hujus Dial. c. 59. f. *M. du S.*

32. Οὐδὲ ἄνδρα] Legendum ἄλλο. *J. Br.*

Οὐδὲν ἄλλο] Sed illud ἄλλο jam inveni in plerisque Edd. *J.F.R.*

35. Ὑπομνήματα] Cicero filius Tironi sub 16, 21. extr. *Peto a te ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus: multum mihi enim eripitur operae in exscribendis hypomnematis.* *J.M.G.*

37. Οὐδὲ ὄναρ...] Tantae intentionis exemplum ipse vidi. Juvenis optimus, qui *Graevium* audiebat, cum serius ad studia literarum animum applicuisset, tam vehementer iisdem tum dabat operam, ut noctu dormiens quaecumque interdiu legisset, recitaret: donec ab amicis medicisque monitus remisit aliquid de nimio illo studio, ut valetudini detrimentum inde capturae consuleret. *M. du S.*

Οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνῆκα σαυτὸν] Non cepit haec verba interpres prior, vertens: *adeo ut somni quoque parcissimus mihi visus sis*; quum significent: *ne per somnum quidem unquam relaxasti te ab labore*, fraudi illi fuit ὄναρ sine praepositione, ideoque sensum non inveniens, *somnum sibi indulgere*, significari credidit; sed ὄναρ idem esse quod κατ' ὄναρ, quis Graece sciens ignorare potest? Noster de Merc. cond. c. 17. & *Pseud.* c. 49. Ὡς ὄναρ θεοῦ τοῦ θεοῦ ἀκούων, *Tim.* c. 20. f. ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν. & *Ael.* V. H. XII. 63. ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο — *per somnium cum illa rem habuit.* Plura *Bos* de ellipsi p. 301. Alia Lexicogr. ideo plura addere non erit operae. *J.F.R.*

38. Οὗτος ὅλος] Dialogus quem Lucianus *Hermotimum*, sive de Sectis, inscripsit, est haud dubie non modo circumspectissimi, verum etiam acutissimi ingenii foetus: quamquam non ignoro, quam prorsus seorsum judicet *P. Petitus* IV. Miscellan. Observ. cap. 1. At haec disquisitio ab instituto nostro est alie-

na.

xisti, admirabilia. Ac puto equidem te non longe ab illis abesse, si quidem conjicere illud fas est & tempore, quo philosopharis, & labore insuper, quem minime mihi mediocrem a longo inde tempore sustinere videris. Si quid enim memini, prope viginti ipsi anni sunt, ex quo te nihil aliud vidi, quam ad magistros itare, & ut plurimum libro imminere, & commentarios disputationum tibi exscribere, pallidum semper curis, & callo quodam aridum corpus habentem. Videris autem mihi adeo totus in hac re esse, ut ne per somnum quidem te remittas. Haec ergo cogitanti

μάσια, ἡλίκα εἴρηκας. οἶμαι γε μὴν ὃ πόρρω σε εἶναι αὐτοῦ, εἴ γε χρὴ εἰκάζειν τῷ τε χρόνῳ ὑπόσον φιλοσοφεῖς, καὶ προσέτι τῷ πόνῳ οἷον μοι δὲ μέτριον ἂν πολλῷ ἤδη ἔχειν δοκεῖς. εἰ γάρ τι μέμνημαι, σχεδὸν εἴκοσιν ἔτη ταῦτά ἐστιν, ἀφ' ὧ σε ὁρῶ οὐδὲν ἄλλο ποιοῦντα ἑώρακα, ἢ πρὸς τοὺς διδασκάλους φοιτῶντα, καὶ ὡς τοπολὺ ἐς βιβλίον ὑπικεκυφότα, ὑπομνήματα τῶν συνουσιῶν ἐπογραφόμενον, ὠχρὸν ἀεὶ ὑπὸ φροντίδων, καὶ τὸ σῶμα καλεσκληκότα. δοκεῖς δέ μοι ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σαυτὸν, ὅπως ὁ ὅλος εἶναι ᾖ τῷ πράγματι. ταῦτ' ἂν σκοπουμένῳ μοι, φαί-

ὁ ὅλος] ὅλῳ Bz. & W. ὅλως Edd. reliquae omnes. Sed ὅλον L.

na. In hoc libello cum *Hermotimo* Stoicae disciplinae sectatore rem se habere fingit Auctor; cumque eo quum de variis sectis, tum de difficultate & fere ἀδυνάτῳ, certo inveniendi verissimae Philosophiae disciplinam optimam, disputat. Itaque ubi Luciano professus esset *Hermotimus* se Philosophiae animum suum applicuisse jam dudum, omnemque ei disciplinae vitam porro dicaturum, ut tamdem bonorum ex ea profluentium compos fieret; respondet Lucianus, sibi satis, ex multis, quae adfert, argumentis persuasum esse, eum serio Philosophiae a multo tempore fuisse deditum. Δοκεῖς δέ μοι, pergit, ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σαυτὸν, ὅπως ὅλος εἶναι ᾖ τῷ πράγματι. Posset quis suspicari, Lucianum scripsisse ὅλῳ. ὅπως ὅλῳ εἶναι ᾖ τῷ πράγματι, *adeo totus in negotio esse*, scilicet *videris*. Ut in Deorum dial. XII. *Veneris* & *Cupid.* fin. dicitur Rhea ὅλη ἦσα ᾖ τῷ Ἄττῃ, & similiter alibi. Sed satis probum est vulgatum: sic de Saltatione c. 3. Σὺ δὲ, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθαι. *Tu vero totus quantus es, videris in servitutem redactus.* Sic in Deor. dialogis XIX. f. Diana dicitur ὅλως περὶ τῇ θήρᾳ εἶναι, *nil nisi venatum curare*; se totam venatui tradidisse. Ibid. Dial. XX. §. 15. Καὶ ὁ μὲ Ἑρμῆς, ὅλως παρελθὼν ἐς αὐτὸν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν: in his manifestissime ὅλως idem quod ὅλῳ, valet. Nec aliter in Dialogis Meretriciis X. §. 13. ὅλως περὶ τὸ μειράκιόν ἐστι. Graeci itaque pro adjectivis utuntur nonnumquam adverbiis, ut jam ex allatis exemplis patet. Minus id perspexisse videtur Amplissimus *Cuperus* III. Observ. cap. 12. ubi in Aeliani Ποικιλ. lib. III. cap. 9. [δίδυκε δὲ τὸ ἕτερον, ἅτε οὐκ ἐπὶ κατόχοις ἐνθουσιῶντα] legendum censet κάτοχον. Commodissime κατόχως ibi pro κάτοχον exponi potest ex usu Graecorum, adverbia non raro ita adhibentium, ut jam vidimus, & mox ultra videbimus. Adde ibi Eruditissimum *Kuhnium*, istius Aelianęi loci vindicem. Ad hoc idem adhaesit quoque *Jac. Tollius*, (p. 75.) qui apud Lucianum in De non temere cred. Calumn. §. 14. in verbis [καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν ὑμᾶλλα ἀηδῶς, καὶ ὅλως ἐρωτικῶς.] legit pag. 416. edit. Amst. ἀηδῶς pro ἀηδῶς. Idem ergo fieri oportebit in his ejusdem Luciani, in Phalaride c. five §. 5. ὅτι ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθεὶς, ἐζήτουν τινὰ σωτηρίαν περὶ τῶν παρόντων. quia nempe sicut hic ἀφυλάκτως ληφθεὶς, ita in citato De non temere cred. Calumn. libello c. 12. legitur quis ἀφύλακτος ληφθεὶς quemadmodum apud *Xenophontem* I. Κυροπ. οἱ δ', ἐξαπατῶντες τοὺς πολεμίους δύναν) καὶ θαρσῆσαι ποιήσαντες ἀφυλάκτους λαμβάνειν. Apud *Demosthenem* quoque I. contra Philipp. Ἀφύλακτος ληφθῇ. in margine notatur in alio libro legi ἀφυλάκτως. Promiscue itaque locuti sunt Graeci. Iterum Noster adverbio ita utitur in de Astrologia §. 18. vel 19. Φαίδων δὲ, τῶ ἡλίου δρόμου ἐτεκμήρατο, οὐ μὴν γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελεῖ τὸν λόγον ἀπολιπὼν, ἀτίθασι. Et hic ἀτρεκέως pro ἀτρεκεία, sive ad δρόμον, sive λόγον referas. Clare quoque *Isocrates* in Panathen. pag. 262. E. Ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἑώρων τοὺς τε νόμους ἀναγεγραμμένους, οὐκ ὁμοίως τοῖς νῦν κειμένοις, οὐδὲ τοσαύτης ταραχῆς καὶ τοσούτων ἐναντιώσεων μεστούς. *Paucis diebus leges in tabulas relatas, & publice propositas viderunt; non his, quas nunc habemus, similes, neque confusionis plenas, & inter se pugnantes.* Patet ὁμοίως hic plane pro ὁμοίους positum; sequitur quoque μεστούς. *J. J.*

Ibid. ὅλον] ὅλῳ in W. & Bz. Nos ὅλον ex L. restituimus pro vulgato ὅλως. *M. du S.*

ὅλῳ] ὅλον ait *Solanus* se restituisse, sed quis restitui desiderat, ubi pristina sunt sana; quare ei non obsecundavi, adverbium enim se recte habere, satis docuit Cl. *Jensius*. Et si quid ab adverbio recedendum propter cacophoniam ὅπως ὅλως, potius jam amplector ὅλῳ duobus testibus & frequenti usu munitum, quam durius illud ὅλον, quod ὅπτα potius requireret, quam εἶναι. Eligat interim quod quisque voluerit; singula enim suos patronos invenient. *J. F. R.*

Φαίνῃ οὐκ ἐς μακρὰν ὀπλήψεσθαι τῆς εὐδαιμονίας, εἴ γε μὴ λέληθας ἡμᾶς καὶ πάλαι αὐτῇ συνών. ΕΡΜΟΤ. Πόθεν ὦ Λυκῖνε, ὃς νῦν ἄρχομαι προσκυπτειν ἐς τὴν ὁδόν; ἀλλ' Ἀρετὴ πάνυ πόρρω τι τοῦ Ἡσιόδου οἰκεῖ, ἣ ἔστιν ἡ οἰμὼξ ἐπ' αὐτὴν μακρός τε καὶ ὄρθιος, καὶ τραχὺς, ἱδρῶτα οὐκ ὀλίγον ἔχων τοῖς ὁδοιπόροις. ΛΥΚ. [a] Οὐχ ἱκανὰ ἂν ἵδρωταί σοι ὦ Ἑρμότιμε, καὶ [b] ὠδοιπόρηκε; ΕΡΜ. Οὐ, φημί. οὐδὲν γὰρ ἐκώλυέ με πανευδαίμονα εἶναι, ὀλίγου τῷ ἄκρῳ γενόμενον. τὸ δὲ νῦν, [c] ἀρχόμεθα ἔτι ὦ Λυκῖνε.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς οὗτος Ἡσίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι, ὥστε κατὰ μέσον τὴν ἄνοδον εἶναί σε ἤδη λέγοντες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν. ΕΡΜ. Οὐδέπω δὲ τοῦτο· πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν ἤνυσται. ΛΥΚ. Ἀλλὰ ποῦ γάς σε φῶμεν τὴν ὁδὸν τυγχάνειν ὄντα; ΕΡΜ. Ἐν τῇ ὑπωρείᾳ κάτω ἔτι, ὦ Λυκῖνε, ἄρτι προβαίνειν βιαζόμενον, ὀλισθηρὰ δὲ, καὶ τραχεῖα, καὶ δεῖ χειρὸς ὀρέγοντος. ΛΥΚ. Οἰκεῖον ὁ διδάσκαλός σοι τοῦτο [d] ἱκανὸς ποιῆσαι, ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἄκρου καθάπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς, χρυσῆν τινα σειρὰν καθιείς, τοὺς αὐτοῦ λόγους, ὑφ' ὧν [e] σε

nihi videris non ita multo post comprehensurus istam felicitatem, nisi forte fugit nos, te olim cum illa versari. HERM. Quî *possim*, Lycine, qui nunc tandem incipiam inspicere in viam? Longe autem habitat Hesiodo teste virtus, & est via ad illam longaque & praerupta, & aspera, sudorem excutiens non parvum viatoribus. LYC. Nondum ergo satis tibi sudatum est, Hermotime, nec viae satis factum? HERM. Nondum, inquam. Nihil enim prohiberet me undique beatum esse, in summo si essem: nunc vix, Lycine, incipimus.

3. LYC. At initium idem ille Hesiodus totius dimidium ait esse. Itaque nihil erraverimus, si circa medium te adscensum esse dicamus. HERM. Nondum, ne hoc quidem. Multum enim sic effectum esset. LYC. Sed ubinam viae versari te dicemus? HERM. In ipsis adhuc montis radicibus, Lycine, sed summa jam vi conantem progredi, lubrica autem est, & aspera, & opus est, qui manum nobis porrigat. LYC. Magister ergo tuus, qui hoc faciat idoneus, qui desuper ex summo ut Homericus ille Jupiter auream catenam demittat, sermones suos, quibus nimirum at-

a Οὐχ] Οὐκ male *J.* Οὐχ recte *P. A1. S.* &c. b Ὠδοιπόρηται] Sic recte *B1.* & 2. ac W. Ceterae Edd. male ὁδοιπόρηται prima brevi. c Ἀρχόμεθα] Ita bene *B2.* & W. Nam ἀρχόμεθα minus convenienter *H. Fl. S. P. A1.* d Ἱκανὸς] Ἱκανῶς W. male. Prius servant Edd. antiqq. & recentt. omnes. e Σε] Δὲ M. Σε Edd. omnes.

40. Οὐκ ἐς μακρὰν] Οὐκ ἐς μακρὸν χρόνον. *J. Br.*

44. Ἡσιόδου οἰκεῖ] Lin. 1. Oper. hæc tota dissertatio *Hesiodum* de via illa virtutis interpretatur. *J. B.* Ἡσιόδου οἰκεῖ] *Hesiod. Ἐργ.* 288. *M. du S.*

48. Ὠδοιπόρηται] Lucianus ex numero annorum, quos jam Philosophiae studio dederat Hermotimus, colligens eum non longe ab ipsa Virtute, quam pro summo bono petebant Philosophi illi, abesse, ubi contrarium ex Hermotimo intelligit, ait, οὐχ ἱκανὰ ἂν ἵδρωταί σοι ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὠδοιπόρηται; Et hic scilicet locus argumento est, quam immunis sit ab inquinatissimis maculis exquisitae hic elegantiae scriptor. Emenda ὠδοιπόρηται. Melius Grammaticae leges in hoc verbo servatae sunt infra c. 27. τοῖς δὲ προωδοιπορηκόσιν ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας, &c. & in Vera Hist. c. 4. συνωδοιπόρουν ἡμῖν ἐθελήσοντες. Eadem tamen spurcities simili in voce occurrit in Lexiphane c. 22. pr. προσδοκαίπτεται pro προσδοκᾶται. Ibid. §. 24. pari labe maculatus est ille libellus ab sequioribus editoribus, qui pro προπαροξυνόμενα dederunt προπερισπώμενα. *J. J.*

52. Ἀρχὴν . . . Ἡσίοδος] Hesiodeum cur non videatur, dixi ad Ἔρωτ. c. 3. *M. du S.*

53. Ἡσίοδος ἥμισυ] Etiam in marg. Ed. *Just.* notaverat *Solanus* falsam hanc esse citationem. Sed & *Seidelius* in *Portula L. Gr. aurea* p. 8. Hesiodo adscribit, non indicato tamen loco. *Erasmus* in *Adag. principium dimidium totius*, Lucianum in *Hermot.* id hemistichium ex *Hesiodo* adferre ait; sed & *Aristoteli* & *Platoni* usurpatum indicat. Sed forsan Lucianum fefellerit hoc *Hesiodi* Ἔργ. 40. — ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Sed V. nott. ad Somn. §. 3. p. 5. *J. F. R.*

56. Πα-

attrahat te & levet ad se & virtutem, cum olim ipse adscenderit. HERM. Rem ipsam, Lycine, dixisti. Quantum enim in illo est, olim extractus in altum essem, & cum illis versarer. Sed ipse nimis adhuc sum imbecillus.

4. LYC. Verum confidere oportet, & bonum habere animum, & finem viae spectare, supernamque illam felicitatem, illo praesertim una animum studiumque adhibente. Interea quam tibi spem ostendit, quando futurum sit ut enitaris? proximone anno conjicit in arce te futurum, verbi caussa post mysteria altera, aut Panathenaea? HERM. Pauxillum narras, Lycine. LYC. Sed proxima Olympiade? HERM. Et hoc parum est, ut ad virtutis exercitationem, possessionemque felicitatis. LYC. Post duas ergo Olympiadas omnino: alioquin multam quis socordiam vestram accusaverit, si neque tanto tempore illud possitis, quo facile sit ter a columnis inde Herculis ad Indos abire, indeque redire; etiamsi nec recto itinere neque semper progrediatur aliquis, sed in gentibus interjectis oberret. Quamquam, quanto vis altiorem, & magis lubricum,

65 ἀνασπᾷ δηλαδή, καὶ [f] ἀναπνεύσει πρὸς αὐτόν τε καὶ [g] τὴν ἀρετὴν αὐτὸς πρὸ πολλοῦ [g] ἀναβεβηκώς. EPM. Αὐτὸ ἔφηθα, ὦ Λυκῖνε, τὸ γιγνόμενον. ὅσῳ γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω, καὶ συνῆν αὐτοῖς· τὸ δ' ἐμὸν, 70 ἔτι ἐνδεῖ.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ θαρρεῖν χρή, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, εἰς τὸ τέλος τὴν ὁδὸν ὁρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν, καὶ μάλιστα ἐκείνῃ [h] συμπροθυμούμενον. πλὴν ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα 75 [i] ὑποφαίνει, ὡς δηπόθεν ἀναβησομένῳ; ἐς νέωτα εἶπας εἶναί σε, οἷον [k] μὴ τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ Παναθήναια; EPMOT. Ὀλίγον φῂς, ὦ Λυκῖνε. ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐς τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα; EPM. Καὶ 80 τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν, καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν. ΛΥΚ. Μετὰ δύο μὴν δὴ Ὀλυμπιάδας πάντως· ἢ πολλήν γ' ἂν ὑμῶν ῥαθυμίαν καταγνοίη τις, εἰ μηδ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ δύναισθε, ὅσον τρὶς ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν εἰς Ἰνδοὺς ἀπελθεῖν, εἶτ' ἐπανελθεῖν ῥᾴδιον, εἰ καὶ μὴ [l] εὐθείαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζοι τις, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀφ' 85 μέσου ἔθνεσι περιπλανώμενον. καίτοι πόσῳ τινὶ βύβλῳ ὑψηλοτέραν καὶ λιοτέραν θῶμεν εἶναι τὴν ἄκραν, ἐφ'

f Ἀνακνοφίζει] Sic Edd. omnes bene, item M. Sola *J.* ἀνακνοφίζοι male. g Ἀναβεβηκώς] Ἐναβεβ. rursus male *J.* Ceterae vulgatam tuentur cum M. h Συμπροθ.] Συμπροθ. W. i Ὑποφαίνει] Sic Edd. recte. Ὑποφαίνων W. male. k Μετὰ] Sic Edd. & M. l Εὐθεῖαν] Ita habent G. W. P. L. Edd. vulgo εὐθύ.

75. * Εἰς νέωτα] † Μέλλων. *V.*

* Εἰς] Parvi est, quod εἰς citatum relinquo, quum in Auctore ipso tamen legatur ἐς, id quod Luciano longe frequentius quam εἰς, & licet hic perinde sit, tamen interdum praestat ἐς, interdum εἰς, ad pleniorem sonum. Sed εἰς νέωτα dicimus in proverbiali locutione ap. *Theocritum*, qui ait: Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα φλήσιος. *Semper agricola in novum annum dives.* *J. F. R.*

† Μέλλων] Deest ἐνιαυτὸς. In Exc. G. legitur μέλλον. *M. du S.*

56. Παντόλου] Placet πάμπολυ. *J. Br.* Sed & hoc jam habent Edd. *J. F. R.*

63. Ὁμήρου Ζεὺς] Iliad. Δ. *J. Br.*

Ὁμήρου Ζεὺς] Il. Θ. 18. Conf. supra *Deor. Dial.* XXI. pr. *M. du S.*

68. Ὅσῳ] Lege ὅσον invitis omnibus nostris libris. *M. du S.*

77. Παναθήναια] De quibus, & aliis sacris ceremoniis dico copiose σὺν θεῷ alibi. *J. B.*

80. Ἀρετῆς ἄσκησιν] Hoc illud est quod Philosophos omnes exercuit tamdiu, de quo locus alius dicendi, ut & de illo seq. εὐδαιμονίας κτῆσιν. *J. B.*

86. Εὐθεῖαν] Etsi εὐθὺ defendi possit; merito tamen hic auscultamus quatuor Mss. & stylum nostro usitatum sequimur. Vid. infra c. 15. plura exempla in indice forsan adparebunt. Εὐθεῖαν, τραχεῖαν &c. autem, omisso ὁδὸν, & aliis frequens esse, vid. *Bos* de Ellips. p. 107. Nisi hoc nimis vulgare. *J. F. R.*

90. Ἡμῶν]

ἐφ' ἧς [a] ὑμῖν ἡ ἀρετὴ οἰκεῖ, τὴν Ἄορνον ἐκεί-
νης, ἣν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν Ἀλέξανδρος κρά-
τει.

ponamus verticem illum, in quo virtus vobis habitat, Aorno illa, quam paucos intra dies vi cepit Alexander?

5. ΕΡΜ. Οὐδὲν ὅμοιον, ὦ Λυκῖνε, οὐδ' ἔστι τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ κατεργασθῆναι, καὶ ἁλῶναι, οὐδ' ἂν μύριοι Ἀλέξανδροι προσβάλωσιν, ἐπεὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνίατοι ἦσαν. νῦν δὲ ἀνέρχον-
ται μὲν οὐκ ὀλίγοι μάλα ἐρρωμένως, καὶ προσέρ-
χονται ἕως τινός, οἱ μέν, ἕως πάνυ ὀλίγου, οἱ δὲ, ἕως πλέον. ἐπειδὰν δὲ κατὰ μέ-
σην τὴν ὁδὸν γένωνται, πολλοῖς τοῖς ἀπόροις καὶ δυσχερέσιν ἐνευγχάνοντες, ἀποδυσπετοῦσί τε, καὶ ἀναῤῥέφουσιν, ἀθυμαίνοντες, καὶ ἱδρῶτι ῥέ-
μενοι, καὶ φέροντες τὸ κάμαλον. ὅσοι δ' ἂν εἰς τέλος ἀφικωνται καρτερήσαντες, ἔστι πρὸς τὸ ἄκρον ἀφικνῆσθαι, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, εὐδαιμονοῦσι θαυμάσιόν τινα βίον τὸν λοιπὸν βιῶντες, οἷον, μύρμηκας ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπισκοποῦντές τινας τοὺς ἄλλους. ΔΥΚ. [b] Παπαί, ὦ Ἑρμότι-
με, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς

5. HERM. Nihil quidquam simile est, Lycine, neque res talis est, qualem tu imaginaris, quae exiguo tempore confici possit & capi; non, si sexcenti simul Alexandri aggrediantur: sic enim multi ascenderent. Jam vero aggrediuntur quidem non pauci valde animose, & aliquantum procedunt, alii parum admodum, alii longius. Cum vero circa mediam jam viam sunt, atque in impedita multa atque aspera incidunt, difficultate victi pedem referunt, anhelantes, sudore affluentes, ac laboris plane impatientes. Quotquot vero ad finem perseverant, hi in arcem perveniunt, & ab eo inde tempore felices, admirabilemque vitam, quae reliqua est, viventes, velut formicas de alta quadam specula reliquos intuentur. LYC. Papae, Hermotime, quantillos nos facis? ne aequales quidem Py-

[a] Ὑμῖν] Sic Edd. octo vett. & mss. M. Sola *Junt.* ἡμῖν. [b] Παπαί] Babai L. Nihil vulgatam movent *H. Fl. J. P.* &c.

90. Ἡμῖν] Sic optime Ed. *J.* Reliquae ὑμῖν, quod scio neminem probaturum, qui Lucianum attente legerit. *M. du S.*

Ὑμῖν] Quantumvis blandiatur *Juntinae* lectio ἡμῖν exhibentis, non tamen eam recipere ausim; quin perlectis praemissis, jam vulgatam ὑμῖν praefero. Nam cum *Lucini* persona supra inducatur quasi ignara quam longum & arduum sit iter ad virtutem, non immerito videtur etiam hic dicere: *petram, ubi vobis Philosophis & Heroibus virtus habitare creditur.* Conf. omnino c. 2. a vers. 42. ad fin. *J. F. R.*

Ibid. Τῆς Ἄορνου ἐκείνης] Diodor. L. ιζ. & Arrian. γ. *J. Br.*

Τῆς Ἄορνου ἐκείνης] De hoc loco Id. Dial. Philipp. & Alex. Arr. Curt. alii. *J. B.*

98. Προσέρχονται] Verti, ac si legatur προσέρχονται, quod verum puto. *J. M. G.*

7. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου] *Ac deinceps.* *J. Br.*

8. Οἷον μύρμηκας] Atque indignos qui hominum appellatione nominentur. *J. Br.*

9. Τινὰς τοὺς ἄλλους] Subduxerat *Solanus* pronom. τινὰς asteriscoque & numero notaverat variantem lectionem quaesiturus atque additurus, at non invenit, nec opus est; etsi vel τινὰς vel articulus τοὺς abesse queat. Sed est pleonasmus usitatus, ut supra *Dial.* omnium primo, s. *Somn.* haud longe ab init. τυχὸν τινα τὴν ἐπικουρίαν, ubi conf. not. Cl. *T. Hemsterh.* Adde, si lubet, *Budaei* Comment. p. 593. f. qui ex *Aristotele* adfert: Οὐ γάρ ἐστι γένος ἀνθρώπου τὸ τῶν ἀνθρώπων. Et nos alios ejusmodi articulorum pleonasmos indicantes, ad c. 26. hujus Dial. *J. F. R.*

10. Παπαὶ ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ πανταχοῦ σὺν χρῷ τῇ γῆς] Interpres: *Papae Hermotime, quantulos nos facis, neque cum pygmais nos comparas, sed omnino cum humi repentibus animalibus.* Sed χαμαὶ σὺν χρῷ τῇ γῆς num sunt humi repentia animalia? non sic Graeci loquuntur, sed dicendum fuisset τοὺς χαμαὶ ὄντας, aut ῥέπουσας. sicut statim, ὅσοι χαμαὶ ἑρπόντων ἐσμὸν, sed veram scripturam nobis ostendit Mss. Ἀλλὰ χαμαιπετεῖς πανταχοῦ σὺν χρῷ τῇ γῆς. In praecedente pag. 507. non frustra idem codex: εἰ μὴ ἰσθμὸν, μηδ' αὖ βαδίζει τις. sane ἀτιμότερον hoc est quam vulgatum οὐδὲ. Solet enim οὐδὲ in his frequentissime omitti. sic apud *Xenoph.* οὐθεὶς ἐξεπήδησε. *a recta via aberrare.* exempla passim obvia, nec tyronibus ignota. *J. G. G.*

12. Χαμαὶ . . .] *Homeri* & *Hesiodi* loca, quae primus indicavi, qui non viderit, dubitare hic non mirabor

— ἐπὶ

Pygmaeis illis, ſed humi omnino, in ipſa quaſi telluris cute, *deprimis.* nec mirum: jam enim altum ſapis, & e ſummo: nos vero colluvio illa, & quotquot humi repimus, cum diis vos etiam veneramur, jam ſuperatis nubibus, eo quo feſtinatis, olim delatos. HERM. Modo contingat ille adſcenſus, Lycine. Sed nimis multum ſupereſt.

6. LYC. Tamen non dixiſti, quantum, ut tempori comparare poſſemus. HERM. Nempe nec ipſe accurate ſcio: conjicio tamen, viginti non amplius annos futuros, quibus interjectis, omnino quondam in ſummo futuri ſimus. LYC. Hercules tuam fidem! multum narras. HERM. Etenim de maximis rebus laboratur. LYC. Iſtuc quidem forte verum fuerit. Sed de viginti annis, utrum te illis victurum, magiſter tibi tuus promiſit, ceu non ſapiens modo, ſed divinus quidam aut fatidicus, aut ex eorum numero aliquis, qui Chaldaeorum rationes norunt? ajunt quippe ſcire talia. neque enim veri ſimile eſt, te re-

Πυγμαίοις ἐκείνοις, ἀλλὰ [c] χαμαιπετεῖς [d] παντάπασιν ὀχρῷ τῆς γῆς. εἰκότως. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονεῖς, καὶ ἄνωθεν ἡμεῖς δὲ ὁ συμφετὸς, καὶ ὅσοι χαμαὶ [e] ἐρχόμενοι ἐσμὲν, μετὰ τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς προσθυξόμεθα ὑπερνεφέλοις γενομένοις, καὶ ἀνελθόντας οἷ πάλαι σπεύδετε. ΕΡΜΟΤ. [f] Εἰ γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε. ἀλλὰ πάμπολυ τὸ λοιπόν.

ΛΥΚ. Ὅμως οὐκ ἔφησθα ὁπόσον, ὡς χρόνῳ [g] περιβαλεῖν. ΕΡΜ. Οὐδ' αὐτὸς γὰρ οἶδα, ὦ Λυκῖνε, τἀκριβές. εἰκάζω μέντοι εἰ πλείω τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἔσεσθαι, μετ' ὀλίγων πάντως που [h] καὶ ὀπὶ τῷ ἄκρῳ ἐσόμεθα. ΛΥΚ. Ἡράκλεις, πολὺ λέγεις. ΕΡΜ. Καὶ γὰρ περὶ μεγίστων ὦ Λυκῖνε οἱ πόνοι. ΛΥΚΙΝ. Τυτὶ μὲν ἴσως ἀληθές. ὑπὲρ δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, [i] πότερον ὁ διδάσκαλός σου καθυπέσχετο, εἰ μόνον σοφὸς, ἀλλὰ καὶ μαντικὸς ὢν, ἢ χρησμολόγος τις, ἢ ὅσοι τὰς Χαλδαίων μεθόδους ἐπίστανται; Φασὶ γὰρ εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. εἰ γὰρ δή σέ γε εἰ-

c Χαμαιπετεῖς] Sic mſ. G. P. L. χαμαὶ tantum Edd. omnes & M. d Παντάπασιν] Πάντα πασῶν W. male. e Ἐρχόμενοι] Ἐρπόμενοι *Gron* male. *M. du S.* f Εἰ] Sic recte ſine accentu Fl. P. Nam εἰ male *J. H.* g Περιβαλεῖν] Dedi ex W. P. L. Παραβαλεῖν Edd. h Καὶ] Deeſt in W. Agnoſcunt Edd. i Πότερον] Ita recte Edd. & M. Πρότερον male *Fl.*

18. Εἰ] Εἰσὶν οἱ τὸ ει. πολὺ δὲ ᾤμην Πλάτωνι τοῦτο. M.

——— ἐπεὶ οὔ ποτε φῶλον ὄρουσεν
Ἀθανάτων τι θεῶν, χαμαὶ ἰχνεύοντ' ἀνθρώπων.

At nemo qui contulerit, dubitabit. χαμαιπετεῖς de tardis avibus uſurpatur, quae tamen volantes radunt, ut anſeres domeſtici &c. Vid. Ἰκαρ. c. 10. Uſurpat etiam *Pindarus Ol.* IX. Genuina & vere Lucianea ea eſt ſcriptura quam ſecutus ſum. Vid. Ἰκαρ. c. 6. Reperitur etiam in M. *M. du S.*

13. Ἐν χρῷ τῆς γῆς] *In ſuperficie terrae.* *J. Br.*

15. Καὶ ὅσοι χαμαὶ ἰχνεύομεν] Quum Opſopaeus verterit *& quotquot per humum repentes ſumus*, Benedictus *& quotquot per humum repimus*, videntur legiſſe, quod pater margini adſcripſit, ἑρπόμενοι. Sed praeterea, quum Baſileenſes ediderint μετὰ καὶ τῶν θεῶν ὑμᾶς, exiſtimans in ordine horum quatuor vocabulorum καὶ debere poni primum, non quartum, ut fecerunt *Bourdelotius* & *Benedictus*, putavit reponendum ἡμεῖς δὲ ὁ συμφετὸς καὶ ὅσοι χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμὲν, καὶ μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς &c. in quo tamen non ſtatuendum contra ſcriptos libros. *J. G.*

Ibid. Χαμαὶ ἰχνεύομεν] *Hom.* Il. E. 442. & *Heſiod.* Θεογ. 272. Repetit in Ἰκαρ. c. 6. Videtur tamen Cl. *Graevius* legiſſe in ſuo Cod. Mſ. ἑρπόμενοι, uti etiam legendum conjecerat Cl. *Gronovius.* *M. du S.*

21. Περιβαλεῖν] W. P. & L. In vulg. παραβαλεῖν. *M. du S.*

Περιβαλεῖν] Etſi non ſatis adfirmare queam, quae vera ſit lectio; tamen tribus optimae notae Codicibus obtemperaſſe, increpabit nemo. Verum *Anonymus* quidam margini Ed. *Hagen.* in qua aeque ac ceteris legebatur παραβαλεῖν, adleverat παραλαβεῖν, quod melius profecto. Ex manu autem conjicio, fuiſſe *Joannem Bellegrinum*, qui nomen fronti hujus libri inſcripſerat. *J. F. R.*

26. Περὶ μεγίστων] Ἀγαθῶν. *J. Br.*

31. Χαλδ. μ.] Vide *Gell.* XIV. 2. *A. V.*

εἰκὸς, ὅπῃ τῷ ἀδήλῳ, εἰ βιώσῃ μέχρι πρὸς τὴν ἀρετὴν, τοσούτους πόνους ἀνέχεσθαι, καὶ ταλαιπωρεῖν τὐχλῳ καὶ μεθ' ἡμέραν, οὐκ εἰδότα εἴ σε πλησίον ἤδη τῆς ἄκρας γενόμενον, τὸ χρεὼν ὑπισχνεῖν, καλαισπάσει λαβόμενα τῆς τροδὸς, ἐξ ἀτελοῦς τὴν ἐλπίδα. ΕΡΜ. Ἄπαγε. δύσφημα γὰρ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἴη βιῶναι, ὡς μίαν γοῦν ἡμέραν εὐδαιμονίσαντα, σοφὸς γενόμενον. ΛΥΚ. Καὶ ἱκανή σοι αὐτὴ τοσούτων καμάτων ἡ μία ἡμέρα; ΕΡΜ. Ἐμοὶ μὲ καὶ ἀκαριαῖον ὁπόσον ἱκανόν.

ΛΥΚ. Τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἅτε εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, ὡς πάντα χρὴ ὑπομεῖναι δι' αὐτὰ, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ἀνελήλυθας. ΕΡΜ. Ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ πιστεύω λέγοντι· ὁ δὲ πάνυ οἶδε. ἅτε ἀκρότατον ἤδη ὤν. ΛΥΚ. Ἔλεγε δὲ πρὸς θεῶν, ποῖα τὰ περὶ αὐτῆς, ἢ τινα τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν ἐκεῖ· ἆρα τινὰ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὰς ἀνυπερβλήτους; ΕΡΜ. Εὐφήμει, ὦ ἑταῖρε. οὐδὲν γὰρ ὅτι ταῦτα, πρὸς τὸ σὺν τῇ ἀρετῇ βίον. [a] ΛΥΚ. Ἀλλὰ τίνα φησὶ τἀγαθὰ, εἰ μὴ ταῦτα ἔξειν πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλθόντας; ΕΡΜ. Σοφίαν, καὶ [b] ἀνδρίαν, καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ πάντα ὅπῃ ἔχειν βεβαίως πεπεισμένον, καὶ ἕκαστα ἔχειν. πλοῦτος δὲ, καὶ δόξα, καὶ ἡδοναὶ, καὶ [c] ὅσα τοῦ σώματος, πάντα ταῦτα κάτω ἀφῆκε, καὶ ἀποδυσάμενος, ἀνέρχεται, ὥσπερ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ καλαυθέντα, θεὸν γενέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀπο-

bus incertis, an vitam ad virtutem usque perducturus sis? tot labores sustinere, & aerumnis vexari noctes ac dies, cum nescias, an non te jam prope fastigium enixum, instans fatum ex imperfecta spe pede prehensum detrahat. HERM. Apage. mali enim ominis sunt ista: sed vivere liceat, ut unum certe diem sapientiae possessione beatus sim. LYC. Ac satis tibi est pro tot laboribus unus ille dies? HERM. Mihi quidem minuta quamvis temporis particula satis est.

tur, inſcriptae. Inſcribitur autem binis A, binis aliis B, binis Γ, & eodem modo deinceps, ſi plures athletae fuerint, ut duae ſemper ſortes eandem literam habeant. Accedens autem athletarum unusquisque, & Jovem precatus, demiſſa in urnam manu, ſortium unam extrahit, & poſt illum alius; adſtansque unicuique flagellifer manum illius retinet, nec ſinit illum videre, quae ſit litera, quam extraxit. Omnibus autem ſuam jam habentibus, Alytarcha puto, aut ipſorum unus Hellanodicarum, hoc enim non jam recordor, circumiens inſpicit ſortes ſtantium circulo, atque ita eum, qui A habet, cum eo, qui alterum A extraxit, ad luctam vel pancratium comparat, ſimiliterque eum cui B evenit, cum altero, qui B habet, & reliquos ejusdem literae eadem ratione. Atque ita quidem ſi pari numero ſint athletae, vig. octo, quatuor, duodecim: ſi vero impari numero, quinque, ſeptem, novem; litera quaedam impar & ipſa, uni tantum ſorti inſcripta, reſpondentem ſibi aliam non habens, cum reliquis injicitur. Hanc qui extraxerit, ſubſidet, expectans dum illi certaverint, nec enim habet ex adverſo ſibi reſpondentem

τὸ μέγεθος, ὑπεγεγραμμένοι· ἐγγράφει δὲ ἐς δύο μὲν, ἄλφα σὺ ἑκατέρῳ· ἐς δύο δὲ, τὸ βῆτα· καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα, καὶ ἑξῆς ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ἢν πλείους οἱ ἀθληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ [c] γράμμα ἔχοντες. προσελθὼν δὴ ὁ ἀθλητὴς ἕκαστος, προσθυξάμενος τῷ Διΐ, καθεὶς τὴν χεῖρα ἐς τὴν κάλπιν. ἀνασπᾷ τὸν κλῆρον ἕνα, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, καὶ παρεστὼς μαστιγοφόρος ἑκάστῳ, [f] ἀνέχει αὐτῷ τὴν χεῖρα, ὑπαρέχων ἀναγνῶναι ὅ, τι τὸ γράμμα ἐστὶν ὁ ἀνέσπακεν· ἁπάντων δὲ ἤδη ἐχόντων, ὁ Ἀλυτάρχης, οἶμαι, ἢ τῶν Ἑλλανοδικῶν αὐτῶν εἷς (οὐκ ἔτι γὰρ τοῦτο μέμνημαι) περιὼν, ὑποσκοπεῖ τοὺς κλήρους σὺν κύκλῳ ἑστώτων, καὶ ὅτῳ τὸ μὲν τὸ ἄλφα ἔχοντα, τῷ τὸ ἕτερον ἄλφα ἀνασπακότι, παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν συνάπτει· τὸ δὲ τὸ βῆτα, τῷ τὸ βῆτα ὁμοίως, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμογράμμους καὶ ταὐτά. οὕτω μὲν [g] γὰρ, ἢν ἄρτιοι ὦσιν οἱ ἀγωνισταὶ, [h] οἷον ὀκτὼ, ἢ τέσσαρες, ἢ δώδεκα. ἢν δὲ περιττοὶ, πέντε, ἑπτὰ, ἐννέα, [i] γράμμα τι περιττὸν ἑνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν συμβάλλει αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχον· ὃς δ' ἂν τοῦτο ἀνασπάσῃ, ἐφεδρεύει περιμένων ἕως ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα, καὶ ἔστι τοῦτο ὑπὸ μικρὰ

[c] Γράμμασι] Γράφουσι male W. Nihil a vulgata abeunt Edd. [f] Ἀνέχει] Ἀντέχει Edd. omnes prave. Sed ἀνέχει Codd. quinque, A. G. W. P. L. [g] Γὰρ] Abeſt haec particula a W. [h] Οἷον] Ὅλον Fl. & W. Ceterae Edd. & P. vulgatam tuentur. [i] Γράμμα τι] Γράμμαλι una voce H. Γράμμα τί Fl. Γράμμά τι S. & M. Γράμμα τὶ P. Sola Aldina recte γράμματα τι.

cte; nec dubitarem recipere invitis Edd. quae ſaepe peccant in accentibus. Sola autem Ba. hic bene legit ἀγωνᾷ, quam ſequor. J. F. R.

25. Ἀντέχει] Angl. ἀνέχει. J. B.

Ἀνέχει] Recte meus cum Angl. ἀνέχει αὐτῷ τὴν χεῖρα. manu elata. ut ap. Hom. ἀνασχὼν τὴν χεῖρα. male vulgo ἀντέχει τὴν χεῖρα. J. G. G.

27. Ἀλυτάρχης] Pete Varinum. J. Br.

Ἀλυτάρχης] Vid. Marm. Oxon. p. 109. Et quos iſthic laudat Cl. Vir H. Prideaux (Cod. Theod. XV. 9. Cujac. Obſ. II. 13. Gothofr. ad Cod. l. c. Phavor. & Etym.) Praerat hic τοῖς μαστιγοφόροις, quos ἄλυτας Elei vocabant. M. du S.

Ἀλυτάρχης] Varinum ait Brod. id eſt Phaverinum, qui olim Guarinus. ſed ipſe maluit Varinus audire, Phaverinus vero a loco natali cognominatus, quo cognomine hodie notior quam altero. J. F. R.

32. Παγκρατιάζειν] Pancratium quid, tradit Lucianus de Gymnas. Philoſtratus de athletis refert, pancratium palaeſtram ſimul & pugillatum vocari. G. C.

38. Γράμμα τι] Miſere in re facili fluctuant Edd. Nos ex Grammaticorum canonibus, qui non patiuntur duos accentus acutos in ſyllabis contiguis unius vocis ſcribi, ejusmodi minutias corrigimus, quamvis millies λόγος τις, & ſimilia in editionibus & ſcholiaſtis reperias, & viri etiam eruditi hodie ſibi in his apicibus collocandis non conſtent. J. F. R.

κρὰ εὐτυχία ᾧ ἀθλητῇ, τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι.

literam. Et est illa non parva athletae felicitas, qui integer committendus sit fatigatis.

ΛΥΚ. Ἔχ' ἀτρέμα, τοῦτο γὰρ ἐδεόμην μάλιστα· ἐχὲ γὰρ σοι νέα ὅλες, ἀνεσπάκασιν ἅπαντες, καὶ ἔχουσι τοὺς κλήρους, σκεποῦ δή, (βούλομαι γάρ σε Ἑλλανοδίκην ἀντὶ θεατῆ ποιῆσαι) [a] ἐπίσκοπησον τὰ γράμματα, καὶ ἐμὲ πρότερον, οἶμαι, μάθοις ἂν ὅστις ὁ ἔφεδρος ἐστίν, ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς, καὶ συζεύξῃς αὐτούς. ΕΡΜ. Πῶς, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο φῄς; ΛΥΚ. Ἀδύνατόν ἐστιν εὐθὺς εὑρεῖν τὸ γράμμα ἐκεῖνο τὸ δηλοῦν τὸν ἔφεδρον, ἢ τὸ μὴ γράμμα ἴσως ἂν εὕροις, καὶ μὴν εἴσῃ γε εἰ ἐκεῖνός ἐστιν, ἐὰν γὰρ προείρηκα ὅτι τὸ (κ) ἢ τὸ (μ) ἢ τὸ (ι) ἐστὶ τὸ χειρολονοῦν τὸν ἔφεδρον, ἀλλ' ἐπειδὰν τῷ (α) ἐντύχῃς, ζητεῖς τὸν τὸ ἕτερον (α) ἔχοντα, καὶ εὑρὼν, ἐκείνους μὲν ἤδη σωιζόμενος· ἐπιτυχὼν δὲ αὖθις τῷ βήτα, τὸ ἕτερον βήτα ὅπου ἐστὶ ζητεῖς, τὸ ἀπόλιπαλον τῷ εὑρεθέντι, καὶ [b] ἐπὶ πάντων ὁμοίως, ἄχρις ἂν ἐκεῖνός σοι προλειφθῇ, ὁ τὸ μόνον γράμμα ἔχων τὸ ἀναπλαγώνιστον.

41. LYC. Insiste. hoc enim maxime mihi opus erat. Igitur novem cum sint, extraxerunt omnes & habent sortes. Circumiens itaque, volo enim te jam pro spectatore Hellanodicam facere, inspice literas, nec prius puto didiceris, quis subsessor ille sit, quum veneris ad omnes, eosque comparaveris. LYC. Quid ita, Lycine? LYC. Fieri non potest ut statim invenias literam illam subsessoris indicem, aut literam forte invenias, sed utrum illa sit, nescies. neque enim praedictum est, aut K aut M aut I esse, quae subsessorem indicet. Sed ubi in A incideris, quaeris eum qui alteram A habet, eoque invento, illos jam comparasti: & cum in B incidis, altera B ubi sit quaeris, inventae respondens, ac de omnibus similiter, donec ille tibi relinquatur, solitariam literam habens, cui nulla ex adverso respondet.

ΕΡΜ. Τί δ' εἰ ἐκείνῳ πρώτῳ, ἢ δευτέρῳ ἐντύχῃς, τί ποιήσεις; ΛΥΚ. Οὔμοιγε. ἀλλὰ σὺ ὁ Ἑλλανοδίκης, ἐθέλω εἰδέναι ὅ, τι καὶ πράξεις, πότερον αὐτίκα ἐρεῖς ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἔφεδρος, ἢ δήσεις ἐπὶ πάντας καὶ κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν, εἴ που αὐτῷ γράμμα ὅμοιόν ἐστιν· ὡς εἴ γε μὴ τοὺς πάντων κλήρους ἴδοις, οὐκ ἂν μάθοις τὸν ἔφεδρον. ΕΡΜ. Καὶ μὴν, ὦ Λυκῖνε, ῥᾳδίως ἂν μάθοιμι. ἐπὶ γὰρ

42. HERM. Quid si vero in illam primo aut secundo incidas, quid facies? LYC. Minime *quid ego facturus sim quaeritur*. Sed tu Hellanodica, scire volo, quid facturus sis? utrum statim dicturus sis, hic est subsessor, an ad omnes per orbem eundum putes, & videndum, si qua ipsi litera similis sit? atque adeo nisi omnium sortes videris, non discas subsessorem. HERM. Quin, Lycine, facile discam.

a Ἐπισκόπησον] Sic Edd. omnes. Ἐπισκοπεῖς Codd. A. G. P. Ἐπισκοπῆς W. b Ἐπὶ πάντων] Ita habere Edd. & M. notat *M. duS.*

44. Συμπεσεῖσθαι] Conf. infra Z. Τραγ. c. 40. med. Et Γυμν. 38. *M. duS.*

49. Ἐπισκόπησον] Angl. *inspicias*. Mend. in hac pag. nomina loquentium varie confusa erant. *J.B.*

Ἐπισκόπησον] Rectius iidem libri ἐπισκοπεῖς τὰ γράμματα, pro vulgato ἐπισκόπησον, *circumiens inspicis litteras*. *J.G.G.*

55. Ἐκεῖνός ἐστι] Lego εἰ ἐκεῖνό ἐστι, refertur enim haud dubie ad γράμμα. nec aliter interpretes, quos viderim, licet libri omnes servent ἐκεῖνος. *J.M.G.*

Ἐκεῖνός ἐστιν] Si vulgatam servamus, ἐκεῖνος referendum ad praecedens ἔφεδρος; ut sensus sit: *etsi inveneris literam, tamen nescias num ille praeses sit, nunc quem invenitur illa litera, s. qui indicatur litera illa inventa.* *J.F.R.*

89. Μὴν γὰρ] Hae particulae & alibi conjungi amant, ut supr. de *Merced. cond.* c. 17. versus fin. Ibid. c. 26. med. & 29. pr. ac frequenter alibi apud

cam. Inter novem enim si E primo invenero, aut secundo loco, novi, hanc qui habeat, esse subsessorem. LYC. Quid ita, Hermotime? HERM. Hoc modo A duo illorum habent, B itidem duo; reliqui cum sint quatuor, duo Γ, Δ autem alii duo omnino extraxerunt, consumtaeque sunt in octo athletas literae quatuor. Apparet igitur, solam ita imparem futuram proximam literam E, eumque qui illam extraxerit, esse subsessorem. LYC. Utrum, Hermotime, prudentiam tuam laudem, an vis contra dicam quae mihi videntur, qualiacumque demum fuerint? HERM. Quin dic. Non comminiscor equidem, quid cum ratione in tali re dicere contra possis.

43. LYC. Tu quidem ita dixisti, tanquam ordine deinceps suo omnino scribantur literae, v. g. prima A, altera B, & sic ordine, donec in una illarum numerus Athletarum deficiat. Ac do tibi, Olympiae ita fieri. Quid vero, si sumtis sine ordine quinque literis X, Σ, Z, K, Θ, reliquas quidem quatuor bis quamque in octo sortibus scribamus, Z autem solum in nona, quod scilicet designet nobis subsessorem: quid facies, si primum Z invenias? quanam re intelliges subsessorem esse, qui illam habeat? nisi ad omnes accedens invenias nullam cum ea convenire? neque enim possis, ut modo, ex ordine illarum illud intelligere. HERM. Difficile est ad respondendum quod rogas.

τ̃ σπάνια, ἢν τὸ (ε) εὕρω πρῶτον ἢ δεύτερον, οἶδα ὅτι ἔφεδρος ὁ τοῦτο ἔχων, ἐστί. ΛΥΚ. Πῶς, ὦ Ἑρμότιμε; ΕΡΜ. Οὕτω, τὸ, (Α) δύο αὐτοῦ ἔχουσι, καὶ τὸ (Β) ὁμοίως δύο, τ̃ λοιπῶν δὲ τεττάρων ὅλων, οἱ μέν, τὸ (Γ) οἱ δὲ, τὸ (Δ) πάντως ἀνεσπάκασι, καὶ ἀνήλωται ἤδη ἐς τοὺς ἀθλητὰς ὀκτὼ ὅλας τὰ τέτταρα γράμματα. δῆλον οὖν ὅτι μόνον ἂν ἔτι σκεπτέον εἴη τὸ ἑξῆς γράμμα τὸ (Ε), καὶ ὁ τοῦτο ἀνασπάσας, ἔφεδρός ἐστι. ΛΥΚ. Πότερον, ὦ Ἑρμότιμε, ἐπαινέσω σὲ τ̃ συνέσεως, ἢ θέλεις ἀκούειν τάχα μοι δοκῶ, ὁποῖα ἂν ᾖ; ΕΡΜ. Νὴ Δία, ἀμφορῶ μέν τοι ἄ, τι ἂν εὔλογον ἀκούειν ἔχοις πρὸς τὸ τοιοῦτον.

ΛΥΚ. Σὺ μὲν γοῦν ὡς ἑξῆς πάντως γραφομένων γραμμάτων, εἴρηκας, οἷον, πρώτου μὲν (Α) δευτέρου δὲ (Β) καὶ τ̃ τάξιν ἄχρις ἂν ἐς ἓν αὐτοῦ τελευτήσῃ ὁ ἀριθμὸς τ̃ ἀθλητ̃. καὶ δίδωμί σοι Ὀλυμπιάσιν οὕτω γίγνεσθαι. τί δαί, εἰ ἐξελόντες ἀτάκτως πέντε γράμματα, ἐξ ἁπάντων τὸ (Χ) καὶ τὸ (Σ) καὶ τὸ (Ζ) καὶ τὸ (Κ) καὶ τὸ (Θ) τὰ μὲν ἄλλα τέτταρα, διπλᾶ ὅπη τ̃ κλήρων τ̃ ὀκτὼ γράφοιμεν, τὸ δὲ (Ζ) μόνον ὅπῃ τ̃ ἐνάτου, ὃ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τ̃ ἔφεδρον, τί ποιήσεις πρῶτον εὑρὼν τὸ (Ζ) τῷ ἀμφιγνώστῃ ἔφεδρον ὄντα τ̃ ἔχοντα αὐτὸ, ἢν μὴ ὅπι πάντας ἐλθὼν εὕρῃς εὐθὺν αὐτῷ συμφοιτῶντα; καὶ γὰρ εἴχες ὅστις ἂν τῇ τάξει αὐτοῦ τεκμαίροιο. ΕΡΜ. Δυσαπόκριτον τοῦτο ἐρωτᾷς.

ΛΥΚ.

c Μέν τοι] Sic Edd. & M. Sola B2. μέν τι, male. γάρ] Γὰρ abest in M. Comparet in Edd. omnibus. d Ἐξελόντες] Ita bene Edd. Ἐξελόντες male W. e Μὲν γοῦν] Γοῦν abest in M. Comparet in Edd. omnibus. f Γράφοιμεν] Sic B2. & M. Ceterae Edd. γράφομεν.

nostrum; quare nil curo omissionem mss. M. J.F.R.

93. Ὀλυμπιάσιν] Olympicum certamen quinto quoque anno fieri solebat in honorem Jovis Olympici, cujus autorem Herculem fuisse putant. G.C.

98. Γράφοιμεν] Ita quoque in Cod. M. sed a recentiore manu, esse testatur *Solanus*, quare conjicit an forsan γράφοιμεν scriptum fuerit, uti paullo post. J.F.R.

1. Τὸ δὲ Z.] Procedet Luciani ratio, modo sic intelligatur, ut *inscio judice* Z. unicum sit injectum: alias claudicat argumentatio. Nisi autem adhaesisset illi consuetudini, quae in ludis obtinebat, dicturum fuisse longe clarius existimo, quinque litterarum paria immissa, quarum novem ab Athletis, una in fundo relicta educantur. Sic enim nemo, nisi omnibus visis quas Athletae sortiti sunt, cognoscere queat, cuinam antagonistae solitaria illa obtigerit. M. du S.

ΑΥΚ. Ἰδὲ δὴ ἡ ἑτέρας τὸ αὐτὸ ὑποκλῆσον. τί γὰρ εἰ μηδὲ γράμματα γράφομεν ἐπὶ τῶν πλήρων, ἀλλὰ τινὰ σημεῖα, καὶ χαραχτῆρας, οἷα πολλὰ Αἰγύπτιοι γράφουσιν ἀντὶ τῶν γραμμάτων, κυνοκεφάλους τινὰς ὄντας, καὶ λεοντοκεφάλους ἀνθρώπους; ἢ ἐκεῖνα μὲν ἐάσομεν, ἐπείσῳ ἀλλόκοτά ἐστι· φέρε δὲ τὰ μονοειδῆ καὶ ἁπλᾶ ὑπογράψωμεν, ὡς οἷόν τε ἁπλάσαντες [a] δύο ἀνθρώπους ἐπὶ δυοῖν πλήθουσι, δύο ἵππους ἐπὶ δυοῖν, καὶ ἀλεκτρυόνας δύο, καὶ κύνας δύο, τῷ δὲ ἑνάτῳ, λέοντα ἔξω [b] τὸ ὑπόσημον· ἢν τοίνυν τῷ λεοντοφόρῳ τούτῳ πλήρει ἐν δεξιᾷ ἐντύχῃς, σπούδαζε ἕξειν εὐθέως ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τὸν ἔφεδρον ποιῶν, ἵν' μὴ παθεωρήσῃς ἅπαντας ὑπιὼν, εἴ τις καὶ ἄλλος λέοντα ἔχει; ΕΡΜ. Οὐκ ἔχω ὅ, τι σοι ἀποκρίνωμαι, ὦ Λυκῖνε.

ΑΥΚ. Εἰκότως· οὐδὲ γὰρ εὐπρόσωπον οὐδὲν ἦν ἐθέλομεν ἢ τὸν ἔχοντα τὴν ἱερὰν φιάλην εὑρεῖν, ἢ τὸν ἔφεδρον, ἢ τὸν ἄριστα ἡγησόμενον ἡμῖν, ὃς ἂν πόλιν ἐκείνην τὴν Κόρινθον, ὅθεν πάλαι ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα, καὶ ἐξετάσοντες ἄκρως περιόντες καὶ ἀποδυόντες, καὶ [c] περιθεωροῦντες· μόλις γὰρ ἂν οὕτω τἀληθὲς ἐκμάθοιμεν. καὶ εἴ γε τις μέλλοι σύμβουλός μοι ἀ-

44. LYC. Ecce alio etiam modo idem illud considera. Quid enim, si neque literas scribamus in sortibus, sed signa quaedam & notas, quo genere Aegyptii multa scribunt, pro literis *pingentes* caninis aut leoninis capitibus homines. Aut illa quidem relinquamus, cum absurda sint: sed age uniformia illa & simplicia in iis pingamus, observata quantum potest similitudine, homines in duabus sortibus, duos in duabus equis, & gallos duo, & duo canes, nonae autem nota esto leo. In hanc igitur figuratam leone sortem si primum incidas, unde habebis dicere, hanc esse quae subsessorem facit, nisi ante obeundo omnes inspexeris, si qua etiam alia leonem habeat.

HERM. Non habeo quod tibi, Lycine, respondeam.

45. LYC. Nihil mirum. Neque enim speciosum quidquam *est quod responderi possit*. Itaque si voluerimus vel eum qui auream phialam habeat invenire, vel subsessorem, vel optimum illum in civitatem illam Corinthum ducem, ad omnes necessario deveniemus, & inquiremus summo opere tentantes, & exuentes, & circum circa inspicientes. Vix enim vel sic verum discamus. Et si quis velit consiliarius mihi fide

a Δύο ἀνθρώπους] Δύο insertum ex Cod. *Pell.* quod aberat ab Edd. b Τὸ ὑπόσημον] Τυπόσημον W. quod magis Atticum. At nil mutant Edd. c Περιθεωροῦντες] Sic *J. Fl. P. H.* &c. Περιαθεωροῦντες W.

10. Κυνοκ.] Horum figuras si videre lubet, adi Mensam Iliacam *Pignorii*, & *Kircherum*. *M. du S.*

31. Φιλοσοφίας πέρι] Jam recte & constanter sic praepositionis accentu propter anastrophen mutato exhibent Edd. Conf. supra c. 20. Ibique adductum *Jonsium*. *J. F. R.*

33. Παισῶν] Notat *Soulius* s. *Solanus* in W. reperiri παισῶν, additque id verum; Editiones autem prave πάντων legere. Quod mirabar, cum Cl. *Jens.* in Ferculo liter. p. 245. ubi lectt. hujus Codicis ad Hermot. pertinentes profert, tam notabilem variationem aut correctionem omiserit. Re vero examinata, cum *Soulio* credo παισῶν legendum; quia intelligitur ὑδῶν, de quibus supra egit & mox agere perget; nam statim sequitur μοῖρα ἀστίφελος, &c — ἀφίξη ἐκεῖνον. Et pr. §. seq. μοῖραν δὲ ἑκατοντῶν ὁδῶν. Jam quoque illud αὐτῶν, quod vulgatae αὐτῶν praestare putares, sponte concidit. Quod enim *S.* αὐτῷ legat, & ex ea *Amst.* id operarum tantum aberratione factum credo; quia inversione ejusd. latina, aeque ac in *Paris.* tamen legitur *ab illis*. Interim, si quis πάντων ad viae duces, de quibus supra, referre velit, quod λογίζομαι τῶν τῷ ἀνδρὶ insolentius videatur, & viae s. sectae hic non ut personae loquentes inducantur, non jam nimis repugnem; sed qui παισῶν praeferet, pro τῶν legat τῷ, & sic omnia plana erunt. *J. F. R.*

Ibid. Αὐτῶν] Restituenda est postliminio sincera lectio ex antiquis editionibus: Ὁ τὰ ἐπὶ πάντων αὐτῶν λογιζόμενος ἀνὴρ. Posteriores perperam dederunt αὐτῶν, quod idem fecerunt c. 53. fin. Ἢν δὲ τοὺς ἐπὶ πάντας λέγῃς, οὐδέν τι τὸ πλῆθος αὐτῶν προσδεήσει με πείθοντος quum recte in prioribus αὐτῶν. *Si vero de imperitis loquaris, nihil me eorum multitudo adducet ut credam.* *J. J.*

34. Ἀπο-

fide dignus de philoſophia eſſe, quae ſequenda ſit, ille fuerit ſolus, qui ea, quae ab omnibus dicuntur, noverit. Reliqui omnes in cenſum non veniunt, neque iis crediderim, dum vel unius *ſectae* ſint ignari: forte enim haec ipſa fuerit optima. Neque enim ſane, ſi quis pulchrum nobis hominem adducat, huncque dicat eſſe omnium pulcherrimum, ipſi credamus, niſi ſciamus, omnes illum homines vidiſſe. Forte enim & hic quidem pulcher: an vero omnium pulcherrimus, ſcire non poſſit, qui omnes non viderit. Nos autem non pulchro ſolum, ſed pulcherrimo opus habemus: & hoc niſi invenerimus, nihil nobis profeciſſe videbimur. neque enim ſatis habebimus in pulchrum quodcumque incidiſſe, ſed ſummam illam pulchritudinem quaerimus, quam unam eſſe neceſſe eſt.

ξιόπιστος ἂν ἴσως, φιλοσοφίας περί, ἣν τινα φιλοσοφητέον, ἔστ' ἂν εἷς μόνος ὁ τὰ ὑπὸ [d] πασῶν [e] αὐτῷ λεγόμενα εἰδώς· οἱ δ' ἄλλοι, ἀτελεῖς· ἢ οὐκ ἂν πιστεύσαμι αὐτοῖς, εἰ [a] ἀγνῶτες μιᾶς ἀπείρατοι εἶσι. τάχα γὰρ ἂν καὶ ἡ ἀρίστη ἐκείνη εἴη. εἰ γὰρ δή τις ἐπαγγείλαιτο καλὸν ἄνθρωπον, λέγοι τοῦτον εἶναι κάλλιστον ἀνθρώπων ἁπάντων, πιστεύσαιμεν αὐτῷ, ἢν μὴ εἰδῶμεν ὅτι πάντας ἀνθρώπους ἑώρακεν· ἴσως μὲν γὰρ ἂν ἔστι καλός· εἰ δὲ πάντων κάλλιστος, οὐκ ἂν ἔχοι εἰδέναι, μὴ ἰδὼν ἅπαντας· ἡμεῖς δὲ, οὐκ [f] αὐτὸ μόνον καλῷ, ἀλλὰ τῷ καλλίστῳ δεόμεθα, ἢ ἂν μὴ τοῦτο εὕρωμεν, [g] οὐδὲν ἡμῖν πλέον πεπράχθαι ἡγησόμεθα. εἰ γὰρ ἀγαπήσαιμεν ὁποίῳ δήποτε καλῷ συγχύντες, ἀλλ' ἐκεῖνο τὸ ἀκρότατον ζητοῦμεν κάλλος, ὅσῳ ἀνάγκη ἓν εἶναι.

46. HERM. Vera *ſunt iſta*. LYC. Quid igitur? habes mihi dicere aliquem, qui viam omnem in philoſophia probaverit, quique cognitis, quae dicuntur a Pythagora & Platone & Ariſtotele & Chryſippo & Epicuro & reliquis, unam tandem ex omnibus viam delegerit, quam veram probaverit, & cognoverit experimento, ſolam

ΕΡΜ. Ἀληθῆ. ΛΥΚ. Τί οὖν; ἔχεις μοι τοιοῦτον εἰπεῖν, ἅπασης ὁδοῦ πεπειραμένον ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ ὃς τά τε ὑπὸ Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ Χρυσίππου, καὶ Ἐπικούρου, καὶ τῶν ἄλλων λεγόμενα εἰδώς, τελευταῖον, μίαν εἵλετο ἐξ ἁπασῶν [b] ὁδόν, ἀληθῆ τε δοκιμάσας, καὶ πείρᾳ μαθών, ὡς μό-

[d] Πασῶν] W. recte. Πάντων Edd. [e] Αὐτῶν] Sic *J. H.* Fl. B2. P. A1. & cod. M. Αὐτῷ male *S.* & hanc ſecuta *A.* [f] Αὐτὸ] Ita Edd. Αὐτοῦ L. bene. [g] Οὐδὲν ἡμ. πλ. πεπρ. ἡγ.] Ita ut dedi habent *J.* Fl. *H. P. S.* & Cod. M. [b] Ὁδὸν] Ita Edd. Ὁδῶν W. Utrumque bonum; prius tamen praeferrem.

34. Ἀτιλεῖς] Pendebam animi ἀτιλῆ ne hic putarem, quem interpretatione expreſſi, quem Romae dicebant *capite cenſum*, qui cum nihil conferat ad rempublicam, neque ad ſuffragia admittitur, neque honorem ſperare poteſt; an *non initiatum?* Sed cum hujus intellectus nulla dum allata fit auctoritas, isque potius videatur eſſe ἀτίλιος, manſi in ſolenni vocis uſu, quique optime huc faciat. *J. M. G.*

42. Αὐτὸ μόνον] Libri, quos inſpeximus, omnes αὐτὸ, quod quomodo convenire huc poſſit, nondum equidem video, niſi forte ad μόνον referatur, & vim illius augeat; cujus tamen rei exemplum adhuc nullum obſervavi. Interpretatus ſum ac ſi legatur αὐτοῦ. *J. M. G.*

54. Τελευτὸν] Τελευτῶν, *denique*, *poſtremo* interpretatur *J. Brod.* Miſc. IX. c. 16. circumflectens ultimam, & ſic Lexicographi cum eo, Edd. vero *J. H. P. S.* conſtanter ultimam accentu gravi ſignant, more adverbii. Utrum rectius, mihi non liquet, circumflexum tamen veriorem credo, quia participium eſt, etſi quaſi adverbialiter ſumendum. *J. F. R.*

Ibid. Ὁδὸν] Per viam hic intelligendam *Sectam*, ut in *Act. Apoſt.* IX. 2. Ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, veluti ibid. c. XIV. 14. diſerte dicitur: ὁδὸς ἣν λέγουσιν αἵρεσιν. Ac paullo ſupra apud noſtrum, ἁπάσης ὁδοῦ πεπειράμενον τὰ φιλοσοφίᾳ, vertit: *omnes philoſophiae ſectas expertus.* Recte quidem; verum quia hic ſequitur ἄγειν, rectius ad verbum convertitur: *via quae ducit*; viam interim quamcumque agendi methodum ſignificare in omnibus linguis, ſatis notum eſt. *J. F. R.*

μόνη ἄγει εὐθὺ τ εὐδαιμονίας; εἰ γάρ τινα τοιοῦτον εὕρομεν, παυσόμεθα πράγματα ἔχοντες. EPM. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Λυκῖνε, τοιοῦτον ἄνδρα εὑρεῖν.

ducere recta ad felicitatem. Talem enim si inveniamus, laborare desinemus. HERM. Non facile est, Lycine, talem virum reperire.

ΛΥΚ. Τί δὴ ἐν πράξομεν, ὦ Ἑρμότιμε; Οὐκ ἂν ἀπαγορευτέον οἶμαι, ἐπεὶ μηδενὸς ἡγεμόνος τοιούτου ἐς γε τὸ παρὸν εὐπορήσομεν. ἆρα τόδε πάντων κράτιστόν ἐστι, καὶ ἀσφαλέστατον, αὐτὸν ἕκαστον ἀξιάμιλλον, ἀφ' ἁπάσης προαιρέσεως χωρῆσαι, καὶ ἁπανταχόθεν ἀκριβῶς τὰ ὑπὸ πάντων λεγόμενα. EPM. Ἔοικεν ἀπό γε τούτων, πλὴν ἐκεῖνο μὴ ἐναντίον ᾖ, ὃ μικρῷ πρόσθεν ἔλεγες, ὡς ῥᾴδιον ὑπιδόντα ἑαυτὸν, καὶ μετάσαντα τ ὁδόντε, ἀναδραμεῖν αὖθις. πῶς γὰρ οἷόν τε πάσας ἐπελθεῖν τὰς ὁδὸς οὐ τῇ πρώτῃ ὡς φῂς καλαχεθησομδίῳ; ΛΥΚ. Ἐγώ σοι Φράσω, τὸ ᾧ Θήσεως ἐκεῖνο μιμησόμεθα· καί τι λῖνον ὥσπερ ἡ τραγικὴ Ἀριάδνης λαβόντες, εἴσιμεν ἐς τ λαβύρινθον ἕκαστον, ὡς ἔχειν ἀπραγμόνως μηρύσμενοι αὐτὸ, a ἐξεῖναι. EPM. Τίς ἂν ἦν ἡμῖν Ἀριάδνη γένοιτ' ἄν, ἢ πόθεν ᾧ λίνου εὐπορήσομεν; ΛΥΚ. Θάρρει,

47. LYC. Quid agemus ergo, Hermotime? Non puto desponendum esse animum, si in praesens non sit ducis ejusmodi copia. Numquid optimum est atque tutissimum, ipsum quemque incipere, & per sectas ire omnes, & considerare accurate, quae dicuntur ab omnibus. HERM. Sic videtur ex his quidem, *quae disputata sunt*: modo illud paullo ante a te dictum non adversetur, quod non facile est, qui semel se *vento* passis velis permiserit, retro cursum agere. Quomodo enim fieri potest, ut vias aliquis omnes obeat, si in prima, quod dicis, futurum sit ut retineatur. LYC. Dicam tibi. Thesei illud *consilium* imitabimur, & lino a Tragica Ariadne accepto in labyrinthum quemque ingrediamur, ut glomerando illo sine molestia exeamus. HERM. Quae igitur nobis Ariadne fuerit, aut unde lini nobis erit copia? LYC. Bono animo, sodalis, esto. Videor

a Ἐξῶσαι] Ἐξώσαι marg. *Aiw.*

56. Ἄγει εὐθὺ τ εὐδαιμονίας] Sic etiam cum accusandi casu ἄγειν sine praepositione, pro *agere, ducere ad aliquid*, *Budaeus* in Comment. ex *Xenoph.* de Venat. ἄγειν τοὺς κύνας τὰ τραχέα. Item ἄγειν δὲ ἄμεινον τοὺς κύνας τὰ ὄρη πολλάκις. Nisi hic malis construere, ἄγει εὐθὺ, *ducit recta*, τ εὐδαιμονίας usque ad felicitatem, ita ut μέχρι intelligendum relinquatur, vel πρὸς τόδε; de qua ellipsi vid. *Bos* de Ellips. qui ex nostro in *Bis Accusat.* Εὐθὺ τῦ Ἀρείου πάγου, nec non alia simila ex aliis auctoribus ita exponit, quae hic non repetam; nam & noster etiam alibi non semel sic loqui amat, ut Dial. mort. XXXVII. pr. Ἄπιμεν εὐθὺ τ καλόδου καταπεσούμενοι, *recta ad Averni descensum ambulaturi*, ubi Cl. *Hemsterh.* jam plura. *J. F. R.*

81. Τινὸς τ σοφῶν] *Epicharmi.* Vertit *Cicero: nervi atque artus sunt sapientiae, non temere credere.* (Vid. *Suid.* v. νῆφε) Νῆφε κ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Laudat etiam *Polybius.* *M. du S.*

82. Τῶν σοφῶν] Septem sapientium. *J. Br.*

Ibid. Νῆφε] *Epicharmi* esse, adscripserat *M. du S.* Idem jam fecerat *F. G.*

Νῆφε] *Vafri illius Siculi Epicharmi*, qui Ciceroni, quod testatur ad Att. 1, 19. *crebro insusurrabat cantilenam illam suam:*

Νῆφε, κ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τ φρενῶν.

J. M. G.

84. Τοῖς ἰξῆς λόγοις] *Aliis loquendi copiam.* *J. Br.*

92. Μὴ] Non reveritus sum optimarum Editt. auctoritatem, quae μοι ἐξαίρει pro μὴ ἐξ. habent. Sed unius Cod. L. lectionem hic praefero, quia sequentia evincunt sic scribendum; nam cum statim subjiciat: *cum his igitur quinque*, quae adeo adnumerari voluit, i. e. *non excipi.* Absurdum autem foret, si dixisset: *excipe, aufer illos annos*, quos tamen illico addit. Sed jam alterum illud κ deletum velim. *J. F. R.*

93. Πάντε ἴσα] Confer supra Vit. Auct. c. 3. *J. F. R.*

Ibid. Τὰ τ σιωπῆς] Nam quinque annos tacebant Pythagoraeorum discipuli. *J. Br.*

96. ΛΥΚ. — EPM.] Omittitur hic Luciani nomen in plerisque Edd. Nos ex Ed. *J.* & ex ipso Cod. M. & P. reposuimus. Et reliqua perturbatis admodum partibus ex eadem *J.* & L. restituimus. Quae *Marcilio* nescio quomodo jam innotuerant. *M. du S.*

ΛΥΚ.

deor enim mihi inveniſſe, quod tenentes egrediamur. HERM. Quod igitur illud eſt? LYC. Non meum dicam, ſed cujusdam ſapientium, *Sobrius fidem negato.* Si enim non facile credamus inter audiendum, ſed tanquam judices illud faciamus, relinquentes etiam his qui ſequuntur dicendi copiam, facile fortaſſe Labyrinthos illos effugiamus. HERM. Bene mones; hoc igitur faciemus.

48. LYC. Sint iſta. Ad quem igitur illorum primum veniamus? An nihil hoc refert? Incipientes igitur a quocumque, verbi gratia a Pythagora, ſi uſu ita veniat, quanto putamus tempore edifcere nos poſſe Pythagorae omnia? Nec excipe etiam quinque illos ſilentii annos. Computatis igitur quinque illis, ſufficere triginta arbitror. Sin minus, *hoc placet tanquam nimium*, at viginti quidem certe. HERM. Sic ponamus. LYC. Tum deinceps Platoni aſſignandi totidem nempe alii. verum etiam Ariſtoteli non pauciores. HERM. Non ſane. LYC. Chryſippo autem non jam interrogabo te, quot? Novi enim ex te auditum, quadraginta annos vix ſufficere. HERM. Ita eſt. LYC. Tum deinceps

ὦ ἑταῖρε, δοκῶ γάρ μοι εὑρηκέναι, ἔ τινα οἰχόμεθα, ἐξέλθωμεν ἄν. EPM. Τί ἔστι τοῦτο ἔστιν; ΑΥΚ. Οὐκ ἐμὸν ἐρῶ, ἀλλά τινος τῶν σοφῶν, τὸ, νῆφε, καὶ μεμνησο ἀπιστεῖν· ἢν μὲν μὴ ῥᾳδίως πιστεύωμεν ἀκούοντες, ἀλλὰ διαλεκτικῶς αὐτὸ ποιῶμεν, ἀπολιπόντες καὶ τοῖς ἑξῆς λόγον, ἴσως εὐμαρῶς ἂν τὸν λαβυρίνθου ἐκφύγοιμεν. EPM. Εὖ λέγεις, καὶ τοῦτο ποιῶμεν.

ΑΥΚ. Εἶεν. Ὅπῃ τίνα δὴ αὐτῶν πρῶτον ἐλθοιμεν ἄν; ἢ τοῦτο μὲν οὐδὲν διοίσει; ἀρξάμενοι δ' ἀφ' ὁτουῦν, οἷον ἀπὸ Πυθαγόρου, ἢν οὕτω τύχῃ, πόσῳ ἂν χρόνῳ οἰόμεθα ἐκμαθεῖν τὰ Πυθαγόρου ἅπαντα; καὶ [b] μὴ ἐξαίρει καὶ τὰ [c] πέντε ἔτη ἐκεῖνα τὰ ἡ σιωπῆς· σὺν δὲ τοῖς πέντε, ἱκανὰ τριάκοντα, οἶμαι, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως γε εἴκοσι. EPM. Θῶμεν οὕτως. [d] ΑΥΚ. Εἶτα ἑξῆς τῷ Πλάτωνι ἕτερον δηλαδὴ τοσαῦτα ἕτερα, ἔτι μὲν καὶ Ἀριστοτέλει οὐκ ἐλάττω. [e] EPM. Οὐ γάρ. ΑΥΚ. Χρυσίππῳ δέ γε οὐκ ἔτι ἐρήσομαί σε πόσα· οἶδα γὰρ παρὰ σοῦ ἀκούσας, ὅτι τετταράκοντα μόγις ἱκανά. EPM. Οὕτως. ΑΥΚ. Εἶτα ἑξῆς

b Μὴ] Sic L. *Mox* vulgo Edd. *c* Πέντε] Sic W. Abeſt ab Edd. *d* ΑΥΚ.] Deeſt haec perſona in Edd. Reſtituta ex *f.* & P. *e* EPM.] ΑΥΚ. male habebant M. & Edd. omnes; recte EPM. *f.* & L. Ex quibus etiam deinceps ter eaedem reſtitutae.

16. Τὸ * πῆφε δὲ μέμνησο ἀπιστεῖν] Ἐπιχάρμου ἀποφθέγμα τοῦτο *V.*

* Πῆφε] Ἦφε ridicule Edit. Sed correctio facilis, nec opus monere unde profecta.

ΑΥΚ. εἶτα &c.] Ἑρμό. θῶμεν οὕτως, εἶτα ἑξῆς &c. Excidit notatio perſonae *Luciani*, nempe: Ἑρμο. θῶμεν οὕτως. ΑΥΚ. εἶτα ἑξῆς. *Th. M.* Idem jam monuit *Brod.* Miſc. IX. c. 16. *J. F. R.*

ΑΥΚ. εἶτα] Quinquies hic in ſequentibus perſonarum nominibus errarant omnes Edd. praeter *Junt.* quas recte ex ea ac Mſſ. P. & L. reſtitui juſſit *Solanus.* Non tamen cum eo miror, unde *Marcilio* id jam ſuboluerit; nam vel ſine Mſſ. error detegi poterat; primo enim, abſurdum erat *Hermotimum* hic dicere: (quod Edd. faciebant) ſe ex *Luciano* audiſſe, quot anni philoſophiae forent impendendi, cum is *Lucianus* c. 6. rogaverat quanto temporis ſpatio ad id opus ſit? & ab *Hermot.* reſponſum tulerat, forſan viginti annis opus fore &c. Deinde cum tandem in ordinem redirent perſonarum nomina verſus finem hujus cap. f. §. 48. bis poſita erat *Hermotimi* perſona, nempe: EPM. ἐκεῖνα λέγοιτε, ὦ Λυκῖνε in fin. recte, ſed ante rurſus EPM. Εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ. Cum alternatim ſaltem deberent loqui. Hac igitur inquiſitione cum veritatem & ego detexerim, cur alii acutiores id non tanto magis poſſent? *J. F. R.*

98. Οὐ γάρ] ΑΥΚ. Οὐ γάρ. Ἑρμο. Χρυσίππῳ δέ γε &c. Male trajecta nomina perſonarum. Eſſe debet. Ἑρμο. οὐ γάρ. ΑΥΚ. Χρυσίππῳ δέ γε. *Th. M.*

1. Οὕτως] ΑΥΚ. οὕτως. Ἑρμο. εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ. Rurſus vitioſa perſonarum trajectio: Lucianus enim voluit: Ἑρμο. οὕτως. ΑΥΚ. εἶτα ἑξῆς Ἐπικούρῳ. Patet fine ejusdem paginae. *Th. M.*

Οὕτως] Et hoc & praecedens quoque monuit *J. Br.* in

ἐξῆς Ἐπικούρῳ, ἢ τοῖς ἄλλοις. ὡς δὲ εἰ πολλὰ ταῦτα τίθημι, ἐνθένδε μάθοις ἄν, ἢν ἐννοήσῃς ὅσοι ὀγδηκοντούτεις εἰσὶ Στωϊκοὶ, ἢ Ἐπικούρειοι, ἢ Πλατωνικοὶ, ὁμολογοῦντες μὴ πάνυ εἰδέναι τὰ ἑαυτῶν αἱρέσεως ἕκαστοι, ὡς μηδὲν ἐνδεῖν σοφίαν ἐς τὰ μαθήματα. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ Χρύσιππός γε, ἢ Ἀριστοτέλης, ἢ Πλάτων φαῖεν ἄν· ἢ πρὸ τούτων, ὁ Σωκράτης εἰδὲν φαυλότερον αὑτοῦ, ὃς ἐκεκράγει πρὸς ἅπαντας, ἐχ ὅπως μὴ πάνυ, ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τί, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι οὐκ οἶδε λογισώμεθα δὴ ἐξ ἀρχῆς, εἰκαι τῷ Πυθαγόρᾳ ἐτίθεμεν, εἶτα Πλάτωνι τοσαυτὶ ἕτερα, εἶτα ἐξῆς τοῖς ἄλλοις. τόσα δ' ἂν ταῦτα συλλεθείη, ὃ κεφαλαίῳ γένοιτ' ἄν, εἰ δέκα μόνας θείμεν τὰς αἱρέσεις ἐν φιλοσοφίᾳ; ΕΡΜ. Ὑπὲρ δισχίλια, ὦ Λυκῖνε. ΛΥΚ. Βούλει οὖν [a] ἀφαιρῶμεν τὸ τέταρτον, ὡς [b] πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν (ἔτη) ἱκανὰ εἶναι, ἢ τὸ ἥμισυ [c] ὅλον.

ΕΡΜ. Αὐτὸς ἂν εἰδείης ἄμεινον, ἐγὼ δὲ ὁρῶ τοῦτο, ὅτι ὀλίγοι ἂν, ἢ ὅταν ἅμα πάντων ἐξέλθωσιν, ἐκ γενετῆς εὐθὺς δεξάμενοι. ΛΥΚ. Τί οὖν πάθοι τις, ὦ Ἑρμότιμε, εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ πρᾶγμα; ἢ ἀναληπτέον ἐκεῖνα τὰ ἤδη ὡμολογημένα, ὡς οὐκ ἄν τις ἕλοιτο ἐκ πολλῶν τὸ βέλτιστον, μὴ ἐχὶ πειραθεὶς ἁπάντων; ὡς τόν γε ἄνθρωπον πειρᾶσθαι αἱρούμενον, μανείᾳ μᾶλλον, ἢ κρίσει τἀληθὲς

Epicuro, & reliquis? Me vero non multos ponere, inde intelligas, si cogites, quot octogenarii sint Stoici, aut Epicurei, aut Platonici, qui fateantur, nondum se scire suae quisque sectae omnia, ut nihil sibi ad disciplinam desit. Si hoc non placeat, at Chrysippus, & Aristoteles, & Plato dicant, & ante hos nihil iis deterior Socrates, qui clamabat ad omnes, nedum ut omnia, nihil omnino se scire, nisi hoc solum, nihil se scire. Computemus igitur ab initio, viginti Pythagorae posuimus, tum Platoni totidem alios, tum ordine reliquis, quot igitur hi consummaverint forte, si decem solas ponamus philosophorum sectas? HERM. Supra ducentos, Lycine. LYC. Vin ergo auferamus hinc quartam partem, ut centum & quinquaginta anni sufficiant, aut ipsum dimidium adeo?

49. HERM. Ipse noris melius: ego vero hoc video, paucos vel sic per sectas omnes ituros, si etiam a nativitate inde statim incipiant. LYC. Quid igitur agat aliquis, Hermotime, si ita se res habet? Evertenda ne de quibus jam inter nos convenit, *nempe* eligere non posse quemquam ex pluribus quod sit optimum, nisi exploratis omnibus, tanquam is qui citra experimentum eligat, divinatione magis quam judicio

a Ἀφαιρῶμεν] Ἀφαιρῶμεν marg. *AIW.* bene. b Πεντήκοντα ἑ ἑκατὸν] Ita Codd. A. G. P. L. & marg. *AIW.* Πεντεκαίδεκα Edd. & M. c Ὅλον] An ὅλως? *Pell.*

in Miscel. modo adductis scribens: Οὐκ ἐλάττω. ΛΥΚ. Emenda Ἑρμο. Et ἐ γὰ Ἑρμο. corrige ΛΥΚ. Μόγις ἱκανὰ. Λυκ. repone Ἑρμο. ἄτως. ΛΥΚ. Εἶτα ἐξῆς Ἐπικούρῳ. *J. F. R.*

13. Ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναι τί ἢ τοῦτο μόνον] Εἰδέναι τι ἢ τοῦτο μόνον. *Th. M.*

17. Ἐν κεφαλαίῳ] *In summa.* *J. Br.*

21. Ὡς πεντεκαίδεκα] Cod. Angl. πεντήκοντα καὶ ἑκατόν, Mend. *J. B.*

Ὡς πεντεκαίδεκα] Dixit Hermotimus, plures ducentis annis, juxta calculum Luciani, impendendos esse omnium sectarum placitis discendis, respondit Lucianus, age auferamus quartam partem, ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη ἱκανὰ εἶναι, ἢ τὸ ἥμισυ ὅλον. πενδεκαίδεκα ἔτη, non possunt esse tres partes ducentorum annorum. Quis non videt Lucianum reliquisse, ut Anglicanus & meus prae se fert, πεντήκοντα ἑ ἑκατὸν. *centum & quinquaginta.* & si dimidium detraxeris, *centum* sufficient. quamvis corrupte scribatur πεντήκοντον in MSS. *J. G. G.*

Ibid. Πεντεκαίδεκα] Sive sic, aut cum *Angl.* MS. *Gr.* P. & L. legas, res eodem redit; sed rectius hoc vulgatarum Editionum & M. visum est, ut ad tempus ediscendae Disciplinae cuique sufficiens referatur: quo

cio verum requirat? Nonne ita diximus? HERM. Ita. LYC. Omni igitur ratione neceſſarium, eo usque nos vivere, ſi & bene eligere velimus exploratis omnibus, & electione facta philoſophari, & per philoſophiam felices eſſe. Ante vero quam id fecerimus, in tenebris, quod ajunt, ſaltabimus, offendentes ad quaecumque obvia, & quidquid primum in manus venerit, id ipſum rati quod quaeritur, qui verum non noverimus. Si vero inveniamus temere, bona quadam fortuna in illud incidentes, non habebimus tamen unde ſciamus firmiter, ſitne illud ipſum quod quaerimus. Multa enim ſunt inter ſe ſimilia, quorum unumquodque ſe veriſſimum eſſe contendat.

ἀναζητεῖσθαι, οὐχ οὕτως ἐλέγομεν; ΕΡΜ. Ναί. ΛΥΚ. Πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ὅσον τοσοῦτον βιῶναι ἡμᾶς, εἰ μέλλοιμεν εὖ τε αἱρήσεσθαι, ἀπάντων πειραθέντες, καὶ ἐλόμενοι φιλοσοφήσειν, καὶ φιλοσοφήσαντες, εὐδαιμονήσειν. πρὶν δὲ οὕτω ποιῆσαι, ἐν σκότῳ, φασὶν, ὀρχούμεθ' ἂν, οἷς ἂν τύχωμεν προσπαίοντες, καὶ ὅ, τι ἂν πρῶτον ἐς τὰς χεῖρας ἔλθῃ, τοῦτ' εἶναι τὸ ζητούμενον ὑπολαμβάνοντες, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τἀληθές. εἰ δὲ καὶ εὑρήσομεν ἄλλως κατά τινα ἀγαθὴν τύχην προπεσόντες αὐτῷ, οὐκ ἔξομεν βεβαίως εἰδέναι εἰ ἐκεῖνό ἐστιν ὃ ζητοῦμεν· πολλὰ γὰρ ἐστὶν ὅμοια αὐτοῖς, λέγοντα ἕκαστον αὐτὸ εἶναι τἀληθέστατον.

50. HERM. Neſcio quî fiat, Lycine, ut rationalia quidem dicere mihi videaris: ſed, dicetur enim verum, non mediocri me moleſtia afficis, perſequendis illis & ad minutias usque perſcrutandis praeter neceſſitatem. Forte etiam infelicibus hodie auſpiciis domo exiſſe hodie videar, & egreſſus in te incidiſſe, qui me tum prope ſpem jam eſſem, in conſilii inopiam conjeceris, oſtendendo quam ſupra vires noſtras veritatis ſit inventio, quae tot annis indigeat. LYC. Igitur, amice, multo juſtius iraſcaris patri tuo Menecrati & matri, quocumque illa nomine vocata eſt, non enim novi; vel etiam multo potius naturae no-

ΕΡΜ. Ὦ Λυκῖνε, οὐκ οἶδ' ὅπως εὔλογα μὲ δοκεῖς μοι λέγειν ἀτὰρ, (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς,) ὑ μείρακος ἀνιᾷς με διεξιὼν αὐτὰ, καὶ ἀκριβολογούμενος ὧδε δεόν. ἴσως δὲ καὶ ἔοικα οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἐξελήλυθέναι σήμερον οὐκ ἀπὸ οἰκίας, καὶ ἐξελθὼν σὲ ἐμπεπλεγμένον σοι, ὡς μὲ πολλοστὸν ἤδη τῆς ἐλπίδος ὄντα, εἰς ἀπορίαν φέρων ἐμβέβληκας, ἀδήλους ἀποφαίνων τὰς ἀληθείας τῇ εὑρέσει, ἐτῶν γε τοσούτων δεομένας. ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ ἑταῖρε, πολὺ δικαιότερον μέμφοιο ἂν τῷ πατρί σου Μενεκράτει, καὶ τῇ μητρὶ, (ἃ γὰρ τίς ποτ' ἐκαλεῖτο, οὐ γὰρ οἶδα) ἢ καὶ πολὺ πρότερον τῇ Φύσει ἡμῶν,

[d] [Η τις] Εἴ τις W. male, ait M. duS.

quo quarta ſui parte mulctato, ſumma itidem quarta ſui parte minor evaſura eſt. M. duS.

Πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν] Ego quinque Codicum conſenſum potiorem quam Editionum exiſtimavi, maxime cum pleniorem calculum ponant; nam cum proxime *Herm.* dixerit: *ducenti*, & hinc ſtatim dicat alter quartam auferendam, nonne reſtant 150? Si vero rationem *Solani* ſequaris, cum Vulgat. *quindecim* legens, id referendum erit ad numerum *viginti*, qui paullo altius memoratur, cujus pars quarta eſt *quinque*, quam ſi detraxeris a *viginti*, reſtabunt *quindecim*. Sed quid opus eſt ad remotiorem numerum recurrere, quum propiorem habeas, cui recte reſpondeant ſequentia. Praeterea numerus major placet, ut eo magis ridere videatur Philoſophorum deriſor. Verum ſi jam πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν legas, illud ἵτυ ablatum velim, ideoque uncis includendum curavi; nam ingratum ibi ſonum, ingratam repetitionem facit; ſi ἵτυ autem retinendum, πεντήκοντα ſimpliciter, ſublato ἑκατὸν ſcriberem. J. F. R.

50. Οὐδὲν δέον] *Cum minime oporteat.* J. Er.

51. Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ] *Haud auſpicato, malo omine.* J. Er.

Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ] Ut *Brodaeus* juſſit, ita recte habet Pariſ. Editionis verſio. Sed ἐπ' ἀγαθῷ τινι. Eſt bono conſilio, ſ. ad boni aliquid faciendum. *Ariſtoph.* Plut. 882. Οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γ' ἦλθεν ὁ νεανίσκος ἐμοί. J. F. R.

60. Ka-

ἡμᾶς, ὅτι σε μὴ κατὰ † Τιθωνὸν πολυετῆ, καὶ μακρόβιον ἔθεσαν, ἀλλὰ περιέγραψαν μὴ πλείω βιῶναι τὸ μήκιστον ἑκατὸν, ἄνθρωπον ὄντα· ἐγὼ δὲ μετὰ σοῦ σκεπτόμενος, εὗρον τὸ ἐκ τοῦ λόγου ἁπλοῦν.

ΕΡΜ. Οὐκ, ἀλλ' ὑβριστὴς ἀεὶ σὺ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅ, τι παθὼν, μισεῖς φιλοσοφίαν, καὶ ἐς τοὺς φιλοσόφους ἀποσκώπτεις. ΛΥΚ. Ὦ Ἑρμότιμε, ἥτις μὲν ἡ ἀλήθειά ἐστιν, ὑμεῖς ἂν ἄμεινον εἴποιτε οἱ σοφοὶ, σύ τε, καὶ ὁ διδάσκαλος· ἐγὼ δὲ, τόγε τοσοῦτον οἶδα, ὡς ἡ πᾶσι ἡδεῖά ἐστιν αὐτὴ τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖται ὑπὸ τοῦ ψεύδους πολύ. εὐπροσωπότερον γὰρ ἐκεῖνο, καὶ ἅμα τοῦτο, ἥδιον. ἡ δὲ, ἅτε μηδὲν κίβδηλον ἑαυτῇ συνειδυῖα, μετὰ παῤῥησίας ἅμα λέγεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἅμα τοῦτο ἄχθονται αὐτῇ. ἴδοι γέ τοι καὶ σὺ νῦν ἄχθη μοι, τἀληθὲς ἐξευρόντι περὶ τούτων μετὰ σοῦ, καὶ δηλώσαντι, οἷον ἐρᾶμεν ἐγώ τε, καὶ σὺ, ὡς ἡ πᾶσι ῥᾳδίων· ὥσπερ εἰ ἀνδριάντα ἐρῶν ἐτύγχανες, καὶ ὡς τευξόμενος, ὑπολαμβάνων ἄνθρωπον εἶναι· ἐγὼ δὲ, καλιδὼν ὡς λίθος, ἢ χαλκὸς εἴη, ἐμήνυσα πρὸς σὲ ὑπ' εὐνοίας, ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς, καὶ τότε δύσνουν ἐμὲ εἶναι ὤου ἂν σαυτῷ, διότι σε οὐκ εἴων ἐξαπατᾶσθαι, ἀλλὰ καλὰ καὶ ἀνέλπιστα ἐλπίζοντα.

strae, quod te non, Tithoni instar, antosum & longaevum fecerunt, sed circumscripserunt, ne plus quam centum summum annis vivat unusquisque homo qui sit. At ego tecum considerans, illud, quod ex rationibus consequeretur, inveni.

51. HERM. Non. Sed contumeliosus semper homo es, & nescio qua animi affectione, odisti philosophiam & vides philosophos. LYC. Mi Hermotime, quae sit veritas, vos forte melius, qui sapientes estis, dixeritis, tu & tuus ille magister. At ego tantum novi equidem, audientibus illam non vehementer suavem esse, sed multum gratia a mendacio superari. Speciosius enim hoc, eaque causa jucundius. At illa, quae scilicet nihil sibi fraudulenti conscia sit, cum fiducia quadam agit cum hominibus, & ob id ipsum eam gravantur. Itaque & jam tu nunc offensus mihi es, qui verum hisce de rebus tecum invenerim, & declaraverim, qualia amemus ego & tu, quam non omnino facilia: velut si statuam tu forte adamasses, ejusque te futurum compotem speraasses, quod hominem putares: ego autem, cognito, lapidem esse aut aes, indicassem tibi benevolo animo, amare te quorum fieri non posset copia, & tum malevolum me esse tibi putares, qui decipi te non passus sim, & absurda atque supra omnem spem posita sperare.

52. HERM.

72. * Παρευδοκιμεῖται] Κυρίως, ἅτοι † εἰς δίκην ὑποφαύλως. V.

* Παρευδοκιμεῖται] Παρευδοκιμεῖ prave Edit. saepe notata, etsi & sic Cod. V. Sed recte C.
† Εἰς δίκην ὑποφαύλως] Pro εἰς editum legebatur ὑπὲρ. Et pro ὑποφαύλως, erat ὑποφαύλου. Emendaverat vero sic, ut dedi, Scaliger, non addens unde; sed quum id frequentissime addat, non dubito, quin & hoc ex Mss. hauserit. J.F.R.

60. Κατὰ † Τιθωνὸν] Erasm. in proverbio: *Tithoni senectus.* J.Br.
63. Σκεπτόμενος] Conf. infra Δυσ. §. 57. Ἀδυνάτων δὲ σκεπτομένων &c. M. du S.
83. Ἀδυνάτων ἐρᾷς] Vid. idem supra. *Deor. Dial.* VIII. Vulcani & Jovis, vers. ult. πλὴν οἶδα ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς, ibique nott. *Brodaei, Solani, & Hemsterhusii.* J.F.R.
89. Ἰδιώτας] *Omnium ignaros.* J.Br.
96. Διαίρεσιν] Sic *Dial.* seq. c. 1. med. Conf. & *Dorgl.* c. 9. M. du S.
3. Κρινῶ· Ἑρμότιμον ποιήσεται σε] Imperite in *Basileensi* & *Bourdelotiana* vertitur *atque ille te certum faciet*, tanto utraque ineptior, quod secundae vocis primam literam majore charactere efferant. Itaque adscripsit pater *atque illo lucrifaciet te.* Sed & correxit *Benedictus.* J.G.
Ibid. Ἑρμότιμον] Vid. supr. *Somn.* c. 9. καὶ τῷ κριτῇ· ἑρμότιμον ὄν. M. du S.
6. Φοίνικος] Hinc adagium: Phoenice vivacior. J.Br.
12. Δεῖσθαι] Mallem δεῖται. M. du S.
14. Προσέχεταί μοι] Sic habere J. & Fl. notaverat *Solanus*: quid tum? Habent & sic reliquae, ut *Par. Hag.*

52. HERM. Ergo illud, Lycine, dicis, non philoſophandum nobis eſſe, ſed *conſultum* ut pigritiae nos tradamus, idiotarumque vitam vivamus. LYC. Et ubi hoc dicere me audiſti? Neque enim ego philoſophari nos veto. ſed cum philoſophandum ſit, multae porro viae ſint, ad philoſophiam unaquaeque & virtutem ducere ſe profeſſae; vera denique inter has obſcura: accuratum faciendum eſſe diſcrimen, *dixi*. Fieri autem non poſſe, nobis apparebat, multis propoſitis eligere quod optimum, niſi per omnia quis experiendo eat: deinde longum aliquanto experimentum illud viſum eſt. Tu autem quomodo vis facere? rurſus enim interragabo: in quem primum incideris, eum ſequere, cum illo philoſophabere? & ille te ſibi habebit lucrum a propitio Mercurio temere objectum?

53. HERM. Et quid tibi porro reſpondeam, qui neges per ſe judicare quemquam poſſe, niſi anno vixerit Phoenicis, ac per orbem circumiens omnes probaverit, neque his credere velis, qui ante experti ſunt, laudantiumve & perhibentium teſtimonia multitudini. LYC. Quam mihi narras multitudinem? eorum ne qui ſciunt, & experti ſunt omnia? Si quis enim talis eſt, ſufficit mihi unus etiam, nec jam multis opus fuerit. Si vero neſcientes dicas, nihil me ipſorum multitudo ad credendum adduxerit

ΕΡΜ. Οὐκοῦν τοῦτο, ὦ Λυκῖνε, φῂς, ὡς οὐ φιλοσοφητέον ἡμῖν, ἀλλὰ χρὴ ἀργίᾳ παραδιδόναι [a] αὐτοὺς, ἰδιώτας καταβιῶναι; ΛΥΚ. Καὶ ποῦ τοῦτο ἤκουσας ἐμοῦ λέγοντος; ἐγὼ [b] γοῦν οὐχ ὡς οὐ φιλοσοφητέον φημὶ, ἀλλ' ἐπείπερ φιλοσοφητέον, ὁδοί τε πολλαί εἰσιν ὅτι φιλοσοφίαν [c] ἑκάστη, [d] καὶ ἀρετὴν ἄγειν φάσκουσαι, ἡδ' ἀληθὴς αὐταῖς ἄδηλον· ἀκριβῆ ποιήσασθαι τὴν [e] διαίρεσιν. ἀδύνατον δέ γε ἡμῖν ἐφαίνετο, πολλῶν προτεθέντων, ἑλέσθαι τὸ ἄριστον, εἰ μὴ ὅτι πάντα ἴοι τις πειρώμενος· εἰτά πως μακρὰ ἡ πεῖρα ὤφθη, σὺ δὲ πῶς ἀξιοῖς; (αἴθις γοῦν ἐρήσομαι) ὅτῳ πρώτῳ ἂν ἐντύχῃς, τούτῳ ἕψῃ, καὶ συμφιλοσοφήσεις; καὶ χαίρειν· Ἕρμαιον ποιήσεταί σε.

ΕΡΜ. Καὶ τί σοι ἀποκρινοίμην ἂν ἔτι; ὃς οὔτε αὐτόν τινα κρίνειν οἷόν τε εἶναι φῂς, ἢν μὴ Φοίνικος ἔτη βιῴη, πάντας ἐν κύκλῳ περιὼν, καὶ πειρώμενος, οὔτε τοῖς προπεπειραμένοις πιστεύειν ἀξιοῖς, οὔτε τοῖς πολλοῖς ἐπαινοῦσι, καὶ μαρτυροῦσι; ΛΥΚ. Τίνας φῂς τοὺς πολλοὺς εἰδότας, καὶ [e] πεπειραμένους ἁπάντων; εἰ γάρ τις τοιοῦτός ἐστιν, ἱκανός ἐμοί γε καὶ εἷς, καὶ οὐκ ἔτι πολλῶν [f] δέησιν. ἢν δὲ τοὺς οὐκ εἰδότας λέγῃς, οὐδέν τι τὸ πλῆθος [g] αὐτῷ προσαρκέσαι με πιστεύειν, ἄχρις

[a] Αὐτοὺς] Sic recte *P.* Ceterae pleraeque male *αὐτοὺς*. [b] Γοῦν] Abeſt haec particula in *S.* Adeſt in W. Item in Edd. *F. P. H.* Fl. [c] Ἑκάστη] Ἑκάστῳ male Cod. P. Vulgatam ſervant Edd. optimae omnes. [d] Καὶ] Sic recte Edd. Fl. *H. F. P.* & M. Ἐπ' male *B*2. [e] Διαίρεσιν] Sic Edd. & M. [f] Πεπειραμένους] Πεπειραμένους ridicule *F.* [g] Δεήσῃ] Sic *F. P.* Fl. *H.* & M. [h] Αὐτῶν] Αὐτῷ *S.* & *A.* male.

3. Ἕρμαιον] Τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος. *V.*

* Τὸ] Τὸν prave Edit. *Cler.*

5. Ἢν μὴ Φοίνικος ἔτη βιῴη] Φοίνικα, * τὸ Ἀφάτου λέγει πλῆθος. *V.*

Hag. plures enim jam conſulere nolo, quia non dubito quin rectum ſit; vid. Ζευξ. c. 2. προσάγειν αὐτοὺς. Et *Phalar.* I. c. 3. ἐς τὸ πεῖσαι προσάξειν τούτους. Forſan maluerit προσάξαι alicubi invenire, vel potius activam formam προσάξει. Sed mediam & ſic recte conſtrui, vel ex *Iſocr.* loco, quem Lexica proferunt, patet. Adde tamen *Wollium* de Verb. med. p. 184. §. 17. Ubi quidem differentia oſtenditur inter ἄγεσθαι γυναῖκα, & ἄγειν γυναῖκα, quod prius ſignificet: *ducere uxorem in matrimonium*; alterum vero: *ducere mulierem quamcumque in aliquem locum*; tamen utrumque habet accuſativum patientem, & in ſenſu metaphorico active uſurpatur. Sic eod. ſignificatu, quo Noſter, etiam *Herodian.* I. 3. 12. Ἀλλὰ τοὺς μὲ πεῖσαι . . . προσηγάγετο. Ibid. 12. 9. ἥλπιζε προσάξεσθαι τόν τε δῆμον — ἐπιδόσεσι λαμπραῖς. Ne plura ad rem nimis facilem demonſtrandam congeram. *J.F.R.*

ἄχρις ἂν [a] ἢ μηδὲν, ἢ ἓν εἰδότες, φέρε ἀπάντων ἀποφαίνωνται. EPM. Μόνος [b] δὲ σὺ τἀληθὲς καλεῖδες, οἱ δ' ἄλλοι ἀνόητοι ἅπαντες, ὅσοι φιλοσοφοῦσι. ΛΥΚ. Καλαψεύδῃ μου, ὦ Ἑρμότιμε, λέγων, ὡς ἐγὼ πρὸ τίθημί τῳ ἐμαυτὸν τῶν ἄλλων, ἢ τάττω ὅλως ἐν τοῖς εἰδόσι, καὶ οὐ μνημονεύεις ὧν ἔφην, οὐκ αὐτὸς εἰδέναι τἀληθὲς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀξιοῦντος, ἀλλὰ μὴ πάντων αὐτὸ ἀγνοεῖν ὁμολογῶν.

EPM. Ἀλλ', ὦ Λυκῖνε, τὸ μὲν ὀπὶ πάντας ἐλθεῖν χρῆναι, καὶ πειραθῆναι ὧν φασι, καὶ τὸ μὴ ἐν ἄλλοις ἑλέσθαι τὸ βέλτιον, ἢ ἔτους, εὔλογον ἴσως. τὸ δὲ τῇ πείρᾳ ἑκάστῃ τοσαῦτα ἔτη ἀποδιδόναι, παγγέλοιον, ὥσπερ οὐκ οἷόν τε ὂν ἀπ' ὀλίγων καταμαθεῖν τὰ πάντα. ἐμοὶ δὲ καὶ πάνυ ῥᾴδιον εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, καὶ οὐ πολλῆς ἀφορμῆς δεόμενον. Φασὶ γέ τοι τῶν πλαστῶν τινα, Φειδίαν οἶμαι, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου

cet, dum aut nihil aut unum modo cum sciant, pronuntiabunt de omnibus. HERM. Solus autem tu verum vidisti, reliqui amentes omnes, quotquot philosophantur. LYC. Calumniaris me, Hermotime, quasi ego usquam me praeponam reliquis, aut omnino in scientibus collocem, nec recordaris eorum quae dixi, non contendens ipse scire verum praeter reliquos, sed cum omnibus ignorare illud confessus.

54. HERM. Sed, Lycine, illud forte consentaneum rationi, eundum esse ad omnes, dicta omnium exploranda, nec aliter quam hoc modo eligendum, quod optimum est: sed experimento unicuique tot annos attribuere, valde ridiculum, quasi non liceret ex paucis cognoscere omnia. Mihi vero etiam valde facile esse tale quidpiam videtur, nec multa mora indigere. Dicunt certe statuariorum aliquem, Phidiam puto, solo conspecto leonis ungue, ex

a Ἢ] Delet *Gronov.* Adest in Edd. *F. Fl. H. P.* &c. b Δὲ] Δὴ *Pell.* ironice.

18. Ὅσοι φιλοσ.] Τὸ τῶν σκεπτικῶν ἔοικας, ὦ Λυκῖνε, λαμβάνειν. ἐπὶ γὰρ κρίσεώς ἀκαταλήψιαν προσδεόμενα ἀντικρίνειν μαλακολογεῖ τὸ ἀληθές. παρόσον πάντες ἄνθρωποι καὶ τὴν τῶν λόγων ἰσοσθένειαν διόρθωσιν τὸ ἐπικρινοῦντος. ἀνθρώπῳ δὲ τοῦτο φῆναι ἀμήχανον γνώμῃ. καθότι οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδιάτρητον γνώμης ἀληθοῦς. ἀλλὰ κἀγὼ φήσω, ἐπεὶ σὺ τοὺς σὺ, ὁ ταῦτα λήρων ἄνθρωπος, οὐ μέρει τῆς σὺ παραπολὺ ἀκριβολογίας, καὶ τὸ μηδὲν λογισθεὶς ὅλως γε τοῖς νοῦν ἔχουσι. καὶ ἔτους τοῖς οἰκείοις ἀλώσῃ πειρᾶς. M.

34. Ὄνυχα μόνον λέοντος] Ἀπὸ τούτου ἡ παροιμία, ἐξ ὄνυχος ὁ λέων. *V.*

15. Ἄχρις ἂν ἢ μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες περὶ ἁπάντων ἀποφαίνωνται] Miris interpretationibus hoc colorant viri docti! Opsopœus, *donec de omnibus nullius ignari definiendi facultatem sibi paraverint.* Benedictus, *donec aut nihil aut unum scire de omnibus ostendant.* Quando alterutrum horum erit? Et quid si vel paraverint cum illo, vel cum altero ostenderint illud quod prædicat, an tunc adducetur Lucianus, ut credat? Illene tunc, quum nihil scire ostendant? Ridiculum prorsus. Itaque tentavit juste hæc mollire pater, adscripsitque se legere vocula ἢ omissa, ἄχρις ἂν μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες π. ἀ. ἀποφ. cum versione Latina, *quamdiu non nisi unius gnari de omnibus pronuncient.* *J. G.*

16. Ἀποφαίνωνται] Nihil hic intellexerint interpretes. Sed sola interpretatione nostra satis consultum puto sententiae horum verborum. Nota est enim illa verbi ἀποφαίνομαι significatio; nec quemquam credo repugnaturum: *Quamdiu aut nihil aut unum disciplinam singuli scientes de omnibus pronunciabunt.* *M. du S.*

33. Φειδίαν] *Plut.* in commentario de defectis oraculis videtur ad Alcæum referre, *ὡς που* Ἀλκαῖον, inquit, ἐξ ὄνυχος τὸ λέοντα γράψαντας. *G.C.*

34. Ὄνυχα μόνον λέοντος] Unde ortam paroemiam: ἐκ τοῦ ὄνυχον λέοντα ferunt nonnulli. *J. Br.*

Ὄνυχα λέοντος] Vid. *Plut.* Π. Χρησ. 730. 1. Οὐ *ποτε* Ἀλκαῖον ἐξ ὄνυχος τὸ λέοντα γράψαντας. *M. du S.*

35. Ἀναλελογίζ.] Praeteritum passivum, active tamen interpretandum, tum quia activ. ἀναλογίζω in usu non est, tum quia hujusmodi tempora passivae terminationis in aliis etiam verbis active valent; vid. *Tensium* infra ad *Tyrannicid.* c. 12. *J.F.R.*

51. Οὕτω, καί μοι &c.] Verba καί μοι τοῦτο ἀπόκριναι, *Solanus* in *Junt.* parenthesi incluserat, recte quod ad sensum, sed sufficit eum commatibus distinxisse: si quid tamen mutandum, pro ἔτους, legerem, ἔτους

ex illa portionis aestimatione collegisse, quantus integer leo esset, ex dignitate unguis effictus. Et tu sane, si quis manum tibi solam ostenderit hominis, reliquo contecto corpore, scies, puto, statim, hominem esse, quod tegitur, etiamsi totum corpus non videas. Jam summa capita eorum, quae omnes dicunt, facile est in parva diei parte discere: illud autem nimis exquisitum, & longa exploratione indigens, ad melioris electionem non utique necessarium est, sed ex illis etiam potest dijudicari.

55. LYC. Vah, Hermotime, quam firma sunt, quae dixisti, dum postulas ex partibus nos cognoscere tota: ego vero contraria me audire memini, qui totum norit, eum nosse etiam partes; qui vero partem modo, eum non continuo scire totum. Sic illud etiam mihi respondè, Phidias unguem leonis videns num leonis eum esse cognovisset, si totum nunquam leonem vidisset; aut hominis tu manum videns an posses nobis dicere, si quis tibi solam ostenderit, reliquo corpore contecto, an hominem esse cognoscas, quod tegitur, etiamsi totum corpus non videas? Jam summa capita eorum, quae omnes dicunt, facile est in parva diei parte discere: illud autem nimis exquisitum, & longa exploratione indigens, ad melioris electionem non utique necessarium est, sed ex illis etiam potest dijudicari.

ΛΥΚ. Παπαὶ, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς ἰσχυρὰ ταῦτ' εἴρηκας, ἀπὸ τῶν μερῶν ἀξιῶν τὰ ὅλα εἰδέναι· καίτοι ἐγὼ τἀναντία ἀκούσας, μέμνημαι, ὡς ὁ μὲν τὸ ὅλον εἰδὼς, εἰδείη ἂν καὶ τὸ μέρος· ὁ δὲ μόνον τὸ μέρος, οὐκέτι καὶ τὸ ὅλον. [d] ἔστω καί μοι τόδε ἀπόκρινai, ὁ Φειδίας ἂν πώλε [e] ἰδὼν ὄνυχα λέοντος, ἔγνω ἂν ὅτι λέοντός ἐστιν, εἰ μὴ ἑωράκει ποτὲ λέοντα ὅλον; ἢ σὺ ἀνθρώπου χεῖρα ἰδὼν, [f] ἔχοις ἂν εἰ-

35 [c] ἀναλελογίαζ ἡλίκ@ ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο, κατ' ἀξίαν γ' ὄνυχ@ ἀναπλασθείς· καὶ σὺ δὲ, ἤν τις σοι χεῖρα μόνην ἀνθρώπου δείξῃ, τὸ ἄλλο σῶμα καλακαλύψας, εἴσῃ, οἶμαι, αὐτίκα ὅτι ἄνθρωπός ἐστι τὸ κεκαλυμμένον, κἂν μὴ τὸ πᾶν σῶμα ἴδῃς. καὶ τοίνυν τὰ μὲν κεφαλαιώδη, ὧν ἅπαντες λέγουσι, ῥᾴδιον καταμαθεῖν ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας, τὸ δ' ἐξακριβὲς τοῦτο, καὶ μακρᾶς καὶ ἐξετάσεως δέόμενον, οὐ πάνυ ἀναγκαῖον ἐς τὴν αἵρεσιν τῶν βελτίονων, ἀλλ' ἔνεστι κρῖναι καὶ ἀπ' ἐκείνων.

[c] Ἀναλελογίαζ] Ἀναλελογῶζ Ex. Fl. At recte vulgat. tuentur J. P. H. & Cod. P. Ἀναλογίαζ marg. Alw. [d] Οὕτω] Οὕτ@ Fl. & L. Οὕτως M. Edd. Οὕτω servant. [e] Ἰδὼν] Εἰδὼς P. Sed nihil mutant Edd. [f] Ἔχοις] Sic habere J. H. Fl. notat M. du S. Sed & reliquae sic recte habent.

λήσεις τοῖς Ἕλλησιν; ὡς δὲ ταῦτα γνωσθήσῃ αὐτοῖς, ἐγὼ ἐπὶ τὸ πέρας ἀφίξῃ σ' εὐχῆς, ἐγὼ καὶ [b] τοῦθ' ὑποθήσομαί σοι· σὺ γὰρ αὖλει μὲν ἐν τοῖς θεάτροις ἐνίοτε· ἀτὰρ ὀλίγον μέλετω σοι τῶν πολλῶν. ἡ δ' ἐπίτομος καὶ ῥᾳδία ἐπὶ δόξαν ἄγουσα, ἥδε ἐστίν. εἰ γὰρ ἐπιλεξάμενος τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι τοὺς ἀρίστους καὶ ὀλίγους αὐτῶν, ὅσοι κορυφαῖοι, καὶ ἀναμφιλόγως θαυμαστοί, [c] καὶ ἐπ' ἀμφότερα πιστοί, εἰ τούτοις (φημὶ) ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοί [d] ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμος ἐν ὀλίγῳ. ὅτι δὲ βραχεῖ, καὶ τὸ πρᾶγμα ὅπως συντίθημι. εἰ γὰρ [e] οὓς ἅπαντες ἴσασι, καὶ οὓς θαυμάζουσιν, οὗτοι δὲ εἴσονταί σε αὐλητὴν εὐδόκιμον ὄντα, τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν, οἵ γε πάντως ἀκολουθήσουσι τοῖς ἀμείνονα κρίνειν δυναμένοις; ὁ γάρ τοι πολὺς οὗτος λεὼς, αὐτοὶ μὲν ἀγνοοῦσι τὰ βελτίω, βάναυσοι ὄντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν. ὅν τινα δ' ἂν οἱ πρόκριτοι ἐπαινέσωσι, πιστεύουσι μὴ ἂν ἀλόγως ἐπαινεθῆναι τοῦτον· ὥστε ἐπαινέσουσι καὶ αὐτοί. καὶ γὰρ ἂν καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν, οἱ μὲν πολλοὶ θαλαὶ [f] ἴσασι κροτῆ-

[b] Τοῦθ'] Sic Edd. τοῦτο W. [c] Καὶ] Deeſt in Edd. Adeſt in W. [d] Ἐπαινέσονται] Sic M. recte & Edd. Excepta B2. quae vitioſe ἐπαιναίσονται. quod *Vorſt.* tamen mutaverat in ἐπαινησονται. Sed —ἴσομαι in proſa uſitatius. [e] Οὓς ἅπαντες ἴσασι, καὶ οὓς θαυμάζουσιν] Quatuor verba ab οὓς ad οὓς omiſit Fl. quae adſunt in cett. [f] Ἴσασι] Sic dedi ex L. Εἰσὶ Edd. quid M. habeat neſcio, abſciſſa enim haec ſunt. *M. du S.*

59. Ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ] Πρὸς τὸ ψέγειν ἢ ἐπαινεῖν. *G.*

inde eſſe, quaſi non habeas *Suet.* in Ner. *Gell.* cap. ult. L. 13. *Ovid.* (immo III. art. am. 399.)

Tu licet & Thamyram ſuperes atque Orphea cantu,
Non erit ignota gratia magna lyra. *G.C.*

59. Καὶ] W. ſolus habet illud καὶ ante ἐπ' ἀμφότερα. *M. du S.*

Ibid. Ἐπ' ἀμφότερα πιστοὶ] Benedictus, *ſpectata utrinque fidei.* Quid intellexerit, ipſe viderit : certe nequaquam ad Græca. Opſopœus, *quorum fides in utraque fortuna ſpectata ſit.* Abſurdiſſime : nec enim huc adverſa vel ſecunda quidquam faciunt. Immo *ad utrumque*, vel *in utroque*, nempe & reprehendendo & approbando. *J.G.*

61. Ἐπαινέσονται] Ubi legimus, εἰ τούτοις φημὶ ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγενῆσθαι γνώριμον. non dubito quin haec quoque oratio vitio unius literae decorem ſuum amiſerit ; legendumque ſit ἐπαινέσωνται. Timotheus nempe Harmonidae tibicini viam monſtraturus, qua per compendium poſſet fieri clarus inter omnes Graecos ; jubet eum ſeligere ex omnibus Graecis optimos, eosque paucos & principes, quibus artem ſuam probet. *His*, ait, *ſi artem tibiis canendi oſtenderis, iique te laudarint, jam te omnibus Graecis cognitum eſſe factum exiſtima.* *J.J.*

66. Τί σοι δεῖ τῶν πολλῶν] Ut mima illa : ſatis eſt equitem mihi plaudere. *J.B.*

73. Ἴσασι] Aliquid excidiſſe mihi videbatur, antequam ex L. hanc ſcripturam, pro εἰσὶ, quod in aliis eſt, vidiſſem. *M. du S.*

τῆσαί πω δλε, καὶ συρίσαι, κρίνεσι δὲ ἑπτὰ, ἢ πέντε, ἢ ὅσοι [a] δή. ταῦτα ὁ μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἔφθη ποιῆσαι. μέλαξὺ γὰρ αὐλῶν, φασιν, ὅτε τοπρῶτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν, ἐναπέπνευσε τῷ αὐλῷ, καὶ ἀποφανθεὶς ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε, τὸ αὐτὸ καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν Διονυσίοις.

judicant vero aut septem aut quinque, aut quotcumque tandem. Illa quidem Harmonides perficere non potuit. Inter canendum enim, narrant, cum primum in certamen descenderet, contentius prae honoris cupiditate dum inflat, in ipsam quasi tibiam exspiravit, & sine coronae honore in tabernaculo mortuus est.

Ὁ μέντοι γε Τιμοθέου λόγος, [b] οὐκ αὐλητικῆς, οὐδ' Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν, ὅσοι δόξης ὀρέγονται, δημόσιόν τι ὀπιδεικνύμενοι, καὶ πολλὴν τὴν παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. ἐγὼ γοῦν ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια περὶ τῆς ἐμαυτοῦ, καὶ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι, τῷ Τιμοθέου λόγῳ ἑπόμενος, ἐσκοπούμην ὅς τις ἄριστος εἴη τε καὶ τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύσουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν.

3. Verum Timothei illa oratio, non tibicinibus neque Harmonidi solum dicta mihi videtur, sed qui gloriam adamarunt omnibus, cum publicum quiddam profitentur, cum populari laude opus habent. Ego igitur, cum & ipse cogitarem de mea ratione similiter, & quomodo celerrime possem innotescere omnibus, quaererem: Timothei sermonem secutus, dispiciebam quis in hac urbe esset praestantissimus, cui fidem reliqui habeant, quique unus sit instar

a Δή] Δεῖ L. Δὴ Fl. J. P. &c. b Οὐκ] Deest haec particula in Ed. Fl. Adest in cett. & in P.

92. Οὕτω . . . ἔμοιγε] Οὕτω δὴ ἄρα σὺ ἔμοιγε ἡμῖν φαίνεται τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. In hoc loco vertendo aliud egerunt interpretes. Salmuriensis: *Tu igitur nobis revera talis videri debebas, quoniam virtutis omnis caput es, ut ajunt, gnomon & recta regula.* Alii pejus. Laborat locus prava distinctione, quae sic est emendanda: οὕτω δὴ ἄρα σὺ ἔμοιγε ἡμῖν φαίνεται τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι περ τὸ κεφάλαιον, ἀρετῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. *Tu igitur revera talis nobis esse existimaris*, nimirum princeps civitatis, *quodque sane praecipuum est, omnis virtutis norma, ut ajunt, & talium regula.* Κεφάλαιον inepta copulari cum ἀρετῆς, & omissa copula, & inepte sententia ostendit. Μέλλω eleganter hic est δοκιμάζομαι existimor, ita me comparo, ut pro tali habear & existimer, ut apud *Homerum*, quem Lucianus ubique sequitur:

Καὶ γὰρ ἐγὼ πρὶν ἔμοιγε κατὰ φρένα ἔλδεσθαι εἶναι.
Ego quoque olim judicabar inter homines beatus esse.

Ubi Scholiastes: ἔμοιγε, ἐμοὶ εἶναι, ἐνομιζόμην. *J. G. G.*

Οὕτω δὴ ἄρα] Lucianus ad amicum quemdam suum, virum principem, Ἐσκοπούμην, inquit, ὅστις ἄριστος εἴη τε καὶ τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύσουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὴ ἄρα σὺ ἔμοιγε ἡμῖν φαίνεται τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον, ἡ ἀρετῆς ἁπάσης γνώμων φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Apparet rescribendum ὅτῳ pro ὅτου. Lucianus scilicet ipse quoque notus fieri cupiens omnibus, Timothei consilium secutus, *Cogitabam*, inquit, *quis civium esset optimus, & cujus consilium sequerentur reliqui, quique mihi futurus esset instar omnium. Is vero tu jure merito mihi videri debebas; quodque sane praecipuum est, omnis virtutis norma, ut ajunt, ac recta talium regula.* In ultimis secutus sum interpretationem *Graevii*, quam Vir ille Cl. vulgata multo meliorem dat p. 978. Sequitur, εἰ δὲ σοι διέξειμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ, εἰς ἂν ὕστατα φαίνοιμι, καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν μοι τὰ ἐλπίδος καὶ ψήφῳ τὰς ἀπάσας λαβόντα. Sic connectenda haec arbitror; subito post φαίνοιμι puncto, quod in vulgato conspicitur. Verto: *Si autem tibi ostendissem mea, tuque ea laudasses, foret ut ita viderer jam spei meae terminum tetigisse, in unius suffragio suffragia omnium complexus.* *J. J.*

Οὕτω] Sic L. uti emendari jusserat *Jensius*. *M. du S.*

Ibid. Ἔμελλες] Verbi μέλλειν vis apud nostrum interdum haec est, ut verisimilitudinem quandam eo fere modo indicet, ut Latinorum *debet*, *oportet*, & similia. Luculentum praesertim exemplum est in Scytha p. m. 593. εἰ χαλεπῶς ἔμελλε ἐκ αὐτὸν γνώσεσθαι. Et p. 597. extr. καὶ ἔμελλον ὕστατα ἀφανιεῖσθαι. *J. M. G.*

Ἔμελλες] Huc quadrant quae Clar. *Jens.* in Lectt. Lucian. p. 20. contra *Th. Magistr.* adfert, dicens: Ἤμελλον, ait *Th. Mag.* Ἀττικοὶ, οὐκ Ἔμελλον. Atqui pas-

ſtar omnium. Ille igitur tu nobis videri vir debebas jure meritoque, virtutis omnis, quod quidem caput eſt, norma, ajunt, & recta talium regula. Si vero tibi mea oſtendiſſem, tuque ea laudaſſes, (atque utinam ita tibi videatur!) Scilicet ad finem me ſpei venire *putabam*, in uno qui ſuffragio ferrem univerſa. Aut quis eſt, quem tibi ſi praeferam, non merito inſanire videar? Igitur verbo quidem in uno homine jaciemus aleam; re autem vera idem eſt, quaſi omnibus undecumque hominibus vim dicendi oſtenderem. Apertum enim eſt, te & ſingulis, & collectis in univerſum omnibus, eſſe praeſtantiorem. Lacedaemoniorum Reges, calculos reliquis ſingulos habentibus, ſoli habebant binos. Tu vero & ephororum, & ſenum inſuper, *calculos*; & omnino omnium in doctrina ampliſſimum

c ὅτ⟨ω⟩ δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅτι⟨ω⟩ τὸ κεφάλαιον, χρεπῆς ἁπάσης ὁ γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τ τοιούτων. εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ (εἴη γὰρ ὅτω φανήσεσθαι) καὶ δὴ ὀπὶ τέρας ἥκειν με τὴν ἐλπίδ⟨α⟩, ὡς μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. ἢ τίνα γὰρ ἂν πρὸ σοῦ ἑλόμην⟨ο⟩, ἐχὶ παραπαίειν ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς, ὥσπερ ἂν εἰ τοῖς ἁπανταχόθεν ἀνθρώποις ὑποδεικνύμην τὴν λόγχην. δῆλον γὰρ ὡς καθ' ἕνα τε, καὶ σὺν ἅμα πᾶσιν συνειλεγμένων, μόν⟨ος⟩ αὐτὸς ἀμείνων ἂν εἴην. οἱ μέν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάστῳ μίαν ψῆφον φερόντων, διπλοῦν μόνοι ἑκάτερ⟨ος⟩ αὐτῶν, δύο ἔφερον. σὺ δὲ, καὶ τὰς τῶν Ἐφόρων, καὶ τὰς τῶν γερόντων προσέτι, καὶ ὅλως ἁπάντων ὁ σολυ-

c Οὕτ⟨ω⟩] Οὕτω Edd. quas vidi, omnes. Sed ὅτ⟨ω⟩ recte L.

94. Γνώμων] Γνώμων λέγεται ὁ σωστὸς ☾ * καινικόν τι μηχανικὸν, καὶ χῆμα † γεωμετρικόν. *V.*

* Καινικόν] Καινόν. C.

3. Ἐπιδικνύμην] Ἡ ἐπιδικνύμην ὑπερσυντελικὸν, ἢ ἐπιδικνυούμην ὑκτικόν. *V.*

† Γεωμετρικὸν] Vid. Schol. in *Lexiphanem* & 2. Lib. *Euclid.* *M. du S.*

paſſim Lucianus, Scriptor Ἀττικώτατ⟨ος⟩, Ἔμελλον, ἔμελλας, ἔμελλε. In *Harmonide* (h. l.) σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι. &c. In *Scytha*, Πολλὰ οὐδὲς ἔμελλεν αὐτῷ ὔσεσθαι. Ibid. ἔμελλε ☾ αὐτὸν γνώσεσθαι Ἀνάχαρσιν. In *Hermotimo*, Ὁ δὴ ☾ δηλοῦν ἔμελλεν ὑμῖν τὸ ἐφεδρον. Iterum in *Scytha*, καὶ ἔμελλον ὅτω ἀφετέον τὴν γνώμην. Et in ipſo *Thucydidis* loco, quem poſt in voce ΠΕΡΑΙΟΥΜΑΙ adducit ipſe *Thomas*, ὡς ἔμελλον τὴν Ἡλιόποντον περαιώσειν. Haec *Jenſius*. Cum *Th. Magiſtro* tamen etiam facit *Moeris Atticiſta*. Et verum quidem eſt, Atticos plurimum dicere ἔμελλον. Sed & ἔμελλον *Thucyd.* iterum VII. c. 20. Igitur prudentius *Phavorin.* ἐβουλόμην ait, eſſe ὡς Ἀττικώτερον, & ſic *Suid.* Vid. *Mattaire* de Dialectt. p. 58. nec amat Noſter ὑπερατticίζειν. Vid. ejus *Lexiphan.* & *Rhet. Praecepta.* *J. F. K.*

96. Φανήσεσθ⟨αι⟩] Punctum poſt hoc verb. quod erat in *Salm. Jenſ.* deletum voluit; ſed in *Pariſ.* haec parenthesi includebantur; quare ea ſic reliquimus. *J. F. R.*

1. Ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τὸν κύβον τὸ δ' ἀληθὲς] *Itaque juxta proverbium in uno viro aleam jaciemus. ac revera perinde fuerit.* At λόγῳ non ſignificat *juxta proverbium*, ſed verbo, & opponitur ei τὸ ἀληθὲς, *re ipſa.* Verte igitur locum: *Itaque verbo quidem ſuper uno viro aleam jaciemus; ſed re ipſa*, &c. Sic in *Reviviſc.* c. 6. Λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τὰ ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑμᾶς. Ubi rurſus male Interpres: *neque oratione ob hoc florilegium commendant, imo vero vos ipſos.* Debuit: *verbo quidem me collaudant ob florilegium; re vera vos.* In *Timone*. c. 8. dixit pro eo *Lucian.* Οὕτωσι μὲν εἰπεῖν, & ὡς δὲ ἀληθῶς λόγῳ. *L. Bas.*

Ὥστε λόγῳ — τὸ δ' ἀληθὲς] Hunc Luciani locum laudat etiam Cl. *Duker.* ad *Thucyd.* VIII. c. 92. p. 563. not. 7. & ex aliis *Thucyd.* locis quoque docet, τὸ ἀληθὲς & τὴν ἀλήθειαν ſaepe opponi ſimulationi, πρόφασει — & λόγῳ, ut VI. 33. & II. 41. Addo *Iſocrat.* Nicocl. p. 76. Τῶν βασιλικῶν τοῖς μὲν λόγῳ διηλλαγμένοις, τῇ δ' ἀληθείᾳ τραχέως ἔχουσ⟨ι⟩. Plura vid. ap. Rev. *Jac. Elſner.* ad ep. ad Coloſſ. c. 2. 23. *J. F. R.*

2. Ἀναρρίψομεν τὸν κύβον] Vid. Paroemiogr. ſic. p. 604. (i. e. pro Imagg. c. 16.) *J. B.*

12. Τὸν

λυψηφόταλος ὁ παιδεία. σύ γε ἢ μάλιστα ὅσῳ τ' λθικὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις, ὃ καὶ θαῤῥεῖν με τῷ παρόντι ποιεῖ, ἀφ' γε τὸ μέγεθ ᾧ τολμήματ ᾧ, καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοβηθείη. κἀκεῖνο δὲ, νὴ Δία, προσέτι ἢ [a] αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν [b] ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι· ὃς πόλεώς τε ἐκείνης εἰμὶ, ἣν πολλάκις εὖ ἐποίησας, τὸ μ πρῶτον, ἰδίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον, κοινῇ μ παντὸς ᾧ ἔθνους· ὥστε ἤν πω ἢ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χεῖρον ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ὁ τῷ λόγῳ, ἢ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ τ ὁ Ἀθηνᾶς

suffragandi jus habes; ea maxima de caussa, quod candidum semper & salutarem fers calculum: quae res etiam mihi in praesenti facit fiduciam, qui propter rei quam conor magnitudinem, merito perterrear. Adhaec illud etiam profecto animum mihi addit, quod non plane aliena tibi sunt mea, qui tum ex ea urbe sim, quam saepe tu ornasti, primo quidem privatim ipsam, iterum vero publice cum gente universa. Itaque si forte nunc etiam in sequiorem partem inclinent, dum loquor, calculi, paucioresque sint meliores, tu adjecto illo Mi-

a Αὐτὸ] Sic recte L. Αὐτῷ male Edd. Αὐτὸν *Pell.* b Ἀλλότριον] Ita Edd. *J. Fl. H. P.* &c. nisi quod ἀλλότριων B2. male. Ἀλλότρια *Jens.* & *Pell.* quod cur non admiserim, vid. nott. Et quia ex aliis Codd. hic nihil variationis notatum, non dubito quin ii omnes vulgatum ἀλλότριον servent.

12. Τὴν λάϐκην] Δύο ἦσαν ψῆφοι τοῖς νενικηκόσιν ἀνίκειντο, λάϐκη μὲν πλήρης, ὥσπερ τοῖς ἐτελειώνοις ἡ μίλαινα δὲ ἡ τετρυπημένη. *V.*

* Hoc Scholium in Edit. *Cler.* relatum erat ad verbum paullo praecedens, πολυψηφότατος. Id vero mutavit *Solanus*, sed parvi est, & jam supra non semel de eadem re dictum. *J. F. R.*

12. Τὴν λάϐκην] De his calculis res nota. *J. B.*

16. Αὐτὸ θαῤῥεῖν] Non facile puto ex his verbis [κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι ὁ αὐτῷ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι] concinnum erui posse sensum. Sed videor mihi verissimam adsequutus scripturam, ubi legerim, κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι ἢ αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι. Dixerat Lucianus Virum illum principem, cui uni se probare gestiebat, quemque unum sibi instar omnium fore dixerat, semper album & servantem secum ferre calculum, atque adeo se magno, qui se caeteroquin in negotio tanti momenti suscepto gravaret, timore levari. *Sed profecto*, pergit, *illud quoque ipsum me amplius confirmat, quod res meae non sunt a te prorsus alienae.* *J. J.*

Αὐτὸ] *Vorstii* & *Jensii* Emendationem firmat L. Codicis auctoritas, in quo pro vulgatarum αὐτῷ legitur, ut hic, αὐτό. *M. du S.*

17. Ἀλλότριον] *Vorstius* & *Jensius* ἀλλότρια mallent. Ego nihil muto. *M. du S.*

Ἀλλότριον τἀμὰ] Recte fecit *Solanus*, qui nihil hic mutaverit; nam, etsi mirum nonnullis videbitur, singularem ita adjungi plurali, tamen est Graecismus verus, qui exponi potest per ellipsin χρῆμα, vel τι, ut significet: *meas res tibi esse alienum quid.* Quod eodem modo Belgice efferimus. Exempla ex Graecis auctoribus possem dare haud pauca, sed sufficiant sequentia, Noster supra, *Zeux.* c. 4. οἷόν ἐστιν ἵππος. *Aelian.* V. H. III. 1. p. m. 167. Λέγεται δὲ τὰ ὕδατα ταῦτα ᾧ τοῖς λουσαμένοις ἀγαθὸν εἶναι. *Hippocr.* Sect. I. Aph. 15. Σημεῖον αἱ ἡλικίαι, ἢ οἱ ἀθληταί. *Thucyd.* I. 6. Σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τ' Ἑλλάδ ᾧ. Nam quia neutrum plurale amat verbum singulare, ideo jam indifferens erit, num propter ἐστὶ addas subst antiv. singulare σημεῖον an propter ταῦτα addas plurale σημεῖα. Ita quoque adjectiva gerundiva singulari num. solent addi pluralibus, eadem analogia: ut: *Epict.* §. 37. Ed. *Reland.* p. 68. Ταῦτα μὲ οὖ παρόντα ποιητέον. *Hippocr.* S. 1. Aph. 15. Τὰ προσάρμαλα δοτέον. *danda sunt alimenta*; i. e. Alimenta sunt aliquid quod dandum est. (Etsi eadem gerundiva alibi quoque plurali num. efferri notum est.) Sic inquam ille canon de neutris plur. cum verbo sing. cujus tam varias rationes reddunt Grammatici, simplicissime omnium exponitur per ellipsi. χρῆμα vel τι, ut τὰ ζῶα τρέχει proprie sit: *animalia*, sive *pecus est aliquid currens.* Omnia enim verba originem vel saltem terminationem suam debere prisco ἴω *sum*, recte conjicit *S. Clarke* ad Homer. Alius autem singularis & plur. concursus vicissim per intellectum ἐστὶ conciliatur. Sed ταῦτα fere perpetuo in plurali effertur, etsi refertur ad singularem, vel collective ad totam orationem praemissam, ut apud Nostrum *de Salt.* c. 1. Ἀνὴρ δέ τις — ᾧ ταῦτα, παιδιὰ σύντροφ ᾧ & *Aristoph.* Plut. 17. Sed melius convenit hoc *Aristoph.* Plut. 887. Ταῦτα οὐχ ὕδρις, πολλή ἐστι; alibi τάδ' ὕβρις, vid. Ind. *Kusteri.* *J. F. R.*

22. Τῆς Ἀθηνᾶς] Alludit ad historiam Orestis, quem suffragiis in Areopago damnandum suo calculo servavit Minerva. Vid. *Eurip.* Iphig. in Taur. 1469. Consu-

Minervae, de te, quae deficiunt, exple: ac domeſticum tibi & familiare videatur prava *hic etiam* corrigere.

προστιθεὶς, ἀναπλήρω τὸ ἐνδέον σεαυτῷ, καὶ τὸ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκεῖτω.

4. Etenim neque illud mihi ſatis eſt, ſi multi ante me admirati ſunt, ſi nobilis jam ego, ſi laudantur ab his, qui audierunt, orationes: omnia illa *ſomnia*, quod ajunt, *vento concepta*, & irrita, *umbrae verborum*: verum autem jam apparebit. Hic accuratus meorum finis. Nihil in utramque partem amplius accipietur, aut ita ut dubitare quis poſſit; ſed oportebit aut optimum circa doctrinam me putari, ſi quidem tibi ita videatur, aut omnium - - - Sed bene ominari fas eſt ad tantum certamen euntem.

Καὶ γὰρ ἐγὼ ἐκεῖνό μοι ἱκανὸν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασαν πρότερον, εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγὼ, εἰ ἐπαινοῦνται πρὸς τῶν ἀκουσάντων οἱ λόγοι. πάντα ἐκεῖνα, ὑπηνέμια ὀνείρατα, φασὶ, καὶ ἐπῶν σκιαί. τὸ δ' ἀληθὲς, ἐν τῷ παρόντι ἀποδειχθήσεται. ὅτου ἀκριβὴς ὅρος τῷ ἐμοί, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δόξαι νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. . . . . εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς ὅτου μέγαν ἀγῶνα χω-

9 Ἐπῶν] Sic Edd. omnes. Ἐπαίνων *Angl.* P. & L. item marg. *AIW.*

28. Ὑπνώμια] Ἀκόδεια. *V.*

ſule etiam, ſi lubet, Schol. *Ariſtoph.* 244. D. & noſtrum in Ἀνάβ. c. 21. ubi eandem fabulam tangit. Utitur etiam *Philoſtr.* p. 568. Ed. Lipſ. proverbio *Minervae calculus.* *M. du S.*

24. Ἐπανόρθωμα] Hoc puto velle Sophiſtam: cum ſoleas, ut praeſes, & *rector* provinciae, quaecumque depravata ſunt *corrigere* & reſtituere: tui muneris, partem eſſe putato, peccata etiam mea emendare. *J. M. G.*

29. Ἐπῶν σκιαὶ] Sic legunt Interpretes & Paroemiographi. In Angl. Cod. rectius ἐπαίνων σκιαὶ, ut σκιᾶς ὄναρ apud Pindarum. *J. B.*

Ἐπῶν σκιαὶ] Λόγου ἔργου σκιὰ, proverbium a Democrito profectum, apud *Diog. Laërt.* Democr. 246. D. & *Plut. π. παιδ. ἀγωγ.* 16. 2. λόγου γὰρ ἔργου σκιὰ κατὰ Δημόκριτον. P. tamen & L. cum A. ἐπαίνων. *Philemon* Caſaubono laudatur ad *Theophr.* 282. ἄλλο μὲν οὐδὲν πλὴν σκιά. De amicis in adverſis. Vid. *Eur.* p. 295. B. *M. du S.*

30. Οὕτω ἀκριβὴς . . . . ἢ πάντων] Non intellexerunt interpretes haec verba, ὅτου ἀκριβὴς ὅρος τῷ ἐμοῖ. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δόξαι νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν ἢ πάντων. Salmurienſis ſic tranſtulit: *Hic lucubrationum mearum exactus terminus. Non amplius eſt dubium, nec quiſquam ambiget, quin id omnium optimum juxta diſciplinas exiſtimari oporteat, quod tibi viſum fuerit.* ἢ πάντων omiſit in verſione. Cetera ſatis inſcite. Verte: *Hic certus meorum ſcriptorum ſcopus eſt. Nihil dubii reliquum, adeo ut nec in poſterum quiſquam dubitaturus ſit, ſit ne hoc omni eruditione refertiſſimum, quod tuum fert ſuffragium, an omnium.* Nimirum tuum ſuffragium mihi eſt & aliis etiam erit, inſtar omnium. *J. G. G.*

Ibid. Ὅρος] Ὅρος ſive *finis* hic eſt *definitio.* Judicio viri, cui blanditur, vult conſtitui ac definiri, quid de ſe ſentire debeant reliqui. σοί γε δόξαν abſolute poſitum, ut ſexcenties. *J. M. G.*

32. Ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δίκαιον νομίζεσθαι σοί γε δόξαν ἢ πάντων] Opſopoeus apud Baſileenſes & Bourdelotium, *ſed aut optimum juxta diſciplinas aſtimandum eſt, quod tibi appertet* (ſic *Bourdelotius.* at in Baſileenſi *oportet*) *gloriam, aut omnium.* Benedictus, *quin id omnium optimum juxta diſciplinas exiſtimari oporteat, quod tibi viſum fuerit.* Unde apparet illas voces σοί γε δόξαν verius fuiſſe intellectas ab *Benedicto*, quum certe Lucianus de judicio agat, non de gloria; & editioni *Baſileenſi* adſcripſit pater, *tuo judicio.* Sed quum is ipſe *Benedictus* non perciperet, quo poſtrema iſta ἢ πάντων referenda eſſent, omiſſis duabus adverſativis ἢ ineptiſſima licentia vocem πάντων ſuperioribus immiſcuit, quum tamen ſimpliciter verti deberet, ac clariſſima ſit apoſiopeſis, verentis aliquid arrogantius vel invidioſius proferre, quod poſt vocem πάντων tamen promittebat ſermonis curſus. Verte igitur: *quin id vel optimum ad doctrinam exiſtimari oporteat, quod tibi viſum fuerit, vel omnium.* *J. G.*

33. Ἢ πάντων . . . . εὐφημεῖν δὲ] Elegans λύπησις, quae fugit omnes interpretes, praeter Clariſſimum *Gronovium.* Nimirum ubi dixiſſet, ſibi non ſufficere, quod vulgus ipſum admiratum fuerit, quodque ſermones ſui laudentur ab auditoribus: ea omnia eſſe vana: at nunc, ſi verus ille rerum exiſtimator judicarit, id quod verum ſit, demonſtratum iri; idque ut fiat, ſe unice petere. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, perſequitur, οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δίκαιον νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς ὅτου μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. *Nihil*

χωροῦντα, δόξαιμεν γὰρ, ὦ θεοὶ, λόγου ἄξιοι, καὶ βεβαιώσαιμεν ἡμῖν τὸ ἀξιοῦσθαι τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς τὸ λοιπὸν θαῤῥοῦντας ἐς τοὺς πολλοὺς παρεῖναι. πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

Videamur enim, o Dii, digni hodie, quorum ratio habeatur! & firmate nobis laudem *tributam* ab aliis, ut reliquo tempore cum fiducia in multitudinem procedere possimus. Stadium enim omne minus formidabile ei, magna qui Olympia vicerit.

amplius, quod sit ambiguum, nec de quo quisquam dubitare possit, sed vel optimum eruditione oportebit censeri, si tibi quidem ita visum fuerit, vel omnium. Ast bene ominari oportet eum, qui ad tantum certamen progreditur. Manifestum est, voluisse Lucianum, *oportebit judicari vel optimum eruditione, si tibi, unice arbiter, ita visum fuerit, vel omnium pessimum. Neque nunc amplius locus dubio incertove relinquendus est, dum alii scilicet aliter judicent, & sic de universa existimatione omnium nihil certi queat decerni. Sed tuum judicium secuturis omnibus, qualis habendus sim, constabit.* At ne verbo male sibi ominaretur Lucianus, in voce πάντων repressit loquendi cursum; quum debuisset sequi χείρισον, vel simile. *J. J.*

Ἢ πάντων . . . . Εὐφ. δὲ χ.] Sic cum punctis edi curavimus, quibus ἀποσιώπησις designaretur; quo facto liquida jam omnia. Sensus autem adeo perspicuus est, ut mirer qua ratione factum sit, ut Viros doctissimos fugerit, praesertim cum posterior Interpres recte aposiopesin observarit. Nota autem veterum superstitio in rebus agendis inchoandis, cujus exempla passim apud Auctores occurrunt; de qua *Casaub.* ad Theophr. Car. p. 322. Hanc nunc silentio huic praetexit, *M. du S.*

38. Πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.] Hoc loco τὸ μεγάλα non περίλυσι, sed eo quod in pluribus locis Graeciae certamina sacra celebrabantur sub Olympiorum nomine, ideo dixit Olympia magna, ad differentiam eorum quae minus celebria erant. Intelligit igitur Olympia magna, quae Pisae ad Alphaeum celebrabantur, quae & antiquissima a Pelope & Hercule erant, & celeberrima non solum in tota Hellade, sed etiam Italia, Sicilia, Asia, Aegypto, Syria, Cyrenaica, concurrentibus ad spectaculum, & athletas & quadrigas eo mittentibus: Minora vero Olympia erant, quae celebrabantur Dio Macedoniae ab Archelao rege institutа, quod nos docet Demosthenis Scholiastes ad orationem περὶ παραπρεσβείας, his verbis: Τὰ Ὀλύμπια δὶ πρῶτος Ἀρχέλαος ὁ Διὸς ὁ Μακεδονίας κατέδειξεν, ἤγετο δὲ ἐπ' ἐνίοις, ὡς φασὶν, ἡμέραις ἑξαρίθμοις ταῖς Μούσαις. Eodem nomine erant etiam Athenis, ut docet *Pindari* Schol. ad Olymp. 7. ad haec verba, χρυσαῖς ὁ Ἀθήναις. Sic enim commentatur: εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἐν Πανα-θηναίοις ἢ τὰ Ἡράκλεια, ἢ τὰ Ὀλύμπια &c. Vetus inscriptio Romana, de qua *Jos. Scaliger* lib. de Emend. temp. quinto, p. 476. Olympia etiam post Panathenaea recenset *Hesychius*, Ὀλύμπια ὁ Ἀθήνησιν ἀγών. Item alia Olympia, quae Smyrnae, & alia quae Pergami, & alia Alexandriae, quorum mentionem fieri in Pandectis asserit idem *Scaliger*. Respectu igitur horum omnium certaminum, quae sub nomine Olympiorum diversis locis celebrabantur, dicta sunt Olympia magna ea, quae Pisae committebantur. *J. P. a G.*

39. Τὰ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα] Conf. supra *Herodot.* c. 1. *M. du S.*

SCYTHA, SEU CONCILIATOR HOSPITII.

NOn primus e Scythia Athenas venit Anacharsis Graecae disciplinae caussa: sed Toxaris etiam ante ipsum, sapiens vir & pulchrarum rerum amans, optimorumque institutorum studiosus. Domi vero non regii generis erat, neque pileatorum, sed Scytharum de multis unus & plebeiorum, quales apud illos sunt qui Octipedes vocantur, hoc autem significat boum duorum dominum esse, & unius plaustri. Hic Toxaris neque rursus ad Scythas rediit, sed Athenis mortuus est. Neque ita multo post pro Heroe est habitus, sacrificantque illi, ut *HOSPITI*

ΣΚΥΘΗΣ, Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

ΟΥ[a] πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε, παιδείας ὀπιθυμίᾳ δὲ Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις πρὸ αὐτοῦ σοφὸς ὢν, καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ, καὶ ὀπλοδυμάτων φιλομαθὴς τὰ μέγιστα· οἶκος δὲ, ὑφ' ᾧ βασιλέως γένους [b] ἦν, οὐδὲ τῆς τιλοφορικῆς, ἀλλὰ Σκυθῶν τῆς πολλῶν καὶ δημοτικῶν, οἵτινές εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ἀκτάποδες καλούμενοι· τοῦτο δὲ ἐστὶ, δύο βοῶν ὀδεσπότην εἶναι, καὶ ἁμάξης μιᾶς. ὅτε ὁ Τόξαρις, οὐδ' ἀπῆλθεν ὅτι ὀπίσω εἰς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν [c] ἀπέθανε καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἥρως ἐδόξε, καὶ ἐτίμησαν αὐτῷ Ἕλ-

ΣΚΥΘΗΣ] ΣΚΥΘΙΟΣ W. Sed recte Edd. Σκύθης. conf. c. 7. pr. *a* Πρῶτος] Sic *B2. P. S. A.* Πρῶτον *Ald. Fl. Fr. H.* Obliterata est vox in M. vitio temporis. *b* Ὧν] Sic recte Edd. vett. Ὃν male recentiores. *c* Ἀπέθανε] Ἀπίθανεν W. Prius vero servant Edd.

13. Ἐτίμησαν] Ἐτιμήσαντο. *V.*

ΣΚΥΘΗΣ] Προσαλλὰ. Habita vero in Macedonia, & quidem ut conjecturam feceris, Thessalonicae. Patescet legenti p. 540. & sequentem. *Th. M.*

ΣΚΥΘΗΣ] Quam *Marcilius* paginam indicat, ea est Parisinae editionis, i. e. *Aristoleg.* 2 c. 4. ad 10. Sed verear ut numerus recte sit expressus. *J. F. R.*

1. Πρῶτος Ἀνάχαρσις] Vid. hujus vitam & Epitaphium apud *Laërtium.* *G. C.*

Πρῶτος] Sic recte, & patet hinc narratione. mendose in aliis πρότερον. *J. B.*

Πρῶτος] Sic emendatum in *Bs. P. S.* & *A.* In antiquioribus prave legebatur πρότερον. *M. du S.*

Ibid. Ἀνάχαρσις] Meminit hujus *Galenus* in πρόλ. ad Artes. *A. V.*

Quae de Anacharside hic habet, narrantur etiam apud *Plut.* p. 26. F. & *Diog. Laërt.* Sed aliter. Item ap. *Herod.* IV. 46. p. 155. *M. du S.*

6. Οὐ τῶ βασ. γένους] Hoc a Luciano observatum, quia quem nominavit, Anacharsis e regia stirpe erat oriundus. Vid. *Herod.* p. 155. f. *M. du S.*

Ibid. Ὧν] Tarparunt editores novitii finceram veterum editionum lectionem, dum dedérunt, ὃς τῆ βασιλικῆ γένους ἦν, nempe ὃν pro ὧν. *J. J.*

7. Πιλοφορικῆς] Quis hoc memoraverit, me latet. *M. du S.*

Ibid. Σκυθῶν τῶν πολλῶν] Sic infra Τοξ. c. 45. med. Πόντου — τῶν Σκυθῶν τῶν πολλῶν. *M. du S.*

8. Ὀκτάποδες] Scythico proverbio dicebantur, quibus rusticanae tantum opes erant, quique duos possiderent boves, & currum unum: inter opes enim rusticanas praecipue recensét *Hesiod.* bovem aratorem. *G. C.*

12. Μετ' οὐ πολὺ] Immo post CXXX. minimum annos; tot enim inter Solonem & pestem, de qua mox, intercesserunt. *M. du S.*

13. Καὶ ἐτίμησαν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ] Ἐνὶ ἰατρῷ. *F. G.* Ita in nott. ejus Mss. invenio, an igitur voluit ξένῳ nomen viri facere? Sed quia honoris titulus, & quasi Numinis est, ideo majori litera distinxit, quod quia *Solanus* quoque voluit, facile admisimus. *J. F. R.*

Καὶ ἐτίμησαν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι] Male Interpres: *Et ipsi quamquam peregrino Medico, Athenienses hostias immolant.* Ἐτίμησαν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ, hoc est, *ipsi hostias immolant, sub nomine peregrini Medici.* *AE. M.*

Καὶ ἐτίμησαν αὐτῷ ξένῳ ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι] Monuerat in marg. Ed. *Graev.* Clar. *Hemsterh.* adeundum *Duker.* ad *Thucyd.* V. p. 325. n. 84. ubi is haec Luciani verba adfert. Verba autem *Thucyd.* c. 12. his consona, haec sunt: ὡς ἥρωι δὲ ἐτίμησαν. *Spanh.* Dissert. IX. de praest. & us. Num. p. 565. laudatur ibid. *J. F. R.*

νῳ [a] Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι· τοῦτο γὰρ τὄνομα, ἥρως γενόμενον, ἐπεκτήσαλο. τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας, καὶ ἀνθ' ὅτου ἐς τοὺς ἥρωας καλελέγη, καὶ τῷ Ἀσκληπιαδῶν εἷς ἔδοξεν, ἴσως διηγήσαλο, ὡς μάθοις καὶ Σκύθαις μόνον ὑπάρχειν τὸ ἀπαθανατίζειν, καὶ πέμπειν [b] πρὸς τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος.

MEDICO Athenienſes. hoc enim nomen, cum Heros eſſe juberetur, accepit. cauſſam vero cognominis, & cur in Heroas relatus ſit, & pro Aeſculapii poſterorum uno habitus, enarrare haud abs re forte fuerit, ut diſcatis, non Scythis modo patrium eſſe immortalitatem credere, & abolegare nuntios ad Zamolxin; ſed Athenienſibus etiam licere Deos facere in ipſa Graecia Scythas.

Κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν, ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνὴ, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρὸς, ὑπαγάγοντα οἱ τὸν Σκύθην κελεῦσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις, ὅτι παύσονται τῷ λοιμῷ ἐχόμενοι, ἢν τοὺς στενωποὺς οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι. τοῦτο συχνάκις γενόμενον, καὶ γὰρ ἠμέλησαν Ἀθηναῖοι οἱ ἀκούσαντες, [c] ἔπαυσε μηκέτι λοιμάττειν αὐτούς· εἴτε ἀτμούς τινας πονηροὺς ὀσμῇ σβέσας τῇ ὁδμῇ, εἴτε ἄλλο τι πολέων

2. In magna illa peſtilentia viſa ſibi per quietem eſt videre Architelis Areopagitae uxor, adſtantem ſibi Scytham, qui juberet dicere Athenienſibus, *a peſtilentia ipſos vexari deſituros, ſi vicos urbis vino multo conſpergant.* Hoc ſaepius factum (neque enim neglexerunt qui audierant Athenienſes) finem peſtilentiae apud illos impoſuit, ſeu vapores quosdam malos odore delente vino,

a Ἰατρῷ] Ἰατροῦ male W. b Παρὰ] Sic recte Fl. S. A. Item Codd. M. & L. Περὶ male J. H. &c. c Ἔπαυσε] Ἢ ἐποίησε L.

23. Ἀρχ. γυνὴ] Ἡ Δαιμωνίτη. G.

24. Ἐπισάντα] Multo ante vita functum. G.

Ibid. Ἐντίμουσι ξένῳ ἰατρῷ] Loquitur, ut de Braſida *Thucyd.* V. 11. Οἱ Ἀμφιπολῖται τὸν εἰρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωί τε ἐντίμουσι, (Schol. ἐναγίζουσιν, ἐναγίσματα προσφέρουσι, θύουσιν) καὶ τιμὰς διδόασιν, ἀγῶνας καὶ ἐπετείους θυσίας. *Heroas* Graecorum cum *Divis ſ. conſecratis* Romanorum conferendos eſſe etiam *Spanhemius* docuit de uſu & praeſt. num. diſſ. 9. p. 329. Ἐντίμουσι verbum interpretatur Scholiaſtes ἐναγίζουσιν, ἐναγίσματα προσφέρουσι, θύουσιν. ἐναγίζειν etiam de ſacrificiis, quae Heroibus, non immortalibus Diis, offeruntur, *Herodot.* 2, 44. *J. M. G.*

Ibid. Ξένῳ Ἰατρῷ] AG. IV. 883. *M. du S.*

19. Σκύθαις — ἀπαθανατίζειν] Conf. infra T. ult. Ἔκκλ. c. 9. Τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται . . . αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι, καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν. *M. du S.*

20. Καὶ πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν] Morem hunc mittendi ad Zamolxim ſcribit *Herod.* in 4. *Strab.* in 7. *Suid.* in dictione Ζάμολξις. G. C.

Καὶ πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν] Καὶ πέμπειν ὡς τοὺς, περὶ τὸν Ζάμολξιν. *Th. M.*

Ibid. Πέμπειν] Πέμπειν περὶ τὸν Ζάμολξιν. Dico alibi. *J. B.*

Ibid. Παρὰ] M. L. & Edd. Fl. S. & A. recte; & ſic *Herodotus* ipſe, qui hunc morem deſcribit in IV. p. 259. 2. In reliquis Edd. peſſime legitur περὶ. De Zamolxide vid. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* p. 205. *M. du S.*

Παρὰ τὸν Ζάμολξιν] Puto ego totum hoc ſumtum ab *Herodot.* IV. 94. atque ita legendum, ἀθανατίζειν, καὶ πέμπειν ὡς πρὸς τὸν Ζάμολξιν. Nominaverat Γέτας τοὺς ἀθανατίζοντας. Tum paucis interjectis, ἀθανατίζουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· ἔστε ἀποθνήσκειν ἑαυτοὺς νομίζουσι, ἴσασι τε τὸν ἀποπέμψοντα ὡς πρὸς τὸν Ζάμολξιν θεράποντα. Deinde narrat quam ridicula crudelitate ſingulis quinquenniis interjectis ſorte aliquem delectum mittant ad Zamolxin, πέμποντες vel ἀποπέμποντες ὡς πρὸς τὸν Ζάμολξιν, ἐπιτελλόμενοι τῷ ἂν ἑκάστοτε λάχῃσι. Hoc itaque in verſione ſecutus ſum. Deinde verba ἐπὶ τὸν Ἑλλάδα omnino praecedentibus jungo. Quid enim? diſcere ne debebant homines, Areopagum & Athenas eſſe in Graecia? an illud, barbarum hominem & Scytham pro Heroë, pro auxiliari Graeciae numine, in Graecia agnitum? *J. M. G.*

Ibid. Ἀλλὰ — ἔδοξεν] Ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τὸν Ἑλλάδα. κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν. Sic diſtinguit *Bourdelotiana*, & interpretatio Opſopoei eſt, *ſed Athenienſibus quoque licitum eſt in Gracia Scythas Deos facere. Quo tempore ſava peſtilentia populus Athenienſis infeſtabatur.* Benedictus ita mutavit diſtinctionem τοὺς Σκύθας, ἐπὶ δὲ Ἑλλάδα κατὰ, vertens tamen *Scythas in Gracia Deos facere. Quo tempore ſava peſtilentia graſſabatur Athenis.* Unde apparet, quantum ſibi permiſerit uterque interpres,

no, seu aliud quid amplius videns Toxaris Heros, quippe Medicinae peritus, consuluit. Merces igitur curationis hodieque illi persolvitur, equus albus in ipsius monumento immolatus, *illo ipso loco*, unde ostendit Dimaenete progressum ipsum, illa de vino praecepisse: & inventus ibi fuerat sepultus Toxaris, tum inscriptione agnitus, etsi ea non omnibus jam apparebat, & maxime, quod in columella insculptus erat Scytha, sinistra quidem arcum intentum habens, dextra vero, ut videbatur, librum. Videas jam adhuc ultra dimidiam ejus partem, arcum autem integrum atque librum; reliqua vero columellae, & ipsam faciem, tempus olim jam abolevit. Est autem non multum a Dipylo *sive Jano*, ad sinistram in Academiam euntium, tumulus non magnus, & humi jacens columella.

εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὤν, συνεβούλευσεν. ὁ δ' ὃν μισθὸς τῆ ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ, λευκὸς ἵππος καλαδυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι· ὅθεν [d] ἔδειξεν ἡ Δειμαινέτη προσελθόντα αὐτὸν, ἐντείλασθαι ἐκεῖνα τὰ [e] περὶ τοῦ οἴνου. καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῆ τε ἐπιγραφῆ γνωσθεὶς, [f] εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο [g] ἔτι μάλιστα, ὅτι ἐπὶ τῆ στήλη Σκύθης ἀνὴρ [h] ἐγκεκόλαπτο, τῆ λαιᾷ μὲν, τόξον ἔχων ἐντεταμένον· τῆ δεξιᾷ δὲ, βιβλίον, ὡς ἐδόκει· ἔτι καὶ νῦν ἰδοις ἂν αὐτοῦ ὑπὲρ ἥμισυ, καὶ τὸ τόξον ὅλον, καὶ τὸ βιβλίον. τὰ δ' ἄλλα τῆς στήλης, καὶ τὸ πρόσωπον, ὁ χρόνος ἤδη ἐλυμήνατό πως. ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, ἐν δεξιᾷ εἰς Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαί, πλὴν ἀλλ'

[d] Ἔδειξεν] *Pell.* an ἴδοξεν ut ante? [e] Περὶ] Sic Edd. & M. Sola *J.* male ὑπὲρ. [f] Εἰ] Erasa priore scriptura haec superinducta est in M. quam etiam adgnoscunt Edd. [g] Ἔτι] Punctum post ἔτι est in W. Idem aderat in *P.* quare id servavi, etsi abesset a *J.* & Fl. quae male comma ante ἔτι collocarant. [h] Ἐγκεκόλαπτο] Ἐκεκόλαπτο W. male.

48. Χῶμα] Tumulus. *G.*

pres, quum & de populo Athenienſi nihil dicant Graeca, & tantundem de Benedicti Athenis. Certe quidem in ea urbe luem grassatam nemo ita caecus est, qui non satis ex serie orationis videat. Sed an propterea non etiam potuit grassari extra urbem illam per Graeciam? & quum grassaretur ita per universam non minus Graeciam quam Athenas, an non potuit singulare monstrari remedium urbi Athenarum, aeque ut aliis privatis urbibus? Nemo contrarium dixerit. Et prorsus tale factum memoratur ab Harpocratione in Ἄδικος. Jam verba illa ἐπὶ τῶ Ἑλλάδος pertinent omnino ad sequentia, quibus rectissime conveniunt, quum praecedentibus adhaereant prorsus quod ad syntaxin κακοζήλως, (& quis dicet διατοιῶ ἐπὶ τῶ Ἑλλάδος?) quod ad rem ipsam, nugaciter; quum Athenienses nequeant διατοιῶ, nisi in territorio suo: neque Luciano contrarietas in his quaesita est, sed in Scythis & Athenienſibus. *J.G.*

23. Λοιμὸν τ' μ.] Tempore belli Peloponnesiaci, de qua peste *Thucyd.* videndus. *M. du S.*

25. Τὸν Σκύθην] Τὸν Τόξαριν. *AE.M.* Idem jam notaverat *F.G.*

29. Ἔπαυσι] In L. ἢ ἐποίησε. Et sane cum παύω usurpant, participia solent addere, non infinitivos, ut vocant, modos. Vide sententiam praecedentem. *M. du S.*

Ἔπαυσι] Etsi tantum non semper cum participio construi amat hoc verbum, tamen hoc loco participium vix conveniens esset. Et cum παύω quoque construatur cum genitivo substantivi, quid prohibet etiam dicere παύειν τῆ νοσῶ aeque ac παύειν τῆ νόσου. Nec desunt tamen exempla infinitivi, ut *Galen.* ad Hippocr. Prognost. pag. 151. vers. 29. (monente *Foësio* in Oecon. Hippocr.) ubi scribit *Galenus*: τὸ ἀφωνοῦντά τινα τῆ παρὰ φύσιν ὄγκου αἰτιῶν, ἢ ταυτὸν σημαίνει τῶ παύσαντα φάναι. Nec tamen ἐπαύσατο improbem. *J.F.R.*

34. Λευκὸς ἵππος] Dico alibi. *J.B.*

39. Ἐφαίνετο ἔτι] In Scytha; Καὶ εὑρέθη, καὶ ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῆ τε ἐπιγραφῆ γνωσθεὶς, οὐ μὴν πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι μάλιστα & quae sequuntur. Distingue, πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα. *quamquam non integra nunc extet, & maxime.* *J.G.G.*

Ἐφαίνετο ἔτι] *Menss.* AG. IV. τόιο. In W. post ἔτι punctum est. In reliquis cum sequentibus jungitur. *M. du S.*

Ἐφαίνετο ἔτι] Distinctio quam Cl. *Graev.* post ἔτι fieri voluit, jam aderat in Parisina, nisi quod pro commate punctum minus exstabat, quod itaque intactum reliqui. *J.F.R.*

ἀλλ' ἐγερθαί γε ἀεὶ, φασὶ, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ, μὰ τὸν Δί', εἶδέν ἄπιστον, ὡς ἄλην ποτὲ ἰάσαιτο ἡ πόλις.

Ἀλλὰ γὰρ ἔστιν ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, ἅρτι καταπεπλευκὼς, ἀνῆκε ἐκ Πειραιῶς, οἷα δὴ ξένος καὶ βάρβαρος, καὶ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, φοφοδὴς πρὸς τὰ πολλὰ, οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. καὶ γὰρ συνίει καταγελώμενος [a] πρὸς τῆς ὁρωμένου ὅτι τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωσσον εὑρεῖν οὐδένα εἶρισκε, καὶ ὅλως μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐδεδοίκει, ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας, ὅτι πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν· καὶ [b] πλοίῳ ἐπιβάντα, πλεῖν αὖθις ὅτι Βοσπόρου, ὅθεν ἡ πολλὴ [c] ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς Σκύθας. ἔτως

Veruntamen coronata semper est, & ajunt febri laborantes quosdam illius ope esse liberatos: neque profecto incredibile, qui totam olim urbem sanaverit.

3. Verum enim vero, cujus rei caussa mentionem illius injeci, superstes erat Toxaris, cum Anacharsis navigatione modo finita, a Piraeeo adscendit, tanquam peregrinus & barbarus non mediocriter adhuc turbatus animo, ignarus omnium, strepitum saepe quemvis exhorrescens, de se quid faceret, nescius: sentiebat enim deridi se ob habitum & arma; & linguae suae peritum inveniebat neminem: & in universum vitae ipsum jam poenitentia subibat, decretumque ipsi erat, visis modo Athenis, retro legere vestigia, conscensoque navigio, navigare rursus in Bosporum, unde via sibi non longa domum ad Scythas suos futura esset. Ita affecto Ana-

a Παρὰ] Sic J. H. Fl. P. S. Ὑπὸ L. Ἐπὶ W. b Πλοίῳ] Sic Edd. J. H. Fl. P. Πλοῖα W. c Ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ] Inverso ordine W. ἔμ. αὐτ. ὁδ.

57. Τοφοδὴς] Τοὺς ψόφους φοβούμενος, τουτέστι δειλός. V.

49. Πυρεταίνοντας] Infra tamen πυρέττειν pro πυρεταίνειν quatuor Codd. habent; vid. Tom. alter. Dial. I. *quom. histor.* c. 1. Hic vero nihil variationis invenio; quare, cum utrumque rectum sit, nihil quoque hic immuto. J. F. R.

50. Τινὰς ἤδη] Ubi dicitur de Toxaride, Καὶ φασι, πυρεταίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ. At potius ita distinguendum, καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη, πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, *& ajunt, quosdam, febri jam correptos, ab eo liberatos esse.* Certe purissima illa Florentina editio caret distinctione post τινας. Non semel hic libellus prava distinctione corruptus est sive a librariis, sive editoribus. Sic paullo supra pulchre vidit *Geaevius*, V. Cl. legendum ἐγὼ εὑρὼν κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένον, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνοὺς, εἰ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι καὶ μᾶλλον ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἄνηρ ἐγκεκόλαπτο. *Ac inventus illic est sepulcrus Toxaris, cum ex inscriptione, licet ea non amplius existaret integra, cognitus, tum vel maxime quod in monumento* VIR SCYTHA *incisum erat.* ubi vulgo male, εἰ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι ἐ μᾶλιστα, &c. Sic c. XI. a prava interpunctione male se habent haec, Καὶ ἀς μᾶλλον Σκυθικὸς, μισᾶς ἐ τ' αὐτῆς οἰκίας ἦσαν, υἱὸς, καὶ πατὴρ. ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐποιεῖ. ὁ δὲ, υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. ἔτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀφρόντιστός τινα τὸν σύμφορον, ἢν δὲ ἐ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε λαβὼν ἔτω διαθηκάμενος. Sed legendum, ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα ἀπάξεταί σε. *Atque ut impensius mireris; unius ejusdemque sunt familiae, filius & pater: hic quidem si Solonem, aut Periclem, aut Aristidem animo versat* (h. e. Pater talis censendus est, qualis fuit vel Solon, vel Pericles; &c.) *Filius vero simul ac videris eum, te abripiet; adeo magnus est, & masculis quadam forma decorus: qui si tantummodo vocem ediderit, duces te auribus revinctum.* Atque ita recte habet editio Florentina. J. F.

Τινὰς ἤδη] Male *Salm.* punctum post ἤδη collocaverat. In *Parisina* comma erat, rectius nihil distinctionis habet Fl. & *Obsoporus* quoque continuo filo verterat, *Aliquos nonnullos febre laborantes jam ab illo sublevatos esse.* Quod cum recte se habeat, *Parisium* quidem secutus sum in colenda post τινας distinctione; nec tamen novam post ἤδη addidi, quia non opus est. J. F. R.

60. Παρὰ] Ex solo Cod. L. *Solonis* ὑπὸ legi voluit, ut in marg. *Junt.* innuit. Sed id non adeo necessarium puto, quin ὑπὸ, etsi alibi non idem sit quod ἐπὶ, hic tamen non sit ineptum. Παρὰ enim saepe significare *a parte illius*, sive quod proficisci-

Anacharſidi, obviam in ipſo Ceramico fit bonus aliquis, revera, genius, Toxaris. Ac primo quidem habitus illum invitabat, patrius qui eſſet: deinde non difficulter debebat ipſum quoque noſſe Anacharſin, generis nobiliſſimi virum, & Scytharum e principibus. Anacharſis autem unde illum agnoſceret popularem ſuum eſſe, Graece veſtitum, raſum genas, non cinctum, ſine ferro, jam affabilem, indigenarum jam unum Atticorum? adeo ab ipſo jam tempore immutatus fuerat.

4. Sed Scythice ipſum allocutus Toxaris, *Non tu*, inquit, *Anacharſis es Dauceti filius?* Lacrumari prae gaudio Anacharſis, quod & linguae ſuae peritum inveniſſet aliquem, eumque gnarum, quis ipſe eſſet inter Scythas; atque rogare, *Tu ve-*

ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι, ἐντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς, ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο, παλαιῶτις οὖσα; εἶτα μέντοι καὶ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι Ἀνάχαρσιν, ὅτε γένους τοῦ δοκιμωτάτου ὢν, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον, ὑποξυρημένον τὸ γένειον, ἄζωστον, ἀσίδηρον, ἤδη σφυρόν, αὐτῆς τῆς Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθόνων; οὕτω μεταπεποίηται ὑπὸ τοῦ χρόνου.

Ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσειπὼν αὐτὸν, Οὐ σὺ, ἔφη, Ἀνάχαρσις εἶ τοῦ Δαυκέτου; ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον εἰδότα ὅστις ἦν ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο,

d Τῦ δοκιμωτάτου] Τῶν δοκιμωτάτων *Angl. P. & L.* *e* Ὑποξυρημένον] Sic Edd. vett. & recentt. Ἐν χῷ καταμένον W. *f* Εἰδότα] Ἰδόντα W. Nihil mutant Edd.

69. Κεραμεικῷ] Τάχυ. *V.*

70. Ἐπεσπάσατο] Allexit. *G.*

ciſcitur ab aliquo, non ſolum Cl. *Perizon. ad Aelian.* aliique oſtenderunt; verum & paſſivis adjungitur, ut in Evang. *Lucae* I. 45. τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ, ubi & παρὰ locum habuiſſet. *J. F. R.*

63. Ἐπὶ πόδα εἴδυς ὀπίσω χωρεῖν] Gallice ſimiliter dicimus, *retourner ſur ſes pas.* *AE. M.*

Ἐπὶ πόδα εἴδυς ὀπίσω χωρεῖν] Eandem Gallicam phraſin quoque ad hunc locum in *F. Gujet.* notis reperio. Et ſaepe alibi hi duo notant eadem. An igitur *Menagius* hunc compilavit? Hoc loco non arbitror; nam facile ejusmodi cogitatio utrumque potuit ſubire. Interdum tamen non abeſt ſuſpicio. *J. F. R.*

69. Κεραμεικῷ] Conf. ſupra Ἀνάχ. c. 13. *M. du S.*

72. Τῦ δοκιμωτάτου] Angl. Cod. τῶν δοκιμωτάτων. *J. B.*

Τῦ δοκιμωτάτου] Non moveo vulgatam; interim credo lectionem Codd. numerum plural. experimentium eſſe potiorem, quam ſi receperis, quidni tum etiam pro γένους legas, γένῳ, ut ſit γένῳ τῶν δοκιμωτάτων. i. e. *quantum ad genus, erat ex probatiſſimis*, i. e. *dignitate conſpicuis*, formula loquendi in ejusmodi narratione uſitatiſſima. *J. F. R.*

73. Ὁ Ἀνάχαρσις] Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον. Verte: *Anacharſis autem unde cognoviſſet Toxarin popularem ſuum eſſe, qui Graeco more veſtitus incedebat.* deinde, ἀσίδηρον, ἤδη σφυρόν. verte *ſine ferro, & jam lepidum*, ſeu *elegantem*, *in alloquio blandum*, quales erant Attici; non *facundum*, ut interpres. conſuetudine Graecorum depoſuerat Toxaris illam auſteritatem & eruditiam frontis & oris, quae Scythis propria erat, unde dicitur, σκυθρωπία. ἀσίδηρον autem dixit Toxarin fuiſſe, quia Scythae ſemper ferro ſuccincti erant: Toxaris vero Graecorum mores induerat, & palliatus incedebat, ſine acinace. *J. G. G.*

74. Ἔγνω] Plura ejusmodi in quibus interpretes lapſi ſunt, indicativum retinentes in verſione, cum ſubjunctivum expreſſiſſe oportuiſſet, dedit Cl. *Jeuſ.* in Lect. Lucian. p. 30. *J. F. R.*

75. Ἐσταλμένον] De habitu, ornatu, etiam *Dion. Hal.* Antiq. V. p. Ed. *Lipſ.* 309. verſ. 8. ἐξάνας αὐτοὺς — κούφῃ ἐσταλμένους ὁπλίσει. i. e. *levi armatura inſtruxit.* Et L. XI. p. 707. 18. ἀνδρῶν — ἐσταλμένων ὁπλίσει. Noſter iterum c. 5. hujus *Dialogi.* ἔτυχε δημοσίᾳ ἐσταλμένος. *J. F. R.*

Ibid. Ὑποξυρημένον] Id verbum recte ſe habere, vid. ſupra Τίμ. c. 14. ex diviſione *Solani*, quod jam erit cap. proximum, vel tertium ab eo. Item *Dial. mort.* IX. *SIMYL.* & *POLYSTR.* f. ubi ὑποξυρημένῳ τὸ γενείῳ. quae loca monente eodem contuli. *J. F. R.*

81. Ὁ Δαυκέτου] Unde habeat incertum; certe Gnuri filium faciunt *Herod.* IV. p. 155. *Diog. Laërt.* I. p. 26. & *Suidas.* *M. du S.*

87. Κατ'

το, σὺ δὲ πόθεν οἶδα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τὄνομα, ὃ τ' ὀπιφανῶν, ὥστε ἂν ἐγνωσμένος εἴην σοι κατ' αὐτό. μῶν, ἔφη, ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα ὅς τις Τόξαρις ἐρᾷ τῆς Ἑλλάδος, ἀπολιπὼν γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ, καὶ παιδία νεογνὰ, οἰχοίτο εἰς Ἀθήνας, καὶ νῦν [a] Διατρίβοι κεῖθι, τιμώμενος ὑπὸ τῶν βελτίστων; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις καὶ μνεία λόγου ἔτι παρ' ὑμῖν, ἐκεῖνος. ἦ δ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, καὶ κατά γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀποδημήσας, ἥκω σοι, μυρία παθὼν ἐν τοῖς μεταξὺ μέσοις [b] ἔθνεσι. καὶ εἴγε μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωκτο ἤδη πρὶν ἥλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν κατιέναι, ἅτως ἐτεταραγμένος, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν· ἀλλὰ πρὸς ἀκινάκου, καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, ὡς ἑλλαβὼν ξενάγησον, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθήνησιν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τοὺς βελτίστους, καὶ ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους, καὶ ἤθη, καὶ πανηγύρεις, καὶ βίον αὐτῶν, καὶ πολιτείαν, δι' ἃ σύ τε, κἀγὼ μὲν σὲ, τοσαύτην ὁδὸν ἤκομεν,

ro, *Hospes, unde nosti nos? Et ipse*, inquit, *inde sum, e vobis, Toxaris mihi nomen, non e nobilibus, ut eo tibi notus sim. Numquid*, inquit, *ille tu Toxaris es, de quo audivi ego, Toxarin quendam Graeciae amore, uxore relicta in Scythia & parvis pueris, Athenas abiisse, & nunc ibi vivere, & in honore esse apud optimos quosque? Ille ipse*, inquit, *ego sum, si quis de me adhuc sermo apud vos est.* Tum, *Noris ergo*, inquit Anacharsis, *discipulum me tuum factum esse, & aemulum amoris, quo flagrabas, videndae Graeciae. Hujus negotii studio profectus venio tibi sexcenta perpessus mala ab interjectis gentibus. Ac nisi in te incidissem, decretum jam erat, ante solis occasum retro rursus descendere ad navim, adeo perturbatus sum, cum peregrina & ignota mihi viderem omnia. Sed per* ego te *acinacem, & Zamolxin, patria numina*, obsecro, *tu me, Toxari, adsumtum tanquam peregrinum circumducito, & ea, quae Athenis pulcherrima sunt, ostendito, tum & reliqua in Graecia, leges optimas, viros praestantissimos, mores, celebritates, vivendi rationem & administrandae reipublicae, propter quae & tu, & post te ego, tantum itineris fecimus; ne-*

a Διατρίβοι] Sic W. Διατρίβει Edd. b Ἔθνεσι] Sic Edd. Ἔθνεσιν W.

87. Κατ' αὐτὸ] Καὶ αὐτὸς ἔφη ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τὄνομα, ὃ τ' ἐπιφανῶν, ὥστε ἂν ἐγνωσμένος ἂν σοι κατ' αὐτό. Cur in Latinis versionibus praeteritur κατ' αὐτὸ? Videtur significare *pariter*. *Non sum ex illustribus natus, ut ego tibi notus sim pariter*, sicut tu mihi. ὡς αὐτὸ & κατ' αὐτὸ. saepe est *pariter*, *simul*. *J.G.G.*

Κατ' αὐτὸ] Notaverat Cl. *Hemsterh.* in marg. videndum *L. Bos* ad L. E. I. 18. Is igitur ad Evang. *Lucae* l. d. haec habet: Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; (ait Evangelista) Reperitur haec locutio apud LXX. Intt. *Genes.* XV. 8. Subaudiendum in κατὰ τί vocabulum σημεῖον, ut sit: *ex quo signo?* Apud Lucianum simili ellipsi occurrit, ἐγνῶσθαι κατ' αὐτὸ in *Scytha* h. l. In Latinis versionibus praeteritum esse illud κατ' αὐτὸ, notavit Eruditissimus *Graevius*, reddens id *pariter*. Si mihi vel tantillum a tanti judicii Viro discedere liceret, vertorem: *ex eo*, ut sensus sit: *Non sum ex illustribus natus, ut ex eo tibi notus essem.* Haec ille. Sic fere *Dionys. Hal.* περὶ τ. Δημοσθ. δειν. p. 168. vers. 4. Ed. *Lips.* Κατὰ τί δὴ ταύτην ἐγοῦμαι τὴν λέξιν ἐκείνῃ τῇ Θουκυδίδου; καθ' ὃ κἀκείνην πείθομαι μᾶλλον ἁρμόττειν τῷ λόγῳ. Et ita parvi interdum refert vertasne *ex*, *secundum*, an *propter*, ut e. c. ap. eumd. *Dion. Hal.* antiq. Rom. I. p. 63. 30. κατὰ τίνα γίνεται μᾶλλον αἰτίαν ubi, *ex* qua causa, *ob*, *per*, *secundum* quam causam verteris, non multum interierit. *J.F.R.*

91. Διατρίβοι] Sic solus nostrorum Codicum W. melius quam quod in aliis est, ἁρμόττει. *M. du S.*

93. Οὐκοῦν, ἦδ'] Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος. *Proinde*, *inquit Anacharsis*, *scias factum me discipulum tuum*, *tuique ameris aemulum.* Hic etiam in interpre-

neque patere me his non visis domum redire.

5. *Illud quidem*, inquit Toxaris, *minime pro amatore dicebas, te ad ipsas cum januas venisses, abitum parasse. Verum bono es animo. neque enim, ut ajebas, abieris, neque te ita facile urbs haec dimiserit, neque pauca adeo habet pro hospitibus delinimenta: sed valide te complecteturn, adeo ut neque uxoris jam, neque liberorum, si qui tibi jam sint, memoriam servaturus sit. Quomodo vero celerrime omnem videas Athenarum urbem, aut Graeciam potius totam, & bona Graecorum ac pulchra, ego tibi subjiciam. Est hic vir sapiens, indigena ille quidem, sed multum per Asiam & Aegyptum peregrinatus, & versatus cum hominibus praestantissimis, caeterum non divitum unus, sed oppido pauper; videbis senem ita, ut me, plebeium in morem vestitum. verum propter sapientiam virtutemque aliam, maximo illum in honore habent, adeo ut legislatore etiam illo ad constituendam civitatem utantur, & secundum illius praecepta vivere velint. Hunc si amicum tibi conciliaveris, & quantus vir sit didiceris, totam te in illo Graeciam habere putato, & summam jam nosse bonorum quae hic sunt. Itaque non est quod majus*

καὶ μὴ θείῃς ἀθέατον αὐτῇ [c] ἀναχώρησα.

Τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐραστικὸν εἴρηκας, ὅτι τὰς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα· πολὺν ἀλλὰ θάρρει· οὐ γὰρ ἂν, ὡς φῂς, [d] ἀπέλθοις, οὐδ' ἂν ἀφίη σε ῥᾳδίως ἡ πόλις, οὐχ ὕττως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐκτετληκέναι σε, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι· ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ἅλλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, ἀποδημήσας δὲ μάλα. πολλὰ δὲ τῆς τε Ἀσίας, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς δείσοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τἄλλα, καὶ τὴν πλουσίαν, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὄψει γέροντα ἔστω δημοτικῶς ἐσταλμένον· πολὺν ἀφ' γε τῆς σοφίας, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτῃ χρῶνται πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προστάγματα βιῶναι. εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷός ἐστι, πᾶσαν νομίζειν τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἔχειν, καὶ τὰ κεφάλαια ἤδη ἂν εἰδέναι τῆς ἀγαθῶν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν μεῖζόν σοι

[c] Ἀναχώρησα] Ita dedi ex W. & L. Ἀναχώρουν enim Edd. omnes. [d] Ἀπέλθῃς] Ἀπέλθοις W. Nihil vulgatum mutant *J. Fl. H. P.*

17. Θέλγητρα] Θέλγητρα, * τὰ εἰς ἡδονὴν ἄγοντα, καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀπάτην. *V.*

28. Δημοτικῶς ἐ.] Nota frugi hominem. *G.*

* Τὰ] Articulum in Edit. omissum supplevit *M. du S.*

pretatione ὅς omissum, nec poterat verti, nisi distinctio apponatur. ἴκουν, ἦ δ' ὅς, ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου. *Ergo, inquit ille, Anacharsis scilicet, scito me tuum discipulum esse, & aemulatorem tui amoris.* Sic paullo post, pag. seq. Εὐφήμει, ἦ δ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαρισεῖσθαί μοι δοκῶ. *Bona verba quaeso, inquit ille, rem gratissimam me ei facturum puto.* Nihil apud Platonem crebrius, quam ἦ δ' ὅς, *inquit ille.* Paullo post κατὰ δαίμονα male vertitur *forte quadam*, cum sit *bona fortuna, bonis avibus.* *J. G. G.*

3. Ἀνακάκου] Vide Toξ. c. 38. *M. du S.*

11. Ἀναχώρ.] Sic W. & L. Reliqui libri ἀναχώρουν. *M. du S.*

23. Σοφὸς] Solonem intelligit, cujus aetate tradunt historici Athenas appulisse Anacharsidem. Vid. *Plut.* in Solone. *M. du S.*

28. Δημοτικῶς ἐσταλμένον] Vid. supr. c. 4. *J. F. R.*

σοι καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην, ἢ συ ἐκείνῳ.

Μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν, ἄγε παρ' αὐτόν· ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια, μὴ [a] δυσπρόσοδος, καὶ οὐ παρέργῳ θηταί σε ἡ ἔντυξις ὑπὲρ [b] ἡμῶν εὐφήμει, ἡδ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παρεχόντι ἐς ξένον ἄνδρα εὐποιΐας ἔτυ μόνον, εἶσῃ γὰρ ὅση [c] περὶ τοὺς ξένους ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια, καὶ χρηστότης. μᾶλλον δὲ αὐτὸν δαίμονα ἔστιν αὐτὸς ἡμῖν προσεισιν, ὁ ἐπὶ σοφίαις, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ, καὶ ἅμα προσεπαινῶν τὸν Σόλωνα, τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα, φιλίας δεόμενον.

Σκύθης δὲ ὢν ἔτι παρ' ἡμῖν εὐπαραδόξων, καὶ ὅμως τάχει πάντα ἀφεὶς, ἥκει συνεσόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀφόμενος τὸν Ἑλλάδα, κἀγὼ ἐπίτηδές τινα ταύτην ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς δεῖσθαι τοῦτο δ' ἦν σοι προσαγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις, καὶ προξενήσεις αὐτῷ, καὶ παλίντιμον γήσεται φανεὶς τὸν Ἑλ-

tibi donare bonum possim, quam illi si te commendem.

6. *Ne igitur cunctemur, Toxari*, inquit Anacharsis, *sed prehensum me ad ipsum deduc. verum illud timeo, ne difficiles accessus habeat, tuamque pro me deprecationem non magni faciat. Bona verba!* inquit, *quin maxime illum affecturus videor, subministraturus illi beneficentiae in hospitem occasione. Sequere modo, scies enim quantus sit illius circa peregrinos pudor, & reliqua aequitas, & benignitas. Quin divinitus ille ipse ad nos accedit, cogitabundus ille, ille secum ipse loquens*, & simul Solonem allocutus, *Huc tibi*, inquit, *donum maximum adduco, peregrinum hominem, indigentem amicitiae.*

7. *Scytha autem est, generosus apud nos, & tamen relictis, quae ibi sunt omnibus, huc venit, ut vobiscum versetur, ut ea quae pulcherrima sunt in Graecia, videat, ego autem compendiariam hanc illi viam reperi, ut facile & ipse discat omnia, & innotescat praestantissimis; haec vero in eo inerat, ut ad te illum deducerem. Si igitur Solonem ego novi, ita facies, & tanquam publice illum hospitio accipies, & germanum Graeciae civem ef-*

[a] Δυσπρόσοδος] Nihil variare Edd. notat *M. du S.* recte, nisi quod nonnullae δυς πρόσοδος sejungunt. [b] Ἡμῶν] Sola Fl. hic male ὑμῶν. Sed ἡμῶν cum ceteris Edd. M. [c] Περὶ τοὺς ξένους] Πρὸς τὸν ξένον W. & L. Sed nil mutant Edd.

56. Ταύτην ἐξεῦρον] Τὴν ὁδὸν, puta. *G.*
60. Καὶ προξενήσεις] Πρόξενον αὐτῷ ἴσχε. *V.* Ibid. ex altero MS. in fol. ad eadem verba legitur: Ἀντὶ τοῦ πρόξενον αὐτοῦ γένοιο. *V.*

46. Περὶ τοὺς ξένους] Etsi αἰδὼς πρὸς τινὰ frequentius occurrit quam περὶ, ut supra indicavimus, tamen non rejicio vulgatam. Sic fere infra, in *quom. hist.* c. 4. μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἡμοῦ. Ubi quoque παρὰ posses substituere; sed non est opus. Et cum εὐσέβεια περὶ τοὺς θεοὺς & similia recte dicantur, quae vel Lexicographi habent, non video satis causae, ut cum *Solano* παρὰ recipiam. *J.F.R.*

56. Ἐπίτηδές τινα ταύτην] Supple ὁδὸν. *AE.M.* Idem & *Gujetus* dixit. Et quilibet ejusmodi observationes facere potest; quare compilationis suspicio hic nulla: ὁδὸν enim alibi addit Noster, ut supra *Herodot.* c. 3. *J.F.R.*

60. Καὶ προξενήσεις] Sic *Demosth.* Προξενεῖς αὐτῶν. *F.G.*

Ibid. Προξενήσεις αὐτῷ] Προξενήσεις αὐτὸν, non simpliciter est, *suscipies illum*, ut vult interpres, sed *hospitio publico suscipies illum, vris publicus ejus hospes, loca lautia praebebis*, ut Romani loquebantur. *J.G.G.*

Προξενήσεις αὐτοῦ] Non credo Cl. *Gravium* dedita opera scripsisse αὐτὸν pro αὐτοῦ, quod recte Edd. habent. Licet enim accusandi casus recte quoque huic verbo possit adjungi, genitivum tamen in hujusmodi compositis amant Graeci, ratione propositionis, quae in composito inest. Quare sufficiat exemplum genitivi ab *Gujeto* jam adductum; num tamen eodem indicare voluerit, προξεῖς. in priore syllaba Attice scribendam, nescio, neque magnopere curo. Nostrum non solere ὑπερπλωίζειν sciens, ut non lon-

go

officies. Et, *Quod tibi paullo ante dicebam, Anacharsi, omnia vidisti, viso Solone. Hic Athenae. Hic Graecia. Non jam hospes es. Norunt te omnes, omnes te amant. Tantum est in hoc sene. Omnium quae sunt in Scythia oblivionem capies, cum hoc si fueris. Habes praemia peregrinationis tuae, finem tui amoris. Haec tibi norma Graecanica, hoc Atticae philosophiae specimen. Ita igitur judica, te esse felicissimum, qui cum Solone fueris, & amico illo sis usurus.*

8. Longum fuerit jam commemorare, quam delectatus sit munere Solon, & quae dixerit, & quomodo ab eo inde tempore una vixerint, cum alter quidem, Solon, instituerit & doceret pulcherrima quaeque, & amicum omnibus conciliaret Anacharsin, & bonis eum Graecorum admoveret, omni ratione curans, uti quam suavissime in Graecia aetatem ageret: alter vero, Anacharsis, sapientiam hujus admiraretur, nec latum pedem ab illo sua voluntate discederet. Ut enim promiserat illi Toxaris, ex uno viro Solone, brevissimo tempore cognoscebat omnia, & innotescebat omnibus, & in honore apud omnes erat. Ne-

λάδα. ᾗ ὅταν σοι ἔφλω μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑώρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών· τοῦτο αἱ Ἀθῆναι· τοῦτο ἡ Ἑλλάς, οὐκ ἔτι ξένος, σύμπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι· τηλικοῦτόν ἐστι τὸ κτῆμα τὴν περιοδίτιν ταύτην ἀπάντων ὀφελίσαι τὸν ἐν Σκυθίᾳ, συνὸν αὐτῷ. ἔχεις δὲ ἀποδημίας τὰ ἆθλα, ᾗ ἔρωτος τὸ τέλος. οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς νόμος, τοῦτο δίγμα δὲ φιλοσοφίας ἀττικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνωσκε, ὡς εὐδαιμονέστατος ὢν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, ᾗ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ.

Μακρὸν δ' ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅσους μὲ ἥσθη τῷ δώρῳ ὁ Σόλων, οἷα δὲ εἶπεν· ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συῆσαν, ὁ μὲν, παιδεύων ᾗ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, ᾗ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, ᾗ προσάγων τοῖς Ἕλλησιν καλοῖς, ᾗ πάντα τρόπον ὀπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα [d] διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ, τεθηπὼς τὴν σοφίαν αὐτοῦ, ᾗ μηδὲν ἕτερον πόδα ἐκὼν εἶναι ἀπολειπόμενος. ὡς γὰρ ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς ᾗ Σόλωνος, ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ, ᾗ πᾶσιν ἦν γνώριμος, ᾗ

[d] Διατρίψῃ] Sic L. Item *Vorst.* ac *Gr.* In W. videtur fuisse διατρίψῃ. Sed alia manus διατρίψῃ fecit. Διατρίψῃ corrupte etiam Edd. omnes.

74. Ἥδη] Laetatus est. G.

go hinc intervallo, sed verbum ἔμελλε pro ἤμελλε dico. *J. F. R.*

80. Ἥδιστα διατρίψῃ] Eadem pagina vitiose legitur, &, ut vera sequitur vibiam, vertitur insulsissime hoc: ᾗ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *cum omne studium adhibens, ut quam jucundissime in Graecia vivens remaneret.* Quid est, *jucundissime remanere in Graecia?* Erratum leve mirum tot editoribus & interpretibus imposuisse: lege ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι. *ut jucundissime in Graecia aetatem ageret*, ex animi sententia viveret in Graecia. Paullo ante cap. 4. οἰκεῖν ἐν Ἀθήναις, ᾗ νῦν διατρίβειν λέγει, *vivit Athenis*, & *nunc ibi habitat.* Sexcenties alibi. Saepe autem π & τ permutantur a librariis. Sic superius pro ἐπιπεσεῖν offendimus rescribendum esse ἐπιτρεῖν. *J. G. G.*

Ibid. Διατρίψῃ] In W. videtur olim fuisse διατρίψῃ, sed alia manus διατρίψῃ fecit. In ferculo literario refert *Jensius.* Ego vero Emendationem Cl. *Gronovii* secutus sum, quam etiam in Excerptis *Longolii* invenio, non tamen ut scripturam ipsius Codicis, sed tantum ut conjecturam. *M. du S.*

81. Τεθηπὼς] Hoc verbum a Scapula omissum vid. ap. *Steph.* in Thesaur. qui satis de eo egit. Occurrit rursum c. seq. *J. F. R.*

82. Ἐλθεῖν] Legendum puto ἰδεῖν, quod pronomen a calligraphis cum compendio verbi εἶδον quam facile confundatur, supra jam observatum est in *Hermot.* Certe ita interpretatus sum. *J. M. G.*

καὶ ἐτιμᾶτο δὶ ἐκεῖνον. οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνα ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι [a] καὶ τοῦτο, ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, [b] ἐφίλουν ὃς ἐκεῖνον δοκιμάζοι. καὶ ὅλως ἄνδρας [c] εἶναι. τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστορήσαντι τῷ αὐτῷ. καὶ οὐκ ἂν [d] οὐδὲ ἀνέστρεψεν, οἶμαι, ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε.

Βούλεσθε οὖν ἤδη [e] ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος ᾖ τοιοῦτος; ὥρα γοῦν εἰδέναι ὅ τινός μοι εἵνεκα, ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας, καὶ Τόξαρις ταῦν ἐς Μακεδονίαν ἥκετον, ἔτι καὶ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα [f] ἐπαγομένω Ἀθήνηθεν. φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ, πρὸς Χαρίτων, μὴ νεμεσήσητέ μοι εἰκόνος, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα. βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος, καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ, οὐδὲ τὸ βασιλικὸν εἰσπαίω τὰμὰ

que enim parvum quiddam erat laudans Solon; sed homines hac etiam in re illi, tanquam legislatori obsequebantur, amabantque quos ille probaret, & viros optimos esse credebant. Denique ad mysteria etiam admissus est Anacharsis, solus barbarorum, civitatis ante jure donatus, si fides habenda est Theoxeno, hoc etiam de illo narranti. Et ne rediturus erat, puto, in Scythiam, nisi Solon esset mortuus.

9. Vultin' igitur jam inducam etiam finem & *coronidem* fabulae, ne sine capite oberret. Jam enim sciendum est cujus mihi rei causa Anacharsis e Scythia inde Toxarisque nunc in Macedoniam venerint, adducentes insuper Solonem, senem virum, Athenis. Ajo nimirum simile mihi quiddam Anacharsidi usu veniisse. Et, per *ego vos* Gratiarum *numen rogo*, nolite irasci mihi ob istam imaginem, si regii generis viro me assimilavi. Barbarus enim & ille; neque Syros nos Scythis ulla in re deteriores *temere* dixeris. Ego vero non quantum ad regiam nobilitatem, similitudinem il-

a Καὶ τοῦτο] Τοῦτο solum, sine καὶ B2. Sed vulgatam tuentur J. Fl. H. P. & M. Καὶ τούτῳ L. b Ἐφίλουν] Καὶ ἐφίλουν B2. Sed abest καὶ a reliquis & M. c Εἶναι] Punctum post εἶναι est in W. quod abest ab Edd. Comma est in Fl. d Οὐδὲ] Οὐδὲν J. male. e Ἐπάγω.] Sic Edd. J. Fl. H. P. &c. Ἀπάγω W. f Ἐπαγομένῳ] Sic recte J. H. Fl. Ἐπαγομένῳ male Ald. & P.

91. Δημοποίητος] Δημοκοπητὸς ἐστὶν ὁ ψήφῳ δήμου πολίτης γεγονώς. V.

86. Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλωνα ἐπαινῶν] Aut imprudenter admodum, aut imperite interpretes, alter *neque enim mediocri laude Anacharsis virtutes solebat extollere Solon*, alter *non enim Solon parum eum laudabas*; quum debuissent, *neque enim parvum momentum erat Solon laudans*; non exigua res aut pretium erat, si quis ab Solone laudaretur. J.G.

87. Καὶ τοῦτο] Ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν ὃς ἐκεῖνον δοκιμάζοι. cur in versione praetermittunt καὶ τοῦτο? Sic enim Salmurienses: *Verum homines, ut legislatori parebant, sic amabant, quos ille probaret.* Alius: *Verum hominibus & hoc moris erat, ut legislatori parebant, sic amabant quos ille probaret.* Scribae cum in distinctione non nihil aberrarint, tenebras offuderunt interpretibus. Sic distingue, ἀλλὰ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν ὃς ἐκεῖνον δοκιμάζοι, & verte, *homines autem, & in hac re tanquam legislatori suo obsequebantur, amabant quos ille probabat.* J.G.G.

89. Καὶ ἐπὶ τὸν ἀρίστους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα. καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις] Sane sic etiam attente interpretes, alter *ac prorsus eosdem in reliquum viros optimos esse credebant. Solus vero ex Barbaris Anacharsis initiatus est:* alter, *eosque viros optimos denique esse credebant. Solus vero ex Barbaris initiatus est Anacharsis.* Atqui turbant illa vel *in reliquum* vel *denique*; & si vis vel Graecismum vel sensum congruum, distingue, καὶ ἐπὶ τὸν ἀρίστους ἄνδρας εἶναι τὰ τελευταῖα. ἐμυήθη. J.G.

90. Ἐμυήθη μόνος] De antiquis temporibus hoc intelligendum; aut Romanos sub Barbarorum nomine non includi statuendum. Constat enim initiatos fuisse Syllam, Pomponium Atticum, Augustum, & Luciani aetate, M. Aurelium Imperatorem (vid. *Xiphil.* Capitol. 27. & *Dionem.*) Quod tamen de M. Aurelio dixi, nolim ita intelligi, ut statuere videar,

illam affecto; ſed quantum ad illa *priora*. Cum enim primum peregrinus veſtram in urbem veni, ſtatim quidem perculſus ſum conſpecta magnitudine, & pulchritudine, & civium numero, & reliqua omni facultate ac ſplendore. Itaque diu ad iſta ſtupebam, nec par eram admirationi, quale quid illi de inſula adoleſcenti accidit ad Menelai domum. Et debebam ita animo affici, qui viderem, urbem in eo culmine conſtitutam, & ſecundum poëtam, bonis omnibus florentem, queis vigere urbes ſolent.

10. Ita nempe habens, quid agendum eſſet, jam conſiderabam. Et facultatis quidem dicendi ſpecimen vobis praebere, decretum olim fuerat. Quibus enim praeberem aliis, ſi ſilentio talem urbem praeterirem? Quaerebam enim, (neque verum celabo) qui eſſent principes, & quibus quis applicans ſe, & patronis ſibi adſcitis, deinfactum hoc ante hunc libellum a Luciano ſcriptum; nam ab eo nondum celebri videtur habita haec oratio, cum in Graeciam primum appulit; niſi forte in reditu malis habitam, vid. c. ſeq. *Cic.* l. de Nat. Deor.

Omitto Eleuſinam ſanctam illam & auguſtam, Ubi initiantur gentes orarum ultimae.

Adde etiam *Poſterum* 46. 1. ubi plures recenſet. *M. du S.*

91. Ἀμφικτιόνι χυτρόφῳ] Anacharſis ab Athenienſibus civitate donatus. *F. G.*

93. Οὐκ ἂν] Similem locutionem habes Παρασ. c. 45. Sed non eandem prorſus. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ] Sic legendum, non ἀλλ', vid. ex Παρασ. c. 45. δικαίως δὲ οὐδ' ἀνατεύσεσθαι τοιούτων, εἰ μὴ τὴν Ἀγαμέμνονα ἀπίδοιτο. *M. du S.*

2. Ἐπιγραμμόν] Delevi jota ſubſcriptum, quod in *Pariſina* Ed. ſenſum turbabat, non enim eſt dativus, ſed nominativus dualis. *J. F. R.*

15. Νησιότης ἰκτῖνος] *Telemachus* ſcilicet ex inſula Ithaca, *Homer.* Od. Δ. Menelai domum ex auro, argento, electro, & ebore concinnatam cum ſtupore quodam miratur. *G. C.*

Νησιώτης ἰκτῖνος] *Telemachus* apud *Homer.* Odyſſ. repetit alibi. *J. B.*

Νησιώτης ἰκτῖνος] *Telemachus.* *F. G.*

Νησιώτης ἰκτῖνος] Vid. *Homer.* Odyſſ. Δ. 74. *M. du S.*

19. Πειστὸν] Quem innuat nondum reperi. *M. du S.*

23. Δεῖξαι] Καὶ τὸ μὲ δεῖξαι τῶν λόγων ὑμῖν. eſt & *ſpecimen dare meorum orationum.* Sic ἀπόδειξις eſt ſpecimen. uſus etiam Petronius: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, hoc eſt, ede leve aliquod ſpecimen, ut recte exponit *Joannes Frid. Gronovius* lib. IV. obſerv. c. 13. *J. G. G.*

Δεῖξαι τὸν λόγον] Malim δεῖξαι τὸν λόγων ut in principio Zeuxidis & alias. Sed nec damnare auſim δεῖξαι (δεῖγμα) τῶν λόγων, vel δεῖξαι (τι) τῶν λόγων. *J. M. G.*

28. Ἐπιγραμμόν.] Ex L. haec ſcriptura. Sic Δικ. c. 29. & Περ. c. 11. *M. du S.*

Συγγραψάμῳ προστάτας] Etſi non improbo ſcripturam Cod. L. ἐπιγραψάμῳ, non tamen ideo cum *Solano* illico in textum recipio, contra auctoritatem ceterorum Codd. quum nihil abſurdi habeat vulgata; ſic ſaltem apud *Gregor. Nyſſen.* Orat. funebr. in Baſilium

ἐς τὴν ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δὲ ὅτε γὰ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῖν τῇ πόλει, ἐξεπλάγην μὲν εὐθὺς ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὴν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν, καὶ λαμπρότητα πᾶσαν· ὥστε ὀκνηρὸν ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει πρὸς τὴν τοῦ Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμὴν τοσαύτην, καὶ κατὰ τὴν ποιητὴν ἐκείνον, ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις.

Οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τῶν πρακτέων. καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τὴν τῶν λόγων ὑμῖν, πάλαι ἐδεδόκτο. τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἐδείκνυν, σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ (οὐδ' ἀποκρύψομαι τἀληθές,) οἵτινες οἱ πρέσβεις εἶεν, καὶ οἷς ἄν τις προσελθὼν, καὶ συγγραφάμῳ προστά-

g. Τῶν λόγων] Ita recte Edd. Τὸν λόγον male L. ait *M. du S.* h. Ὑμῖν] Et ſic recte Edd. plurimae cum Cod. M. Ἡμῖν male Fl. i. Συγγραψάμῳ] Sic Edd. & M. Ἐπιγραψάμενος L.

15. Νησιώτης] Τὸν Τηλέμαχόν φησι, ut in Odyſſea Homerus ait. *G.*

τάτας, συναγωνιστὰς χρῶτο πρὸς τὰ ὅλα. οὐ γὰρ ἐνταῦθά μοι ὑχ εἷς, ὥσπερ τῷ Ἀναχάρσιδι καὶ ὅτος βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοὶ, μᾶλλον δὲ πάντες, τὰ αὐτὰ, μόνον ὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον, ὦ ξένε. πολλοὶ μὲν ὑ ἄλλοι χρηστοὶ, ὑ δεξιοὶ ἀνὰ τ πόλιν, ὑ ὐκ ἂν ἀλλαχόθι [a] τοσούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς· δύο δὲ μάλιστα ἔστὸν ἡμῖν ἄνδρε δείξω, γένει μὲν, ὑ ἀξιώματι, πολὺ πρῶτοι ἁπάντων παιδείᾳ δὲ, ὑ λόγων δυνάμει, τῇ Ἀττικῇ [b] δικαίᾳ πολλοῖς ἄν. ἡ δὲ πρὸς τὸ δῆμον εὔνοια, πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτ' ἴσμεν, ὅ, τι ἂν [c] ὅτοι ἐθέλωσιν, ἐθέλουσι γὰρ ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. τ μὲν γὰρ χρηστότητα, ὑ τ πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, ὑ τὸ τὸ μεγέθει τοσούτῳ ἀνεπίφθονον, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας αἰδέσιμον, ὑ τὸ πρᾶον, ὑ τὸ εὐπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο, πειραθεὶς μικρὸν ὕστερον.

de auxiliatoribus uti ad universa posset? Hic mihi non unus aliquis, ut Anacharsidi, isque barbarus, Toxaris, sed multi, quin omnes eadem, tantum non iisdem syllabis, dixere, *Multi quidem, hospes, & alii boni dextrique in urbe viri, nec aliàs tot bonos viros invenias. Duo autem maxime sunt nobis viri optimi, genere quidem & dignitate multum superiores omnibus, doctrina autem & eloquentia Atticae illos decadi comparaveris. Tantum autem populari gratia florent, ut plane amentur: idque ipsum magna cum utilitate reipublicae accidit. Fiunt quidquid hi volunt, volunt enim quidquid optimum est. Benignitatem enim, & in hospites humanitatem, & quod in tanta magnitudine nullum invidiae locum relinquunt, & quod in illa se benevolentia venerabiles tamen praestant, & quam sint placidi, quam faciles accessus habeant; tute aliis enarrare poteris, periculo paullo post facto.*

11. *Ut-*

a Τοσούτους] Sic W. recte. Τοιούτους Edd. b Δικαίᾳ] Sic Edd. Δικαιοῖς W. c Ὅτου ἐθέλωσι. ἐθ. γ. ὅ, τ. ἀ.] Haec septem verba in Edd. omissa, ex Cod. W. restituta.

39. Τῇ Ατ. δικ.] Τοὺς περὶ * Δημοσθένη λέγει δέκα ῥήτορας Ἀττικοὺς, Αἰσχίνην, ὑ τοὺς λοιποὺς. V.

* Δημοσθένη] Δημοσθένους erat in Edd. exemplaribus, sed mutavit *Solanus*, sine dubio ex collat. Cod. V. Sin minus, recte tamen mutavit; nam περὶ non hic *de*, sed *circa* significat. Ne quem autem offendat terminatio in ν, cum Δημοσθένα Δημοσθῆν scribere jubeant Grammatici, videat noster in *Damaſth. Encom.* c. 3. & alibi, ubi Δημοσθένην scribere solet; velut alii Ἀριστοφάνα, alii Ἀριστοφάνη amant. *J. F. R.*

lium T. III. p. 480. συγγράφειν τινὶ, *operis socium adscribi*, inveniri, testis est *Suicerus* in Thesaur. Eccles. Vide etiam Cl. *P. Wesseling.* Obs. II. 6. p. 162. (quem consulendum Cl. *Hemsterh.* in marg. monuerat.) Ubi is Interpretem in vertendis his verbis offendisse animadvertit, quippe qui ea reddiderit: *Et quas aggressus, praefides conscripta de illis historia (praesules* est ap. Benedict.) quum debuisset: *quibusque adscitis patronis*; id enim significare πρασάτου κύριον, γραφῆς, ὑπογραφεῖς, ἐπιγραφεῖς & συγγραφεῖς, ibidem docet *Wesselingius*. Cum vero ex *Luciani* bis accusat. c. 29. ἐπιγραφόμενος ἕκαστος προσάτου ἑαυτῶν adferat; nec τὸ συγγράφειν προσάτου aliis exemplis confirmet, & ἐπιγράφειν Luciano in his locutt. usitatius sit, non repugnaverim, si quis & hic illud recipere malit. *J. F. R.*

39. Τῇ Ἀττικῇ δικαίᾳ] *Vincentius Opsopoeus* interpres sic vertit (*Attica Musa*) quomodo legerit, nescio: videtur tamen legisse Ἀττικῇ δικάσῃ, & sibi intellexisse μούσῃ, quasi fuerit quaedam decima Musa Athenis. Sed ea δίκαι non ad Musas referri debet, sed ad decem illos oratores celebriores, qui Athenis floruerunt, & quorum vitas scripsit *Plutarchus*, quod (credo) satis manifestum videbitur nostro lectori. *J. F. a G.*

Ibid. Ἀττικῇ δικαίᾳ] Vide apud *Philostratum* p. 564. βασάνῳ δὲ ἐπ' αὐτὸν τ Ἑλλάδος, ὑ παιδεύσῃ αὐτὸν ὑκ Ἀττικὴν δίκαια, &c. De Herode sermo est, qui respondet id solum, *se Atticis instructum esse*. In notis ad eum locum de *secunda* etiam *decada* monemur. Certe & hic in Cod. W. scriptum est δικάσῃ α. Quod an Lucianeum sit, viderint alii; mihi nunc de eo disputare non vacat. *M. de S.*

42. Ὅτοι δὲ ἔτυχε] Haec verba: Ὅτου δὲ ἔτυχε ἐθέλουσι, ἐθέλουσι γὰρ, in W. solo reperiuntur. *M. de S.*

Ibid. Οὗτοι ἐθέλουσιν . . . ὅ, τι ἂν ἄριστον] Scripsit ad me Cl. *Geiser.* super hoc loco his verbis: „ Hunc „ locum ita interpretatum esse video Cl. *de Saul: Ne-* „ *que*

11. *Utque magis mireris, ex una eademque domo sunt, filius & pater. Hic quidem, si Solonem aliquem aut Periclem, aut Aristidem cogitas: filius vero, ubi primum videris, statim te amicum sibi abducet, ita procerus est, & virili quadam formositate pulcher: si vero locutus solum fuerit, ilicet auribus te devincto abibit, tantam in lingua Venerem habet juvenis. Urbs quidem universa hiantes audiunt quoties in concionem prodierit, id quod ajunt Athenienſibus, qui tum erant, in Cliniae filio accidiſſe: niſi quod illos quidem non ita multo poſt amoris illius, quo proſecuti Alcibiadem fuerant, poenituit; hunc vero non amat modo civitas, ſed reverentia jam dignatur. Denique unum hoc publicum noſtrum bonum eſt, & maxima omnibus utilitas, hic vir! Si igitur & ipſe & ipſius pater recipiant te, & amicum ſibi fa-*

Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς καὶ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ὀθνοεῖς. ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα [d] ἀπάξεταί σε, ἅτα μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, [e] οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ὀθνεῖ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. ἢ γέ τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες [f] ἀκούουσιν ὁπότ' ἂν δημηγορήσων [g] παρέλθῃ· ὁποῖόν φασι τὸν τότε Ἀθηναίοις, περὶ τὸν Κλεινίου παρεσκευάσθαι, παρ' ὅσον τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου· τοῦτον δὲ, ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖται ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως, ἐν τοῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δέξαιντό σε, καὶ [h] φίλον ποιή-

[d] Ἀπάξεται] Sic Edd. vett. & M. Ἀπάξεται male S. & A. [e] Οἰχήσεται] Sic Edd. & W. Niſi quod in eo abeſt σε. [f] Ἀκούουσιν] Αὐτοῦ ἀκούουσιν W. Sed verius abeſt pronomen ab Edd. Fl. *J. H. P.* &c. [g] Παρέλθῃ] Παρέλθῃ W. Nihil vulgatam mutant *J.* Fl. *H. P.* [h] Φίλον ποιήσαιντο] Φιλοποιήσαιντο W.

60. Κλεινίου] Ἀλκιβιάδου. *V.*

„ *que in civitate, quidquid hi volunt, volunt enim, quidquid optimum eſt.* Legit igitur, καὶ τοῦτ' ἐγ- „ γύτατα τῇ πόλει, ὅ, τι ἂν βούλωνται· βούλονται γὰρ „ ἅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. Si ex libro aliquo, pla- „ ne accedo: Sin ex ingenio, laudo conjecturam, „ tanto credibiliorem, quod repetitio τὸ ὅ, τι omiſ- „ ſioni locum dare potuerit: recipere tamen non au- „ ſim". Sic ille: Ego itaque verba illa in Edd. deficientia recepi, quia ex Codice ſunt deſumta, & verſionem *Solani* retinui. Coeperat enim & is priſtinam verſionem plurimis in locis corrigere. Et quia Cl. *Geſner.* ex illa correctione verba Graeca divinare debuit, nihil mirum, ſi ipſiſſima Graeca, quae *Soulium* legere ait, proferre non potuerit, ſed ſimilia illis adtulerit. *J.F.R.*

52. Ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα] Male Salm. ὁ δὲ, υἱὸς. καὶ &c. quam diſtinct. merito improbat Cl. *Jenſ.* Sed *Pariſ.* rectius habebat ὁ δὲ υἱὸς. Paullo poſt vero, eadem prava diſpunctione laborabat, ſcribens καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. Quam itaque monente *Jenſio* correxi. *J.F.R.*

55. Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος] Lege ἑλκύσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, & ita videtur legiſſe interpres. *J.P.* aG.

Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος] Violentiſſime profecto *Palmerius* pro οἰχήσεται legi jubet ἑλκύσεται. Non ſanum quidem, quantum ego video, eſt vulgatum οἰχήσεται, quum οἴχομαι ſit *fugio, abeo, diſcedo*, idque huic loco non conveniat: mollior tamen adhiberi poteſt medicina; nempe una extrita literula, legendum ἰχήσεται, *vehet, raptabit.* *J.J.*

Οἰχήσεται] Nihil mutandum. Reſpicit ad Ogmium illum Gallorum Herculem: qui catenis ex ore ſuo ad aures audientium pertinentibus non profecto alligatos tantum ſtanti ſibi habet, ſed abducit, trahit, rapit, quocumque ipſi ire placeat. Haec vis verbi οἰχήσεται hanc nos verbis *ilicet* & *abibit* exprimere ſtuduimus. *J.M.G.*

Ibid. Ἀπὸ τῶν ὤτων] Vide hiſtoriam Herculis Gallici picti, ad quam hic alludit. Exſtat autem in libello, cui *Hercules* titulum fecit Noſter, & apud A. Gell. XVI. 3. *M. du S.*

60. Πρὸς τοῦ τοῦ Κλεινίου] Legend. *Plut.* in Alcibiad. *J.B.*

62. Ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβ.] Hoc abunde ſcribit *Plut.* in Alcibiad. *Ariſtoph.* in Ran. *Valer. Max.* Lib. 7. *G.C.*

ποιήσαιτο, πᾶσαν ἔχεις τὴν πόλιν, καὶ [a] ἐπισείσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. ταῦτα νὴ τὸν [b] Δί' ἅπαντες ἔλεγον, εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ. καί μοι [c] ἤδη πειρωμένῳ, τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι [d] ἔδοξαν· οὐχ ἕδρας τοίνυν, ὑδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖος [e] φησίν, ἀλλὰ χρὴ πᾶσι μὲν καλῶν κινεῖν, πάντα δὲ πράττειν, καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοισθε· ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὐδία πάντα, καὶ πλοῦς ὕριος, καὶ λειοκύμων ἡ [f] θάλασσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

ciant, civitatem habes universam: & hoc solum opus est, ut manu significationem voluntatis edant, neque amplius de tuis fortunis dubitare licebit. Haec ita me Jupiter, (si jusjurandum adjicere orationi fas est) dixerunt universi: & mihi jam experienti, vix aliquam de multis partem eorum, quae insunt, dixisse videntur. Non igitur desidendi, aut differendi, ut Ceüs poëta ait, jam tempus est, sed funem omnem movere oportet, facereque & dicere omnia, hi ut amici nobis fiant. Hoc enim si contigerit, serena omnia, & secunda navigatio, & molli fluctu leniter motum mare, & portus in proximo.

a Ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα] Ἐπισᾶσαι χρεὼν χεῖρα. W. b Δί'] Δία Fl. & M. Ceterae Edd. sic, ut dedimus. c Ἤδη] Ἤδει S. & A. male. Ἤδη recte Edd. vett. & W. d Ἔδοξαν] Ἔδοξε Edd. & M. e Φησὶν] Φασὶν male Fl. Recte cett. f Θάλασσα] Θάλαττα W.

74. Ὁ Κεῖος] Ἀνακρέων. G. (fallitur, vid. notam nostram. *M. du S.*)

68. Ἐπισεῖσαι] Quid hoc sit, clarius est ὁ Εἰκ. c. 4. discès, ubi laudata mulier τὴν χεῖρα ἐπισείειν dicitur, intra modum probans quod dabatur encomium. Adde Δικ. c. 28. ubi τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τοῦ ὅρου, inter modestas laudandi & probandi rationes ponitur. Passim usurpat noster. Vid. Ῥητ. c. 22. & Οἰκ. c. 2. *M. du S.*

69. Τὴν χεῖρα] Distinguendum: καὶ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. *Manus protendenda est, hoc solum* sc. si fecerit, *res tuae non amplius fluctuabunt.* *J. G. G.*

72. Ἤδη] Καί μοι ἤδη. Lege ἤδη. *F. G.*

73. Ἔδοξαν] Καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν. sic leges. vulgo male ἔδοξα, sententia refragante. *Et mihi, jam experto vix millesimam partem, quae illis insunt, dixisse visi sunt.* sc. πάντες, vel οἱ πολλοὶ, qui vestras virtutes praedicabant. *J. G. G.*

Ἔδοξαν] Clar. *Graevii* Emendationem invitis omnibus impressis & ipso M. Codice in textum recepimus. *M. du S.*

74. Ἀμβολᾶς ἔργον] Tangit hunc versum *Heliod.* L. 2. Ἔργ.

Αἰεὶ δ' ἀμβολίεργος ἀνὴρ ἄτασιν πελάσσει. *J. B.*

Ἀμβολᾶς ἔργον] Pro *Heliod.* lege in nota *Bourdelotii Hesiod.* & vid. illum in Ἔργ. καὶ ἡμ. vers. 413. Ubi quoque cognosces, ἀμβολίεργος, secunda correpta, scribendum; nisi id ex versu jam sponte vidisti. *J. F. R.*

Ibid. Κεῖος . . . . .] Locus a *Bourdelotio* indicatus, est vers. 411. Ἔργ. *Hesiodi.* Sed alium certe respicit Lucianus; aut quomodo ex *Ascraeo* Ceüs factus Hesiodus? Deinde ubi ἕδρας? &c. Cujus itaque, inquies, verba haec? *Bacchylidis*, cui tribuuntur ab *Athenaeo* XIV. p. 631. C. & a *Dionys. Hal.* de Struct. orat. p. 234. Edit. Uptonianae. Verba ipsa Bacchylidis habes apud *Steph.* Lyr. p. 570. οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ Χρυσαιγίδ' Ἰτωνίας χρὴ παρ' εὐδείλων ναὸν ἐλθόντας ἀδρόντι δίζαι. Fuisse autem *Ceüm* inde colligas, quod Simonidis ἀδελφιδοῦς, qui haud dubie *Ceüs*. Vid. *Maxim.* c. 26. & ut id obiter moneam, emendandus Index Auctorum ab Athenaeo laudatorum, in quo non in voce *Simonides*, sed in voce *Ceüs* comparet. Testatur autem diserte *Strabo* Lib. X. ubi de *Ceo* insula agit. *Plutarchus* etiam, *Aelianus*, *Stephanus*, *Byzant.* & alii. Ne ergo credas *Lil. Gyraldo* Boeotum facienti, praesertim cum apud *Lactatium* sive *Lactantium* ad Statium, quo auctore id asseruit, nihil tale, teste Cl. *Fabricio*, inveniatur, cujus vid. Biblioth. Gr. 551. In *Collectaneis* Cl. *Galaei*, Anacreonti, sed falso, tribuuntur haec verba. *M. du S.*

Κεῖον] Non *Simonidem* hic laudari, quod *F. Ursino* visum erat, sed Ceum alterum, *Bacchylidem*, ex *Colomesio* ad Gyraldum p. 463. observat *Fabricius* Bibl. Gr. 2, 15. p. 594. *J. M. G.*

FINIS TOMI PRIMI.

AD TOM. I.

TANAQUILLI FABRI
NOTÆ ET ANIMADVERSIONES IN
TIMONEM LUCIANI.

CAPUT I.

Timon quo tempore vixerit. quo anno haec acciderint quae a Luciano finguntur. Κολυττός. *Ἀλαὶ duplices. Heliodorus eodem in loco bis emendatus.* ῥυθμος. *de arca Deucalionis & Noachi. Lycoreus mons, quis. Liacura in Graecia barbara quid, & unde.* σωτηρ, *& de illa voce judicium Ciceronis.* ἐχατιά. *de Epimenidis aevo. Lucianus emendatus.* Οἴτης *pro* Αἴτνης. *de Jovis sepulcro ex historia sacra Evemori. Scholiastes Callimachi emendatus. In Luciano tentata emendatio. Hecatomba. de* ἄκυ *contra ea quae apud Diodorum leguntur. Lucianus emendatus.*

Pag. 98. Τίμων] Quandoquidem libelli hujus πρωταγωνιστης erit Timon, ille cognomento μισάνθρωπος, de eo pauca visum est dicere. Vixit igitur Athenis belli Peloponnesiaci tempore. Nam cetera argumenta ut omittam, Lucianus Demeam rhetora sic loquentem inducit: ᾧ ἠρίστευσε δὲ (de Timone loquitur) ὑπὲρ τῆ πατρίδος πρὸς τοὺς Ἀχαρνέας, (quem locum infra examinabimus) *& strenue se fortiterque gessit pro republica anno superiore, cum Peloponnesii Acharnenses obsiderent.* Acharnæ autem δήμος Ἀττικῆς anno primo belli Peloponnesiaci obsessæ sunt, ut ex Thucydide locupletissimo teste constat. Quamobrem ea quæ hic a Luciano narrantur, in annum cccxxii. urbis Romanæ conjici debent, qui est ante Christum natum ccccxxix. Erat autem Timon ex eo Atticae populo seu oppido, cui Κολυττὸς nomen. Indidem oriundus Plato Philosophus. Κολυττὸς autem ad radices montis Hymetti jacebat. Quare non temere est quod a Luciano scribitur, τίς ἂν τὸς ἴσως, ὦ Ἑρμῆ, ὁ χαραγὼν ὧδε τὸν Ἀττικῆς τὸν Ὑμηττὸν, εὖ τῆ ὑπωρείᾳ; Patrem habuit Echeratidem nulla alia re insignem, quam quod Timonem genuit. De hominis moribus nil attinet dicere, cum eam rem Plutarchus ἐν παραλλάξεως in vita M. Antonii absolverit. Hoc addam tantum, Timonem virum bonum fuisse, & moribus adeo factis ad humanitatem, nihil ut ipso χρηστότερον, nihil benignius extiterit. Nam quod illum μισάνθρωπον cognominarunt, id hercle perperam fecere. Quemadmodum enim qui Mercurium, Venerem, Sylvanum, & alias id genus nugas Deos esse olim negabant, non recte ἄθεοι vocarentur (neque enim Sylvanus Mercuriusque Dii sunt) sic Timon non recte μισάνθρωπος appellabitur. Quid ita? inquies. Quia non homines ille, sed feras oderat, quibus aetas illa scatebat. Certe qui Aristophanis fabulas, veram Attici ingenii imaginem, ut ajunt veteres magistri, legerit, de his mecum tria non commutabit verba. Accedat his Platonis testimonium, qui ita scripsit in epistola xxiv. inter illas quæ non ita pridem a Leone Allatio vulgatæ sunt. Quo enim loco ait se in fundum Hephæstiadeum migrasse (Ἡφαιστιάδων debuit scribere Leo ex Diogene Laërtio & Hermolao οἰ ἰδιωτοῖς, non autem Ἐφεστιάδων) ut ubi ἄτοθεν τῆ ἄστεως vivat, addit: συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μη εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους, οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. *Cognovi ego, Timonem non fuisse μισάνθρωπον sed cum homines nanciscì in urbe non posset, belluas amare haud poterat.* Extat ejus Epitaphium olim a Callimacho scriptum; & item alterum, quod homo providus sibi fecerat. En tibi, ut quidem tali dignum ingenio est:

Ἐνθάδ' ἀποῤῥίξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κείμαι·
Τίμωνα δ', ὃ πτύσασθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Ait Plutarchus sepultum eum fuisse Ἀλῇσι· sed cum duæ sint Ἀλαὶ, locum illum Plutarchi de Araphenidibus intelligas, non de Æxonidibus: nam priores Ἀλαὶ ad tribum Ægeida pertinebant, alteræ non item. Ceterum hunc libellum ita venustum, ita elegantem judico, eum ut inter politissimos Luciani non dubitem referre. Ita ingeniose & facile compositus est, ut ei nulla comœdia possit comparari. Tum porro, si usquam alibi, pura in eo oratio est, atque ita castigata, ut nihil supra. Habet quidem initium vehementius paulo & tragicum spirans, sed ita hominis fortunis & moribus conveniens, ut nihil ἠθικώτερον fingi queat. Ceterum, ita habeto, Lector, nunquam post renatas meliores literas puriorem editum fuisse libellum hunc. Idque ita verum est, ut satis mirari non possim hominis illius impudentiam, qui ausus est posteris imponere, professusque est editionem illam Parisiensem in forma maxima ex Mss. Codd. regiæ bibliothecæ expressam esse.

Νῆφε δ' μίμησαι ἀκριβῶς, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Nil verius, mi Lector, neque magis in vita degunda utile.

Pag. 98. vs. 1. Ὦ ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε] Haec Jovis cognomina, & plura item alia, diligentissime sunt & ingeniosissime a Dione Chrysostomo explicata Oratione I. de regno pag. 8. editionis Morelliianæ. Ceterum, quod in interpretatione illa omnia Graece, uti se habebant, reliqui, id non temere factum est: & qui κριτικοὶ sunt, facile causam videbunt.

Pag. 99. 6. Ὑπωρείδης] (Ἐπερείδης erat in Ed. *Graev.*

harum nott.) Hujusmodi carminum fulcra Latini tibicines vocabant; eaque voce olim usus est Virgilius, referente anonymo Biographo. Sed admonet me hoc verbum, ut meum de quodam Heliodori loco judicium aperiam; mihi enim vehemens suspicio fit, corruptum eum esse. Is ita ubique legitur: Μικρῷ δὲ τῷ δεξιῷ τὸ ἀγκῶνα θατέρας χειρὸς ἐφεδραζουσα, καὶ τοῖς δακτύλοις τὴν παρειὰν ἐπιτρέψασα, &c. Est ibi elegantissima moerentis Charicliae descriptio. lego τὴν παρειὰν ἐπερεισασα, doctis fortasse non dissentientibus. sed quia non uno vitio hunc locum laborare judico, iterum mihi tentandus est. Quis enim unquam audivit dici, ἀγκὼν χειρός? Scio quidem, & monent veteres magistri, ἀγκὼν quandoque esse ἐπικαμπὴς τοῦ χειρός; sed hic ex descriptionis serie non potest. Itaque sic mihi persuadeo legendum esse, ἀγκῶνα θατέρᾳ βραχίονι. Totam illam descriptionem legito, si te, si me, amas. Ad illud autem ἐπερεισασα ut revertar, non omittendum illud quod in Milite glorioso Plauti est, *os columnatum*; sed κωμικώτερον.

Ibid. 7. Ῥυθμοῦ] Ῥυθμὸς & μέτρον non sunt eadem: itaque recte distinxit Lucianus; proprie enim ῥυθμὸς ad incessum pertinet, ut mihi ex Platone demonstrare facile fit lib. III. de Republica, & lib. II. de legibus; ex Scholiaste quoque Æschyli in ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ. qui ait, βαίνονται δὲ οἱ ῥυθμοὶ, τὰ δὲ μέτρα οὐ βαίνεται. pag. 74. edit. *Stephanianae*. Ex Luciano praeterea ipso in περὶ τῆς ὀρχήσεως, cum ait de iis, qui inepte & perperam saltant, ἕτερα μὲν ἡ ᾠδὴ, ἕτερα δὲ ὁ ῥυθμὸς λέγει. Atque utinam veteres illos poëtas datum nobis esset semel recitantes audire, eorumque choros spectare. Quam multa hodie teneremus, quae nos aeternum latebunt circa μέτρον & ῥυθμόν! mira enim veterum circa hanc rem diligentia. Itaque apud Scholiasten *Aristophanis* legas, ἀρχαῖα ἡ τῶν μετρων & ῥυθμῶν διδασκαλία.

Pag. 103. 28. Ὑπὸ μανδραγόρᾳ] Illius enim vis ὑπνοποιὸς est, seu somnifica, ut loquitur Plinius. Xenophon in Sympos. τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, ποιμίζει. Est & tale aliquid in sexto Platonis περὶ τῆς πολιτείας, ubi ναύκληρος dicitur μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ συμποδισθείς.

Pag. 105. 41. Κοσκινηδὸν] Παίζει χαριέστατος scriptor περὶ τὸ ὁμοιοκατάληκτον, in adverbiis scilicet similiter exeuntibus, πιτηδὸν, σωρηδὸν, κοσκινηδὸν. Ceterum cum ait σεισμοὺς fieri κοσκινηδὸν, intellige ita frequentes, ita crebros, ita sibi invicem instantes, ut eam cribri agitationem referre videantur, quae fit, cum grana incernuntur.

Ibid. 44. Ῥαγδαῖοι] Notandum hoc Luciani judicium, qui ὑετὸς ῥαγδαῖος dici φορικῶς in prosa scilicet oratione existimat. At Suidas proprie dici credidit. Nam hominem ῥαγδαῖον, quomodo Alexandrum vocavit Plutarchus, ait dici κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τοῦ ὄμβρου. Haec & alia hujusmodi sedulo observanda judico, ut ad proprietatem Graeci sermonis perveniri possit. Ceterum non ὑετός τε, legendum est, sed ὑετοὶ tantum. Quod autem vocem hanc ῥαγδαῖοι in versione Latina reliqui, id fieri debuit.

Pag. 106. 47. Κιβώτιον] Locus apprime notandus; convenit enim cum Historia sacra, nisi quod, ut ait Comicus, *male divisa sunt haec temporibus*. Quae enim de Noacho scripta a principe historicorum Mose fuerant, ad Deucalionem suum transtulerunt Graeci. Ceterum quod κιβώτιον Luciano in hac historia dicitur, aliis λάρναξ est, vox ejusdem significationis. Usus ea quondam fuerat Nicolaus Damascenus, cum de primo diluvio ageret. locus est apud Josephum. Eadem quoque occurrit apud Plutarchum, in eruditissimo libro de solertia animalium, quo loco, mirum, & columbae meminit; sed eam tamen ad fabulatores remittit. οἱ μὲν ἐν μυθολόγοις, ait, τῷ Δευκαλιωνείῳ φασὶ τοὺς ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην ἐλπίδα γῆς καὶ χειμῶνος μὴ εἶναι πάλιν ἐπανιέναι, εὐδίας δὲ ἀπτεσθαι. id est, *Fabulatores quidem produnt columbam ex arca omissam indicium tempestatis Deucalioni fuisse, cum se rursus intra conferret, serenitatis vero, cum prorsus avolasset.* pag. 968. edit. Paris.

Ibid. 48. Λυκωρεῖ] Parnassus est, aut certe illius pars, (nam ad Parnassum appulit Deucalion) ibi quoque olim fuit urbs Lycorea, ut ex veteribus Geographis constat. hinc itaque quod hodieque a Graecis incolis Parnassus Liacura dicitur.

Pag. 107. 69. Ὦ δαιμάσιε] Honesta appellatio: nihil apud Graecos scriptores frequentius. ita ὦ γενναῖε, ὦ γενναῖε, ὦ δαιμόνιε, & alia sexcenta.

Pag. 108. 72. Δευκαλίωνες] Etsi constet plures fuisse Deucalliones, eo tamen confugere nihil necesse est; sed locus tantum explicandus. Intellige igitur poenas & calamitates θνητῶν, quibus humanum genus sub Deucalione paene periit, leviores esse quam ut. &c.

Pag. 110. 86. Μηδὲ ἀναγνόντες] Verti *ne legentes quidem*; nam metaphora est ducta ἀπὸ τῶν γηλόφων ἀπατεμμένων.

Ibid. 89. Σωτῆρα & σώτειραν] Fere plerumque has duas voces conjungebant; exempla ita crebra, ut pigeat colligere: aliquando etiam dicebant σωτὴρ & θεός. Plutarch. in vita Dionis. Ceterum miror quod dixit Cicero, σωτὴρ *Latino uno verbo exprimi non potest*, nam *servator* idem facit Latine quod Graece σωτήρ. Terentius: *servatrix mea*. In Graeco haud dubie erat σώτειρα, quid enim aliud?

Ibid. 91. Ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐσχατιᾷ] Cave sis idem cum illo sentias, qui vertit, *ad extrema redactus consilia*. nihil nequius dici aut fingi potest, Dii boni! Saltem meminisset *Homerici* illius;

Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιήν. ὅθι δάμναται, &c. Odyss. 4. item.
Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν σταδίῃ ἐνέκρυψε μιλάκῃ
Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, ὅθι μὴ πάρα γείτονες ἄλλοι. Odyss. 5.

ἐσχατιὰ hoc quidem loco nihil aliud quidquam est quam solitudo, secessus, pars ruris remotior. Hesych. & Harpocration. Lucianus infra vocabit simpliciter ἀγρόν.

Pag. 111. fin. Νήδυμον] Reliqui vocem Graecam in versione, est enim respectus ad Hom. locum.

Ibid. Ἐπιμενίδου] Somnus Epimenidis notissimus est ex Diog. Laërtio, Suida, & quo non? Sed in primis observandum est quod jam dicam. Auctor est Diogenes eum Olympiade XLVII. Athenas venisse, urbem lustrasse, ac pestilentiam sedasse. Sed id qui fieri

fieri potuit, cum dicat, Niciam illum Nicerati filium, clade Sicula nobilem, in Cretam ad eum missum fuisse? Quod evenire non potuit, nisi annis post plus minus CLXX. *Plato* autem lib. I. de Legibus, ait advectum eum Athenas πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἐτῶν: id erit circa Olympiadem septuagesimam. Id vero qui pote, cum omnes uno ore afferant fuisse ipsum Solonis familiarem? Viderint itaque alii. Certe ἀμφοῖν θάτερον nam aut necesse est in unum Epimenidem coliatum fuisse, quod de pluribus dictum fuerat; (id quod saepe usu venisse constat in multis) aut verum illud erit quod de illo quondam dixere Cretes, annos videlicet CCXC. vixisse. Esset hic latissimus campus scripturienti. Ceterum miror diligentissimum Casaubonum haec ad Diogenem praeterisse..

Pag. 112. 3. Οἴτης] Error manifestus. legendum enim Αἴτνης, fulmina Jovis ex Ætna, qui mons olim perpetuo ardebat incendio, accendi ait Lucianus. De Oeta nil tale legas. At ibi, inquies, Hercules crematus est: fateor. quid tum? Ex eone tempore mons arsit? Ne dixeris.

Ibid. 4. Ἐνανσάμενος] Libentius legerim ἀνανσάμενος maxime cum *Erasmus* verterit, *redaccenso*, &c. quamobrem in suo codice legit non ἐνανσάμενος, sed ἀνανσάμενος.

Ibid. 6. Σῆς ταφῆς] Locum Callimachi respicit, hymno in Jovem, quem profert quoque Origenes adversus Celsum Epicureum. is ita se habet:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ ἀεί.

Semper mendaces sunt Cretes. etenim sepulcrum tuum, ô rex Jupiter, construxerunt; tu vero non es mortuus; semper enim es. Ad quem locum doctissimus Scholiastes haec habet, si minus vera, at certe ingeniosa. Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπιγέγραπται, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ τοῦ ΜΙΝΩΟΣ ἀπηλείφθη, ὥστε παραλιφθῆναι ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λόγους Κρῆτας τὸν τάφον τοῦ Διός. *Sepulcro Minois inscriptum fuerat*, MINOIS JOVIS [F.] SEPULCRUM. *lapsu autem temporis illud*, MINOIS, *deletum est, ita ut relictum sit tantum*, JOVIS SEPULCRUM. *hinc est quod ferunt Cretes esse apud se Jovis sepulcrum.* Ceterum in loco Scholiastæ legendum est non τὸ τοῦ Μίνω, sed τὸ, Μίνω, ut sit positum ὑλικῶς, ut vulgo loquuntur. Quod vero dixi supra, ea mihi videri si non vera, at certe ingeniosa, non temere dixi. Nam ex Evemeri sacra Historia, quam olim Latinam fecerat Ennius, suspicio est, totum illud negotium se se aliter habuisse. Locus est apud Lactantium: *Jupiter aetate pessum acta in Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit; eumque Curetes filii sui curaverunt*, (intellige τὴν περὶ τὸν νεκρὸν θεράπειαν) *decoraveruntque: & sepulcrum ejus est in Creta, in oppido Gnoso; & dicitur Vesta hanc urbem creavisse* (ita loqui amat Ennius; isthuc autem *creare* Graecum est κτίζειν, quod & condere significat) *inque sepulcro ejus est inscriptum antiquis literis Graecis*, Ὁ ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ. Ceterum in cod. Reg. legitur ἢ τοῦ ἐκεῖ ταφῆς. unde fortasse legendum ἢ σῆς ἐκεῖ ταφῆς. verum non est tanti.

Ibid. 9. Παρὰ τὸ Ὑμηττόν] Ibi enim erat Κολυττὸς δῆμος, ex quo oriundus Timon. quod supra monui.

Pag. 113. 16. Καθ' ἱερῶν τελείων ἱερείας] Nota. alii enim dicerent τελείων ἱερῶν, non καθ' ἱερῶν.

Ibid. 17. Ἑκατόμβας] De quibusvis pecudibus dicitur, contra quam plerisque videtur: nam apud Diodorum memini me legere ἑκατόμβην καμήλων; apud *Hom.* autem ἑκατόμβας αἰγῶν. Quin etiam citatum video in Schol. Graecis ὅταν ἑκατόμβας, quod & apud veterem scriptorem legisse me scio. Ceterum duplex hecatomba: altera centum pecudibus constabat; altera quinque & viginti, ex Schol. *Hom.* in Iliad. A. itaque minores has hecatombas quasi ἑκατὸν βάσεις vocabant: per pedes enim, seu βάσεις numerabant.

Ibid. 18. Διάσια] Jovis sacra. *Dialia*, opinor, recte vertas, itidem ut *flamen Dialis* dicebatur, qui Jovi proprius erat. Emenda Schol. *Aristophanis* ad νεφέλας; ubi enim scriptum est διάσια dicta fuisse ἀπὸ τοῦ φυγεῖν τὰς ἄσας, legendum est ἄσας, id est λύπας. unde apud *Hesychium* hodieque legitur ἀσάζειν pro λυπεῖσθαι, & ἀσηθεὶς pro λυπηθείς, & apud Herodotum in Thalia, ἐδίζετο ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ τὸ κειμηλίον.

Pag. 114. 24. Οὕτωσί γε εἰπεῖν, &c. ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ] Locus adprime faciens ad proprietatem Graeci sermonis. Vix millesimus quisque haec observat: dicam tamen quod sentio. οὕτωσὶ μὲν εἰπεῖν hoc loco est, *si quis minus exacte loqui velit*, &c. quod in versione mea expressi. Itaque οὕτωσὶ εἰπεῖν & ἀληθεῖ λόγῳ, quodam modo opponuntur.

Ibid. 27. Ἀμφισία περὶ τοὺς φίλους] In MSS. Reg. legitur περὶ τῶν φίλων, non placet; neque adeo injuria.

Pag. 115. 41. Ἄστυ] Admonet me haec vocula loci cujusdam, qui apud *Diodorum* legitur, lib. I. pag. 24. edit. Rhodomannianæ. Ibi enim sunt qui probare conantur, Athenienses Saitarum (in Ægypto sunt Saitæ) colonos esse; hancque afferunt rationem, quod παρ' Ἀθηναίοις μόνοις τῶν Ἑλλήνων, πόλις ἄστυ καλεῖται, idque ducta, ut ajunt, appellatione ab urbe seu pago Ægypti, cui nomen Asty (meminit Hermolaus ἐν Ἐθνικοῖς.) Rem ipsam in medio relinquam; sed argumentum illud dico telum esse plane plumbeum, qui sciam passim apud Homerum, Herodotum, & antiquissimos quosque scriptores reperiri ἄστυ pro πόλις: quaecunque illa sit urbs. Quin recentiores quoque Graeci ita usurpant. nam apud Plutarchum est Φωκέων ἄστυ, in vita Themistoclis. Terentii autem locus, *An in astu venit*, nihilo magis probat. scena enim Athenis esse fingitur. hic quoque Luciani nostri, qui nobis in manibus est, tantumdem efficit. nam scena hujus δράματος in Attica est. Sique Alexandriæ res ageretur aut Epidauri, liceret dicere, *An in astu venit*, pro, *an in urbem venit*, seu illa Epidaurus foret, seu Alexandria. Itaque loci illius auctoritate, qui apud Diodorum est, non est quod tantopere movcamur.

Ibid. 46. Ἠγανάκτει] Lego ἀγανακτεῖ, & πεύσεται.

CAPUT II.

Lucianus sex septem locis emendatus. in Xenoph. conjectura. Proserpina & Ceres Θεσμοφόροι. Diogenes Laërtius emendatus in V. Bionis. τελεῖν ἐπὶ τέρμα, recte dici. Lucianus emend. ut & Hesychius in Ἐρμῆς. Lucianus emend. δὴ pro δεῖ. Dionis Chrysostomi locus in Ὀλυμπικῷ emendatur λῷδ παρεκβάσεως. de hac voce κῶνδυ, contra Bud. & Vallam. ὀρχηδόν, & alia quaedam.

Pag. 116. 48. Τοσαῦτα μιόταλα ταύρων] Ajunt esse Atticismum, μιόταλα αὐγῶν; at ego ajo solos barbaros Graece dicere τοσαῦτα μιόταλα. Itaque locus vitio non caret. hoc enim loquendi genus Graecae consuetudinis non est. Haec ad oram libri annotaveram, cum ex Codd. Regg. cognovi locum mutilum esse: nam in iis planissime legitur, τοσαῦτα μηρία ταύρων, &c. *tot femora taurorum*, &c. notum enim femora in sacris praecipue absumpta. Testes qui petat, non Homerum, non Aristophanem, nec poëtam denique ullum legerit. Itaque supersedebo afferendis testimoniis.

Pag. 117. 64. Λύρης μεγάλης] Puto scripsisse Lucianum λύρης μεγάλης μεγάλη τῇ &c. Terent. *magno conatu magnas nugas.* alioqui istud λύρης nullo adjecto nomine non satis efficax videtur.

Ibid. 66. Συνίδῃ πρὸς ὑμᾶς] Etiamsi nullum in Mss. Codd. subsidium esset, nemini tamen, ut opinor, difficile foret persuadere, legendum πρὸς ὑμῶν. Video sane plerosque omnes in hac esse opinione, Luciani textum, uti vocant, esse perquam emendatissimum; sed qui ita censent, nae illi haud satis attendunt, quid legunt. Nam hoc loco πρὸς ὑμᾶς solocismus est; & tamen ex tot editoribus nemo animadvertit. ὁ hominum exemptam diligentiam!

Pag. 119. 79. Πρώην &c. Ἀναξαγόραν] Hinc facile cognoscas, quo tempore vixerit Timon. Legendus Plutarchus in Pericle, Diogenes in Anaxagora.

Ibid. 85. Συνιτρίβη ὥσθ' τὴν πίτραν] Locus corruptus, etsi primo secus videatur: cum enim scripsisset Lucianus, συνιτρίβη περὶ τῇ πίτρᾳ, nescio qui male conciliati tam bonam lectionem παρεδιόρθωσαν, fecerunntque ὥσθ' τὴν πίτραν, sed longe alius est sensus, si παρὰ τὴν πίτραν legas, alius, si περὶ τῇ πίτρᾳ. Illud enim *juxta petram*, significat, hoc autem *ad petram*. Illud ridiculum, *fulmen juxta petram*, aut *prope petram*, hoc non item, *ad petram*. Hanc emendationem Mss. codicis auctoritas confirmat.

Pag. 120. 3. Καὶ μόνον οὐχὶ δικράνους ἐξεώσει με τῇ δεξιᾷ, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ τῇ χειρῶν ἀπορριπτοῦντες] Locus corruptus. Qui pote, inquies. Quaeso nonne ἀπωκόλαθον sit, si quis dicat, *fere me furca extrudebat, velut qui ignem ex manibus excutiunt?* Videlicet tota labes ex unius voculae defectu, quae propter similitudinem literarum facile excidit, καὶ scilicet, καὶ καθάπερ οἱ &c. quae una efficiet, ut omnia constent, sic, *me veluti fuscina extrudebat, & ut ii facere solent, qui excussa manu carbones ardentes amoliuntur.* Dices, non erat tanti; sane quidem, si sententiae tam exigua res non obfuisset; sed, ut opinor, non est quod me, atque adeo quemquam literaturae politioris studiosum, hujus diligentiae pudeat.

Pag. 122. 24. Ἄλλοτε δὲ τύπτοντον ἠγανάκτεις] Respicit locum qui in Pluto Aristophanis est: quem huc transferre non vacat, ut nec alia μυρία ὅσα. nam ex Aristophanis Pluto haec magnam bonamque partem educta sunt.

Pag. 124. 58. Πάλαι μέν σε αἰτιᾶσθαι] Non potest stare hic locus, nisi legas σε pro σε. Sensus est: *numquid ab omni ratione alienum est, te olim haec queri, nunc autem plane contraria Pluto objicere?* alioqui αἰτιᾶσθαί σε ταῦτα significabit, *te in his accusare*, vel, *te rerum harum accusare*, quod nihil ad rem, nunc quidem, facit.

Pag. 125. 62. Τῷ τι γὰρ Τίμωνι τὰ ἀπιμώνου] Melius scribi judico, τοῦτο γὰρ Τίμωνι τὸ ἀπιμώνου.

Ibid. 63. Εὐνοϊκὸν ὡς ἐμοί] Legerim εὐνοϊκὸν ὡς ἐμοῦ, etsi aliter verterim. Siquis autem existimat ὡς ἐμοῦ in lingua communi, & ὡς ἐμοὶ in lingua Attica, idem esse, fallitur: nam ὡς ἐμοὶ Atticum, semper *ad me*, vel *in domum meam* significat, non *erga me*.

Ibid. 65. Κατάκλεισον τὸ θύραις] Suspicor legendum θύραις, *in area*. forte etiam pro θύραις scriptum fuerit θύλαξι, quae vox aliquando cistulam significat, aliquando sacculum. Deinde si hac voce θύραις uti voluisset, haud dubie dixisset τὸ θύραις, non τὸ θύρας, quemadmodum scripsit supra, καλλικεκλῖσθαι τὸ μοχλοῖς ἓξ κλεισί.

Pag. 126. 71. Ὑπὸ τοσούτοις δισμοῖς κατασκοπῆς] Ita *Xenophon* de avaris: οἱ μὲ ἐπιδὲν τῷ ἀρκοῦντων ἕκαστα κτήσονται, τὰ μὲν αὐτῶν κατορύξουσι, τὰ δὲ καλαστίσουσιν. mox sequitur locus mihi suspectus: τὰ δὲ ἀμβιοῦντες, καὶ μιστροῦντες, καὶ ἐσάντες, καὶ λῷψυχοῆς. libenter legerim λῷψυχοῆς, eos ut designet, qui pecuniam suam fricant, ut aeruginem avertant. Locus est lib. 8. Κύρου παιδείας pag. 211. edition. postremae Leunclavianae.

Ibid. 76. Μίτρου] Respicit proverbium notissimum, μίτρου ἄριστον.

Ibid. 79. Ὦ Ζεῦ πρὸς τοῦ Διός] Hujusmodi facetia apud Aristophanem est.

Pag. 127. 84. Ἀπάγου μου χαθησομένην] Cum sequatur mox ἀπάγου τὰς θύρας, non possum concoquere istud ἀπάγου; qua voce significatur puellam a marito foras permolendam duci, quod contra Lucianus, qui μεγάλας μωσῆρας domi fieri innuit. Itaque lego non ἀπάγου, sed προάγου, unde προαγωγεύς, verum talis meriti nomen. Deinde in codice *Erasmi* ita legebatur; quod ex ipsius versione facile intelligitur. Sic enim habet, *Vel producat ultro.*

Ibid. 90. Ἐκ' ἀρότου παίδων γνησίων] Tragicum est. Ita in illo maxime inclyto oraculo, quod olim Lajo datum fuit;

> Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δυσμόνου βίου.
> *Heus, liberorum ne sulcum feras Diis*
> *Invitis.* ———

Pag. 128. 1. Τῇ Θεσμοφόρῳ] Virg. *Legiferae Cereri.* Causam explicat *Diodor.* lib. 5. nec ipsa tantum Ceres dicta fuit Θεσμοφόρος, sed & Proserpina. Unde apud Plutarchum in vita Dionis legas Θεσμοφόροιν τέμενος, *Cereris & Proserpinae*, &c.

Ibid.

Ibid. 2. Ταῦτα] Forte melius τ' αὐτὰ, ita ut dicat Lucianus non *haec*, ſed *eadem*.

Ibid. 5. Στιγματίας] *Notis compunctius*, Cicer. a Luciano autem alibi hujusmodi ſervus καλλιγράφος dicitur. a Plauto autem literatus. Inde amarus ille *Ariſtoph.* in Samios jocus,

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος.

Apud Plutarchum in vita Periclis, quem adito.

Ibid. 8. Καλὴν τὴν δίκην] Ut Galli dicunt in ſermone, *Une bonne amende*. Ubi *bona* nihil aliud eſt quam *magna*, ut apud Horat. *At bona pars hominum*, &c. quae tamen hominum pars minime bona eſt; nam avaros deſcribit, homines nec ſibi nec aliis bonos. Ita Lucian. in *Pſeudomanti* dixit, χρηστὸν δῆγμα, *morſum bonum*, pro vehementi & acri.

Pag. 129. 19. Δαναΐδων] Diog. Laërt. mihi in vita Bionis emendandus eſt; ubi enim de iis, qui apud inferos aquam vaſis pertuſis ferebant, loquitur, ſic ſcribit; ἔλεγε τοὺς εἰς ἄδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι ἐν ὀλοκλήροις ἢ μὴ τετριμμένοις ἀγγείοις ὑδροφόρων. At pro τετριμμένοις legendum eſt τετραμένοις, vel, quod eodem recidit, τετυπημένοις. Nam illud τετριμμένοις, hoc loco nulli rei eſt.

Ibid. 21. Πρὶν εἰσρυῆναι χεῦδον ἐκχυθησομένην] Facile ſane; prius paene effundetur, quam infuſum fuerit. Tale aliquid apud Ariſtophanem eſt, *in* νεφέλ. de ſervo oblivioſo,

Ὅσις σκαλάθυρμά τι ἄπλα μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλίλησαι πρὶν μαθεῖν. ——

Ibid. 26. Καὶ εἰς ἅπαξ] Forte aliter diſponenda verba ſunt, ad hunc modum; ἐκεῖνον, εἰ μὴ εἰς τὸ ἅπαξ ἐμφρίξησαι τὸ κεχηνὸς, &c.

Pag. 130. 39. Ἀμφοτέροις] Σαύλοις videlicet.

Ibid. 40. Ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα] Iſtud τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα non pertractate dictum, neque ita frequenter occurrit tale loquendi genus apud ſcriptores mere Graecos. hinc itaque eſt quod in Cod. Reg. mutatum fuit τελεῖν in ἐλθεῖν: ſed eam lectionem cave admittas, quae ab ignoratione exſcriptoris profecta ſit. Optime enim dicitur τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. Ita in erudito illo Luciani libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, legitur: ῥᾷστον ἂν ἓν εὐμαρέστερον τελέσειεν ἄχρι τοῦ πρὸς τὸ σκοπόν. *Facilius ad usque ſcopum pervenerit*. Idque Thucyd. imitatione, qui pag. 305. edit. 2. *Stephaniana*, de Braſida loquens dixit: ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσεν. Quamobrem hoc quidem loco Mſ. Cod. lectionem rejiciemus, quamvis ſe facilitate commendet.

Ibid. 43. Ὠκύτερον] *Horat.* de Fortuna

—— *ſi celeres quatit Pennas*

ſed quod in Mſ. Cod. legitur, impenſius placet, ὀπίσω ſcilicet, quae & alata finguntur.

Ibid. 44. Ἔπεσε δὲ ὑσπληγξ] Bene ἔπεσε. nam cum parati omnes eſſent, qui ad currendum convenerant, tunc repagulum illud, quod equis & curribus objectum erat, dejiciebatur. Lucian. in libello περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ. ſic habet: καὶ τοῦ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς ὁ ὑσπληγξ εὐθὺς καθαπτούσης, &c.

Ibid. 47. Ἐγὼ δὲ καὶ πολλούς] Mſ. Cod. ἐγὼ δέ τοι.

Ibid. 49. Οὐδ' ὀβολὸν ἄξεις πρίαμαι βρόχον] *Ne laqueo pretium*, ait ille.

Pag. 131. 57. Πλούτων] Nunc de pecunia legataria ſeu teſtamentaria acturus eſt, quae cum nemini niſi morte alterius obvenire poſſit, illam a Plutone Manium Deo dari fingit Lucianus.

Pag. 132. 63. Φορηδὸν] Verti, *per bajulos domo efferunt*; etſi ſcio vocem hanc Latine reddi ſervata proprietate ſatis commode non poſſe.

Ibid. 64. Πρόκειται] Signanter dixit. Nam de mortuis proprie dicitur; unde alicubi memini legere προκείμενον pro θανόν.

Ibid. 67. Ἐπελπίσαντες] Non temere in hoc ſignificatu vocem hanc reperias. Sane nusquam alibi, quod meminerim, legi. Nam ἐπελπίζειν *in ſpem inducere* eſt: hic autem de iis dicitur, qui ea ſperant, quibus alii praeter ſpem fruuntur.

Ibid. 71. Λῶον] Quo utebantur veteres, ut nos hodie ſerico ad vinciendas epiſtolas, teſtamenta, &c.

Pag. 133. 80. Πυῤῥίας, Δρόμων] Servorum nomina. Πυῤῥίας Latinorum Comicorum Byrria eſt, eadem mutatione, qua olim apud veteres Latii poëtas ſcribebatur Bryges pro Phryges, apud Livium Andronicum, & Pacuvium ſcilicet. Tibius ſervile quoque nomen eſt; unde in libello περὶ τῆς ὀρχήσεως junxit Davos & Tibios. αἵ τε Δάοι & Τίβιοι &c. Contra autem Megacles, Megabyzus, Protarchus, nobilium hominum nomina: ſed Megabyſus Aſianum eſt.

Pag. 136. 85. Ὁ θύννος] *Horat.* in hacce materia:

Plures annabunt thynni, & cetaria creſcent.

Ibid. 89. Παχύδερμος] Tardus, hebes, ſtolidus; ex phyſiognomonia petitum. qui enim cute ſunt craſſiore, eos fere plerumque tardiores eſſe videmus. Neque vero obſcura cauſa eſt. Poteſt & aliorſum referri hoc loco; & cui videlicet occalluerint manus opere faciundo.

Ibid. 90. Καὶ εἴ ποθεν ἄλλος μαγίξειέ τις] Error: legendum enim ἄλλως, id eſt *forte*, *temere*, *aliud agendo*.

Ibid. 97. Ἱπποτροφίας] Ἥπερ νόσος, ut ait Comicus, δίκην φαγεῖν (id eſt δαπανηρὰ) ἐστίν.

Ibid. 99. Εὐγενέστερον Κόδρου] Vide Suidam in Εὐγενέστερος Κόδρου. Hujus proverbii meminit & Themiſtius ἐν βασιλικῷ.

Pag. 137. 12. Ἱππονίκου καὶ Καλλίου] Eorum meminit ſaepe Plutarchus, Herodotus etiam alicubi, haud dubie Athenienſium ditiſſimi fuere.

Pag. 138. 18. Ἑρμῆν προσκυνῶν] Lucrum enim inſperatum a Mercurio objici credebant. Ceterum etſi quod dicturus ſum, a Luciano noſtro alienum eſt, dicam tamen, hac voce admonente, ut locum Heſychii, qui hactenus corruptus legitur, emendem. Ubi enim eſt, Ἑρμῆν ἐπὶ πάσσοις ἰδίαις ἔλεγον, καθάπερ ἀγαθοῦ δαίμονος, καὶ Διὸς σωτῆρος, ibi emendandum eſt, Ἑρμῆν ἐπὶ πάσσοις ἰδίαις &c. nihil certius. Ultimum enim poculum Mercurii erat. Cauſam apud *Homer.* habes.

Ὦ πνεμάτῳ στιβάδεσσιν, ὅτε μνησαίατο κείτου.

His addas licet *Jul. Pollucis* teſtimonium, Ἑρμοῦς, inquit, τελευταῖα πόσις. Apud Athenaeum legas quo-

que Ἑρμῆς εἶδε πόσιος ἀθρόα Στράττιδι. Itaque certa emendatio est.

Ibid. 24. Δυσεύρετον &c. ἱκλελοιπός] Hujus ἀλγεινόας veluti σπέρμα in Pluto *Aristophanis*. *Terentius* autem mirabiliter in his versibus sane quam moratis:

Nae illius modi jam magna nobis civium
Penuria est, &c. —— item:
Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias
Restare video! Vah, vivere etiamnum lubet.

His addi & illud potest quod apud *Diogenem Laërtium* est, λείψανα τῆ χρυσοῦ γενεᾶς.

Pag. 139. 43. Βαθυκήτεα πόντου] In Mss. Cod. βαθυκεύτεα. Videlicet βαθυκεύτης. nihil aliud erit, quam qui βαθὺ κύτος habet, id est, *altas cavitates*. Quod etsi verum esse potest, mihi tamen nulla potest ratione probari, qui sciam prioris syllabæ modum in κύτος brevem esse; sciam praeterea allusisse Lucianum ad locum illum *Theognidis*, qui omnibus in ore est;

Ἦν (πειθὼ scilicet) δὲ χρὴ φυγόντα ἐς μεγακήτεα πόντου
Πίπτειν ἐς πιστῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Videmus secundum versum paene integrum a Luciano sumptum esse. Legendumne igitur censes, inquis, μεγακήτεα pro βαθυκήτεα? Non ausim sane affirmare. Quid ita? Quia apud Stobaeum & alios varietatem lectionis reperi: memini praeterea ita a Plutarcho scriptum esse, ut a Luciano lectum est, βαθυκήτεα scilicet. locus est in libello περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.

Pag. 141. 67. Τί ἂν ἐν ἐν αὐτῷ ἦδη] Mss. Τί ἂν ὅτι ἐν ἐν &c. Quod si non melius est, at certe venustius aliquanto.

Ibid. 71. Οὐ γὰρ δεῖ] Mendum est. Nam pro δεῖ legendum δῆ, idque ante videram, quam Mss. Cod. lectiones consuluissem. Alioqui quo tandem pacto stare possit haec oratio, ἐ γὰρ δεῖ εἰκός? &c. ridiculum, si quidquam aliud.

Pag. 142. 89. Δυσπάθειτον] Mss. Cod. δυσπάτοχος. sed eodem recidit.

Ibid. 91. Ὥσπερ ἐγχέλεις] Mss. Cod. ὥσπερ οἱ ἐγχ.

Ibid. 94. Ἐκπεφυκότα] Mss. ἐμπεφυκότα hoc loco male.

Ibid. 97. Ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη φλυαρεῖν τὰς ἡμᾶς] Disponenda verba sunt, ut & ratio & libri scripti monent; ἀλλὰ μεταξὺ φλυαροῦντας ἡμᾶς πρᾶγμα ἦν &c.

Pag. 143. 3. Καταλείπειν] Mss. καλαλείπειν ἀεὶ, ut sibi morem esse hunc perpetuum significet.

Ibid. 10. Ὑπερόλβῳ ἐν Κλεινῖ] Homines sunt sua μοχθηρίᾳ nobiles. Plutarch. Aristoph. & scripta in eum Scholia.

Pag. 144. 17. Καὶ ἡ ἀνδρία] Dabunt, uti spero, hanc mihi veniam elegantiores homines, si a Luciano tantisper abeam, dum *Dionis Chrysostomi* locum in Ὀλυμπικῷ emendem. pretium operæ erit. sic habet p. 197. ἐ γὰρ λαμβάνω μαθητὰς, εἰδὼς ὅτι οὐδένα ἔχοιμα διδάσκειν, ἅτι οὐδὲν αὐτὸς ἐπιστάμενος, οὐδὲ ψευδόδοξος καὶ ἐξαπατῶν ὑπισχνούμενος, οὐκ ἔχω ταύτην τὴν ἀνδρίαν. Emenda meo praesidio, οὐκ ἔχω ταύτῃ τὴν ἀναίδειαν. Videlicet homo modestissimus Dion fatetur ingenue non esse in se fitam illam vim, alios ut erudire possit, quippe qui indoctus ipse sit; vanis autem promissis homines lactare, id esse a moribus suis alienissimum; se enim eo impudentiæ non processisse. locum ipsum legito, & a me haud diversus abibis. Idque clarissimum & diligentissimum virum *Isaac. Casaubon.* non vidisse miror.

Pag. 145. 36. Ἐγχειρήσας] Legendum hoc loco ἐγχειρίσας. Ita passim alibi circa hanc vocem erratum est.

Ibid. 38. Ῥᾴκῳ] Notanda metaphora; quasi qui vestem recentem & integram alteri commodarit, post certum tempus detritam recipiat.

Pag. 146. 43. Ἀπολείψει] Leg. vel ἀπολείπῃ, vel ἀπολείψῃ.

Ibid. 49. Ἡμεῖς δὲ προσίωμεν] Mss. ἡμεῖς δὲ καὶ προσίωμεν.

Pag. 147. 72. Ἀθηναίων τὰ πρῶτα] Ita Lucret. *Prima virorum*, pro flore vel principibus gentis, ita infra πρῶτα τῆ κολάκων.

Ibid. 79. Τόνδε Δία] Versus *Hom.*

Pag. 148. 97. Τῶν πολλῶν ἰκείνων] Duobus locis *vulgaria* vertit *Erasmus*, fallitur. οἱ πολλοὶ quidem, ut nemini ignotum est: *vulgus* significat; at τὰ πολλὰ ἐκεῖνα non significat *vulgaria illa*. neque id patitur Graeci sermonis consuetudo.

Pag. 149. 12. Πάντας ἀνθρώπους ἑξῆς] Certe hic unus locus per se satis probarit, non semper sumi ἑξῆς ut sumi debere contendunt viri doctissimi. Quamvis enim ab *Eustathio* vertatur καθ' ἑξῆντας. constat tamen eam significationem perquamplurimis locis non posse convenire. Ita apud *Herodot.* lib. 6. ubi scribit Milesios, cum Sybaris a Crotoniatis esset capta, dolorem suum publico luctu esse testatos: Συβάριος γὰρ ἁλούσης ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλάς, ᾗ πένθος μέγα προσθήκαντο. Quid? puberes tantum caput raserint, ceteri minime? Cave credas; nam Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν, nihil aliud est quam, Μιλήσιοι ἀπαξάπαντες, *omnes omnino Milesii*. Scio *Budaeum*, scio *Vallam*, viros undiquaque doctos aliter censuisse; id tamen scio, neque in hoc Luciani loco, neque porro in illo Herodoti, verti debere ἑξῆς per, καθ' ἡβῶντας, aut κατὰ τάξιν τινα, sed ἀθρόως, vel πάσας καθ' ἡλικίας, ut *Suidas* ex veteribus glossis vertit. Quin etiam memini me legere in Lexico Herodoteo, quod ex Cod. Mss. Goldasti evulgatum est, ἡβηδὸν conversum per ἀρχηδὸν, at illud ἀρχηδὸν legitur apud *Herodotum* in 7. ubi nil aliud significare potest quam quod Latini dicunt *viritim*, vel, quod propius ad vocis originem accedit, *una serie, uno & perpetuo ordine*. Historia sic se habet. Cum grandis pecunia è reditu metallorum, quæ ad Laurium Atticæ erant, in aerario esset, cives autem Athenienses viritim ex ea decem drachmas essent accepturi, auctor iis fuit *Themistocles*, ut ducentarum navium classem ex ea pecunia construerent: Graece sic: τὸ δὲ Λαυρεϊκὸν μεταλλον ἐμέλλετε λάξεσθαι ἀρχηδὸν ἑκάστῳ δέκα δραχμὰς &c. Sed ibi iterum Valla *ad puberes* suos rediit; quia fortasse apud *Hesychium* legerat vocem illam ἀρχηδὸν per ἡβηδὸν conversam fuisse. Ceterum in hac voce corruptus *Suidas*; at illum, monitus, facile emendes.

Pag. 149. 17. Οὗτος ἀπόλωτε] Ex *Homeri* versu.

Οὗτοι ἀπόλωτ' ἐπὶ θεῶν ἰμπύδια ἔργα.

Pag.

Pag. 150. 28. Προσδρίας] De hoc honore lege quae ab *Is. Casaub.* annotata sunt ad Theophrasti Character. pag. 161.

Ibid. 33. Ὑπόπαλλες] Ut qui libidini alienae subjiciunt puelli aut puellae teneritudinem.

Ibid. 35. Ἐπιβουλεύσαί μοι] Legendum σοι.

Ibid. 39. Ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωθεῖς] Latine, *capite protrusus foras.* Phaedr.

Ibid. 43. Μηθ' ἥκειν] Mſ. μηκέθ' ἥκειν.

CAPUT III.

Lucianus emendatus. Parodia ex Pindaro. lectio in Luciano confirmata. Ἐλεὺ βωμός. *Lucianus emendatur. Lucianus iterum emendatur in* ἐκστῆναι τ' ἄλλων. *Pollux & Philostratus emendati; ut & Lucianus.* Ἐραστ. τοῦ δακτοι ἀνθρωπίνοι *quomodo intelligendum.* διδάσκειν, διδάσκαλος. *discipuli apud Terentium.* ἄσημ ὑπὸ τῆ δικίλη *quomodo intelligendum.* Ἐπιτηδεῖ. *Lucianus emendatur. Josephus emendatur duobus locis. Callimachi locus apud Schol. Pindari emendatus.* ὄθμα *quid. Lucianus duobus locis correctus.* καρύκη. *Plutarchi locus contra Amiotum explicatur in Alex. Glossema ex Luciano ejectum. Plauti locus adversus Palmerium confirmatus.*

Pag. 151. 61. Εἰρεσίαι τ' πτερῶν] Ita Virg. *remigio alarum.* Ita γναμπτὰς poëta Lucret. de avibus dixit;

Remigii oblita pennarum vela remittunt.

Ibid. 64. Σὲ φημι] Ita dicere solebant cum urgebant, vocabant, aut revocabant, cessatores inclamitabant. Aristoph. saepe. Latini dicunt. *Heus, heus, tibi dico.* Terent. & ante ipsum Plaut. Qui aliter intelligunt, ad has res sapiunt minus.

Pag. 152. 67. Ὑμῖν ὑποσήσομαι] Legendum ἐγὼ δὲ νῦν ἀποσήσομαι *Nunc vero abibo.* nam jam antea abiturichat. deinde istud ὑμῖν non potest stare. nemo enim ibi praeter unum Timonem erat.

Pag. 153. 74. Ἄνθρακας εὗρε] Notum proverbium, ἄνθρακας ὁ θησαυρός.

Ibid. 78. Ὦ χρυσέ] Versus *Euripidaeus*; quae autem sequuntur, αἰδόμενοι γάρ &c. ea ex Pindaro sunt. Sed quia dixerat ille Thebanus vates, χρυσὸν διαπρέπειν ὡς τὸ πῦρ νυκτί, facetus scriptor sensum invertit, quasi dixerit *Pindarus* aurum noctu lucere (quod aliter est, scripsit enim *aurum fulgore inter homines, ut lucet ignis noctu.*) Itaque addit Lucianus aurum non νύκτωρ tantum, sed etiam μεθ' ἡμέραν λαμπρύνειν, facetia & ingenii elegantia Syro nostro dignissima.

Pag. 154. 85. Τὰ εἰ Δελφοῖς ἀναθήματα] Singillatim *Pausanias.* Quaedam etiam *Herodotus.*

Ibid. 89. Παὶ τούτῳ] Recte τούτῳ; quippe cujus imago ibi, in ἐγκατὶᾳ scilicet. Nam ἐγκατὶα est χωρίον νομὸς ἔχον, quibus in locis fere plerumque Panos imago. Neque adeo mirum, pecoris enim Deus Pan. adde quod διφθερίας pingebatur. *Justinus* lib. 43. *In hujus radicibus templum Lycaeo, quem Graeci Pana, Romani Lupercum appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle* (διφθέρα est) *amictum est, quo habitu nunc Romae Lupercalibus decurritur.* itaque non abs re est quod διφθέραν suam Pani dedicat. Haec igitur nostra est de hoc loco sententia. Clariss. autem *Menagius*, praeclararum artium παντηγυρις, & elegantiorum, quantum est, hominum amor, aliter censet, legique, ut audio, postulat. Πλούτῳ τούτῳ, pro Παὶ τούτῳ. Nam quod alius quidam legendum existimat Πενία ταύτη, fugit illum ratio. Cetera enim ut mittam, non potuisse dicere ταύτη. quid ita? quia jam abierat Penia. Sed cum vir ille qui ita scripsit, uti audio, is sit qui personas, Δικαιοίας, judicia denique, atque adeo omnia in Luciano ἄνω κάτω vertat, si rogites cur ita faciat; nil ab eo feras aliud, quam quod apud Comicum est. *Mihi sic verum esse lubet.* ἐμοὶ, παπαὶ βέμβαξ.

Ibid. 96. Ὑπεροψίᾳ] Editi quidam habent ὑποψίᾳ, sed eodem errore quo apud *Philostrat.* in vita Apollon. lib. 3. cap. 9. primulo statim initio, τ' τε ὑποψίας ἐπελάθετο. lege fidenter ὑπεροψίας.

Ibid. 97. Ἐλεὺ βωμὸς] Hujus arae meminit quoque alibi Lucian. in Demonacte, ἐν δικαστηρίοις; Philostrat. in vita Pollucis Sophistae, & Pausan. in Atticis. Ceterum huic Deo Ἐλεῷ primi omnium aram sacrarunt Athenienses, ut ex illa luculentissima Nicolai oratione apud Diodorum liquet.

Pag. 155. 98. Ἐπικυρῆσαι] In Cod. *Erasmi* legebatur ἐπαρκῆσαι, vertit enim *suppeditare.*

Ibid. 1. Ἐθῶν] Mſ. ἠθῶν.

Ibid. Μονῆρης διαίτα] Hanc vitam qui vivebant, ii μονήρεις & ἰδιαζοὶ dicebantur. Laërt. in Thalete.

Ibid. 16. Εὐωχεῖτο] Legendum ἐυωχεῖθω. nam εὐωχέω significat *aliquem convivio accipere*, ἐυωχεῖσθ autem *epulari.* error turpissimus.

Pag. 156. 17. Ἐκστῆναι τ' ἄλλων] Hic vero locus est, qui me, si quisquam alius, torsit; neque, ut opinor, injuria. Non enim Graece dici potest ἐκστῆναι τινος, sed τινὰς. itaque pro ἐκστῆναι τ' ἄλλων, mihi vehemens suspicio est legendum ἐκὰς ὢν τ' ἄλλων, *longe ab aliis*, vel, *ab aliis remotus.* Non poëtae tantum, sed & *Thucydides*, & *Herodotus*, ita hac voce utuntur. Si quid habes melius, Lector doce, & favebo.

Ibid. 19. Στέφανον] Mortui enim in Graecia olim coronati testimonia passim. Neque tantum mortuos, sed & sepulchra & cippos coronare mos fuit.

Ibid. 22. Δυσκολία] Emenda *Pollucem* lib. I. cap. 2. περὶ τυφώνα. Ubi enim legitur, τύφωνα ἀνόσιον, εὔκολον, palam est legi debere δύσκολον. Et miror postremum editorem non vidisse. Emendes quoque licet *Philostrat.* lib. 3. *Apollon.* cap. 8. Nam ubi legitur φειδώμενα τ' ἀνοήτων τε & εὐκόλων, haud dubie legendum ἀνοήτων τε & δυσκόλων.

Pag. 157. 25. Πίττη & ἐλαίᾳ] Quo majus incendium fiat scilicet.

Ibid. 29. Βαττίζοντα] Male in libris scriptis πίττοντα.

Ibid. 31. Τίμων Ἐχεκρατίδης] Mendum est, lege *Τίμων Ἐχεκρατίδου, Timon Echecratidae filius.* quod & supra visum est, & infra occurret. Quis igitur negligentiam priorum interpretum & editorum non miretur?

Pag. 159. 48. Γναθωνίδης] Apud Terentium Gnathonici ex Menandro.

Ibid. Ἕρανον αἰτήσαντι] Qui *coenam* vertunt, ii mihi

hi dormire videntur. Longe enim aliud ἔρανος, aliud δεῖπνον; neque hic quidquam commune habent. Sed cum ea vox diligentissime fuerit a viro undiquaque doctissimo explicata in eruditis illis in *Theophrast.* commentariis, p. 272. addam tantum ita esse exponendum *Philostrat.* p. 95. & 527. postremae editionis; ita etiam intelligendum esse locum *Dionis Chrysostomi* p. 116. Locos ipsos afferre piget. Ceterum vocem Graecam in interpretatione retinui, idque Plin. junioris judicium secutus, & inopia linguae Latinae coactus.

Ibid. 60. Νεοδιδάκτων διθυράμβων] *Qui nuper evulgati sunt.* διδάσκειν enim ad ἐπιδείξεις theatricas pertinet; inde illa frequenter legas, κωμῳδοδιδάσκαλος, τραγῳδοδιδάσκαλος, διθυραμβοδιδάσκαλος. quin etiam aliquando διδάσκαλος simpliciter pro eo qui drama aliquod edit; ut apud *Aristoph.* in Pluto:

Οὐ γὰρ περιπόλεις ἐγὼ τῷ διδασκάλῳ.

Inde apud Terentium *discipuli* pro actoribus. *Num immemores discipuli?* id est, num actores tui animo sunt ita omisso, ut &c. Quo loco qui legunt, *Num immemor es discipuli*, ποῦ τὰς φρένας ἔχεις; inde est etiam quod in comoedia Italica Doctor saepe prodit. Inde etiam διδάσκειν per se solum pro *comoediam* vel *tragoediam* docere, (Latini enim usurpant quoque) apud *Diodor.* lib. 14. Ἀγυδάμας ὁ τραγῳδὸς τότε πρῶτον ἐδίδαξεν. Ita igitur hoc loco διθυράμβοι νεοδίδακτοι. Qui aliter explicant, quasi diceret Gnathonides, se modo illa carmina didicisse, male explicant.

Pag. 160. 62. Ἐλεγεῖα ἄσῃ] Quia elegia ab origine prima luctui dicata erat. Inde est quod & apud *Hesych.* ἐλεγεῖα dicuntur ἐπιτάφια ποιήματα.

Ibid. Ἄσῃ τὸ τῇ δικέλλῃ] Ridicule qui vertunt, *ab hoc doctus ligone*; nihil enim in Luciano tale. Sed quod Latine dicitur *canere*, vel *saltare ad tibiam*, *ad citharam*, id Graece est ᾄδειν vel ὀρχεῖσθαι τὸ τοῖς αὐλοῖς, τὸ τῇ κιθάρᾳ; & hinc tota loci hujus venustas pendet. Lucian. lib. περὶ ὀρχήσεως sic loquitur. διδάσκουσα πολλὰ τῶν πάλαι τὸ αὐλοῖς ᾠδὰς κυμβάλοις. Aliter quoque dixisse puto, nimirum ἐν αὐλῷ; ibidem, παίδων χορὸν σωιελθόντες ἐν αὐλῷ ᾠδὴν κιθάρᾳ. Sed non memini me alibi legere. Interim vides, Lector; quam exigua res venustissimum sensum perdat.

Ibid. 80. Καὶ προσῆλθον] *Erasmi* codex habebat, ἢ γὰρ &c. scilicet ἀλλὰ παρισθίσεως.

Pag. 161. 87. Ἐνιέφηβοι] Vocem Graecam retinui, veteres secutus. Ceterum priusquam hinc abis, emenda *Pollucem* lib. 1. cap. 7. ἐπιδιετὴς δὲ, ἡδέσκων ἢ ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη, certissime legendum est unica voce, ἐξεφηβῶν δύο ἔτη, id est, qui ex ephebis excessit a duobus annis.

Ibid. 88. Ἐπιπηδᾷν] Non significat insultare, sed avidius, cupidius, immodestiusque aliquid appetere. Ita *Themistius* oratione prima: ἀλλ' ἐμοὶ ἐπιπηδᾷν ὑπολήψονται ἐπιβατεύειν, καὶ ἁρπάζειν μὴ ἐθελόντων διδόναι.

Pag. 162. 2. Ἔσαι ταῦτα] Ita dicebant pro, ταῦτα ἀσφαλῶς βέβαια τυγχάνει. Latini, *sic erit*, pro, haud dubie, at alias aliud.

Ibid. 14. Ἐριχθηΐδι] Mendum est. legendum enim Αἰγηΐδι; quippe Κολυττὸς erat tribus Ægeidis, teste *Harpocrat.* δῆμός ἐστι τῆς Αἰγηΐδος Φυλῆς Κολυττός. Ceterum tempore *Suidae* nondum hic locus Lucjani corruptus erat. Nam ubi ait Colyttum tribus Ægidis fuisse, Timonem Luciani laudat. Miror elapsum hoc fuisse diligentiae clarissimi viri *Joannis Meursii* in libello de populis Atticae, in quem infinitas correctiones congessit, quae ad horum locorum appellationes pertinent.

Ibid. 14. Θεωρικόν] De aere rhetorico diligentissime *Harpocration* ex quo verbum de verbo transtulit *Suidas* quae de hac voce habet. Legendi quoque Demosthenis interpretes.

Ibid. 17. Ὄφελον] Josephum bis emendo hujus verbi occasione, ἐν τῇ τῆς ἀρχαιολογ. γ'. κεφ. β'. Ubi enim in Basiliensi editione, & postrema etiam, omnium, quotquot fuerunt, inquinatissima, legitur, καὶ τὸ ἐπὶ τροφῇ χαίρειν, πότου μὴ παρόντος, ὤφελον. Locus est ita corruptus, ut nisi addatur haec vox ὄφελος, a nemine sanae mentis verti possit. Initio quoque pro καὶ, legendum, ὡς, & totus locus ita concipiendus: ὡς τὸ ἐπὶ τροφῇ χαίρειν, πότου μὴ παρόντος, ὄφελον ὤδιν ὄν. diligens Lector Josephum adibit. Istud autem ὄφελον ὠδὴν ὄν, verti ea ratione debet, qua δίκην ἀκτῖνος, & δίκην τῇ βυλῇ, id est, κατὰ τὸ δίκαιον τῇ βυλῇ. Atque utinam praestantibus ingeniis luberet aliquando tanti scriptoris emendationem suscipere; symbolam certe daremus; quadringentos amplius locos ex ingenio emendatos conferre possemus. Plura facere esset sane perfacile, sed doctioribus, & qui Lutetiae vitam agerent, & codicibus Regiae bibliothecae frui possent; *Nobis non licet esse tam beatis.*

Ibid. 18. Ἑρμισμα τῶν Ἀθηναίων] Magnifice sane. Ita Pindarus olim Athenas vocaverat ἕρισμα τῆς Ἑλλάδος, cujus loci meminit *Plutarchus*, & Schol. *Aristoph.* Ceterum non possum hic praeterire Josephi locum, in quo gravissimum mendum est, quia verbum ἐρίζω, unde natum ἕρισμα est, corruptum fuit: ita habet: ὅτι μὲ νῦν ἂν ἡμαρτε τις μήπω τὸ φρονεῖν ἑρισμόν, nullo aut ridiculo sensu. Nam istud ἑρισμόν nihil ad rem. Itaque mihi certius certo est legendum, μήπω τὸ φρονεῖν ἐρηρισμόν, id est, κατὰ τὸ φρονεῖν, vel κατὰ φρόνησιν, *Qui prudentia satis firmus nondum est.*

Pag. 163. 20. Βυλαὶ ἀμφότεραι] Scilicet ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω. Locus est apud Heliodorum, ubi Cnemon casus suos commemorat. est aliquid etiam apud *Liban.* argumento Orat. κατ' Ἀνδροτίωνος, eum adito, si vacat.

Pag. 164. 28. Τελείῳ ἅρματι] Cum duodecies circa metam currus flectebatur: πωλικῷ vero, cum octies tantum. Scholiastes *Pindari* edit. Rom. in Pyth. φασὶ δέ τινες ὅτι δώδεκα δρόμους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα· τὸ δὲ πωλικὸν, ὀκτώ. Tum vero affert Callimachi locum, cui ἅπαξ φάρμακα πάσσειν decretum est. sic habet:

Δωδεκάκις περὶ δίφρον ἐσήγαγεν ὄθματα δίφρου.

Sed quid hoc, quaeso, εἰσήγαγεν ὄθματα δίφρου περὶ δίφρον? Davus profecto sum, inquies, non Oedipus. Igitur sic existimato, illud δίφρον nulli rei esse; scripserat enim *Callimachus* νώτου (ita metam vocabant) in illis autem verbis ὄθματα δίφρου nil corruptum, sed vox tantum explicanda, quae nullibi, quod sciam, reperitur, ὄθμα scilicet. est quidem apud *Hesychium* ὄθματα, ὄμματα νεολεῖς (emenda & scribe, ὡς Αἰολεῖς; nam ὄθματα Æolice ὄμματα sunt;) sed in hoc *Callimachi* loco ὄθμα nihil est aliud quam *motus*, vel

agi-

agilitas, *celeritas*, *rapiditas*. Nata autem haec vox est, (quam nos primi eruimus) ex ὄθιδαι, quod κινεῖσθαι aliquando significat, ut ex Eustathio discere est. Quemadmodum autem Horatius alicubi dixit, *flaminum celeres lapsus*, ἀντὶ τῶ flamina celeriter labentia, ita Callimachus dixit ὄθμια δίφρα (δίφρα est ἅρματος) ἀντὶ τῶ, ἀκύπτοα ἅρματα. Itaque Callimachi versum Latine sic vertas licet: *Duodecies circa metam egit celerem currum.* In eodem versu lego, ἐσήλασεν pro ἐσήγαγεν; quod improbaturum scio neminem, qui quidem ad has reculas sapiat.

Ibid. 33. Πρὸς Ἀχαρνέας] Ἀχαρναὶ, ut auctor Thucydides ὁ πρώτη, erat, χωρίον μέγιστον τῆ Ἀττικῆς τῆ δήμων. distabat ab urbe 60. stad. sed non est quod quis existimet atrocem ibi pugnam pugnatam fuisse. Nam equites tantum certavere ἐν Φρυγίοις (locus est Atticæ) & quidem ἱππομαχία βραχεῖα. itaque hinc facile cuivis apparet quam rhetorice loquatur Demea, mendaciolo rem, ex praescripto artis, pingens; cum ibi ingentem stragem editam fuisse significat. Ceterum ἀριστεύειν πρὸς Ἀχαρνέας ὑπὲρ τῆ πόλεως, non est, ut puto, quod vulgo volunt; debet enim istuc significare, *fortiter pro patria*, seu *urbe pugnare adversus Acharnenses*, ut πολεμεῖν πρὸς τινάς. Idque si verum est, error hic erit, isque manifestissimus. Acharnenses enim Attici erant, Timon autem Athenienſis; qui tamen laudatur, quod adversus Acharnenses strenue pugnavit. Itaque legendum mihi videtur: περὶ Ἀχαρνὰς, quomodo in hac ipsa re loquitur Thucydides; περὶ Ἀχαρνὰς, inquam, cum Peloponnesios, qui *circa Acharnas* erant, convellere conati sunt Attici, ut oppidum obsidione solverent.

Ibid. 34. Δύο μοίρας] Mille armatos. Nam τὴν μοῖραν ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. Ceterum μοίρας dicas, vel μόρας, perinde est, & Mss. Codd. variant.

P. 165. 42. Ἡλιαία] Nullum olim Athenis forum majus fuit. Harpocration, Pausanias. Nota autem differre βουλὴν, ἐκκλησίαν (quod per δῆμον intelligo) & ἡλιαίαν; quod diligenter monuit Hesychius.

P. 166. 50. Συγχύσεως ἀγχιστεύς] Recte. differentiam enim agnoscunt grammatici inter has voces; Hesychius minime.

P. 168. 53. Ἐγὼ δέ σοι τῆ τὸν υἱὸν ἐθελόμην ἀγαγεῖν παρὰ σέ.] Error manifestus. Quid enim hoc sit, σοι παρὰ σέ? legendum ἐγὼ δέ τοι τῆ τὸν υἱὸν &c.

P. 169. 69. Ὀπισθόδομον] Ubi aerarium. Aristophanes in extremo Pluti.

P. 170. 86. Αὐτοβορέας] Facete, ficta vox, *Ipsissimus Boreas*, qualis a Zeuxide pictus est.

P. 171. 98. Καρύκης] Erat Λύδιον ἔδεσμα ἐξ αἵματος τῆ ἄλλων ἐδεσμάτων συγκείμενον, Hesychius. sed omnium optime Erotianus: Καρύκη, εἶδός ἐστιν ὑποτρίμματος ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον· καρυκεύειν δὲ, τὸ ταράττειν, ἢν καρύκῳ φασὶν αἱματώδη τὴν χροὰν ἔχουσαν. ἔνιοι δὲ τὴν παρ' ἡμῖν καλουμένην αἱματίαν, καρύκην ὠνόμασαν, οὐκ ὀρθῶς. ἔστι δὲ τρίμματός ἐστιν εἶδος ἐξ ἀρτυμάτων, μαρτυρεῖ δ' Φιλοκράτης ὁ Σάμιος, τῆ ἄλλοι. Quod autem ait Erotianus, αἱματίαν non recte vocari καρύκην, bene sane: nam αἱματία, vel, ut apud Pollucem est, αἱματία, est quod vulgo dicimus, *soupe brouillée*, ex sanguine anserino, aut leporino, aromatis praeterea, & injecto aceto, quod jus est nigrum aut certe fuscum.

P. 171. 9. Ἐπὶ τῆ κύλικι] Unde ἀλφιλίξεις & λόγοι ἐπικυλικείοι· unde etiam λέγειν & ᾄδειν ἐπὶ τῆ κύλικι apud Platonem pag. 332. edit. Laemarianæ. Admonet me hic locus ut Amioti errorem in vita Alexandri aperiam. Neque vero id facerem, nisi Plutarcho interpretis sui error obesset: etsi enim Amioto faveo ut qui maxime, plus tamen Plutarcho favere aequum est. Locus praeterea, quo de agitur, illustris est, & non indiligenter legendus. Rem ipsam, uti se habet, paucis dabo. Harpalus Alexandrum cum fugeret, Athenas se recepit. Populus hominem ex urbe quatere volebat: pro illo stetit Demosthenes pretio corruptus (calice aureo, & talentis 20. scilicet.) Rhetor Atticus, quem muneribus expugnatum fuisse populus olfecerat, sese purgare cum studeret, nemo audire, imo obstrepere omnes, praeter, nescio quem, hominem sane elegantis ingenii, qui è consessu cum surrexisset; quid autem, ait, viri Athenienses, eum, qui calicem habeat, non audietis? (est autem mira quaedam in eo dicto gratia atque facetia) Graece sic pag. 857. οὐκ ἀκούσεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῆ τὴν κύλικα ἔχοντος; Si quis veterum morem teneat, quo nonnunquam σκόλια sua canebant, is venustatem hujus dicti facile agnoscet. Talis autem ille mos: sumpto in manum calice, canebant illa cantica, de quibus passim scriptores: quae plerumque erant βιωφελῆ, quandoque etiam amatoria. Calicem qui tenebat, is ab aliis audiebatur, neque interpellebatur a quoquam. Ceterum hic mos ad oram quorumdam codicum notatus fuerat his verbis. ἐν ᾧ τοῖς συμποσίοις τὸν κύλικα ἔχοντες ᾖδον τὰ λεγόμενα σκόλια. Haec etsi vera sunt, tamen Amiotus interpretum Plutarchi, quotquot unquam fuerunt, longe doctissimus, ibi se turpiter dedit: sic enim vertit: *Comment, Seigneurs, refusez vous à ouïr un personnage qui a le langage si bien doré?* Quae autem ad oram libri addita sunt, (ab eo, necne, haud sane scio,) nihilo certe meliora sunt: *Il y a une allusion à ce mot κηλεῖν, qui signifie rejouïr par un doux chant, & comme enchanter*; nihilo, inquam, meliora isthaec sunt: nam inter κηλεῖν & κύλιξ nihil quidquam commune est, non certe magis quam inter λόγος & φιλία, aut voces quantumvis significatione dissitas; sed tota loci illius venustas ex iis quae sunt a me superius commemorata, pendet. Vertendum autem verbum de verbo fuerat, *Hé quoi, Messieurs, ne voulez vous pas écouter celui qui tient la coupe en main?* Tum vero Graecorum more allato, tota res erat explicanda. Sed quorsum isthaec? inquies. Non temere, ut opinor, id a me animadversum fuit, & elucidatum. Atque utinam hinc prudentiores fierent nostri homines. Nam cum omnium, qui unquam Graecos scriptores interpretandos Gallice sunt aggressi, doctissimus, in re adeo nota erraverit, quid ab iis qui hodie vivunt, expectes? quorum plerique (nam quosdam novi quam doctissimos) nec Graece sciunt, nec Latine quidem. Ex iis certe aliquis scriptorem quemdam Gallice, ut audio, convertit, cujus scriptoris si vel pagellam tantum intelligat, μαρίαν ὀφλισκάνω ἀπομισητα. idque ita verum est, ut, si mentiar, nil mihi vel humani quidquam, vel divini credi velim.

Abhinc autem ſex ſeptem annis memini me rogatu amici cujusdam doctiſſimi viri, conferre verſionem neſcio cujus ex Ciceronis orationibus; Dii boni! Nunquam vidi literas magis illiteratas. Nuper autem, nuper, doctiſſimum poëtam (& quos non? nam nihil iſtis ardelionibus ſacrum eſt) adeo deformatum, adeo perditum vidi, eum ut agnoſcere, quantumvis mihi familiarem, nequiverim. Nihil pudere? acre vero hominis judicium! mulierculis & ſalgamariorum, ac pharmacopolarum pueris talem ſcriptorem committere? Videlicet de Dei providentia dubitare, nihil eſt; quod nunc diſcent propolæ tali interprete. Quidni Virgilium denique poſt tot alios, quidni Ariſtophanem, & Plautum corruptum eunt? Nam Homerum quidem ipſum, ſat ſcio, non attingent. Nuper enim τι quidam φωσφόρ exortus eſt, qui pronunciavit, paedagogici ingenii eſſe, verſus Homericos, cum aliquando a veteribus producuntur, Gallice convertere. Ad ea quid dicas, Lector, niſi, δῦς, ὦ παῖ, δῦς ἐμοὶ λευκάνλω, ἐμυσίω γάρ?

P. 172. 21. Πάνσοφον τὸ χρῆμα] Legendum πάνσοφόν τι χρῆμα.

Ibid. 26. Ὥσπερ οἱ τ' Πλοῦτον] Delendum ὥσπερ, & ſcribendum οἱ, jungendumque cum συνδιδρομήκασι.

P. 173. 31. Μάζα] Nihil aliud quam ἄλφιτα ἑλαίῳ πεφυρμένα. Ceterum dignitate pani cedebat: nam ex Solonis inſtituto μάζα pro feſtis diebus in Prytaneo dabatur. panis autem, feſtis. docet Athenaeus. Σόλων δὲ τοῖς ἐν πρυτανείῳ σιτουμένοις μάζαν παρέχειν κελεύει, ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς προστίθησι.

Ibid. 34. Ἐννεάκρουνος] Fons ita dictus Athenis, qui deinde Καλλιρόη vocatus eſt, ut ſcribit Harpocration, & ex eo Suidas. Heſychius autem in hac voce mutilus eſt. legendum enim apud eum eſt, Καλλιρόη κρήνη ἐν Ἀθήναις.

P. 174. 46. Κυματώδης γῆς] Gloſſema; vera autem lectio in Mſ. Cod. Reg. reperitur, κυματώγης ſcilicet; quæ vox ab Euſtathio in Odyſſ. exponitur ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυται. monetque eam vocem apud Herodotum reperiri; & vere monet, nam ſexies ſepties apud nobiliſſimum illum ſcriptorem occurrit. Itaque indiligentiam Suidæ mirari ſubit, qui nihil ad manum habuit, cum in hanc vocem ſcriberet, praeter Agathiæ locum. Sed antiquum obtinet Suid. ſolet enim, neglectis veteribus, ad recentiores decurrere.

Ibid. 50. Αὐτῷ] Lege σαυτῷ.

Ibid. 52. Τάλαντον] Mſ. ἡμιτάλαντον.

Ibid. 58. Αἰγινητικούς] Ad ridiculum. nam menſura Æginetica ceteris menſuris erat amplior, certe Attica.

P. 175. 62. Κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων] Locus eſt apud Plautum in Aulularia.

— *Poſtquam impleviſti fuſtibus iſtorum caput,*

Quem fruſtra ſollicitavit ingenioſiſſimus Palmerius legens, *impluiſti in caput.* fruſtra, inquam; id enim Graecorum imitatione dicebat Plautus; qui non in Aulularia tantum, ſed in Caſina quoque ea loquendi ratione uſus eſt.

— *Ego te implebo flagris.*

Et certe tale aliquid videor apud Ariſtophanem legiſſe.

P. 175. 66. Μῶν] In Mſ. eſt Τίμων. ſed dividuum facito, τί; μῶν &c. *quid? num te* &c.

Bayerische Staatsbibliothek München